tem mihi laudarit,cum multorum fortasse offensione,sed vere tñ id quod sentio loquar, multa mihi videntur magna cũ prudẽtia & consilio a veteribus iureconsultis in pandectarũ libros digesta,presertim his legibus quibus monemur ab alienis mentes,oculos,manusq; abstinere,& qbus vetus,iustusq; labor,honoribus,premiis,splendore decoratur,fraudes hoim,& facinora,verberibus,damnis,vinculis,exiliis,morte mulctantur,quicquid in summa ad cõseruandã inter ciues equalitatẽ in causis atq; reb⁹ cõstitutũ est,christiane religiõi satis cõuenit. Sed sunt interi multe a iurisprudẽtib⁹ leges tradite,que nihil minus quã legũ nomẽ obtinere deberẽt. Ecquis enim nõ videt quã inique sit cõstitutũ,vt liceat cõtrahẽtib⁹ se mutuo circũueire? & quã res alienas ab eo q sit malefidei trigita ãnis posse acqri? & qd fœdius quã hoi sua natura satis accẽso in libidinẽ,pmittere cõcubinatũ? Ius vero illud pontificiũ quã sibi ipsi plerũq; aduersatur,& p multa male coheret? Sacerdotiorũ plurib⁹ locis nũerũ execratur,auaritiã dãnat sacerdotalẽ. At nescio qua rõne,nisi cã sit auaritia,põtificiis legibus plures exoluat,vt infinita sacerdotia possint assequi. Nũc ipsius nobilitatis habendã rõnẽ esse nõ putat. Nunc etiã nobiliores priuilegiis extra ordinẽ multis adornat. Cur illud tã varie? Sed sic se hñt leges hũane,figi,atq; refigi,ad eorũ q dñantur nutũ solite,vt inde cõstet in hac hoim vita nihil stabile,ac ppetuũ,sed oia fluxa,caduca,tparia esse. Q ue cũ ita sint supest vt dicamus cecuture mortales, quibus iam christiana effulsit religio,& humanis tñ artibus velut adytis sacris,se vouent,indigni certe,qui noie christianorũ sint appellandi,cũ salutis humane libris neglectis,superstitiose antiqtatis authores amplectantur. Longe itaq; vitã sapienti⁹ instituisse mihi videtur,qui sacra illa xpi dogmata,deide diui Pauli:aliorũq; apl'orũ sibi vite,& lectionis exẽplaria ppposuerunt. Hic enim sunt tabule quibus lex nullo æuo retractabilis, totius equitatis,sanctitatis,magnanimitatis,clementie plena visitur. Est hic Germana,& solida philosophia.i.contemplatio dei optimi maximi,agnitio sui ipsius,morumq; traditio, ad eternã fœlicitatem pertinentiũ, illic est instrumẽti noui libellus,qui prius inacceſſam ad astra viã,clemẽtie lege puiam,& mortalibus ante ignotũ opificẽ cœli ostẽdit. Illic sunt discipline in quib⁹ si quis pie philosophetur, deum venerãs magis,quã argumentãs,& moribus ornari studens,quã vt sese ostentet, nimirum reperiet,nullũ alium esse doctrine fontem,vñ possit haurire ad perpetue vite sitim leuandã, nã hic scaturit Christus fons viuus,hic viuit,spirat,presens loquitur,atq; occurrit,hic mortalium,animos incertos,instabiles,& languescentes,consolidat,retinet,expergefacit,hic thesauros nobis recludit,quos furũ improbitas effodere nequeat,quorum erugo atq; vetustas nullam partem sibi vendicẽt. Q uod si forte in eis libris desideres eloquentiã, nõ illã quidẽ hũana inuenies garrulitatẽ,sed flexanimã Christi eloquẽtiã, mortales ipellẽtis ad p̃cepta legis seruãda,si sec⁹ faxit,cõminãtis mortẽ acerbã,quin & suaui quodã sermone cœlestẽ nobis regiã pollicetur dei filius, si in fide,& officio erga illũ pmanserimus,deniq; nulla bene,atque beate,viuendi est ratio,que non his libris contineatur, nullum militi imperatoris signum sequendum,preter id signum,quod a Christo erectum,& in his tentoriis constitutum est. Probe igitur fecerint huius temporis homines,illustrissime princeps,si tuo instituto, atq; exemplo a prophanis illis studiis,ad sacrorum librorum lectionem se conuerterint. Namq; in isto iuuenilis etatis flore, in quo ceteros conditionis tue homines, fere luxui deditos esse videmus, quidquid ocii & facultatis a negociis rei publice tibi supereſt,totum literis sacris impendis,vt tu cum paucis huic seculo datus existimeris qui priscam illam theologiam,in dignitatem suam veterem sedẽque restituas. Q uare cum libri de eis rebus,que in Christianorum conuentibus sunt agitate,eisq; iude nomen conciliorum non nulli indiderunt, in publicum emitterentur, iure merito id tibi opus dicandum esse arbitratus sum, non quidem tibi,quod his libris dicatis,quidquam laudis accedat, venisti enim ad hanc virtutis amplitudinem,cui sermone hominum,nihil detrahi addiue possit. Sed quod hi libri tuo maxime patrocinio aduersus quamplurimos huius etatis,non indoctos quidem homines, sed supra quam deceret morosiores,visi sunt indigere,quibus id assentiri sane non possum quin multa & preclare, & Christiane id est,sancte pieq; in conuentibus Christianorum fuerint constituta. Q uorum si trãsgressores numina non offendant,egissent tamen longe clarius,& antiquius,si in maiorum tot seculis corroborata constitissent opinione.

CVIDVS BRELLEVS LODOICO BORBONIO LODVNENSIVM PRINCIPI VNI DE COLLEGIO SVMMORVM ANTISTITVM. S:

CVM EX VETERVM LIBRIS PATRVMQVE memoria antiqua illa tempora mecũ reputo, Perbeati michi fuisse, presul optime, videri solent, quibus contigit eo tempore nasci, cum & prospere vite cursum facile tenere possent, & rempu. Christianorum tranquillitate, atq; ocio florẽtem aspicere. Nam si quod olim tempus miseriarum & insignis calamitatis plenum fuerit. Hec nostra etas tantam rerum turbationem, & incõmoda grauia mortalibus adtulit, vt dies presens non ad hominum vitam, sed exitium spectare videatur. Neque aliquis sane quocunq; se verterit, quidquã aliud hodie, quã bellorum motus audiet. Dissidia inter priuatos, infinitas artes nocendi, & eorum quibus mandantur respub. administrande immoderatam cupiditatem? Atq; adeo late id malum protenditur, vt principibus Christianorũ se ad arma prouocantibus, partem Europe non contẽnẽdam, minimo negocio interim turce occupauerint, Rhodus que illa celeberrimũ Christianorũ propugnaculum que nullis ante exercitibus cesserat Imperio tamen turcarum, & fede seruituti se summiserit, Sed neq; tantos bellorum motus, facile restinguendos fore video, nec tantorum malorum alia ratione finem futurum, quã si numinum iras ob neglectã religionem nobis infensas, pietatis officio placauerimus. Quis enim existimet turbulentas has tempestates aliunde prodire quã a scelere hominum, contẽptuq; numinis. Sane vel tum temporis quo nondũ Christum orbis terrarum nouerat redemptorem, si quid contra sacrorũ ritum a veteribus illis admissum erat, id piaculi loco ducebant, tum quoquoq; nec res vllas domi, aut militie suscipiebant, nisi consultis diuorum oraculis, immolationibus etiam factis, quinã exitus rei foret, tentassent. Nunc vero christi religione per vniuersum terrarum orbẽ prophetiis, tot miraculis adde, tot libris sacris manifestata, nullis in rebus deum opt. max. preponimus auspicem Quin & ipsum verbis nefandis, operibus Impiis dilaceramus, cui psalma, cui naturam, cui corporis dotes, atq; animi adceptas referimus. Sed neq; illa satis fuerant. iã eo res progressa, vt sacra ipsa euangelia, que dei ore mortalium generi promulgata sunt. quisq; pro arbitrio, in illum qui propriis magis conuenit moribus, sensum torqueat, atq; deflectat. Sanctorum vero patrum decreta que in hos libros tibi digesta, pro munere mittimus, iam nullius pensi haberi, sed ludibrio esse ceperint, illis preferti, qui nõnullorũ iudicio valde periti suo etiam doctissimi sibi vidẽtur. Tu vero presul sacratissime ab eorũ quos memorani ita moribus differs, vt cum in omni fere genere disciplinarum, sacreq; historie peritia nemini cedas, a vite tamen integritate precipuã laudem referas. Que sane virtus in causa fuit, vt princeps Romanorum, idemq; & pontifex Leo decimus, in collegium, atq; ordinem summorum antistitũ te cooptarit, & Franciscus Gallorũ princeps, tibi Rome agenti prouinciam dederit inter reges Christianorum si commode fieri posset, pacis federa constituendi. Qua in re obeunda, dicivix potest, quã secundus & constans, de te hominum rumor fuerit, & italia omnis ad eximias istas virtutes attonita obstupuerit. Tibi itaq; legatione ista perfuncto, Romaq; redeunti, dum cogito quidnam offerã muneris loco, quo testatam apud te obseruantiam meam relinquam, percommode factum est, vt ei libri quibus sanctorum patrum decreta, legesq; continentur, opera Gallioti insignis calcographi exirent in publicum. Ille vero magnis precibus a me contendit, vt si quẽ ego prestantissimum, bonarũ litterarum forte noram patronum, horum ei librorum editionem, aliqua nuncuparem prefatione. Neq; vero is diutius querendus fuit, nãque vnus inter presules huius temporis maxime dignus mihi visus es, sub cuius auspiciis libri sacrorũ conciliorum in lucẽ mitterẽtur. Id enim mecũ gallia certe, & iã Roma ipsa agnoscit, neminem esse hac tempestate qui maiora religionis opera edat, aut editorum dignior sit patronus.

INCIPIVNT CANONES ID EST REGVLE ECCLESIASTICE A SANCTIS PATRIBVS CONSTITVTE ET AB YSIDORO IN VNVS CODICIS CORPVS COLLECTE.

¶ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

HORA DIEI PRIMA, ANTE SOLIS ORTVM, EICIA
antur omnes ab eccleſia, obſeratiſq; foribus cunctis; ad vnam ianuam per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſtabunt, & conuenientes omnes epiſcopi pariter introibunt, & ſecūdum ordinationis ſue temp⁹ reſidebunt. Poſt ingreſſum epiſcoporum omniū atq; conſeſſum, vocentur deinde preſbyteri, quos cauſa probauerit introire: nulluſq; ſe inter eos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe. Et corona facta de ſedibus epiſcoporum, preſbyteri a tergo eorum reſideāt, quos tamen ſeſſuros ſecum, metropolitanus elegerit: qui vtiq;, & cum eo iudicare aliquid, & diffinire poſſunt. Diacones in cōſpectu epiſcoporum ſtent: deinde ingrediātur laici, qui electione cōcilii, intereſſe meruerūt. Ingrediuntur quoq; notarii, quos ad recitādum vel excipiēdum ordo requirit. Obſeratiſq; ianuis, & ſedētib⁹ in diuturno ſilētio, ſacerdotib⁹ atq; cor totum habētib⁹, ad dominū, dicturus eſt archidiacon⁹. Orate, ſtatimq; in terram omnes, pſternentur tam epiſcopi quā preſbyteri: & orātes diutius, tacite cum fletib⁹, atq; gemitibus: vnus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens, orationem palam fundat, ad dominū: cūctis adhuc in terra iacentibus: dicens hanc orationem. A

ASſumus domine ſancte ſpiritus, aſſum⁹ peccati quidē immanitate detēti: ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregati: veni ad nos: & eſto nobiſcū, dignare illabi cordibus noſtris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, & oſtēde, quid efficere debeam⁹: vt te auxiliante, tibi in omnib⁹ placere valeam⁹. Eſto ſalus, & ſuggeſtor, & effector iudiciorū noſtrorum, qui ſolus cū deo patre, & ei⁹ filio nomen poſſides glorioſum: nō nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitie: qui ſummā diligis equitatem: vt in ſiniſtrum nos nō ignorantia trahat, nō fauor inflectat, nō acceptio muneris vel perſone corrumpat: ſed iunge nos tibi efficaciter ſolius tue gratie dono: vt ſimus in te vnū, & in nullo deuiemus a vero: qualiter in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiā: vt & hic a te in nullo diſſentiat ſententia noſtra: & in futuro p̄ bene geſtis cōſequamur p̄mia ſempiterna. ¶In qua oratione pater noſter, nō dicatur, nec benedictio, ſed ipſa ſolūmodo oratio cō firmetur. Finita autē oōne: & reſpōſo ab omnib⁹ amen. Rurſus dicat archidiaconus. Erigite vos, Cōfeſtim omnes ſurgant & cū omni timore dei: & diſciplina tam epiſcopi quā preſbyteri ſedeāt. Sicq; omnibus in ſuis locis, in ſilentio cōſedentibus, diacon⁹ alba indutus, codicē canonum in medio p̄ferens, capitula de cōciliis agendis pronunciet, id eſt de cōcilio toletano, tertio, era. xviii.

¶Item ex cōcilio toletano quarto, era. iii. ¶Item ex capitulis orientaliū partiū, que martinus epiſcopus, de greco, in latinum vertit, era, xviii. de ſynodo facienda.

¶Item ex concilio calcedonenſi, era. xviii. ¶Itē ex concilio agathēſi era. xxv. vel. xxvi. vel aliud de canonibus, quod metropolitano apti⁹ viſum fuerit, vt legatur. Finitiſq; titulis, metropolitanus epiſcop⁹, cōcilium alloquatur exhortatione: ita dicēs. ¶Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes, p̄miſſis deo preB
cibus, fraternitatem veſtrā cū pia exhortatione cōuenio: & p̄ diuinum nomē obteſtor, vt ea que a nobis de deo, & de ſacris ordinib⁹, vel ſanctis moribus, vobis fuerint dicta, cū omni pietate ſuſcipiatis, & cū ſumma reuerentia, pficere intendatis. Quod ſi forſitā, aliquis veſtrum aliter quā dicta fuerit, ſenſerit: ſine aliquo ſcrupulo cōtentionis, in noſtrorum omniū copulatione, ea ipſa, de quibus dubitauerit, conferenda reducat: qualiter deo auxiliāte, aut doceri poſſit, aut doceat. Deinde ſimili vos obteſtatione cōuenio, & obſecro: vt null⁹ veſtrum in iudicando, aut perſonam accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulſat⁹, a iuſto iudicio ſcienter auertatur, aut diſcedat: ſed cum tota pietate, quicquid cetui noſtro ſe iudicandū intulerit retractate: vt nec diſcordans cōtentio, ad ſubuerſionem iuſtitie inter nos locū inueniat: nec item in perquirēda equitate vigor noſtri ordinis, vel ſollicitudo tepeſcat. ¶Poſt hanc exhortationē introibunt omnes quicūq; fuerint preſbyteri, diacones, vel reliC

gioſi vniuerſi,ad audiendum doctrinam.Sicq; archidiaconus,lecturus eſt canonem toletani concilii vndecimi;era prima,ne tumultu conciliū agitetur.Quo canone plecto,conciliū epheſinū,ex ordine perlegatur.Deinde collatio pariter & inſtructio,de myſterio ſancte trinitatis habeatur,ſimulq; & de officiorū ordinibus,ſi in omnium ſedib⁹ eiuſdem celebritatis vnitas teneatur. Pro his quoq; cauſis,prout ſpaciū diei pmiſerit,& epiſtole pape leonis ad Flauianū epiſcopum de erroribus eutycetis,& myſterio trinitatis,legende ſunt.Canones quoq; de vnitate officiorū,nec ad aliud aliquid antea tranſeatur;quā iſta omnia explicentur,ita tamē vt in totos tres dies letaniarum nihil aliud agatur,nec tractetur,niſi ſola collatio de myſterio ſancte trinitatis,& de ordinibus vel ſacris,vel officiorum inſtitutis,ita vt hec tota partiātur per totos illos tres dies,vt nihil aliud(ſicut dictum eſt)niſi ſola queſtio de his que predicta ſunt,habeatur ita vt lectio ſemper congruens ordini,& cauſe que querenda eſt,antecedat. Poſt hec,in quarto die relique per ordinem admittende ſunt,ſicq; omnes qui de religioſis in retroactis diebus p ſpūali inſtructione interfuerant in concilio,foris egrediantur,reſidentibus aliquib⁹ p̄ſbyteris in concilio quos metropolitanus probauerit honorandos. Per ſingulos tamen illos tres dies rogationum letaniarum epiſcopi vel p̄ſbyteri cū āmonitore, primum orationib⁹ ſe proſternant.Sicq; collecta a metropolitano oratione conſurgant & de diuinis tantū vt dictū eſt,rebus collationem habeant,in reliquis autem diebus,cūctis aſtantibus oratio colligenda eſt,& ſic conſidentes cauſarū negocia,iuſte & religioſe colligant. Nullus tamē tumultus, aut iter conſidentes,aut inter aſtantes habeatur.Eodem tamē modo, eodēq; ordine ad concilium omnes p ſingulos dies ingrediantur,quo ſuperius iam premiſſum eſt.Nam & ſi preſbyteri,reliqui aut diaconi clerici ſiue laici,de his qui foris ſteterint, cōcilium pro qualibet re crediderint appellandū, eccleſie metropolitane,archidiacono cauſam ſuā intiment,& ille concilio denunciet. Tunc illis & introeundi ſingulatim & proponendi,licentia concedatur.Nullus autem epiſcoporum a cetu cōmuni ſecedat,antequam hora generalis ſeceſſionis aduenīat. A ¶Concilium quoq; nullus ſoluere audeat,niſi fuerint cuncta determinata,ita vt quecūq; deliberatione cōmuni finiuntur epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur,ita tamen, vt ante duos, vel tres dies quam ſoluant concilium omnes conſtitutiones a ſe editas,diligenti cōſideratione retractēt,ne in aliquo offendiſſent.Item in die quo concilium abſoluendum eſt, canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt,coram eccleſia in publico relegantur.Quib⁹ explicitis,reſpondeatur in choro,Amen.Deinde ad locum redeuntes, vbi in concilio reſederunt, canones ipſos ſubſcribant. Admonendi quoq; a metropolitano ſunt de paſcha venturo,quo veniat die. Admonendi etiā ſunt,quo tempore ſuperuenienti anno ad faciendum conciliū veniant. Eligendi etiam ſunt de epiſcopis,qui cum metropolitano dies feſtos natalis domini & ſanctum paſcha debeant celebrare.Poſt hec dicente archidiacono,orate omnes, ſimul in terra pariter ſe proſternant,vbi diutiſſime orantes hanc vnus ex maioribus orationem dicat.

B NVlla eſt domine humane conſcientie virtus, que inoffenſe poſſit tue voluntatis iudicia expedire,& ideo quia imperfectum noſtrū viderūt oculi tui, perfectioni deputa queſum⁹,que perfecto equitatis fine cōcludere preoptamus. Te in noſtris principiis occurſorem popoſcimus,te quoq; in hoc fine iudiciorum noſtrorum exceſſibus,adeſſe precamur,ſcilicet vt ignorātie parcas: vt errori indulgeas,vt perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris. Et quia conſcientia remordente tabeſcimus,ne aut ignorantia nos traxerit in errorem,aut preceps forſitan voluntas impulerit iuſtitiam declinare,ob hoc te poſcimus,te rogamus,vt ſi quid offenſionis,in hac concilii celebritate attraxim⁹,cōdonare ac remiſſibile facere digneris,vt in eo quod ſoluturi ſum⁹ aggregatū conciliū a cunctis primum abſoluamur noſtrorum nexibus delictorum:qualiter & tranſgreſſores venia,& cōfitētes tibi ſubſequatur remuneratio ſempiterna.huic orationi,Oratio pater noſter adiūgatur & cūctis adhuc iacentibus,hec benedictio explicetur.Chriſtus dei filius qui eſt initium & finis complementum vobis tribuat charitatis.Amen.Et qui vos ad expletionem huius fecit peruenire cōcilii abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti amen. Et ab omni reatu liberiores effecti, abſoluti etiam per donum ſpirituſſancti,felici reditu veſtrarum ſediū cubilia,repetatis illeſi. Amē. Quod ipſe preſtare dignetur,cuius regnum & imperium permanet in ſecula ſeculorum.Amen.Quibus expletis,cum dictum fuerit ab archidiacono, in nomine domini noſtri ieſu chriſti, eamus cū pace, omnes illico pariter exurgētes,reſidente metropolitano ab ipſo primum incipiente,oſculum ſibi inuicem omnes pariter dabunt.Sicq; data ſibi inuicem pace conuentus concilii abſoluatur.

¶ORATIO DIEI SECVNDE.

NOstrorum tibi domine curuãtes genua cordium quesum9,vt bonum quod nobis a te requiri
tur,exequamur,vt prompta.ſ.ſollicitudine gradientes,diſcretionis ardue ſubtile iudiciũ facia A
mus,ac miſericordiam diligentes,dareamus ſtudiis tibi placite actionis.

¶ORATIO DIEI TERTIE.

AD te dñe interni clamoris vocibus proclamantes,vnanimiter poſtulamus,vt reſpectu gr̃e tue
ſolidati,p̃cones virtutis tue efficiamur intrepidi,tuũq; valeamus verbũ cum oi fiducia loqui.

INCIPIVNT CANONES B
APOSTOLORVM PER CLEMENTEM PAPAM PROLATI.

Cap.i.

¶Eps a duobus aut tribus ep̃is ordinetur. ca.ii.
¶Preſbyter ab vno epiſcopo ordinetur,& diaconus & reliqui clerici.
cap.iii.
¶Si quis epiſcopus aut preſbyter preter ordinationem dñi,alia quedã in ſacrificio offerat ſuper al
tare.i.aut mel,aut lac,aut pro vino ſicerã,& cõfecta quedã,aut volatilia,aut animalia quedam,aut le
gumina,contra conſtitutionem domini faciens,congruo tempore deponatur.
cap.iiii.
¶Offerri nõ liceat aliquid ad altare p̃ter nouas ſpicas,&vuas,& oleũ ad luminaria & thymiama.i.
incẽſum tpe quo ſacra celebratur oblatio. cap.v.
¶Reliqua poma oĩa ad domũ primitie epiſcopo & preſbyteris dirigantur,nec offerantur in altari.
Certum eſt autem quod epiſcopus & preſbyteri diuidant diaconis & reliquis clericis.
cap.vi.
¶Eps, aut p̃ſbyter,vxorẽ propriã nequaq̃ ſub obtẽtu religionis abiiciat. Si vero reiecerit excõicetur
ſed & ſi perſeuerauerit deiiciatur. cap.vii.
¶Epiſcopus,aut preſbyter,aut diaconus nequaquã ſeculares curas aſſumat.ſinautem deiiciatur.
cap.viii.
¶Si quis epiſcop9,aut p̃ſbyter,aut diaconus ſanctũ paſche diẽ ante vernale equinoctium cũ iudeis
celebrauerit abiiciatur. cap.ix.
¶Si quis ep̃us,aut preſbyter,aut diacon9,vel quilibet ex ſacerdotali catalogo ſancta oblatione non
cõmunicauerit,aut cauſam dicat(vt ſi rationabilis fuerit veniã cõſequatur,) aut ſi nõ dixetit,commu
nione priuetur,tanquã qui populo cauſa leſionis extiterit,dãs ſuſpitionẽ de eo qui ſacrificauit,quod
recte non obtulerit. cap.x.
¶Omnes fideles qui ingrediũtur eccleſiã & ſcripturas audiũt,non autem perſeuerant in or̃one,nec
ſanctam cõmunionem percipiũt,velut inquietudines eccleſie,cõmonentes conuenit cõione priuari.
cap.xi.
¶Si quis cum excõmunicato ſaltem in domo ſimul orauerit,iſte cõmunione priuetur.
cap.xii.
¶Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico ſimul orauerit,iſte damnetur.
cap.xiii.
¶Si quis clericus,aut laicus,a cõmunione ſuſpenſus,ſeu cõmunicans,ad aliã properet ciuitatem, &
ſuſcipiatur p̃ter cõmẽdatias lr̃as,& qui ſuſceperũt, & qui ſuſcept9 eſt,cõmunione priuetur. Excõmu
nicato vero proteletur ipſa correptio,tanq̃ qui mentitus ſit,& eccleſiam dei ſeduxit.
cap.xiiii.
¶Ep̃o nõ licet alienã parochiã ,ppria relicta puadere,licet cogatur a plurimis,niſi forte quis eũ ratio
nabili cã cõpellat,tãq̃ q poſſit ibidẽ conſtitutis plus lucri cõferre,& in cauſa religionis aliquid ,pfect9
,pſpicere. Et hoc nõ a ſemetipſo pertemtet, ſed multorũ epiſcoporũ iudicio &maxima ſupplicatiõe
perficiat. cap.xv.
¶Si quis p̃ſbyter,aut diaconus,aut quilibet de nũero clericorũ relinquẽs ,ppriã parochiã pergat ad
alienã,& oĩno demigrat,p̃ter epi ſui cõſcientiã,vt in aliena parochia cõmoretur,hũc vlteri9 miniſtra
re,nõ patimur,p̃cipue ſi vocat9 ab ep̃o redire cõtempſerit,in ſua inquietudine pſeuerãs, verũtñ tãq̃
laicus ibi cõicet. Ep̃s vero apud quẽ moratos eſſe cõſtiterit,ſi cõtra eos decretã ceſſationẽ ,p nihilo re
putãs tanq̃ clericos forte ſuſceperit,velut magiſter inquietudinis communione priuetur.

ca.xvi.

¶Si quis post baptisma,secundis fuerit nuptiis copulatus,aut concubinam habuerit,non potest ee episcopus,nec presbyter,aut diaconus,aut prorsus ex numero illorũ qui ministerio sacro deseruiũt.

ca.xvii.

¶Si quis viduam,& eiectam acceperit,aut meretricem ancillã,vel aliquã de his que publicis spectaculis mancipantur,non põt esse episcopus,aut presbyter,aut diaconus:aut ex eo numero, qui ministerio sacro deseruiunt. ca.xviii.

¶Qui duas in coniugium sorores acceperit,vel filiam patris,clericus esse non poterit.

ca.xix.

¶Clericus fideiussoribus inseruiens abiiciatur.

ca.xx.

¶Eunuchus si per insidias hominum factus est,vel si in persecutione,eius sunt amputata virilia, vt si ita natus est,& est dignus,efficiatur episcopus.

cap.xxi.

¶Si quis abscidit semetipsum,id est,si quis amputauit virilia,non fiat clericus,quia suiipsius homicida est,dei conditionis inimicus. cap.xxii.

¶Si quis cum clericus fuerit abscíderit semetipsum omnino dãnetur,quia suus homicida est.

ca.xxiii.

¶Laicus semetipsum abscidens,annis tribus,cõmunione priuetur,quia sue vite insidiator extitit.

cap.xxiiii.

¶Episcopus,aut presbyter, aut diaconus,qui in fornicatione,aut periurio,aut furto, captus est,deponatur,non tamen communione priuetur,dicit enim scriptura.Non iudicabit dominus bis in idipsum,similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant.

cap.xxv.

¶In nuptiis autem qui ad clerum prouecti sunt,precipimus,vt si voluerint vxores accipiant,sed lectores cantoresq; tantummodo. cap.xxvi.

¶Episcopum aut presbyterum,aut diaconum percutiẽtem fideles delinquẽtes, aut infideles iniqué agentes, & per huiusmodi volentẽ timeri deiici ab officio suo p̃cipimus,quia nusquã nos hoc dominus docuit. Ecõtrario vero,ipse cũ percuteretur nõ repercutiebat,cũ maledíceretur,nõ maledicebat, cũ pateretur,non comminabatur. cap.xxvii.

¶Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit atrectare ministeriũ dudum sibi cõmissum,hic ab ecclesia penitus abscidatur.

ca.xxviii,

¶Si quis eps aut p̃sbyter,aut diaconus p pecunias hãc obtinuerit dignitatẽ deiiciatur,&ordinator eius, & a cõmunione modis omnibus abscidatur sicut simon magus a petro.

cap.xxix.

¶Si quis ep̃us secularibus potestatibus vsus, ecclesiam p ipsas obtineat deponatur, & segregentur oẽs quicũq; illi communicant. cap.xxx.

¶Si quis p̃sbyter cõtemnẽs episcopũ suum,seorsum populũ collegerit,& altare aliud erexerit,nichil habens quod reprehẽdat ep̃um,in causa pietatis,& iustitie,deponatur,quasi principatus amator exi stens. Est enim tyrannus & ceteri clerici, quicũq; tali consentiunt, laici vero segregentur. Hoc tamẽ post vnam,& secũdã,& tertiam episcopi obsecrationem fieri conueniat.

cap.xxxi.

¶Si quis p̃sbyter aut diaconus,ab episcopo suo segregatur,hunc nõ licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eũ sequestrauerat nisi forsitan obierit episcopus qui eum segregasse cognoscitur.

cap.xxxii.

¶Nullus ep̃orum peregrinorũ,aut p̃sbyterorum,aut diaconorũ,sine cõmẽdaticiis suscipiatur epistolis. Et cũ scripta detulerint,discutiãtur attẽtius,& ita suscipiantur,si p̃dicatores pietatis extiterint. Sin minus,nec que sunt necessaria subministretur eis,& ad cõmunionem nullatenus admittantur, quia p subreptionẽ multa ꝓueniũt. ca.xxxiii.

¶Episcopos gentiũ singulorum scire conuenit,quis inter eos primus habeatur,quem velut caput existiment,& nihil amplius p̃ter eius cõscientiã gerant,quã illa sola singuli que parochie ꝓprie & vil-

lis que sub ea sunt cõpetunt. Sed nec ille preter omniũ conscientiam, faciat aliquid in eorum paro/chiis sic enim vnanimitas erit & glorificabitur deus per christum in spiritu sancto.

ca.xxxiiii.

¶ Episcopum non audere extra terminos propríos, ordinationes facere in ciuitatibus & villis que illi nullo iure subiecte sunt. Si vero conuictus fuerit hoc fecisse preter eorum conscientiam qui ci/uitates ipsas, & villas detinent, & ipse deponatur & qui ab illo sunt ordinati.

ca.xxxv.

¶ Si quis episcopus non susceperit officium & curam populi sibi cõmissam, hic communione pri uetur: quo ad vsq; consentiat obedientiã cõmodans. Similiter & presbyter & diaconus. si vero per/rexerit nec receptus fuerit, nõ pro sua sententia, sed ꝓ malicia populi, ipse quidẽ maneat episcopus: clerici vero ciuitatis cõmunione priuẽtur, quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

ca.xxxvi.

¶ Bis in anno concilia episcoporum celebrentur, vt inter se inuicẽ, dogmata pietatis explorẽt, & ex urgentes ecclesiasticas contẽtiones amoueãt, semel quidem quarta septimana pentecostes. Secundo vero duodecimo die mensis yperberete, id est, iuxta romanos. iiii. idus octobris.

ca.xxxvii.

¶ Omnium negociorum ecclesiasticorum curam, episcopus habeat, & ea, velut deo contemplante, dispenset, nec ei liceat ex his omnibus, aliquid omnino contingere, aut parentibus ꝓpriis que dei sunt condonare. Quod si pauperes sunt, tanq̃ pauperibus subministretur, nec eorum occasione ec/clesie negocia depredentur.

ca.xxxviii.

¶ Presbyteri, & diaconi, preter episcopum, nichil agere pertentent. Nam domini populus ipsi com missus est, & ꝓ animabus eorum hic redditur⁹ est rationẽ. sint autem manifeste res proprie episco/pi, si tamen habet proprias, & manifeste dominice, vt potestatem habeat de ꝓpriis moriens episco/pus, sicut voluerit: & quibus voluerit, relinquere, ne sub occasione ecclesiasticarũ rerum que episcopi esse probãtur, intercidant. Fortassis enim aut vxorem habet, aut filios: aut ꝓpinquos, aut seruos, & iustum est hoc apud deũ, & homines: vt nec ecclesia patiatur detrimentũ ignorantie rerũ pontificis nec episcopus, nec eius ꝓpinqui, sub obtentu ecclesie, proscribãtur, & in causas incidant, que ad eum pertinent, morsq; eius iniuriis male fame subiaceat.

ca.xxxix

¶ Precipimus vt in potestate sua episcopus res ecclesie habeat: si enim anime hominũ preciose illi sunt credite, multomagis oportet eũ curam pecuniarum gerere: ita vt potestate eius, indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos: & cũ timore omniq; sollicitudine ministrentur. Ex his autẽ que indiget ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrũ vsus, & ipse pcipiat, vt nihil eis possit omnino deesse. Lex enim dei ꝑcipit, vt qui altari deseruiunt de altari pascantur, quia nec miles stipendiis ꝓpriis contra hostes arma sustulit.

ca.xl.

¶ Episcopus aut presbyter, aut diaconus, alee, aut ebrietati deseruiẽs, aut desinat, aut certe dãnetur.

ca.xli.

¶ Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciẽs, aut desinat, aut communione priuetur: similiter etiam laicus.

ca.xlii.

¶ Episcopus, aut ꝑsbyter, aut diaconus, vsuras a debitoribus exigẽs, aut desinat, aut certe dãnetur.

ca. xliii.

¶ Episcopus, presbyter, & diaconus qui cũ hereticis orauerit, tantũmodo cõmunione priuetur. Si vero tanq̃ clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, dãnetur.

ca.xliiii.

¶ Episcopum aut presbyterum heretícorũ suscipientem baptisma, dãnari precipimus. Que enim conuẽtio christi ad belial? aut que pars fideli cũ infideli?

ca.xlv.

¶ Episcopus aut presbyter, si eum qui secũdum veritatem habuerit baptisma, denuo baptizauerit, aut si pollutum ab impiis nõ baptizauerit, deponatur tanq̃ deridens crucem & mortẽ domini: nec veros sacerdotes a falsis sacerdotibus iure discernens.

ca.xlvi.

¶ Si quis laicus vxorem ꝓpriam pellens,alteram,vel ab alio dimissam duxerit, cōione priuetur.

ca.xlvii.

¶ Si quis episcopus aut presbyter,iuxta preceptum domini non baptizauerit in nomine patris & filii & spiritus sancti,sed in tribus sine initio principiis,aut in tribus filiis aut in trib⁹ paradicis abiiciatur.

ca.xlviii.

¶ Si quis episcopus aut presbyter,non in trina mersione vnius mysterii baptisma celebret,sed semel mergat in baptismate quod dari videtur in domini morte,deponatur.Nō enim dixit dominus in morte mea baptizate,sed euntes docete omnes gentes baptizantes eos In nomine patris & filii & spiritussancti.

INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI.

A CLEMENS, IACOBO DOMINO, EPISCOPO EPIscoporū regenti hebreorū sctām ecclesiam hierosolymis,sed& oēs ecclesias,que vbiqꝫ dei prouidentia fundate sunt,cū patribus, & diaconibus,& ceteris omnibus patribus,pax tibi sit semper. Notum tibi facio domine quia symon petr⁹ qui vere fidei merito & integre predicationis obtentu,fundamentum esse ecclesie definitus est,qua de causa etiam domini ore cognominatus est petrus: qui fuit primitie electionis domini apostolorum primus,cui & primo,deus pater filium reuelauit:cui & christus competenter beatitudinem contulit,quia & vocatus est,& electus,& conuiua domini, & comes effectus,tanquam bonus & probatissimus discipulus: qui obscurioꝛem mundi plagam occidentis velut omnium potentior illuminare preceptus est,quiqꝫ & integre potuit implere preceptū. Sed quousqꝫ sermonem ꝓtraham refugiēs indicare quod triste est,quod quidem necesse est,licet tarde,ꝓferre.Hic deniqꝫ ipse petrus qui pro immensa charitate quam erga omnes homines gerebat: palam,cum omni fiducia,aduersante etiam tyrāno,totius mundi bonum predicare non destitit:& regem omnium seculorum per orbem terre vsqꝫ ad ipsi⁹ romane vrbis huius notitiam:etiam vt ipsa saluaretur inuexit. Hic inquam pro pietate pati volens: presentem vitam finiuit.In ipsis autem diebus quibus vite finem sibi imminere presensit, in conuentu fratrum
B positus,apprehensa manu mea,repente cōsurgens in auribus totius ecclesie,hec ꝓtulit verba. ¶ Audite me fratres,& conserui mei,quoniā vt edoct⁹ sum ab eo qui misit me domino,& magistro meo Iesu christo,dies mortis mee instat,Clementē hunc,episcopum vobis ordino,cui soli mee predicationis & doctrine cathedram trado:qui mihi ab initio vsqꝫ in finem comes in omnibus fuit: & per hoc veritatem totius mee predicationis agnouit.Qui in omnib⁹ tentationibus meis socius extitit fideliter perseuerans.Quē pre ceteris expertus sum dominū colentem,homines diligentem,castum,discendi studiis deditum,sobrium, benignum,iustum,patientem, scientem ferre nō nullorum etiam ex his qui in verbo domini instituūtur iniurias. Propter quod ipsi trado a domino mihi traditam potestatē ligandi & soluendi:vt de omnibus quibuscūqꝫ decreuerit in terris hoc decretum sit & in celis. Ligabit enim quod oportet ligari: & soluet quod expedit solui,tanquam qui ad liquidum ecclesie regulam nouerit:ipsum ergo audite;scientes quia quicūqꝫ contristauerit doctorē veritatis peccat in christum,& patrem omnium exacerbabit deum:ꝓpter quod & vita carebit. Ipsum autē qui
C preest ceteris oportet medici vicē ꝓgere et nō fere bestie furore cōmoueri. ¶ Hec eo dicente ego ꝓcidens ad pedes eius rogabam,excusans me & declinās honorem cathedre,vel potestatem. At ille respondens pro hoc,inquit,ne me rogaueris:hoc enim fieri statutum est mihi: & eo magis quo te excusas:quia hec cathedra eum,qui cupit eam,& audacter expetit nō requirit, sed ornatum morib⁹ & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior,si quis mihi alius adiutor tā sedulus astitisset, si quis tam plene doctrine mee rationem cepisset,sed & ecclesiasticas dispositiones a me tam plane didicisset:habens alium talē, nō te cogerē, opus bonum suscipere nolentem.Superfluum est ergo aliū querere,cum primitias eorum qui ex gentilibus per me saluantur,& precipue huius vrbis te primū obtulerim deo.Sed & illud intuere,quia si periculum peccati timens, suscipere refugis ecclesie guber-

nacula,certus esto quia amplius peccas,q̄ si populum dei velut in fluctibus positum,& periclitātem (cum iuuare possis)subterfugis,tui tātūmodo habens consyderationem,& non quod in commune omnibus expedit,prouidēs. Sed certus esto,quod necesse est, te suscipere omne periculum; quia nec ego pro salute omnium obsecrando cessabo. Quāto ergo mihi citius acquieueris, tāto me citius laboris,& tristitie mee merore releuabis. Noui etiam hoc,o clemens,quod tibi tedia,& molestias,pericula,etiam & opprobria inerudito vulgi indocilisq̄ concilium, que tu tamē scio,quod constanter & fortiter feras,respiciens ad aliā spem que tibi apud deū patientie preparat coronā. Sed & illud cupio te mecum iuxta ratione pspicere,quādo maxima opera tua indiget christus nūc, cū inimicus aduersus sponsam eius cōmouet bellum:an in futuro tempore quādo ia christus post victoriam triūphabit,nec vltra vlli⁹ opera indigebit? Quis nō etiam parui sensus ,intelligat,quod illud est tempus in quo operā tuā christus requirit? Tota igitur mēte in presenti necessitate prebe operam tuam,& auxilium in prelijs exhibe regi optimo remunerationes magnificas post victoriā reddituro. Libēter ergo suscipe episcopatus officiū,eo maxime,quo ecclesiai ucas dispositiones a me ꝓbabiliter didicisti: vt salus eorum qui per nos cōfugerunt ad dominū nequaq̄ vacillet:verūtamen & breuiter te de ipsi⁹ dispensationis ordine corā omnibus cōmonere necessariū duxi. ¶ Te quidē oportet irreprehēsibili D ter viuere,& summo studio niti,vt omnes vite hui⁹ occupationes abiicias,ne fideiussor existas,ne aduocatus litiū fias: ne in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris mūdialis negocii occasione perplexus. Neq̄ enim iudicem,aut cognitorem seculariū negociorū,hodie te ordinare vult christus,ne prefocatus presentibus hominū curis,nō possis verbo dei vacare,& secūdum veritatis regulam,secernere bonos a malis. Ista nāq̄ opera ,que tibi min⁹ congruere superius exposuimus,exhibeāt sibi inuicem discentes.i.laici,& te nemo occupet ab his studiis per que salus omnibus datur,sicut enim tibi impietatis crimen est,neglectis verbi dei studijs,sollicitudines suscipere seculares, ita & vnicuiq̄ laicorum peccatum est,nisi inuicem sibi,etiam in his que ad cōmunis vite vsum pertinent,operam fideliter dederint. Te vero securū facere,& his quibus debes vacantē,omnes cōmuniter elaborent. Quod si forte,a semetipsis hoc laici nō intelligūt,per diacones edocendi sunt,vt tibi solius ecclesie sollicitudines derelinquant,quo ipsam(vt dignum est)dispensare sufficias,& veritatis verbo abundantius,& studiosus deseruire. Si enim mundialibus curis fueris occupat⁹,& teipm decipies,& eos qui te audiunt, non enim poteris que ad salutem pertinent plenius singulis quibusq̄ distinguere: & ex eo fiet,vt & tu tanquam qui nō docueris que ad salutem hominum pertinent,deponaris: & discipuli per ignorantiam pereant:idcirco tu quidem ad hoc solum vacato vt oportune,& sine intermissione doceas verbum dei,per quod salutem consequi possint ,illi vero cum tanta reuerentia tua verba suscipiant,tanq̄ qui sciat legatum te & p̄conem esse veritatis/et quodcūq̄ ligaueris super terram esse ligatum et in celo;et quodcūq̄ solueris etiam ibi eē soluendū. Quoniāquidem et tu,vt dixi que oportet ligabis:et que expedit solues:et ad te qui prees ista sint monita/et his sitia. ¶ Ad presbyte- E ros vero sint ista. Ante omnia vt pudicitie studentes adolescētes nuptijs iungant:quo calorem feruētis etatis,coniugali lege preueniant:sed ne in ꝓiectioribus quidē curam habere huiusmodi negligant ,quia in multis,etiam cū senuerit corp⁹,concupiscentia viget,ne forte ergo fornicationis labes(occasione accepta)tanq̄ venenū pessimum serpat in nobis/cauere et anteuenire necessariū est: ne quod in nobis adulterii occultū calescat incēdium. Et quid in omnib⁹ peccatis adulterio grauius? Secūdū nāq̄ in penis obtinet locum,quoniam quidē primum illi habent qui aberrant a deo, etiam si sobrie vixerit. Propter q̄vos p̄sbyteri ecclesiā excolite et adornate sponsam christi ad pudicitiā:spōsam aūt dico omnē ecclesie cōgregationem/ que si pudica fuerit inuēta, a sponso suo;ingētibus ab eo donis et muneribus honorabitur:et vos velut ministri sponse,et amici spōsi ingenti gaudio et letitia ꝓfruemini. Si vero spōsa hec reperta fuerit commaculata peccatis:ipsa quidē tanq̄ indigna nō tradetur regalibus thoris:vos aūt penas dabitis:si forte per vrām negligentiā,vel desidiā,obrepserit contagio seua peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis et pudicitie sollicitudinē gerite. ¶ Valde enim apud deū F graue crimen ducitur fornicatio cui⁹ species sunt quidē plures, sicut vobis et ipse clemens diligenter exponet. verūtamē p̄ma species adulterii est virū ꝓpria vxore solūmodo nō esse cōtentū/et mulierem nō ꝓprio tantū seruare se,viro. Si ergo castus fuerit quis,potest et humanus et misericors fieri ꝓ quod et ipe eternā a deo miam consequatur:sane sicut adulterii venenū cunctis malis pnicioſi⁹ est:ita amor fraternus et charitas totius boni fastigiū tenet. Et ideo diligite oēs fratres vros et cum religione ac misericordia respicite ad oēs,orphanis exhibete vosmetipsos parētes, viduis virorū curā

impēdite:cū dei caſtitate que neceſſaria ſunt p̄bentes/iuniores tñ viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones quibus victum neceſſarium querant Artificibus vero operam p̄uidete:debilibus miſericordiā facite. Scio autē hec oia facturos vos,ſi cha ritatem pre ceteris,& ante omnia in veſtro corde figatis. Cuius charitatis& recipiende & habende maximum erit fomentum,ſi frequenter inter voſmetipſos,cōmunē cibum veſtrū,menſamq; facia tis: & quantum vnuſquiſq; preualet crebrius panes ac ſales ſuos cū fratribus ſuis ſumat:per hec enī precipue charitas cōparatur,& cauſa totius boni in huiuſmodi cōmunione conſiſtit vbi autē pax: & bonitas,ibi eſt ſalus. ꝓpter quod cōmunes facite cibos veſtros cū hiis qui ſecundū dominum fra tres ſunt:quia per hec temporalia officia,pacis & charitatis fructibus gaudia eterna merebimini. Multo autem ſollicitius eſurientes reficite,& ſitientibus potum date,nudis veſtimentū,egros viſita te,& eos qui in carcere ſunt,prout poſſibile eſt,iuuate,peregrinos ſatis prompte in domibus veſtris ſuſcipite, & ne omnia nunc ſingulatim dicā,omne bonū ipſa per ſe,ſi in vobis fuerit charitas,facere vos docebit. ſicut & ecōtrario,eos qui a ſalute alieni ſunt,omne malū facere,odiū docet. Si qui ex fra tribus negocia habent inter ſe,apud cognitores ſeculi non iudicentur:ſed apud preſbyteros eccleſie.

G quicquid illud eſt dirimatur & omni modo obediant statutis eorum. ¶Super omnia autem aua ritiam fugite,que homines occaſione preſentis lucri:ab eternis ſeparat bonis. Pōdera,menſuras,ſta teras,pro locis quibuſq; equiſſima cuſtodite:depoſita,fideliter reſtituite. Que omnia,& ſi qua ſunt ſimilia his,ita demum ſollicite & diligenter implebitis,ſi futurum iudiciū dei ſine intermiſſione in veſtro corde voluatis. Quis enim peccare poterit ſi ſemp ante oculos ſuos dei iudiciū ponat;quod in fine mundi certum eſt agitādum;vt tandem qui bene in hac vita egerunt,cōſequantur bona re poſita,peccatores autem,vt conſequātur preparatas penas. de quib⁹ ita futurum, dubitare omnino non poſſumus. Si quidē hec oia ita eſſe ventura ver⁹ nobis propheta predixit. Vnde & vos qui eſtis veri prophete diſcipuli,abiicite a cordibus veſtris ante omnia diſcordias,& animorum diſſenſiones ex quibus omne malū opus procedit:benignitatē & ſimplicitatem tota mente ſeruate. Quod ſi for te alicuius vel cor,vel liuor,vel infidelitas,vel aliquod malum ex hiis que ſuperius memorauim⁹ la tenter irrepſerit:non erubeſcat qui anime ſue curam gerit,confiteri hec,huic qui preeſt: vt ab ipſo p verbum dñi & concilium ſalubre curetur:quo poſſit integra fide,& opibus bonis,penas eterni ignis

H effugere:& ad perpetue vite premia peruenire. ¶Diaconi vero eccleſie, tanq; oculi ſint epiſcopi ob errantes,& circūluſtrantes cum verecūdia actus toti⁹ eccleſie:& perſcrutantes diligentius ſi quem videant vicinum fieri precipitio,& proximum eſſe peccato vt referāt hec ad epiſcopum,& commo neri ab eo poſſit his qui in precipitium lapſurus eſt,vti reuocetur, & non corruat in peccatum. Ne gligentiores quoq; & eos qui rarius ad audiendum verbum dei accedunt:nec ſollicite ad epiſcopi tractatum cōueniunt:ipſi cōmoneant & hortentur. Si enim aſſidui ſunt ad audiendum,nō ſolum vite eterne ex ſalubri commonitione capiunt lucra, verum,& quecūq; ille ſunt triſtitie,vel merores que ex preſentis vite neceſſitatibus,& cladibus temporum veniunt,quecūq; ſermonibus ſuis in cor de velut iacula defixa circūferunt,abiiciuntur omnia,p̄dicatione veritatis:& vite eterne doctrina,& eruditione purgata. Alioquin,ſi multo tempore auditum ſubtrahant a verbo dei,& remaneant in cultu viciorum:ſine dubio,ſpinis erunt, ac ſentibus occupati. Et quid aliud niſi ad ignem, talis hec terra preparatur? De his ergo,vt diximus,diaconis cura ſit. Sed eos qui ſecundum carnem egrotāt, ſollicite perquirant:& plebi ſi forte plebs ignorat, indicent de his:vt & ipſi viſitent eos:& que neceſ ſaria ſunt prebeant eis:cum conſcientia eius qui preeſt. Quod tamen ſi etiam clam fecerint nō pec

I cabunt. ¶Sed & de pegrinis ſimiliter epiſcopo ſugerāt refouendis,& cetera his ſimilia que ad cul tum eccleſie & diſciplinā eius ptinēt,diaconis cure ſint. Qui catechizant id eſt qui verbo inſtrunt incipientes:primo, oportet q̄ ipſi inſtructi ſint, de anima enim agitur hominum:& oportet eū qui docet & inſtruit animas rudes:eſſe talem vt pro ingenio diſcentium,ſemetipſum poſſit aptare: & verbi ordinem pro audiētis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe precipue apprime eſſe eruditus:& doctus,irreprehenſibilis,maturus,impauidus,ſicut ipſi probabitis fore clementem hunc,poſt me.

k ¶Multū eſt autem ſi ego nūc,de ſingulis que vnuſquiſq; habere debeat perſequar: verumtamen illud eſt,quod pre ceteris ab omnibus vobis cupio in commune ſeruari,vt concordiam teneatis:per quod ſolum poteſtis portum quietis intrare:& ciuitatem ſummi regis que pax nominatur habita re. ¶Similis nāq; eſt omnis ſtat⁹ eccleſie magni nauī:que per vndoſum pelagus diuerſis e locis & regionibus viros portat ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius

dominus

dominus ipse omnipotens deus:gubernator vero sit christus. Tum deinde prorete officium epi/ scopus impleat,presbyteri nautarum diaconi dispensatorum locum teneant. his qui cathechizant nautologis conferantur:epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, ipsum quoq; ma/ re hic mundus habeatur. ventorum vero varietas, & turbinum diuersis tentationibus conferantur: persecutiones tribulationes et pericula fluctibus exequentur. Terreni vero spiritus,qui vel de torrē tibus,vel de vallibus spirant,pseudo prophetarum & seductorum seu praue doctrine verba ducā/ tur. ꝓmōtoria vero,& loca cōfragosa,hi qui in ptātibus seculi sunt iudices,& pricula minātur, & mor tes. Bithalassa vero loca,que duplicibus vnde fallacis est ibꝰ verberantur,dubiis mente, & de repro/ missionū veritate nutantibus cōferantur,atq; his qui irrationabili fidem nostrā,ratione discutiunt. Ypocrite vero,& dolosi pyratis similes habeantur. Iam vero rapidus vertex,& tartarea caribdis, & sa xis illisa naufragia,ac mortifere subuersiones,quid aliud estimāda sunt,quā pctā? restat igitur vt hec nauis cursu ꝓspero tuta possit portum desiderate vrbis intrare,ita deo precem,fundere conuenit, vt nauigātes,mereantur audiri. Audiri aūt a deo ita demū merebitur quis,si oratiōes ipse,bonis mori bus,& bonis operibus adiuuentur. ¶Sed ante omnia,cum quiete & silentio,epibate,id est laici in A suis vnusquisq; resideāt locis,ne forte per inquietudinem,& incōditos, inutilesq; discursus,si passim vagari ceperint,vel ab officio suo,nautas impediāt,vel in alterū latus,per inquietudinē eorum,nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus cōmoneant,& nihil omnino, quod ad diligentiam, vel ad disciplinā pertinet diaconi negligāt,presbyteri velut naute,aptēt singula,ad instructionē na/ uis diligenter,& instruant,que in suo tempore,requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigi/ lanter, & sollicite,gubernatoris verba custodiat christi. Saluator dominus,gubernator ecclesie sue, di ligatur ab omnibꝰ,& ipsius soliꝰ preceptis,ac iussis credat,& obediat omnis ecclesia. Deo quoq; in/ desinenter supplicetur, a cunctis de ꝓsperitate ventorum, vt nauigantes omnem tribulationem, & omne periculū superent,tanq; in mare profundū mundi istius, & vite humane pelagus nauigātes, in quo esuriendum sit,& sitiēdum,nuditatem quoq; ferendam,morbos etiam corporis,& egritudi/ nes, tolerandum. Insuper,& hominū insidiis,ac dolo sepe laborandum,quippe qui dispergendos, se nōnunq; nouerint,sed aliquādo etiam congregandos,vomitus quoq;,& sugillationes ferendas,cū ex confusione peccatorum,& reuectione criminū,velut male congregatis,in visceribus fellis, iactura facienda est,& abiicienda prorsus,e corde omnis intrinsecus,que latet amaritudo peccati,si qua, for/ te ex desideriis iniquis,velut ex cibis noxiis,cōgregata est. Quam vtiq; cū euomuerit quis,& abie/ cerit, ingentis egritudinis, liberabitur morbo,si tamen post vomitum,que ad sanitatē pertinent,su mat. ¶Verūtamen scitote cūcti,q; supra omnes vos laboret episcopꝰ,quia vnusquisq; vestrū,suum laborē fert,ille vero & suū,& singulorū. Propter quod, o Clemens,tanq; qui omnibus preesse te no/ B ueris singulos prout potueris,iuua,& singulos releua,qui & singulorum onus,& sollicitudinē por/ tas. Vnde & ego nūc hanc tibi iniungens dispensationē,& scio,quia accipio gratiā,magis quā p̄sto. Sed esto cōfidens,& fortiter ferēs certus,quia laboris tui meritū recipies,cum ad portum quietis,in/ columen hanc prouexeris nauem,vbi mercedes,& premia,pro omniū salute suscipies,si hic ꝓ omni/ um incolumitate vigilaueris. Itaq; si te multi e fratribus,ꝓpter rigorē iustitie odio habuerint, ex hoc quidē non lederis,sed ex hmōi odiis,amor tibi conciliabitur dei. Et ideo satage magis, & refuge, ne lauderis ab iniquis,& ne a pessime agētibus,diligaris:sed potius propter iustitie dispensationem, & equissimam regulā discipline a christo collaudari merearis. Hec cū dixisset,& his silia quāplurima, rursum respiciēs ad populū,dixit. ¶Sed & vos charissimi fratres,& cōserui mei, huic qui p̄sidet vo C bis,ad veritatē docendā in oībus obedite. Scientes,quod si quis hūc cōtristauerit christū,qui ei docē di credidit,cathedrā non recipit,& qui christū non susceperit,nec deum patrē,suscepisse iudicabitur. Et ideo, nec ipse suscipietur,in regno celorū. Propter quod satis agite,ad omnē cōllectā cōgregatio/ nem,semp cōuenire,vt nō velut negligentes,& desides,a iudice christo cōdemnemini. Conuenien/ tes vero semper ad Clementē, date oēs operam pro ipso sentire,& summo studio,fauorē vestrum er/ ga ipsum dependere, scientes,quia propter singulos vos ipsi magis soli infestat inimicus, & in ipso maiora, suscitat bella. Oportet ergo vos,summo studio niti, vt omni erga illū vinculo amoris inexi, plenissimo erga eū inhereatis affectu,Sed & vos quoq; ipsi,vnanimes in omni cōcordia perdurate, quo facilius,etiam illi obedire oēs pariter consensu,& vnanimitate possitis. Propter quod,& vos, sa/ lutem consequi,& ille possit obtēperantibus sibi vobis promptius impositi oneris pondus euehere. Quedam ex vobis etiam ipsis intelligere debetis,si qua sint,que ipe propter insidias hominum ma

lorum non pōt euidentius & manifestius proloqui, verbi gratia, si inimicus est alicui malorum, pro actibus suis vos nolite expectare vt ipse vobis dicat cum illo, nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis & voluntati eius absq; cōmunicatione obseruare & auertere vos ab eo cui ipsum sentitis aduersum. Sed nec loqui his quib⁹ ipse nō loquitur, vt vnusquisq; qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus preest, & per hoc redeat ad salutem ac sanitatem cum obedire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus nō est, & locutus fuerit cū his quibus ipse non loquitur, vnus est, & ipse ex illis qui exterminare voluit ecclesiam dei, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et multo est nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt, hic enim per ami-
A citiarum speciem, que inimica sunt gerit, & ecclesiam dispargit ac vastat. ¶ Et cum hoc dixisset in medio coram omnibus manus mihi imposuit, & in cathedra sua ingenti verecūdia fatigatum sedere me cōpulit. Cūq; sedissem, hec ad me rursum locutus est. Deprecor te, o clemens, coram omnib⁹ qui presentes sunt: vt postea quā sicut naturale debitum est, vite presentis finem fecero Iacobo fratri domini describas breuiter, vel que ad initium fidei tue spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed & qualiter mihi ab initio vsq; ad finem, comes itineris & actuum fueris, queq; per singulas ciuitates me disputante, sollicitus auditor exceperis, quiq; in predicationibus meis vel verborū fuerit ordo vel actuum, sed & qui me finis in hac vrbe repererit (sicut dixi) omnia quam potes breuiter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis ne forte multum de meo exitu contristandus sit cum id me pro pietate sustinere non ambigat Erit autem ei grande solatium, si didicerit quod post me non imperitus aliquis, aut indoctus, aut ignorans, diuini verbi mysterium, ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrine regulam nesciēs susceperit cathedram meā. Scit enim quia si indoctus istius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantie tenebris in
B uoluti in interitum demergentur. ¶ Vnde & ego mi domine Iacobe, cum hec ab eo precepta susceperim, necesse huiusmodi implere quod iusserat indicans tibi, & de ipsis simul, & de illis breuiter cōprehendens, que per singulas quasq; vrbes digrediens: aut in predicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecerit, quāuis tibi de his plurima iam & plenius ante descripta ipso iubente transmiserim, sub eo ipso titulo quem ipse precepit affigi, id est, Clementis itinerarium, non predicationis Petri. Sed & nunc exponere iam que precepit domino opem ferente, incipiam. Penitemini inquit & veram agite penitentiam. Omnes ergo homines qui christiano censentur vocabulo, patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum deum, & dominum veraciter credere, & confiteri eumq; tota mente, & toto corde, & tota virtute diligere, & proximos suos tāquam semetipsos, docibiles que vsq; ad perfectam doctrinam ad hec perficienda summopere oportet. ¶ Fides enim & dilectio totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere deo nemo poterit.

C ¶ Christo itaq; resurgente & ascendēte in celū, misso sancto spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi symbolum quod fidelis nunc tenet ecclesia, vnusquisq; quod sensit, dicēdo condiderunt, vt discedentes ab inuicem hanc regulam per omnes gentes predicarent. Summam ergo totius fidei catholice recensentes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, & vnius dei omnipotentis, id est, sancte trinitatis equalitas declaratur, & mysterium incarnationis filii dei, qui pro salute humani generis, a patre de celo descendens, de virgine nasci dignatus est, quo ordine vel quando protulerit, quomodo sepultus surrexerit, & in carne ipsa celos ascenderit, ad dexteramq; patris cōsederit, iudex vēturus sit, aut qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit, & resurrectionem humani generis in eadem carne in vitam eternam futuram sic docuerunt. Symbolum enim grece latine collectio dicitur. Et hoc predicti sancti apostoli iter se per spiritum sanctū salubriter, vt dictum est condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc qui recte crediderit indicatur.

D ¶ Ergo cunctis credentibus que continentur in prefato symbolo, salus animarum & vita perpetua bonis actibus preparatur. ¶ Ergo quod in primordio eiusdem symboli preponitur Credo in deum patrem omnipotentem, preclarum fidei testimonium & fundamentum, in prima frōte monstratur, quia saluus esse poterit, qui recte crediderit. Credere enim oportet accendentem ad deum quoniam corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Vnde ait propheta. Credidi propter quod locutus sum. Et illud. Iustus ex fide viuit. Et nisi credideritis non

intelligetis. Ergo in rebus humanis,nullum opus incipitur,nisi labor omnis ad effectū venire cre/
datur,vnde credendum est in deum a quo tam presens vita q̄ futura tribuatur. ¶ Deus autem ap/ A
pellatio est substantie sempiterne,siue timoris diuini.igitur deus sine principio,sine fine,simplex, in/
corporeus,& incōprehensibilis. patrem autem cū audis,agnosce quod habeat filium veraciter geni/
tum,sicut possessor dicitur qui aliquid possidet,& dominus qui habet cui dominetur. Deus ergo
p̄ secreti sacramenti vocabulū est cui⁹ vere fili⁹ est verbū, & speculū,& character, & imago viuēs, pa
tris viuentis,in oibus patri similis,eiusdē nature,in diuinitate genit⁹ genitori per oia coequalis.Nec
queratur quō genuit filium,quod & angeli nesciūt,prophetis incognitum est. Vnde illud dictum
est.Generationem eius quis enarrabit. Quam secretam originem,cum proprio filio,nouit ipse so/
lus qui genuit,nec deus a nobis discutiendus est,sed credendus,qui in nobis ipsis nescimus,quod sa
pimus,quomodo sapientia,ingenium,aut intellectus,aut consilium,aut mens nostra generat ver/
bum.Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem,sicut ait propheta. In splēdoribus sanctorum
ex vtero ante luciferum genui te. Et illud.Hic deus noster,& non reputabitur alter ad eū.& post,in
terra visus est,& inter homines conuersatus est. ¶ Dilige ergo deum,vnumquemq̄ ex toto cor/ B
de,& ex tota anima,vt prefixum est,& ex tota fortitudine oportet,& proximum tanq̄ semetipsum,
respondente dño cuidā scribarum,ac dicente,primū omnium mandatum est. Audi israel domin⁹
deus tuus,deus vnus est,& diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,&
ex tota mente tua,& ex tota virtute tua,hoc est primum mandatum.Secundum autem simile est il/
li.Diliges proximum tuum tanquā teipsum. Maius horum aliud mandatum non est.Quod ma
gis est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis,vnde & in veteri testamento scriptum habetur.
Quod tibi fieri non vis,alteri ne feceris,& domin⁹ ait.Omnia quecūq̄ vultis vt faciant vobis homi
nes,& vos facite similiter illis. Quibus vtriscq̄ mandatis,per vnū malicia cōpescitur,& per aliud be/
gninitas ꝓpagatur,vt ne malum quis inferat,sed bonum impēdat.Primum vt caueat ledere.Secun
dum prestare,si enim fratrē quem vides,non diligis:deum quem non vides quomodo potes dilige
re? Sic ergo nos docet exercere curam nostrā,vt non dimittamus curā vestram,& sic diligere nos,ne
negligatur dilectio ꝓximi. Quia dei dilectio morti cōparatur,dicente sapientia.Valida est dilectio
vt mors idcirco,quia sicut mors violenter separat animā a corpore,ita dilectio dei separat animam a
mundano,& carnali amore. Qui enim(dominus inquit)diligit me,mandata mea seruabit.Nā qui
dei precepta contemnit,deum non diligit,vnde scriptum est.Nolite putare vt maneatis in dilectio
ne mea,si non seruaueritis precepta mea.Neq̄ enim regem diligimus, si odio leges eius habemus.
Neq̄ enim ex toto corde poterit ille dominum diligere, qui noscitur in proximi corruere dilectio/
ne,quia per dilectionē domini peruenitur ad charitatem christi. ¶ Quoniam vt prelibatum est, C
his duobus preceptis tota lex pēdet,& ꝓphete, docibiles ergo qui pfecte docti nō sunt ad hec pagen
da oportet oēs esse,& vt ipsi docti sint,& alios prudēter instruere,& pfecte possint docere, iuxta da/
nielem ꝓphetam qui ait,popul⁹ aūt sciens deum suū obtinebit & faciet,& docti in populo, docebūt
plurimos. Oēs docibiles vt iam dictū est,qui docti sunt esse oportet, sed sacerdotes doctiores cete/
ris populis necesse fore docebat christus dicēs,quia si cecus ceco ducatum p̄bet,ambo in foueam ca/
dunt.Sacerdotes vero sal terre,& mundi lumen docens p̄cepit, in splendore operū patrē glorificare
deū,de quibus domin⁹ ait.Beati estis cū maledixerint vobis & psecuti vos fuerint,& dixerint vobis
omne malū aduersum vos,mētientes ꝓpter me.Gaudete & exultate, quoniā merces vra copiosa est
in celis.Sic enim persecuti sunt ꝓphetas,qui fuerūt ante vos, vos estis sal terre, Quod si sal euanue/
rit in quo salietur ad nihilū valet vltra,nisi vt foras mittatur,& cōculcetur ab hoibus.Non pōt ciuitas
abscōdi supra montē posita,neq̄ accendunt lucernam & ponunt eam sub modio,sed super candela/
brū,vt luceat oibus qui in domo sunt,& qui ingrediūtur lumē videant,sic luceat lux vra corā hoibus
vt videant bona opa vestra & glorificēt patrē vestrum qui in celis est. ¶ Episcopos aūt per singulas D
ciuitates quib⁹ ille nō miserat,p doctos & prudentes sicut serpentes, simplices sicut colūbe(iuxta dñi
p̄ceptionē) nobis mittere p̄cepit. Quod etiā facere inchoauim⁹ & dño opē ferēte facturi sumus, vos
aūt p vestras dioceses episcopos facite & mittite,quia nos ad alias ptes(quod idē iussit agere)curabi/
mus. Aliquos vero ad gallias hispaniasq̄ mittem⁹,& quosdā ad germaniā & italiā,atq̄ ad reliquas
gentes dirigere cupim⁹,vbi aūt ferociores & rebelliores gētes fore cognouerim⁹ illuc dirigere sapiē/
tiores & austeriores necesse habem⁹. Qui quotidie non cessant diuina semināre semina, & multos
xp̄o lucrari,& ad rectam fidem,& viā veritatis pducere,vt piures manipulos dño valeant presentare.

In illis vero ciuitatibus,in quibus olim apud ethnicos archiflamines eorũ,atq; primi legis doctores erant,eporum primates poni,vel patriarchas,qui reliquorũ episcoporũ iudicia,& maiora (quotiens necesse foret)negocia,in tide agitarent,& secundũ dei voluntatẽ,sicut cõstituerunt sancti apostoli,ita vt ne qs iuste periclitaretur, definirẽt.i illis aũt ciuitatibus,in quib9 dudũ apud pdictos erant archi flamines,(quos tamen minores tenebant)quam memoratos primates,archiepiscopos instituí precepit,qui nõ tantũ primatum,sed archiepiscoporũ fruerentur nomine . Episcoporũ quoq; iudicia, vt supius memoratum est,& maiora ecclesiarum negotia,si ipsi reclamauerint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint,ad iam dictos primates, vel patriarchas, ne aliquis nocenter periret,trãferri pdocuit.in singulis vero quoque ciuitatibus,singulos,& nõ binos,vel ternos, aut plu res epos,cõstitui precepit,qui non primatum,aut archiepiscoporum,aut metropolitanorũ , nomine (quia matres ciuitatum nõ tenent)sed episcoporũ,tantũ vocabulo potirentur,quoniam nec inter ip sos apostolos,par institutio fuit,sed vnus,omnib9 pfuit. Hoc tantũ preuidẽdum instituit,ne in vil lis,aut castellis,vel modicis ciuitatibus,instituerentur episcopi,ne vile eorum nomẽ fieret. Episcopos ergo vicẽ apostolorum gerere dnm docuisse dicebat, & reliquorum discipulorũ vicem tenere, pbyteros debere insinuabat. Et si quis,aliquem ex his scãdalizaret, grauissimam sibi penam inferri debere predicabat. Cunctos se inuicem diligere, & adiuuare debere,& neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat.

A ¶Homicidas vero,& adulteros,ac cunctos criminalibus nexibus alligatos,& qui eis coequales nõ erant,ab eorũ vexatione,& accusatione (dicẽte domino)prohibebat,& nõ nisi a coequalibus ,aliquid sibi inferre debere,docebat.Quia discipulum supra magistrum esse, aut vllam ei iniuriam inferre , nullatenus debere oportet.Inimes nãq; omnes,& quos primates legis seculi nõ recipiunt,sed & laicos ab eorũ accusatione,& vexatione,semp repellere debere rogabat,& cunctos sibi subditos esse ,precipiebat.Cunctorum sacerdotum vitam superiorem,sanctioreq;,ac discretam,a secularibus, & laicis hominibus esse,& spirituales,atq; sacerdotes super carnales,ac laicos semper constituere,& fore debere,docebat.Quoniam p minimo,nobis esse debet,vt a talibus arguamur,& iudicemur , vel ab alio humano die.Maiores vero,a minoribus,nec accusari,nec iudicari,vllaten9 posse dicebat.Quoniam non solum hoc diuinas,sed leges seculi inhibere dicebat.Omnes ergo legum diuinarũ libenter violatores,& sacrarum institutionũ,volũtarie perturbatores,ecclesiastica indignos regula, & sancta cõmunione iudicabat.Operatores vero earũdem,eisq; obedientes ,vtrarumq; ac ceterarum bonarum dignos esse dicebat,vnde & prophetas, in testimonium sumebat.Audite celi, & auribus percipe terra,quoniam dominus locutus est. Filios enutriui , & exaltaui,ipsi autem spreuerunt me, cognouit bos possessorem suum,& asinus presepe domini sui,Israel nõ cognouit me,populus me9 nõ intellexit,ve genti peccatrici,populo graui iniquitate, semini nequam ,filiis sceleratis. Derelíquerũt dominum,blasphemauerunt sanctum israel , ab alienati sunt retrorsum. Super quo, percutiam vos vltra addentes preuaricationẽ?Omne caput languidum,& omne cor merens,a planta pedis,vsq; ad verticem,nõ est in eo sanitas,vulnus,& liuor,& plaga tumens,nõ est circũligata,nec curata medicamine neq; fota oleo. Terra vestra deserta , ciuitates vestre igne succense , regionem vestram , coram vobis alieni deuorant,& desolabitur,sicut in vastitate hostili,& derelinquetur.Ve, inquit,qui dicitis bonum malum,& malum bonum,ponẽtes tenebras lucem,& lucem tenebras,ponentes amarũ in dulce , & dulce in amarum . Propterea,captiuus ductus est populus meus,quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame,& multitudo eius siti exaruit.Propterea dilatauit infernus animam suam,& aperuit os suum,absq; vllo termino,& descendũt fortes eius,& populus eius,& sublimes gloriosiq; eius ad eum.Et incuruabitur homo,& humiliabitur vir,& oculi sublimum deprimentur.

B Et exaltabitur dominus in iudicio,& deus sanctus sanctificabitur in iustitia. ¶Carnales spiritualibus resistere ,phibebat,& de his, qui ceruices suas contra magistros,& seniores suos,erigebant in exemplum dicebat,detracta est ad inferos,superbia tua,cecidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea & operimentum tuum erũt vermes.Quomodo cecidisti de celo lucifer,qui mane oriebaris ,corruisti in terram,qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo,in celum ascendam , supra astra dei exaltabo solium meum,sedebo in monte testamẽti, in lateribus aquilonis , ascẽdam super altitudinẽ nubium,similis ero altissimo.Verumtamen ad infernum detraheris,in profundum laci. Qui te viderint,ad te inclinabuntur,teq; prospicient:nunquid iste est vir,qui conturbauit terram,qui cõcussit regna,qui posuit orbem desertum,& vrbes eius destruxit,vinctis eius non aperuit carcerem?

¶Ebrietatẽ

¶Ebrietatem oppido prohibebat,& ebriosos corpore,& aio mortuos esse predicabat,de quib⁹ & in exemplum aiebat,ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam,& potandum,vsq; ad vesperã, A
vt vino estuetis. Cithara,& lyra,& tympanum,& tibia, & vinum,in conuiuiis vestris,& opus domini non respicitis,nec opera manuum eius consideratis. Et iterum, ve qui potẽtes estis ab bibendum vinum,& viri fortes ad miscendũ ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus,& iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis: & calor flamine exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit,& germen eorũ vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum,& eloquium sancti israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domini,in populo suo, & extendit manum suam super eũ,& percussit eum,& conturbati sunt mõtes, & facta sunt morticina eorum,quasi stercus in mediop latearum. In omnibus his,non est aduersus furor eius,sed adhuc manus eius extenta. ¶Nullum enim presbyterum,in alicuius episcopi parochia,aliquid agere debere, absq; eius permissu docebat,cunctos presbyteros,propriis episcopis in omnibus,absq; mora obediẽtes: instituente domino,esse debere docebat. Nullum enim aliena cõcupiscere,aut presumere eorum, sed vnumquemq; suis,sibiq; cõmissis,contentos esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi vellet fieri,inf truebat. Sanctam ergo ecclesiam, immaculatam omnes seruare debere, euangelizabat,cuius claues episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatẽ,claudere celum,& aperire portas eius,quia claues celi facti sunt.

¶Amouere autem eos neminem debere docebat,quia oculi domini sunt,& qui eos tangit, tangit B
pupillam oculi eius. Et quante pene dignus sit,qui eos scandalizat ipsum dominum docuisse dicebat,vbi ait. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt,expedit ei vt suspendatur mola asinaria in colo eius,& demergatur in profundum maris, ve mundo a scandalis, necesse est enim vt veniãt scandala,verumtamen ve homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te,abscide eam,& proiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, quẽ duas manus habentẽ,mitti in gehẽnam ignis. Et si pes tuus scandalizat te,abscide eũ & proiice abs te. Bonum est tibi introire ad vitam claudum,quam duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Bonum est tibi vnum oculum habentem in vitam introire, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contẽnatis vnum ex his pusillis. Amen dico vobis,quecunq; alligaueritis super terram erunt alligata & i celo, & quecunq; solueritis super terram erunt soluta & in celo. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quacunq; petierint fiet illis a patre meo qui in celis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Et iterum per prophetam loquitur dicens. Expauit(inquit)celum super hoc & horruit amplius vehementer dicit dominus. O intollerabilem malignitatem,O linguam iniquitatem loquẽtem contra dominũ & mẽtem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum. Impone homo tue lingue ostium & seram, cessa cornu in altitudinem extollens,& loquens aduersus dominum,& proximum tuum, quousq; insultas patienti christo, & fratribus? Sic autem peccantes in fratribus & percutientes eorum infirmam conscientiam in christum grauiter peccatis, & rei iudicio effecti,infames efficiemini,& iuste repellemini. Et iterum per prophetam loquitur dicens. Vos autem sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri. dicetur vobis,fortitudinem gentium comedetis et in gloria eorum superbietis,pro confusione vestra duplici rubore laudabunt partem eorum,propter hoc in terra sua duplicia possidebũt, & letitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocaustum, & dabo opus eorum in veritate,& fedus perpetuũm feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum & gramen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos cognoscent eos,quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudẽs gaudebo & exultabit anima mea in deo meo, quia induit me vestimento salutis,& indumento iustitie circundedit me, quasi sponsum decoratum corona,& quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum & sicut ortus semen suum germinat sic dominus deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.

¶Eos autem a solo domino iudicandos aut remouendos,& non ab aliis esse dicebat,quia sui sunt C
& non alterius. Et quis est qui alterius iudicet seruum? Nam & si ista non patiuntur homines, nec deus deorũ,& dominus dominantiũ,hec vllatenus patitur,vnde & pphetas sibi testes esse dicebat, p quos dns loquitur dicẽs. Ecce excoxi te sed non quasi argentũ elegi te in camino pauptatis,ppter

me faciam,vt nō blaſphemer,et gloriam meā alteri non dabo. Audí me Iacob et Iſrael,quē ego voco. Ego ipſe, ego primus,et ego nouiſſimus,manus quoq; mea fundauit terram,et dextera mea menſa eſt celos. Ego vocabo eos, et ſtabunt ſimul me inſule expectabunt,et brachium meum ſuſtinebunt. Salus autem mea in ſempiternum erit,et iuſtitia mea non deficiet.

A AVdite me qui ſcitis iuſtum, populus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobria hominum,& blaſphemias eorum, ne metuatis. Sicut enim veſtimentum,ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtícia mea in generatione generationum. Et iterum. Abſcondita eſt vita mea a domino, & a domino meo iudicium meum tranſibit. Nunquid neſcis aut non audiſti? deus ſempiternus dominus,qui creauit terminos terre, non deficiet neq; laborabit,nec eſt inueſtigatio ſapientie eius. Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat, deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem ſperant in domino,mutabunt fortitudinem aſſument pennas ſicut aquile, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Tranſeāt ad me inſule & gentes mutent fortitudinem, accedant & tunc loquentur ſimul ad iudicium propinquemus. Hos autem qui eos vetant aut amonere vel damnare nituntur ipſum dominum per prophetam damnare,& vſque ad ſatiſfactionem eorum & eccleſie damnatos eſſe docebat, vbi ait. Talia elegerunt in viis ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt, vnde & ego eligam illuſiones eorum, & damnationem adducam eis,quia locutus ſum eis,& non audierunt,feceruntque malum in oculis meis, & que nolui elegerunt. ¶Audite verbum domini qui tremitis ad verbū eius. Dixerunt fratres veſtri odientes vos,& vosabiicientes ,ppter nomē meum glorificetur dominus, & videbimus in letitia noſtra,ipſi autem confundentur. non enim laborabunt fruſtra in conturbatione preſules mei, quia ſemen benedictionum domini eſt. antequam clament ego exaudiam,& adhuc illis loquentibus,ego exaudiam. Ad glorificandum ſe, & diuina mandata ſeminanda, & euangelizanda,eos dominus elegit,& non vt prohibeantur, aut perturbentur aiebat. quoniam qui eos ledit,eum ledit cuius legatione funguntur. Predicare eos aſſidue & mandata domini ſine intermiſſione anunciare rogabat,Opera eorum bona coram hominibus monſtrare, & cō ſcientiam bonam coram deo habere inſinuabat,omnes principes terre, & cunctos homines eis obedire, & capita ſua ſubmittere,eorumq; adiutores exiſtere precipiebat,vt omnes pariter fideles & cooperatores legis domini monſtrarentur ne de eis dicatur. Confundantur,& erubeſcant omnes qui pugnant aduerſum te, & erunt quaſi non ſint,& peribunt viri qui contradicunt tibi. Queres eos & non inuenies viros rebelles tuos. Erunt quaſi non ſint & veluti conſumptio hominis bellantis aduerſum te. Omnis ergo qui eis contrauenit,ita damnatos & infames vſq; ad ſatiſfactionem monſtrabat,& niſi conuerterentur a liminibus eccleſie alienos eſſe precipiebat.

B HOmicidiorum vero tria genera eſſe dicebat,& penam eorum patentem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum ,ita & detractores eorum, eoſq; odiētes homicidas eſſe manifeſtabat, quia & qui occidit fratrem ſuum & qui odit,& qui detrahit pariter homicide eſſe monſtrantur.

¶Omnes enim a carnalibus deſyderiis que militant aduerſus animam abſtinere, & bonam eorū conuerſationem ac innocentem omnibus monſtrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere inſinuabat, & veram fraternitatem inter ſe habere docebat. Quottidiana enim illius predicatio inter cetera diuina hec erat mandata,quam in eius exemplum etiam tibi frater chariſſime ſignificare curaui. Bonorum inquit operum inter ceteraſemina ac negotia ſunt quātum vnuſquiſq; ſapit,& poteſt totis intimi cordis,(vt prelibatum eſt) viſceribus deum diligere,& proximum velut ſeipſum. Abnegare ſeipſum ſibi,vt Ieſum chriſtum dominum noſtrum ſequatur, & nihil eiq; amori preponere, veritatem corde & ore proferre debere,& totam ſpem ſuam domino ſemper committere inſtruebat,actus ſue vite omni hora cuſtodire, & omni loco deum ſe reſpicere firmiter ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad chriſtum allidere, & ſacerdotibus domini manifeſtare.

¶Os ſuum a malo,vel prauo eloquio cuſtodire,& verba vana aut mēdacia non loqui, quia os quod mentitur occidit animam verba diuina libenter audire,et ſacerdotibus ſuis libenter obtemperare,atque obedientes eſſe docebat. Predicationi atque orationi ac lectioni frequenter incumbere,et elemoſynas veras perficere. Deſyderia carnis non perficere,ſed propriam frangere voluntatem.

boni aliquid

boni aliquid in se cum viderit deo applicet, non sibi & malum a se factum cognoscat, & sibi reputet Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur, diem iudicii timere, gehennam expauescere, vitam eternam omni concupiscentia desyderare, non occidere, non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas & caducas non amplecti delitias, ieiunium & vigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare. mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eisq; orare, & elemosynas dare. Dolentes consolari, & suis bonis refouere, & a malis actibus se alienum facere, non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem, quia qui detrahit non solum se, sed multos alios occidit, iram non perficere, nec iracundie tempus reseruare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam dare, charitatem non derelinquere, nec iurare, ne forte periurum quod absit) fiat. Malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, sed factam patienter sufferre, inimicos diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, & persecutionem pro iustitia sustinere. Charitatem amare, & nullum odio habere, quia qui odit fratrem suum homicida est. Elationem fugere, zelum malum non habere. Inuidiam non exercere, nec contentionem amare. Cũ discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & iuniores diligere. Episcopos sacerdotes suos ac cunctos reliquos ecclesie ministros atq; omnem plebem sibi commissam verba diuina, & mandata instruere & amare, hosque omnes eorum episcopos tota animi virtute diligere vt oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum preceptis in omnibus obedire etiam si ipsi aliter (quod absit) agant me mores, scilicet illius dominici precepti. Que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite. Ipsi autem episcopi si exorbitauerint ab istis non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed portandi nisi in fide errauerint. Hi ergo super hos sunt, non illi super istos quoniam maior a minore nec argui, nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos, quia discipulus super magistrum non esse debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus, anteq̃ sit, sed prius sit, vt verius dicatur precepta domini doctorumq; ac magistrorum factis quottidie adimplere, & in christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim & humiliatio que magistris agitur, domino exibetur. Timor domini delectabitur, & dabit leticiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis & in die defunctionis sue benedicetur. Ve dissolutis corde, qui non crediderunt deo, & resistunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces sunt his qui eius legatione funguntur, & ideo non proteguntur ab eo. Ve his qui perdiderunt sustinentiam, qui derelinquerunt vias rectas, & diuerterunt ad vias prauas. Et quid facient, cum inspicere ceperit dominus? qui timent dominum, non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum conseruabunt viam illius. Qui timent dominum, inquirent que beneplacita sunt illi, & qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsq; ad inspectionem illius dicentis. Si penitentiam non egerimus incidemus in manus domini, & non in manus hominum, secundum enim magnitudinem illius sic & misericordia ipsius cum ipso est. Venite inquit filii audite me, timorem domini docebo vos. Currite dum lumen vite habetis, ne tenebre mortis vos comprehendant. Omnis qui vult vitam & cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum, diuertat a malo, & faciat bonum, inquirat pacem & persequatur eam, quia oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autẽ domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Propterea nolite fieri sicut equus & mullus, in quibus non est intellectus. Sed letamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient ab oriente & occidente (domino dicente) & a septentrione atq; meridie, & recumbent cum Abraham, & Ysaac, & Iacob.

¶ Propter quod deprecor te frater charissime, vt doceas attentius hunc predicationis ordinem, & absolutionis dies, vt saluentur anime hominum que occulta dei virtute quem debeant diligere prius quam doceatur, agnoscant. Operum vero ratio potestati, & arbitrio vniuscuiusq; permittitur, & hoc ipsorum est proprium, desyderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a patre celesti donatum est. Sed salus in eo est, vt voluntatẽ eius cuius amorẽ, & desyderiũ deo largiẽte cõceperis facias, ne dicatur ille sermo eius ad nos quẽ idẽ dixit. Quid aũt me dicitis dñe dñe, & nõ facitis que dico? A

Et ergo proprii muneris,vt vnuſquiſq; ſit prout dominus noſter dederit perfectus in eccleſia, me/
tenſq; ſemina diuina,vt de nobis non predictus ſermo,ſed ille dicatur quē alibi dominus noſter di/
xit,ideo(inquit) omnis ſcriba doctus in regno celorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui pro/
fert de theſauro ſuo,noua & vetera.Nullus ergo inquit impediat ordinem,aut locum occupet irra/
tionabiliter vel temporum permutet vices,ſed primo que ſit iuſtitia eius,que voluntas requiramus,
vt bonis operibus ac dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte ſentiunt, & bona agunt preſto
eſt, quoniam his manifeſtat ſeipſum'. Nam ſi quis velit antequam actus ſuos emendet, de his re/
quirere,que non poteſt inuenire ſtulta & inefficax erit huiuſmodi inquiſitio. Tempus enim breue
eſt & iudicium dei geſtorum cauſa agitur non queſtionum. Ideoq; ante hoc omnia queramus, qd
nos aut qualiter agere oporteat,vt eternam vitam conſequi mereamur. Nam ſi exiguum hoc tem/
pus vite per inanes occupemus, & inutiles queſtiones,inanes ſine dubio & vacui ab operibus bo/
nis pergemus ad dominum,vbi iudicium operum noſtrorū fiet,vnaquęq; & enim res ſuum tem/
pus habet & locum. Operum hic locus,hoc tempus eſt meritorum ſeculum futurum. Currat igi/
tur per viam mandatorum domini,& ab eorum preceptorum inſtitutis & ſpiritus ſancti doctri/
na non recedatur. Quapropter preparanda ſunt corda noſtra ac corpora, & ſancte mandatorum
eius ſuorumq; epiſcoporum ac predictorum obedientie militatura,vt ſue gratie iubeat nobis au/
xilium miniſtrare,& fugientibus gehenne penam ad vitam valeant omnes peruenire eternam.

A HEc itaq; frater chariſſime Iacobe,ab ore ſancti Petri iubentis accepi,tibiq; vt optabas inſinua/
re ſtuduí,vt ſeruare omnia immaculata precipias,quia eccleſiaſtica non oportet negligenter,
ſed diligenter expleri negocia. Hec ergo precepta nemo credat abſq; ſui periculo negligere, vel diſſi
mulare,quia iudicio dei ignis eterni tormenta ſuſtinebit,qui eccleſiaſtica decreta neglexerit. Qui
vero te audierit vt iuſſerat miniſter chriſti Ieſu gloriam accipiet. Qui autem te non audierit immo
loquentem dominū per te ipſe ſibi damnationem accipiet. Curandum ergo,& attēdendum eſt no
bis omnibus quod in perpetuum expedit,vt chriſti paſſionibus per pacientiam participemus atq;
regni eius mereamur eſſe conſortes. Amen.

¶FINIS.

ITEM EPISTOLA CLEMENTIS PAPE AD IACOBVM FRATREM DOMINI DE SACRATIS VESTIBVS VEL VASIS.

B CLEMENS ROMANE ECCLESIE PRESVL,IACO/
bo iheroſolimorum epiſcopo. Quoniam ſicut a beato Petro apoſtolo accepi/
mus omnium apoſtolorum patre, qui claues regni celeſtis accepit, equaliter
tenere debemus,de ſacramentis que geruntur in ſanctis, te ex ordine nos de/
cet inſtruere.

¶Tribus enim gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum
id eſt, preſbytero,diacono,& miniſtro, qui cum timore,& tremore clericorum,
reliquias corporis dominici debent cuſtodire fragmentorum, ne qua putredo in ſacrario inuenia/
tur vt cum negligenter agitur, portioni corporis domini, grauis inferatur iniuria. Communio
enim corporis domini noſtri Ieſu chriſti,ſi negligenter erogetur,& preſbyter minora non curet ad/
monere officia,graui anathemate digna humiliationis plaga feriatur. Certe tāta in altario holocau
ſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quod ſi remanſerint in craſtino non reſeruen/
tur, ſed cum timore,& tremore clericorum, & diligentia conſummatur. Qui autem reſidua cor/
poris domini que in ſacrario relicta ſunt conſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos
cōueniant,ne putēt ſancte portioni cōmiſcere cibū qui p equaliculos digeſtus in ſeceſſum funditur.

Si ergo

Si ergo mane dominica portio editur,vſq; ad ſextam ieiunent miniſtri,qui eam conſumpſerint. Et ſi tertia vel quarta hora acceperint,ieiunent vſq; ad veſperam. Sic ſecreta ſanctificatione, eterna cu ſtodienda ſunt ſacramenta.

¶De vaſis ſane ſacris ita gerendum eſt,altaris palla, cathedra,candelabrum,& velum,ſi fuerint ve/ A
tuſtate conſumpta,incendio dentur,quoniam non licet ea que in ſanctuario fuerint, male tractare, ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoq; eorum in baptiſterio inferantur,vbi nullus tranſi/ tum habeat,aut in pariete,aut in foſſis pauimentorum iactentur,ne introeuntium pedibus inqui/ nentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuoluendum,aut, diaconus ſcapu las operire velit,que fuit in altari, aut certe que data eſt in menſam domini. Qui hec fecerit vel le/ uiter quaſi nihil, & negligenter habuerit diuina myſteria, diaconus triēnio ſexq; menſibus a domi nico alienus erit altari,graui percuſſus anathemate. Quod ſi clericum preſbyter non commonuerit decem annis& quinq; mēſibus excōmunicatus ſit,propter quod de dominicis ſacrametis ſubiecta ſibi nō commonuerit miniſteria,& poſtea cum gradi ac graui humilitate matri reconcilietur eccle/ ſie,pallas vero & vela que in ſanctuarii ſordidata fuerint miniſterio diaconi cū humilibus miniſtris iuxta ſacrarium lauent,nō eiicientes foras a ſacrario velamina dominice menſe ne forte puluis domi nici corporis male decidat a ſindone foris abluto,& erit hoc operanti peccatum. idcirco intra ſacra/ rium miniſtris precipimus,hec ſancta cum diligentia cuſtodire. Sane peluis noua comparetur, & preter hec nichil aliud tangat. Sed non ipſa peluis vllis apponatur lauandis,niſi que ad dnici altaris cultum pertinent palle altaris ſole in ea lauentur,& in alia vela ianuarum. ¶De velis autem ianua/ rum cura ſit oſtiariis ex admonitione maiorum, ne quis negligens,aut ignarus ad velum ianue do/ mus domini manus incondite tergat,ſed ſtatim coercitus diſcat omnis homo quia velum atrii do/ mus domini ſanctum eſt.

¶Precipimus etiam, ne excommunicato eccleſie ſiue laico de fragmentis oblationum domini po/ natur ad menſam. Vnde ſcis tu qui paſſim ſacrarii panes indignis impendis, vnde noſti ſi a mulie ribus mundi ſunt? Vnde & dauid ab Abimelech ſacerdote interrogatus cum panes ſibi ad comede/ dum poſceret,ſi mundus eſſet a muliere,cum ſe mundus ante triduum profiteretur,panes propoſi/ tionis manducauit. ¶Ad dominica autem myſteria tales eligantur qui ante ordinationem con/ iuges ſuas non nouerint. Quod ſi poſt ordinationem miniſtro contigerit proprium inuadere cubi le vxoris,ſacrarii non intret limina,nec ſacrificii potitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat,nec ad dominici corporis portionem accedat,ſed aquam ſacerdoti/ bus porrigat ad manus, ſed oſtia foris ſecus claudat,minora gerat officia, vrceum ſiue calicem ad al/ tare non ſufferat. ¶Si forte quiſpiam preſbyter ſiue diaconus ſacrarii ſindonem vel velum ſubtra/ cta vendiderit,iude ſimilis eſtimabitur Iudee,qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iude ſuſcepturum penam.

¶Clericus vero ſolus ad femine tabernaculum non accedat,nec properet ſine maioris natu princi/ C
pis iuſſione. Nec preſbyter ſolus cum ſola adiungatur, ſed duobus adductis teſtibus, viſitet infir/ mam, nec ſolus cum ſola femina fabulas miſceat,nec archidiaconus aut diaconus ſub pretextu hu/ militatis officii frequentet domicilia matronarum,aut forte per clericos aut domeſticos eius matro/ ne mandent ſecreti aliquid. Si cognitum fuerit,& ille deponatur, & illa a liminibus arceatur eccle/ ſie. Sed ſi forte aliqua interceſſio fuerit epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt ad quam debeat ire pio in/ teruentu ipſe pergat. Si autem de latere ſuo dirigat,cum duobus,aut tribus qui hoc ſanare debeāt. Sane ad viſitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur,niſi cum duobus aut tribus. Nemo tamen cum extranea habitet femina,niſi proxima aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſollici/ tudine fiat. Non ignoramus malicias ſathane,vniuerſa hec cum manſuetudine eccleſiaſtica complē/ da ſunt miniſteria. Negocium enim dei non decet negligenter expleri.

¶Iterum atq; iterum de fragmentis dominici corporis demādamus, calicē vero ad perferendum D
ſanguinem domini preparatum,cū tota mundicia miniſterii,miniſter preparet,ne non bene lotus calix diacono peccatum fiat offerenti,ita cum omni honeſtate cuncta que ſupra expoſuimus, opor/ tet impleri. Tales ad miniſterium eligantur clerici,qui digne poſſint dominica ſacramenta tracta/ re. Melius eſt enim ſacerdoti paucos habere miniſtros,qui poſſint digne opus dei exercere, quam multos inutiles qui onus graue ordinatori adducant. ¶A principio epiſtole vſq; ad locū hūc de ſa cramentis delegati bene intuendis,vbi non murium ſtercora inter fragmenta dominice portionis

appareant,neq; putrida per negligentiam remaneant clericorum,& conuenientes qui accipere sibi medicinam deliderant,putrida cum viderint magis cum ridiculo & fastidio videantur accipere,& in peccatum magis decidant per negligentiam clericorū. Quapropter nemo clericorum vltra hec dissimulet,aut negligere vllatenus audeat,sed libenter que iussa sunt expleat,& sacramenta diuina nequaq; negligenter contractet. Ideoq; tam iuuenes,quā senes de his,& de omni cōuersatiōe sua,& cōuersione & pnia valde esse sollicitos oportet,satisq; agere,vt hec condigne agant,& de reliquo ornent tam clerici quam seculares,animas suas ornamentis dignissimis dogmatibus scilicet veritatis,decore pudicitie,splendore iustitie,candore pietatis,aliisq; omnibus quibus cōposita decet esse rationabilem mentem. Tum preterea declinare a cōsortiis inhonestis,& infidelibus,& societates habere fidelium,atq; illos frequentare conuentus,in quibus de pudicitia,de iustitia,de pietate tractatur. Orare semper deum ex toto corde,& ab ipso petere que decet,ipsi gratias agere,veram penitudinē gerere preteritorum gestorū,aliquantulum etiam si possibile est,per misericordias pauperum iuuare penitentiam. Per hec enim facilior venia dabitur,& indulgenti citius indulgebitur. Quod si prouectioris etatis sit his qui ad penitentiam venit eo magis gratias agere debet deo. Quod postq; finis est,omnis impetus concupiscientie carnalis,scientia veritatis accepta,nulla ei imminet pugna certaminis,per quam insurgentes aduersus animam reprimat corporis voluntates. Superest ergo ei in agnitione veritatis,& misericordie operib⁹ exerceri vt afferat fructus dignos penitentie. Nec putet quia in temporis longitudine documentum conuersionis ostenditur,& non in deuotionis ac positi firmitate,deo enim manifeste sunt mentes,quia non tēporū rationem colligit,sed animorum ipse enim probat si quis agnita veritatis predicatione nō distulit,neq; tempus negligendo consumpsit,sed statim,& si dici potest eodem momento preterita perhorrescēs futurorum desyderium cepit,& in amorem regni celestis exarsit. Propter quod nemo vestrum vltra dissimulet,nec retro respiciat,sed ad euangelium regni dei libenter accedat. Non dicat pauper,quia cum diues factus fuero, tunc conuertar. Non requirit a te deus pecuniā,sed animam misericordē,& piam mentem. Neq; dines conuersionem suam differat,pro sollicitudine seculari, dum cogitat quomodo dispenset abundantiam frugum. Neq; dicat intra semetipsum quid faciam? vbi recondam fructus meos? neq; dicat anime sue,habes multa bona reposita in ānos multos,epulare & letare. Nam dicetur ei,stulte hac nocte auferetur abs te anima tua,& que parasti cuius erūt? itaq; festinet ad penitentiam omnis etas, omnis sexus,omnisq; cōditio,vt vitam consequatur eternam,iuuenes quidem in eo grati sint,quod in ipso impetu,desyderiorum ceruices suas iugo subiiciunt disciplīne. Senes & ipsi laudabiles multi temporis consuetudinem in qua male preuenti sunt pro dei amore cōmutant. Nemo ergo differat,nemo cunctetur. Que enim causa cūctandi est ad bene agendū? Animus sibi male conscius dū videtur sibi nullam penam pati,credit quia non iudicet dominus,cum abuti patientia dei & nō intelligere parcētis benignitatem iam sit magna dānatio. Vnde scriptum est. Maledictus omnis qui opus domini negligēter agit. Quapropter pastoralis ordinis est infatigabiliter reuocare quicquid ad correctionem populorum,immo magis filiorum spiritualium, (quātū est fas intelligere) cognouerit pertinere,& non (quod absit) cum suo periculo aliene spei per tolam negligentiam facere detrimentum,sed quod ad generalis salutis spectat compendium,salubri necesse est prouidere tractatu. ¶Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere,vel nō augere male loquendo,nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neq; se deinceps excusabit non monitum, qui quod sequi debeat,tam verbis, quam
A litteris,edocetur. ¶Qualis autem condēnatio,& qualis imminet maledictio his qui in patres peccant, diuina nos docet scriptura. Si enim cham filius noe cū vidisset nudum suū patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem,sed egressus nunciauit eam fratribus,& illi vestimento eum cooperuerūt,ipse quidē cham,& illi qui ex eo nati sunt sub maledicto facti sunt, qui autē cooperuerunt magnam benedictionem meruerunt,multomagis isti maiore & ampliore condemnatione digni sunt,qui patribus obuiare,aut contra eos insurgere nituntur, aut iniuriam vel cōtumeliam eis inferre molliuntur,quoniam qui eis resistit, deo resistit. Et qui eis iniuriam,vel contumeliam facit deo,cuius legatione funguntur facit. Expauit celum super hoc & horruit amplius vehementer dicit dominus. O intolerabilem malignitatē, O linguam loquentem iniquitatem contra deū,& mentem in altitudinem cornu extollentem,& iterum. Impone homo tue lingue ostium & seram. Cessa in altitudinem cornu extollens,& loquēs aduersus dominum iniquitatem & proximum tuum,quo

vſq; inſultas patienti chriſto & fratribus. ¶Hec nos familiarí⁹ docebat,& hec nobis publicitus pre/ A
dictus magiſter,& inſtructor atq; ordinator noſter princeps apoſtolorum Petrus in eccleſia predica
bat,exemplū dans vt nos ſimiliter faciamus. Humiliamini (inquit)in cōſpectu domini,& exaltabit
vos. Nolite detrahere alterutrum,quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum detra/
hit legi,& iudicat legem. Qui autem iudicat legem non eſt factor legis,ſed iudex,vnus eſt enim le/
giſlator,& iudex,qui poteſt perdere & liberare. Tu autem qui es qui iudicas pximum? non oportet
non precepit nos iudicare inuicem,ſed magis auxilium ferre,ve erit(inquit)his qui fratres tribulant,
& eis qui eos perſequuntur,vos autem quanto amplius tribulamini,tanto purgatiores atq; beatio/
res efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata, quod etiam ipſe nos dominus
docuit. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et item. Beati eritis cum vos oderint
homines,& perſecuti vos fuerint,& eiecerint nomen veſtrum tanquam malum. Gaudete in illa die,
& exultate,quoniam merces veſtra multa eſt in celo,vnde & ipſe ait. Diliges dominum deum tuū
ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex totis viribus tuis,& proximum tuum ſicut teipſum. Nō
enim(inquit) recte diligit deum qui fratrem inſequitur, nec diligit proximum qui ei detrahit, vel
qui illum accuſat,quia quod ſibi quis fieri non vult,hoc alteri nullaten⁹ facere debet. Diſcite(inquit)
filii mei ſapientiam & tenetote fidē rectam,& amplectimini charitatē,vt non excidatis,data eſt enī
vobis a domino poteſtas,& virtus ab altiſſimo,qui interrogabit opera veſtra,& cogitationes ſcruta/
bitur veſtras. Qui autem cuſtodierint iuſtitiam,iuſte iudicabuntur,& qui crediderint iuſta iuſte in
uenient quid reſpondeant. Semper cauetote que precepit ne aliquando peccato conſentiam⁹ & p̄/
termittamus precepta dei noſtri. ¶Eccleſias per congrua & vtilia facite loca, que diuinis precibus ſa B
crare oportet,& in ſingulis ſacerdotes diuinis orationibus deo dicatos poni. Quos ab omnibus ve/
nerari oportet,& non a quoquam grauari. Semper vitate mala,& pro animabus veſtris ne confun/
damini dicere verum. Mendacia fugite,& veritatem corde proferte,quoniam multos iam ſupplan/
tauit ſuſpitio. Caritatem ſemper diligite,& fratres adiuuate. Erunt enim quaſi non ſint, & peribūt
viri qui contradicunt vobis. vnde & dominus ait. Qui vos audit, me audit,& qui vos ſpernit, me
ſpernit,& qui ſpernit me,ſpernit eum qui me miſit. Et item,qui enim non eſt aduerſum vos pro vo
bis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo(quia chriſti eſtis.)amen
dico vobis,non perdet mercedem ſuā. Et qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis credētibus in me, bo
num eſt ei magis ſi circūdaretur mola aſinaria collo eius & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit
te manus tua,abſcide illā,bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem
ingredi in gehennam ignis,inextinguibilē,vbi vermis eorum nō moritur,& ignis nō extinguitur,
& ſi pes tuus ſcandalizat te amputa eum. Bonum eſt tibi claudū introire in vitam eternā, quā duos
pedes habentem mitti in gehennā ignis inextinguibilis,vbi vermis eorū non moritur,& ignis nō ex
tinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te eiice eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum
dei,quam duos oculos habentem mitti in gehennā ignis,vbi vermis eorū non moritur, & ignis nō
extinguitur. Omnis enim igne ſalietur & omnis victima ſalietur, bonū eſt ſal, quod ſi ſal inſulſum
fuerit,in quo illud ſalietis? habete ſal in vobis & pacē habete inter vos,quia quiſquis veſtrū recte do/
cuerit & iuſte vixerit,habebit gloriam. Qui autem ſecus egerit indubitanter penam ſuſtinebit,ideo
bona agere vos ſemper oportet,vt brauium eterne vite percipiatis,his ergo bene parete ſentētiis, ne
quis hec precepta minime credat implenda, & iudicio domini eterni ignis tormenta ſuſtineat,qui
eccleſiaſtici operis ſacra neglexerit. ¶Hec igitur frater Iacobe de ore ſancti Petri iubentis audiui.
Si quis precepta hec non integra cuſtodierit,ſit anathema vſq; ad aduentū domini noſtri ieſu chri
ſti. Hec precepta a ſancto Petro apoſtolo accepi,& tibi frater chariſſime inſinuare curaui, vt ſeruare
omnia precipias ſine macula. Si quis vero audierit te,vtilis erit miniſter Ieſu chriſti, qui autem non
audierit te immo loquentem dominū per te ipſe ſibi dānationem accipiet. Omnipotens deus cha/
riſſime ſua te protectione cuſtodiat,atq; ad celeſtis remunerationem patrie multiplici animarū fru/
ctu perducat deus te iterum iterumq; incolumen cuſtodiat reuerentiſſime frater. Amen.

ITEM EPISTOLA PAPE CLEMENTIS DE OFICIO SACERDOCII ET CLERICO/RVM.

A CLEMENS VRBIS ROME EPISCOPVS, OMNIBVS coepiſcopis,preſbyteris,diaconibus,ac reliquis clericis,& cunctis principibus, maioribus,minoribusve omnib⁹ generaliter fidelibus benedictio, claritas,& gloria,in gratia dei que data eſt nobis in chriſto ieſu domino noſtro.

¶Vrget nos fratres multus amor veſter,& religioſa veſtra deuotio, quia debi tores ſumus vt quedam vobis ſcribamus,vobis ergo qui ſacerdotio dni fruimi ni,& in ſpecula eſtis poſiti, pl⁹ ſcire oportet,vt ſubditos vobis populos pleniter docere poſſitis,eiſq; ad regna celorum ducatum prebere deo annuente valeatis,vnde & ipſa per ſe ve ritas ait,vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei,ceteris aũt in parabolis & reliqua, ꝓpter quod conſilium do vnicuiq; veſtrã conſtanter docere verba diuina,& diſcentibus libenter accommodare aurem verbo dei. Veſtrum enim quia legatione domini fungimini eſt,docere populos,eorum vero eſt vobis obedire vt dño. Si autem vobis epiſcopis non obedierint omnes preſbyteri,diaconi,ac ſub diaconi,& reliqui clerici cuncti omneſq; principes tam maioris quam inferioris ordinis atq; reli qui populi nimbus & lingue nõ obtemperauerint non ſolum infames,ſed & extorres a regno domi ni,& cõſortio fidelium,a liminibus ſancte dei eccleſie alieni erunt. Nam veſtrum eſt eos inſtruere eo rum eſt vobis obedire,vt domino cui⁹ legatione fungimini,dicente dño. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit,me ſpernit,& qui vos recepit,me recepit,& qui me recepit, recepit eum qui me mi ſit,nihil enim iniuſtius vel inhoneſtius ẽ quam filios patribus rebelles,aut clericos vel laicos doctori bus ſeu diſcipulos magiſtris inobediẽtes vel ꝓteruos exiſtere. Nouimus eni primũ homine ꝑ inobe dientiam cecidiſſe,idcirco omnes hoc vitiũ ſummoopere cauere monemus. Et quia dominus ſuper bis reſiſtit,humilibus autẽ dat gratiam dominus,mittens vos vice ſua in loco apoſtolorũ ad predi candum, precepit vobis docere omneſq; vobis fideliter obedientes exiſtere, quoniam nec alter terra pariet fructus ſuos,niſi culta,receperit ſemen & irrigata germinauerit & pariat que eſt paritu ra. Sic omnis homo qui libenter nõ recipit verbum dei,illudq; in corde ſuo germinare non finit, ac minime crediderit doctorib⁹ & epiſcopis ſuis non beniuolus ſed rebellis atq; inobediẽs extiterit fru ctum non germinabit,nec pariet,ſed ſimilis eſt arbori illi de qua domin⁹ ait. Omnis arbor que nõ
B facit fructum bonũ excidetur,& in ignem mittetur. ¶Primus enim pontifex Aaron chriſmate cõ poſitionis perunctus princeps populi fuit,& tanquam rex primitias & tributum per capita accepit a populo,& iudicandi populos ſorte ſuſcepta de mundis immũdiſq; iudicabat. Sed ſi alius ex ipſo vnguento perũct⁹ eſt virtute inde concepta,etiã ipſe rex,aut propheta,aut pontifex fiebat. Quod ſi temporalis gratia ab hominibus cõpoſita tantum potuit,intelligit iã quantum ſit illud vnguen tum quod a domino de virgulto vite prolatum eſt,cũ hoc quod,ab hominibus factum eſt tam exi mias inter homines conferat dignitates. Quid enim in preſenti ſeculo propheta glorioſius,ponti fice clarius,rege ſublimius? Omnis enim põtifex ſacro chriſmate perũctus,& in ciuitate conſtitutus ſcripturis ſacris cõditus charus & precioſus hominib⁹ oppido eſſe debet. Quẽ quaſi chriſti locum tenentẽ honorare oẽs debent,eiq; ſeruire,& obedientes ad ſalutem ſuam fideliter exiſtere,ſcientes ꝙ ſiue honor ſiue iniuria que ei defertur,in chriſtum redundat,& a chriſto in dominũ,audire ergo eũ attentius oportet,& ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei,monita autẽ vite a patribus inquirere. A dia conibus vero ordinem diſcipline,propter quod deprecor vos conſeruos & adiutores meos,vt diſca tis attentius animarum curam gerere,& pro omnibus ſtare maxime tamen ꝓ his qui in cultu diui no laborant. Eccleſiarũ omnium curam habetote,ſeruorumq; eorũ adiutorium prebete, viduarum religioſam curam gerite,pupillos enixi⁹ liberate,pauperibus miſericordiam facite,iuuenes pudici tiam docete. Et vt breuiter totum dicã alterutrum vos in quibus res popoſcerit,ſuſtentate,deũ coli te qui creauit celũ & terram,& chriſto credite,iuicem vos diligite,& miſericordes eſtote in omnes. Non verbo ſolo ſed opere & rebus replete caritatẽ. Agite pro viribus conſerui dilectiſſimi quia bo num eſt vtvnuſquiſq; veſtrum ſecũdũ quod poteſt proſit accedentibus ad fidem religionis noſtre. Et ideo non vos pigeat ſecundũ ſapiẽtiam que nobis per dei prouidentiã collata eſt inſtruere igna ros,& docere. ¶Deſyderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis eũq; vt oculos ſuos ama re oportet,quia & ipſum populum ſibi cõmiſſum ſeu ꝓprios filios amare, & docere eum decet,hoc enim a patre celeſti donatũ eſt,ſed ſalus in eo eſt vt voluntatem eius cuius amorẽ & deſyderium deo
C largiente conceperint faciãt. ¶Si quis ergo fidelis voluerit exiſtere & deſyderat baptizari, exutus prioribus malis de reliquo pro bonis actibus heres bonorũ celeſtium ex geſtis propriis fiat. Acce

dat autem qui vult ad ſacerdotem ſuum,& ipſi det nomẽ ſuum atq; ab eo audiat myſteria regni ce/
lorum,ieiuniis frequentibus operã impẽdat,ac ſemetipſum in omnibus probet vt tribus menſibus
iam conſumãdo in die feſto poſſit baptizari. Baptizetur autem vnuſquiſq; in aquis perhennib9 no
mine trine beatitudinis inuocato ſup ſe,perunctus primo oleo per orationem ſanctificato,vt ita de/
mum per hoc conſecratus poſſit percipere locũ cum ſanctis.Nullus enim propter opprobrium ſe /
nectutis aut iuuẽtutis vel nobilitatem generis a paruulis & minus eruditis ſi quid forte eſt,vtilitatis
aut ſalutis inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere atq; agere bona recuſat,magis
diaboli quam chriſti membrũ eſſe oſtenditur,& potius infidelis quã fidelis monſtratur. Quomo /
do ergo non omnibus hoc amabile eſt cunctiſq; exoptatũ aut que ignorat diſcat, & que didiſcerit
doceat. Certiſſimum nãq; eſt quod neq; amicitia,neq; propinquitas generis, neq; regni ſublimi /
tas,homini debet eſſe precioſior veritate,quia nihil eſt precioſius anima. Dominus aũt creator om/
nium ex initio ad imaginem ſuã hominem fecit,eiq; dominationem terre mariſq; & aeris ipſi9 de
dit,veritatemq; inquirere precepit,ſicut & verus nobis propheta enarrauit & ipſa rerũ ratio docet.
Solus enim homo rationalis eſt,& conſequens eſt vt ratio in rationabilib9 dominetur. Hic enim ab
initio cum adhuc iuſtus eſſet cũctis vicis, & omni fragilitate ſuperior erat,vbi autem peccauit, & fa/
ctus eſt ſeruus peccati ſimul & fragilitati efficitur debitor obnoxius. Quod idcirco ſcriptum eſt vt
ſciant homines quia ſicut ex impietate paſſibiles facti ſunt, ita p pietatem poſſunt eſſe impaſſibiles,
& non ſolum impaſſibiles,verum & parua in deũ fide aliorum paſſiones curantes,ita enim ver9 ipſe
propheta promiſit,dicens. Amen amen dico vobis,ſi habueritis fidem ſicut granũ ſynapis, dicetis
monti huic,tranſi huic & tranſibit,huius vocis etiam vos ipſi documẽta cepiſtis, & iam facta quedã
per magiſtros noſtros ipſos videlicet apoſtolos nõ ignoratis, quia aſtantibus nobis eorum meritis
demones cum paſſionibus quas hominibus inuexerant tranſierunt, & fugati ſunt. ¶Quia ergo A
alii quidẽ homines patiũtur, alii patientes ſanant,cauſa ſine dubio vel patiendi vel curandi noſcenda
eſt. Que nõ alia eſſe quam patientib9quidem infidelitatis,curantibus vero fidei demonſtratur,infi/
delitas enim dum non credit futurum domini iudicium peccandi licẽtiam p̃bet,peccatum vero ho
minem paſſionibus obnoxiũ facit. Fides autẽ futurum dei iudicium eſſe credens continet homines
a peccato. Non peccantes vero non ſolum liberi ſunt a demonibus & paſſionibus,verum & aliorum
demones & paſſiones fugare poſſunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab
ignorantia deſcendat,& ipſa ſit omniũ malorum mater que incuria quedam & ignauia gignitur.
Negligentia vero alitur & augetur atq; in ſenſibus hominũ radicatur,dum amatur,quã ſi quis for/
te doceat effugandam velut antiquis & hereditariis ſedibus moleſte & indignanter auellitur. Et
ideo paululum laborandum nobis eſt,vt indignantes ignorantie preſumptiones ſcientie,ratione re
ſecemus in his precipue qui in aliquibus minus rectis opinionibus p̃uenti ſunt, per quas quaſi ſub
ſpecie alicuius ſcientie ignorantia in his vehemẽtius radicata eſt. Nihil enim eſt grauius quam ſi id
quod ignorat quis,ſcire ſe credat & deffendat verum eſſe quod falſum eſt,quod tale eſt,quale ſi quis
ebrius ſobrium ſe putet,& agat quidam cuncta vt ebrius,ſobrium ſe tamen & ipſe putet,& dici a ce/
teris velit,ita ſunt ergo & hi ignorantes quod verũ eſt,ſpeciem tamen alicuius ſcientie tenent & ma/
la quaſi bona gerunt atq; ad pernicieẽ quaſi ad ſalutem feſtinant,propter quod ante omnia properã
dum eſt ad agnitionẽ veritatis,vt poſſimus quaſi lumine nobis inde accẽſo errorũ tenebras depelle/
re. ¶Grande enim malum eſt,vt diximꝰ ignorantia,ſed quia ſubſtantiã nõ habet facile ab his qui B
ſtudioſi ſunt effugatur. Nõ enim aliud eſt ignorantia,niſi nõ cognouiſſe quod expedit, vbi autem
cognoueris perit ignorantia,queri ergo in agone debet veritatis agnitio,quam nemo alius aſſigna/
re poteſt niſi ver9 ppheta. Hec enim via eſt vitam volẽtib9 ingredi,& ſummũ iter bonorũ operũ per
gentibus ad ciuitatẽ ſalutis. Si quis ſane audiens ſermonem veri prophete velit recipere aut nolit,&
amplecti onus eius, i. mandata vite habet in ſua poteſtate,liberi enim ſumus arbitrii. Nam ſi hoc eẽt
vt audientes ea,iam non haberent in poteſtate aliud facere quam audierant,vis erat quedam nature
per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam,aut ſi rurſus ex audientibus nullus omni
no reciperet,& hoc nature vis erat, que aliquid vnum cogeret fieri,& alteri parti non daret locũ, nũc
autem quia liberum eſt animo in quam velit partem declinare iudiciũ ſuum,& quam ꝓbauerit eli/
gere viã, conſtat euidenter ineſſe hominibus arbitrii libertatem, igitur priuſquã audiat quis quod
ei expedit,certum eſt quia ignoret,& ignorans vult,& deſyderat quod non expedit agere, propter
quod pro hoc nõ iudicatur. Cum vero audierit cauſas erroris ſui,& rationem veritatis acceperit, tũc

ſi permanſerit in his erroribus quibus dudum fuerat preuentus, recte iam vocabitur ad iudicium daturus penas,quia vite huius ſpacium quod ad bene viuendum accipit, in ludibriis conſumpſerit errorum. Qui vero audiens hec libenter accepit, & gratulāter bonorum ſibi doctrinā fuiſſe delatā requirat intentius & diſcere non deſinat vſquequo cognoſcat,ſi eſt vere aliud ſeculum in quo bonis premia preparata ſint,& cū certus de hoc fuerit, gratias agat deo. Quod ſi veritatis lumē oſtenderit de cetero dirigat actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt preparatā demirās per omnia,& ſtupēs ceterorum hominum errores, & quod ante oculos poſi/ tam veritatem nemo videbat. Ipſe tantū gaudens ſuper diuitiis ſapientie quas inuenit ſaciabiliter his perfruatur,& excercitio bonorum operum delectetur, feſtinans ad ſeculum futurum mundo corde & pura conſcientia peruenire,& etiam videre deum regem omniū poſſit. His autem omni/ bus carere nos, & fraudari ſola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quātum boni ha/ beat ſcientia,ignorātie malum de ſe non patiuntur excludi. Neſciunt enim quanta ſit in horū per/ mutatione diuerſitas, pariter quod conſilium do vnicuiq; diſcenti, libenter prebere aurem verbo dei,& cū amore veritatis domini audire que dicimus,vt mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus letos afferat fructus. Nam ſi me docente ea que ad ſalutem pertinent,recipere quis abnuit,& animo prauis opinionib9 occupato obſiſtere nititur nō ex vobis ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim iuſto iudicio examinare que dicimus,& intelligere quia verba loquimur veri tatis,vt cognitis his que ſunt vt ſunt,in bonis actib9 dirigens viam ſuam regni celorum poſſit parti ceps inueniri,ſubiiciens ſibi carnis deſideria,& dominus eorum factus, vt ita demū etiam ipſe fiat dominatoris omniū iocunda poſſeſſio. Nam qui permanet in malo,& ſeruus eſt mali non poteſt effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab initio vt ante iam diximus, duo regna ſtatuit deus,& poteſtatē dedit vnicuiq; hominum,vt illius regni fiat portio cui ſe ad obediendū ipſe ſubie cerit. Et quia definitum eſt apud dominum non poſſe vnū hominē vtriuſq; regni eſſe ſeruū,omni ſtudio date operam in boni regis aulam ac iura concurrere. Propter hoc denicq; verus propheta cum eſſet preſens nobiſcum,& quoſdam ex diuitibus negligētes erga domini cultū videret, huius rei ita aperuit veritatem. Nemo poteſt (inquit) duobus dominis ſeruire,& nō poteſtis domino ſer/
A uire & māmone,mammona patria eorū voce diuitias vocās. ¶Hic ergo verus propheta eſt qui in iudea nobis apparuit vt audiſtis,qui ſtans publice ſola iuſſione faciebat cecos videre,ſurdos audire, fugabat demones,egris ſanitatem reddebat,& mortuis vitam,cūq; nichil eſſet ei impoſſibile etiam cogitationes hominum preuidebat,quod nulli eſt poſſibile niſi ſoli deo,hic annunciabat regnū dei, cui nos de omnibus que dicebat tanq; vero prophete credimus, firmitatem fidei noſtre non ſolū ex verbis eius,ſed ex operibus aſſumentes,quia dicta legis que ante multas generationes de preſentia eius expoſuerāt in ipſo deſignātur,& ymaginem geſtorum Moyſi & ante ipſum patriarche Iacob ipſius per omnia typum ferebant. Tempus quoq; aduētus eius,hoc eſt ipſum in quo venerat predi ctum ab his conſtat,& ſuper omnia quod eſſet a gētibus, expectandus ſacris litteris comprehēſum eſt. Que in eo pariter vniuerſa completa ſunt. Quod autem iudeorū propheta predixit eum a gē tibus expectandum, ſupra modū in eo fidem veram firmat. Si enim dixiſſet a iudeis expectandū non aliquid eximiū prophetaſſe videretur, quod a contribuli populo & a propria gente ſperaretur is cuius aduentus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus,videtur enim magis conſequens ratio eſſe vt hoc fieret quā magnificentia prophetalis. Nunc autē cum prophete dicant omnē illam ſpem que de ſalute mundi repromittitur,& nouitatem regni que inſtruenda per chriſtum eſt; atq; omnia que de eo iudicantur ad gentes eſſe tranſferenda, iam non ſecundū conſequētiā rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis euentu,magnificentia prophetica cōfirmatur. Iudei nāq; ex initio affore aliquando hunc virum,per quā cuncta reparantur veriſſima traditione ſuſceperunt,& cottidie me/ ditantes,ac proſpicientes,quando eius fieret aduentus,vbi ad eſſe eum viderunt,& ſigna ac prodi/ gia ſicut de eo aſcriptum fuerat adimplentē,inuidia execati agnoſcere nequiuerunt preſentem, in cuius ſpe letabantur abſentes. Intellexerunt tantum ſancti apoſtoli qui a deo electi ſunt, & nos qui poſt ab eis electi ſumus. Hoc autē prouidentia domini factū eſt,vt agnitio boni huius etiā gētibus traderetur: & hi qui nunq; de eo audierant,nec a prophetis didicerāt, agnoſcerēt eum. Illi vero qui cottidianis meditationibus euanuerant ignorarent. Ecce enim nunc per vos qui preſentes eſtis, & deſideratis audire doctrinam fidei eius:& agnoſcere quis,& quomodo,& qualis,ſit eius aduētus prophetica veritas adimpletur. hoc enim quod prophete predixerant quia a vobis querendus eſſet

qui de eo

qui de eo nunq̃ audistis. Et ideo vidētes in vobis ipsis ꝓphetica dicta compleri,huic vni recte credi tis,hunc recte expectatis,de hoc recte inquiritis, vt non solum expectetis eum,sed & hereditatē re/ gni eius credentes consequamini,secundū quod ipse dixit,quia vnusquisq; illi⁹ sit seruus cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate & dominū deūq; nostrum vobis conscribite dominum,qui & ce li ac terre dominus est. Et ad ipsius vos imaginē ac similitudinem reformate,sicut ipse verus ꝓphe ta docet dicens, Estote boni & misericordes sicut & pater vester celestis misericors est, qui oriri facit solē suū super bonos & malos & pluit super iustos & iniustos. Hunc ergo imitamini,& hunc time/ te,& sicut mandatū datur hominib⁹,dominū deum tuū timebis,& illi soli seruies. Infidelib⁹ quidē dormit dominus,& absens habetur his a quibus esse non creditur:& mandatis eius non obediunt, atq; ob id illis videtur quasi dormire dominus,quia pro peccatis suis non exaudiuntur.

¶Quapropter cūctis fidelibus,& summopere omnibus presbyteris,& diaconibus, ac reliquis cle A ricis,attendendū est,vt nichil absq; episcopi proprii licentia agant. Non vtiq; missas sine eius iussu quisq; presbyterorum in sua parochia agat,non baptizet,nec quicq̃ absq; eius permissu faciat. Si/ militer & reliqui populi maiores scilicet ac minores,per eius licentiam quicquid agendū est,agant, nec sine eius permissu a sua parochia abscedāt,vel in ea aduētātesmorari presumant. Anime vero eorū ei credite sunt. Ideo omnia eius consilio agere debent,& eo inconsulto nichil. Quicūq; enim obediunt episcopis suis,videntur quidē aliquid gratie cōferre deo. Qui autē eis non obediunt,in/ dubitanter rei & reprobi existunt. Porro ipsi a deo donū summi muneris consequūtur,qui iustície & precepti eius semitas incedentes,doctoribus suis (qui recte episcopi intelliguntur) libenter obe/ diunt. De quibus & beatus Petrus instructor,& ordinator noster ,& princeps apostolorū manife/ ste cunctos audientes instruebat dicens,videntur michi qui loquūtur verba veritatis & qui illumi/ nant animas hominū similes esse radiis solis. Qui vt processerint & apparuerint mundo celarivl/ tra,aut occultari nullatenus possunt,dum non tam vidētur ab hominibus quā videre omnib⁹ pre/ stant. Vnde & bene ipsa per se veritas ad veritatis precones ait. Vos estis lux mundi,& non potest ciuitas abscondi supra montē posita,neq; accendunt lucernā,& ponunt eam sub modio, sed supra candelabrū,vt luceat omnibus qui in domo sunt. Si quis ergo his obedierit,deo vt dictum est,ma gnū munus offert. Quis autē his restiterit aut inobediens extiterit nō his,sed domino saluatori no stro cuius legatione funguntur resistit , propter quod primū est omniū iusticiā dei regnūq; eius inquirere,& suis iussionibus obtemperare. Iusticiā quidem,vt recte agere doceamus. Regnū vero vt que sit merces posita laboris:& patientie,nouerimus,in quo est bonis quidē eternorū bonorum remuneratio,his autē qui contra voluntatem eius egerūt:pro vniuscuiusq; gestis penarum digna restitutio,hic ergo,hoc est in presenti vita positos,oportet nos agnoscere voluntatē dei,vbi & agendi & sacrificandi est locus. Quoniam in aliis locis sacrificare & missas celebrare non licet nisi in his in quibus episcopus propius iusserit,aut ab episcopo regulariter ordinato,tenente videlicet ciuitatem vbi cōsecrat⁹fuerit. Aliter enim nō sunt hec agenda,nec rite celebranda,docente nos nouo & veteri testamēto. Hec apostoli a domino acceperunt,& nobis tradiderunt hec nos docem⁹vobisq; & om/ nibus absq; reprehensione tenere & docere quibus agendum est mandamus, vnaquaq; & enim res tempus suū habet & locū. Operum hic locus est,tēpus vero meritorū est seculum futurum. Ne ergo impediamur,ordinem locorū ac temporum permutantes,primo que sit dei iusticia requiramus,& tāquā iter acturi abundanti viatico bonis operibus repleamur,quo possimus ad regnum domini tāquā ad vrbē maximā peruenire. Deus enim his qui recte sentiunt per ipsa opera mundi que fa/ cit manifestus est,ipsius creature sue vtēs testimonio,& ideo cum de deo dubitatio esse non debeat, de sola nūc eius iusticia requiramus & regno. Idcirco persuadeo primū iusticiam eius esse requirē/ dam,vt per hanc iter agentes,& in via veritatis positi verū prophetā inuenire possimus:non veloci/ tate pedū,sed bonorū operū velocitate currentes,vt ipso duce vsi,nullū vie huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequētes ingredi meruerimus,illā quo peruenire cupim⁹ciuitatem,omnia iam(de quibus queritur)oculisvidebimus tāq; heredes omniū facti,intelligite itaq;viam esse hūc vite nostre cursum,viatores eos qui nos instruūt,vel bona opera gerūt,portam vero prophetā, de quo dicim⁹ vrbem regnū esse in quo residet omps pater, quē soli videre possunt hi qui mūdo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam & ipse verus propheta ab initio mūdi per seculū currens,festinat ad requiem. Adest enim nobis omnib⁹ diēb⁹, & si quādo necesse est apparet,& corrigit nos,vt obtemperantes sibi ad vitā perducat eternā. De his

autem qui negligunt viam ſue ſalutis,& adhuc non bene fideles,& preceptis eius ſuorumq; pontificum iuſſionibus inobedientes vel contumaces eis exiſtunt. ¶Dominus noſter ieſus chriſtus mittens
A diſcipulos ſuos precepit nobis dicens. vt in quācūq; ciuitatem aut domui introierimus, dicamus, pax huic domini. Et ſi quidem(inquit)fuerit ibi filius pacis,veniet ſuper eum pax veſtra.Sivero nō fuerit pax veſtra ad vos reuertetur. Exeuntes autem de domo vel de ciuitate illa,etiam puluerē qui adhelerit pedibus veſtris excutiatis ſuper eos. Tolerabilius erit terre ſodomorū & gomoreorum in die iudicii,quā illi ciuitati vel domui. Quod vtiq; ita demū fieri precepit ſi prius in ciuitate vel domo veritatis ſermo predicetur,ex quo recipientes veritatis fidem filii pacis & filii domini fiant. vel non recipientes arguatur quaſi inimici pacis & domini. Ita ergo & nosmagiſtri inſtituta ſectantes pacem proponimusauditoribus,vt abſq; vlla perturbatione poſſit via ſalutis agnoſci. Quod ſi quis pacis verba non ſuſcipit, neq; acquieſcit veritati,ſcimus aduerſus eum pugnam verbi mouere, & arguere acrius confutando ignorantiā& redarguendo peccata.Neceſſario igitur pacē proponimus vt ſi quis eſt filius pacis,pax noſtra veniat ſuper eū, ab eo autem qui ſe alienum pacis effecerit,regredietur ad nos pax noſtra. Et iterum in mandatis habemus, vt venientes ad ciuitatem diſcamus quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus,vt quāto magis conuenit noſcere quis, qualis prius ve ſit his cui immortalitatis verba credenda ſunt. Solliciti enim & valde ſolliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos.

B ¶Sed & alias ob cauſas vtile eſt viri huius habere noticiam. Si enim ſciam quia in his de quib⁹ nō poteſt dubitari quod bona ſint emēdatus eſt & inculpabilis,hoc eſt ſi ſobrius,ſi miſericors,ſi iuſtus, ſi mitis & human⁹,que vtiq; bona eſſe nullus ambigit,tūc conſequens videbitur vt ei qui obtinēt bona virtutum etiam quod deeſt fidei & ſcientie cōferatur,& in quibus maculari videtur eius vita que eſt in reliquis probabilis emendetur. Si vero in his que palam ſunt peccata inuolutus permanet inquinatus,non me oportet aliquid de ſecretioribus & remotis diuine ſciētie proloqui. ſed magis protestari & conuenire eum vt peccare deſinat & actus ſuos a viciis emendet. Quod ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere que eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nichil omnino reſpondere auditorum cauſa vtile non videtur,ne forte exiſtimēt nos reſponſionis penuria declinare certamē,& fides eorum ledatur non intelligentia propoſiti noſtri. magna contumelia & graue nobis erit peccatū,ſi ita deſipiamus vt videamus eum qui idola colit,eſſe ſobrium nos qui deum colimus ſobrii eſſe recuſemus. Non hoc ſit inter nos, ſed magnum habeamus ſtudium, vt ſi illi qui errāt homicidium non faciunt nos ne iraſcamur quidē. Et ſi illi adulterium non committunt ,nos nec concupiſcamus quidē alienā mulierem. Si illi amant proximos ſuos nos diligamus etiam inimicos noſtros. Si illi mutuo dant his qui habent vnde reddant,nos etiam his demus a quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos qui eterni ſeculi hereditatem ſperamus,debemus precedere eos qui preſens tantum ſeculū nouerunt,ſcientes quia ſi opera illorū noſtris operibus collata,in die iudicii ſimilia inueniātur ac paria, confuſio nobis erit quod equales inueniāmur in operibus hisqui propter ignorantiam cōdemnātur,& nullam ſpem futuri ſeculi habuerunt. Et vere digna confuſio eſt, vbi nichil amplius geſſimus ab his quibus amplius intellexi⁊mus. Quod ſi cōfuſio nobis erit equales his inueniri in operib⁹ bonis,quid erit nobis ſi inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipſe verus prophe
C ta docuerit. ¶Ad eos autem qui negligunt audire verba ſapientie ita ait. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac,& condemnabit eam, quia venit a finibus terre audire ſapientiam ſalomonis. Et ecce pluſq̄ ſalomon hic & non audiunt. Ad eos vero qui de malis actibus gerere detractabant penitentiā,ita ait,viri niniuite ſurgent in iudicio cum generatione hac,& condemnabūt eā, quia penitētiam egerūt in predicatiōe Ione,& ecce pluſq̄ Ionas hic. Videtis ergo quomodo eos qui erudiebātur ex lege adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, & oſtendens eos nec equales illis eſſe qui in errore poſiti videbantur ex ipſa tantū comparatione cōdemnatos. Ex quibus omnibus ſermo quē propoſuimus approbatur, vt teſtimonia que aliquatenus etiam ab his qui in errore ſunt poſiti cuſtoditur,multo purius & attentius per ſingulas quaſq; ſicut ſupra oſtendimus ſpecies a nobis qui veritatem ſequimur teneatur. eo magis quo apud nos obſeruantie eius premia eterna ſunt poſita. Aliter enim nemo ſaluus eſſe poterit,niſi his obſeruationibus proviribus operam dederit . Deus vos in ſua voluntate vnūquēq; in ſuo ordine ſemper cuſtodiat fratres,& ſibi placere in omnibus concedat Amen.

¶Item epiſtola

ITEM EPISTOLA SANCTI CLEMENTIS PAPE SCRIPTA DISCIPVLIS SVIS QVI MALORVM HOMINVM PERSVASIONIBVS ALIQVATENVS DEVIARANT ET GENTIBVS INTER QVAS HABITABANT.

CLEMENS ROMANE VRBIS EPISCOPVS CHA A
rissimis fratribus iulio & Iuliano ac reliquis cōsodalib⁹ nostris, gentibusq; que circa vos sunt. Oportet fratres omnes doctores qui ad salutē animarū institutí sunt, & ad lucrandas animas episcopi sunt consecratí, pro cunctis sollícitudinē gerere, & errantes ad viā veritatis & ad portū salutis reducere. Et licet propter gentes que circa vos sunt in modico vos errasse contigerit, melius est tñ redire ad veritatis viam quā diutius in ipso errore perseuerare. Quoscunq; enim de his qui vos errare fecerūt, vel de his qui adhuc verbum predicationis nō audierunt potestis vobiscū assumite, & ad viam veritatis reducite, ne infructuosi domino inueniamini. Et quoniā quidē sicut a cultore neglecta terra spinas & tribulos necessario producit, ita sensus vester longi tēporis incuria multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falsę scientie germinauit, opus est nunc multa diligentia ad excolendum Rus mentis vestre, vt hic sermo veritatis (qui est verus & diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est prebere obedientiam & occupationes ac solicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen encet noxiū germen, potest eni fieri vt multi temporis negligentiam, breuis & assidua reparet diligentia, incertum nāq; est vniuscuiusq; tempus vite. Et ideo festinādum est ad salutem, ne forte cūctantem mors repētina preueniat, & ob hoc acrius innitendum est, vt (dum est tēporis spatiū) collecta male consuetudinis vitia resecentur. Q d non aliter facere poteritis nisi vt irascamini quodāmodo aduersum vosmetipsos, pro his que inutiliter gessistis, ac turpiter. Hec enim est vtilis vita, & iusta, & necessaria iracundia, vt vnusquisq; in quibus errauit, & perperā gessit indignetur & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accēditur in nobis ignis quidam, qui velud agro sterili immissus cōsumptis & excoctis radicibus pessime voluntatis, bono semini verbo dei fecūdiorē cordis preparet glebam. Puto autē quod satis dignas habeatis causas iracundie, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis in quātos vos errores deduxerit ignorantie malum, quātosq; lapsus & quanta precipitia ad peccandū dedit, a quātis vos bonis abstraxit, & in que precipitauit mala, & quod est super omnia grauius quod vos in futuro seculo eternis penis obnoxios fecit. Nonne pro his omnib⁹ vbi vobis veritatis lumē effulsit; ignis iustissime indignationis accenditur, & iracundie deo placite intra vos consurgit incendium quo cōsumatur & radicitus intereat omne germē quod forte ī terra male concupiscentie pullulauit? Vnde & ipse qui misit nos cum venisset & omne mundum vidisset ad malicia declinasse, non continuo ei pacem in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantie eius ruinis sciētiam veritatis opposuit, vt si qui forte respicerent & lumen veritatis aspicerent deceptos se & in p̄cipitia erroris abstractos merito dolerent, & iracundie salutaris ignem aduersum deceptricem suā conciperent ignorantiam. Ob hoc itaq; dicebat ignem veni mitterre in terram, quē volo vt accendatur.
¶ Est ergo pugna quedā que gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientie necessario separat homines ab errore & ignorantia, sicut sepe videmus putrefactas & emortuas carnes corporis a connexione viuentium membrorum ferro secantis separari. Tale ergo aliquid est quod ait veritatis agnitio. Necesse est enim, vt salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis a parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atq; consanguineos credentes, atq; incredulos, scientie atq; ignorantie veritatisq; & erroris pungna consistit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos misit, non veni pacem mittere in terrā sed gladiū. Q d si dicit aliquis & qūo iustū videtur separari filios a parētib⁹? Audi qūo quia cū ipis si in errore permaneāt neq; illis ꝓderūt, & ipsi cū illis pariter interibūt, iustū igitur & valde B

iuſtū eſt ſeparari eum qui ſaluari vult ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte quia nō ex illis qui re ctius intelligunt venit iſta ſeparatio, illi enim volunt eſſe pariter & prodeſſe his, & docere meliora. Sed propriū eſt ignorātie vitium, vt confutantē ſe, veritatis lucē nō ferat habere de ꝓximo. Et ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nā qui ſciētiā veritatis accipiunt, quia bonitatis plena eſt, tāquā a bono deo datā cupiunt eā ſi fieri pōteſt cum omnibus habere cōmunem. Etiā cum his qui oderunt eos, & perſequntur. Sciunt enim quia peccatum ipſorum cauſa ignorātie eſt. Propterea deniq; ipſe magiſter cum ab his qui ignorabāt eum duceretur ad crucē, orabat patrē ꝓ interfectorib⁹ ſuis, & dicebat pater dimitte eis peccatum, quia neſciunt quid faciunt. Imitantes quoq; diſcipuli magiſtrū etiam ipſi cum paterētur ſimiliter pro interfectorib⁹ ſuis orabant. Quod ſi diſciplina nobis eſt orare etiam pro interfectoribus & perſecutoribus noſtris, quomodo nō etiā parētum & propinquorū perſecutiones ferre, & pro cōuerſiōe eorum, orare credimur? ¶ Cum deinde etiā diligentius cōſideremus, que ſit nobis cauſa parētes diligendi, ꝓ eo iquit, quia vite noſtre videntur auctores. Auctores quidē vite noſtre parētes nō ſunt ſed miniſtri. Nō enim vitā p̄bent ſed ingrediendi nobis ad hanc vitā exhibēt miniſteriū, auctor aūt vite vnus & ſolus eſt deus. Si autē auctorē vite diligere volumus, illum nobis eſſe diligēdū ſciam⁹, ſed illū, inquit) cognoſcere nō potuim⁹, iſtos autē & nouim⁹ & i affectu hab em⁹. Eſto, nō potuiſtis cognoſcere quis ſit deus quid tamen nō ſit deus per facile ſcire potuiſtis. Nā quomodo latere potuit hominē q̄ lignū aut lapis aut es vel huiuſmodi materia nō ſit? Q d̄ ſi in his que facile deprehēdere potuiſtis animum ad diſcutiēdum voluiſtis intendere certum eſt, quia & i agnitiōe dei impediti eſtis, nō impoſſibilitatis ſed ignauie vitio, nā ſi voluiſſetis ex his ipſis inutilibus ſimulacris profecto accepiſſetis intelligentie viā. Certū eſt quia per ferrū facta ſunt ſimulacra, ferrum vero per ignē cōfectū eſt. Qui ignis aqua extinguitur aqua aūt p ſpiritū mouetur. Spirit⁹ autē a deo initium habet. Sic enim dixit moyſes ꝓpheta, in principio fecit deus celum & terrā. Terra autē erat inuiſibilis & incōpoſita & tenebre erant ſuper faciē abiſſi, & ſpirit⁹ dei erat ſuper aquas. Qui ſpirit⁹ domini iuſſu quaſi ipſa man⁹ cōditoris lucē ſeparauit a tenebris & poſt illud inuiſibile celū iſtud viſibile ꝓduxit, vt ſuperiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus ꝓpter vos iuſſu dei aqua que erat ſuper faciē terre ſe ceſſit vt terra vobis produceret fruct⁹. Cui etiam humorū venas latenter inſeruit vt vobis ex ea ꝓfluerēt fontes & flumina ꝓpter nos producere iuſſa eſt animātia & omnia que noſtro vſui voluntatiq; ſeruirent. An nō ꝓpter vos venti ſpirāt? vt ex ipſis concipiēs fructus nobis terra parturiat? Nonne propter vos ymbres profluūt & tpa viciſſitudines mutant? Nū ꝓpter vos ſol oritur & occidit & mutationes luna perpetitur? propter vos mare exhibet famulatum ſuū, vt vobis ingratis cuncta ſubiaceant. Nōne pro his omnib⁹ iuſta eritvltionis pena? Quia horum omniū largitorē quē ante omnia & agnoſcere & venerari debuiſtis ſolum pre ceteris ignoratis? Sed & nunc pet idem vos adhuc in intelligētiā eius duco. Videtis etenim qd̄ omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per vnigenitū ex initio facta eſt, vnigeniti vero omnipotens deus caput eſt, per quē tali ordine, vt ſupra diximus peruenitur ad patrē. Cum autem peruenerit is agnoſcite hāc eſſe voluntatē eius, vt p aquas que prime create ſunt denuo renaſcamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquā bonis operib⁹ repletus heres efficitur eius a quo in incorruptiōe regeneratus eſt. Propter qd̄ paratis animis accedite quaſi filii ad patrem, vt peccata veſtra diluātur & cauſa eorum ſola ignorātia fuiſſe probetur apud dn̄m. Nā ſi poſt agnitionē horū permanetis in incredulitate vobis iam perditiōis veſtre cauſa & nō, ignorātie reputabitur, nec putetis etiā qd̄ ſi omnem pietatem colatis omnē q̄ iuſticiā, baptiſmum vero nō accipiatis ſpem poſſitis habere apud dn̄m immo maiore pena digni eritis qui bona opera nō bene operati eſtis. Cōfertur enim meritum homini ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut deus iubet, deus autem iuſſit omnē colentē ſe baptiſmo cōſignari. Quod ſi vos renueritis, vt veſtre voluntati magis quā dei obtēperetis cōtrarii ſine dubio, & inimici eſtis voluntati eius. Sed dicetis fortaſſe. ¶ Quid cōfert aque baptiſm⁹ ad dei cultū? Primo
A quidem, quia qd̄ dn̄o placuit impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis & deo renato fragilitas prioris natiuitatis que vobis per hominē facta eſt amputatur, & ita demū peruenire poteritis ad ſalutē. Aliter impoſſibile eſt. Sic enim nobis cū ſacramēto ver⁹ ꝓpheta teſtat⁹ eſt dicēs. Amē amē dico vobis niſi qs denuo renat⁹ fuerit ex aqua viua nō itroibit i regnū celorū & iō accelerate. Eſt eni i aqs iſtis mia ei⁹ quedā que ex iitio ferebatur ſup eas. et agnoſcit eos q baptizātur ſub appellatōe triplicis ſacramēti, & eripit eos de ſupplicijs futuris quaſi donū qd̄dā offerēs deo aias p baptiſmū cōſecratas.

Confugite

Confugite ergo ad aquas istas,sole sunt enim que possunt vim futuri ignis extinguere. Ad quas qui moratur accedere,constat in eo ahuc infidelitatis idolū permanere,& ab ipso ꝓhiberi ad aquas properare que salutem cōferunt. Siue enim iustus siue iniustus baptissim⁹ per omnia necessari⁹ est iusto quidē vt adimpleatur i eo ꝓfectio & regeneretur deo iniusto vero vt peccatorū que gessit,remis sio cōcedatur. Oibus ergo festinandū est siue mora renasci deo,& demū consignari ab epo id est septiformē gratiā spiritus sancti percipere,quia incertus est vnius cuiusq; exit⁹ vite. Cumautem regeneratus fuerit per aquā,& postmodū septiformi spūs gratia ab ep̄o,vt memoratū est cōfirmatus, quia aliter perfect⁹ esse xp̄ianus nequaq̄ poterit nec sede habere inter perfectos si nō necessitate, sed in curia aut volūtate remanserit, vt a beato Petro accepimus & ceteri sancti apostoli p̄cipiente domio docuerunt & demū ex operib⁹ bonis ostendat in se similitudinē eius qui eū genuit patris. Post hec vero agnoscat dn̄m honorare,honor autē eius est,vt ita viuat sicut ipse vult,vult enim vnūquēq; ita viuere,vt homicidiū,& adulterium nesciat odium & auaricia fugiat. iram superbia iactantia respuat, & execretur. Inuidia quoq; & cetera his similia penitus ad se ducat aliena. Est sane ꝓpria quedam nostre religionis obseruātia,que nō tam imponitur hominib⁹ quā ꝓprie ab vnoquoq; dn̄m colente causa puritatis expetitur,de castimōie dico cautela cui⁹ species multe sūt. Sedvt primo obseruetvnus quisq; ne menstruate mulieri misceatur,hoc enim execrabile ducit lex dn̄i. Quod si lex de his non admonuisset nos vt catuli libenter volueremur in stercore,debemus aliquid amplius habere animalibus,vt pote rationabiles homines & celestiū sensuum capaces,quib⁹ summi studii esse debet ab omni inquinamēto cordis cōscientiā custodire. Bonum est autē & puritati cōueniēs etiā corpus aqua diluere. Bonū vero dico nō quasi principale illud in quo mēs purificatur,sed qd̄ sequela sit illi⁹ boni hoc in quo caro diluitur,sic enim & magister noster quosdā phariseorū,& scribarū qui videbātur esse ceteris meliores,& a vulgo separati increpabat dicēs eos hypocritas quia ea solūmodo que hominib⁹ videbātur purificabant,cordavero que solus deus aspicit inquinata relinquebāt & sordida. Ad quosdā ergo ex ipsis nō ad omnes dicebat,ve vobis scribe & pharisei hypocrite quia mūdatis calicis & parapsidis qd̄ de foris est,intus autē plena sunt sordibus. Pharisee cece mūda prius qd̄ intus est, & qd̄ de foris est erit mundū. Vere enim si mens mundetur luce scientie cū ipsa fuerit munda ac splē dida tūc etiā eius qui de foris est hominis ipsa necessario curam gerit & carnis sue,et ipsa purificetur vbi autē ista que de foris est purificatio carnis negligitur certū est neq; ne puritate mētis,ac mundicia cordis curā geri. ita ergo fit vt is qui intrinsecus mund⁹ est mundetur sine dubio & extrinsec⁹. non semper autē is qui mundatur extrinsecus etiā intrinsecus mund⁹ est, videlicet cum agit hec vt horninib⁹ placeat,sed & illa spēs castimonie obseruāda est, vti ne passim & libidinis solius causa feminis coeat quis,sed posteritatis reparāde gr̄a. que obseruātia cū etiā i nō nullis pecudib⁹ iueniatur pudoris est si nō ab hominibus rationabilibus & deum colentibus obseruetur. Ergo omnes peccauer unt,& egent auxilio dei ꝓpter quod charissimi sectamini semp charitatē & emulamini meliora & spiritualia & adiuuate vos inuicē,vt dn̄o semper in omnibus placerevaleatis. Amen.

ITEM EPISTOLA SANCTI CLEMENTIS PAPE DE COMMVNI VITA RELIQVIS SVIS DISCIPVLIS SCRIPTA HIEROSOLIMIS QVE DIRECTA.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS ETCONDISCIpulis hierosolymis cum charissimo fratre iacobo coep̄o habitantib⁹. Clemēs ep̄s cōmunis vita fratres omnibus necessaria est, & maxime his qui deo irreprehēsibiliter militare cupiūt,& vitā apostolorū eorūq; discipulorū imitari volunt. Cōmunis enim vsus omniū que sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit,sed per iniquitatē alius hoc suū eē dixit,& alius istud, & sic inter mortales facta diuisio est. Deniq; grecorū quidē sapientissimus hec ita scies esse ait,cōmunia debere esse amicorū omnia. In omnibus autē sunt sine dubio & coniuges. Et sicut nō potest inquit diuidi aer neq; splendor solis ita nec reliqua que cōmuniter in hoc mūdo omnib⁹ data sunt ad habendum diuidi debere,sed habenda esse cōmunia. Vnde & dn̄s per prophetam loquitur dicens . Ecce quā bonum & quā iocundum,habitare fratres in vnum,& reliqua. Istius enim cōsuetudinis more retento,etiam apostoli eorūq; discipuli (vt predictū est) vna nobiscū & vobiscum cō- A

munē vitā duxere,vnde(vt bene nostis) erat multitudinis eorum corvnū & anima vna,nec quisquā eorum aut nostrum de his que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant cōmunia nec quisq̄ egens erat inter nos. Omnes autem qui domos vel agros possidebant vēdebāt eos,& precia eorum & reliquas res quas habebāt afferebant ponentes ante pedes apostolorum,sicut nobiscum quidā vestrum cognouerunt & viderunt & diuidebatur singulis pro vt cuiq̄ opus erat. Ananias autem vir austerus, & saphira vxor eius,qui mentiti sunt apostolis de precio agrorū suorum quos vendiderāt nobis presentibus in conspectu omniū astātiū, a cōspectu apostolorū ꝓpter peccatū eorum,& mēdacium quod fecerunt,mortui delati sunt ambo. Cetera que de talibus cognouimus & vidimus nec recordatione,nec demonstratione digna sunt. Quapropter hec vobis cauenda mandamus,& doctrinis & exemplis apostolorū obedire precipimus,quia hi qui mandata eorum postponunt non solum rei sed extorres fiunt. Que non solū nobis cauēda sed omnibus predicanda sunt. A ¶Relatum est etiam nobis quod quidam in vestris partibus commorātes aduersantur sanis doctrinis,& pro vt eis videtur non secundū traditionē patris, sed iuxta sensum suum docere videntur. Multas enim quidā vt audiuimus nostrarū partium secundū ingenium hominum ex his que legunt veri similitudines capiunt,& ideo diligenter obseruandū est vt & lex dei cū legitur non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. sunt enim multa verba in scripturis diuinis que possunt trahi ad eum sensum quē sibi vnusquisq̄ sponte presumpserit,sed fieri non oportet,non enim sensum quē extrinsecus attulerītis alienū & extraneum debetis querere,aut quomodo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligētiam discere scripturarum qui eā a maioribus secundū veritatem sibi traditā seruat, vt & ipse possit ea que recte suscepit competenter asserere. Cum enim ex diuinis scriptutis integrā quis & firmā regulā veritatis susceperit,absurdum non erit si aliquid etiā ex eruditiōe ac liberalibus cōmune studiis que forte in puericia attigit ad assertionē veri dogmatis cōferat,ita tantū vt vbi vera didicit,falsa & simulata declinet. Incertū est enim etiā iuuenibus vite tēpus,senibus autem iam nec incertū est:nō enim dubitatur quod quātūcunq̄ est quod putatur super esse breue sit. Et ideo tam iuuenes quā senes oportet de conuersione & penitentia valde esse solliciros,& satis agere vt de reliquo ornent animā suam ornamentis dignissimis,id est dogmatibꝰ veritatis decore pudicitie,splendore iusticie,cādore pietatis aliisq̄ omnibus,quibus cōptam decet esse rationabilem mentem. Vnde consilium dantes vestram pudicā prudentiā hortamur, vt ab apostolicis regulis non recedatis, sed cōmunē vitam ducentes & scripturas sanctas recte intelligētes que domino voluistis adimplere satagatis,& cum oratione assidua dei gratiam obtinere meruerītis. Tunc sine suspitione mali interitus,vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis Amen.

INCIPIVNT DECRETA ANACLETI PAPE DE OPPRESSIONE EPISCOPORVM, ET DE ACCVSATIONE EPISCOPORVM, ET DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET DE PRIMATIBVS ET DE PATRIARCHIS EORVMQVE MINISTERIIS.

B ANACLETVS SERVVS CHRISTI IHESV IN SEDE apostolica domino seruiens, episcopis omnibꝰ & ceteris cūctis fidelibus qui coequalē nobiscū sortiti sunt fidē,gratia vobis & pax, atq̄ consolatio multiplicetur a domino in secula. Benedictus deus & pater domini nostri ieſu xp̄i,qui secundū magnā mīam suam regenerauit nos in spē viuā per resurrectionē iheſu christi ex mortuis in hereditatē incorruptibilē & incontaminatā & immarcessibilē conserua tam in celis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo,in quo exultabitis modicū nunc si oportet contristari in variis tribulationibus, vt probatio vestre fidei multo precioſior sit auro quod per ignē ꝓbatur,si tantū tribulationibus experti probati inueniamini. Patientes estote dilectissimi quia patientia probationē operatur, ꝓbatio vero spem. spes autē non cōfundit. Ecce agricola expectat precioſum fructū terre,patienter ferens donec accipiat tēporaneū & serotinū. Si agricole hec patienter ferunt pro tēporalibus fructibus: quāto magis vos ꝓ eternis

vos pro eternis patientes esse debetis? Estote ergo patientes,& confirmate corda vestra,vt aduenien
te iudice christo, leti & probati essevaleatis.Nolite ingemiscere in alterutrū,vt non iudicemini. Ecce
iudex ante ianuā assistit. Exemplū accipite charissimi laboris & patientie ꝓphetas,qui locuti in no
mine domini sunt. En beatificamus qui sustinuerūt.sufferetiā iob audistis, & finē domini vidistis
quoniā misericors & miserator dns est. Tribulatiões vestras audiuim⁹ fratres tā per nostros quā &
per aliorū apocrisarios,super quib⁹ valde dolemusvobisq; cōpatimur,& auxiliū terre pro vt ipse lar
gitus fuerit qui ꝓ nobis nō solū tribulat⁹, sed etiā passus est parati sumus.Nolite mirari charissimi
qui persecutiões patimini quasi nouivobis aliquid cōtingat,sed cōmunicates christi passionib⁹ gau
dete,vt & i reuelatiõe glorie eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in nomie christi beati eritis,
quoniā qđ est honoris glorie & virtutis dni,& qui ē ei⁹ spirit⁹ sup vos requiescet. Nemo autē vestrū
patiatur quasi homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorū appetitor. Si aūt vt christian⁹,nō erube
scat, gloriticet autē dnm in isto nomie quoniā tꝑ est,vt incipiat iudiciū de domo dni. Si autē a no
bis primū quis finis eorū qui non credunt dei euāgelio? Et si vix iustus saluabitur,impius & pecca
tor vbi parebunt? Itaq; & hi qui patiuntur fideli creatori cōmendet animas suas secundū voluntatē
dni in benefactis. ¶Nam vt ait beatus clemēs predictus antecessor noster similis est omnis ecclesie A
status naui magne,que per vndosum pelagus diuersis e locis & regionib⁹ viros portat, ad vnā potē
tis regni vrbē properare cupientes. Sit ergo nauis auctor huius omnipotēs ipse deus,gubernator ve
ro sit christus, tum dni prore officium episcopus impleat,presbyteri nautarū, diaconi dispensatorū
locū teneāt,hi qui catechizāt nautologis cōferantur. Epibatis aūt totius fraternitatis multitudo sit
similis. Ipsum quoq; mare hic mundus habeatur,vetorū vero varietates & turbinū diuersis tēptatio
nibus cōferātur persecutiões tribulatiões siue pericula fluctib⁹ exequētur. Terrenivero spūs qui vel
de torrētib⁹ vel de cōuallibus spirant, pseudo prophetarū & seductorū seu praue doctrine verba do
centur,promōtoria vero & loca cōfragosa hi qui in potestatibus seculi sunt iudices,& pericula minā
tur ac mortes rithalassa vero loca qui duplicibus vnde fallacis estibus verberantur dubiis mēte & de
repromissionū veritate nutātibus cōferantur, atq; his qui irrationabili fidē nostrā ratione discuti⁊
unt,hypocrite vero & dolosi piratis similes habeantur. iam vero rapidus vertex & tartarea caribdis
& saxis illisa naufragia ac mortifere submersiones quid aliud estimāda sunt quā peccata? Restat igi
tur vt hec nauis cursu prospero tuta possit portū desiderate vrbis intrare, & ita dno precem fundere,
vt nauigātes mereātur audiri. ¶Audiuimus fratres quod quidā detrahunt & accusant sacerdotes B
dni,cupientes eos dānari nō intelligētes forsitā ꝙ iniuria sacerdotū ad xp̄m pertinet cuius vice fun⁊
guntur.Nec hoc aspiciūt qđ beat⁹ petr⁹ princeps apostolorū instructor nr̄ ait. Deponētes igitur om
nē malitiā,& omnē dolū & simulationes & inuidias & oēs detractiones sicut modo geniti infantes
rationabiles sine dolo lac cōcupiscite,vt i eo crescatis in salutē,& dns per prophetam inq̄uit,qui vult
vitā diligere & videre dies bonos coerceat linguā suā a malo,& labia eius ne loquātur dolū,& cetera.
Qui autē ista trāsgrediūtur ꝓfecto trāsgressores legis dni & cōtēptores atq; inobedientes eius p̄ce
ptis existūt. Vñ & beatus Iacob⁹ apostol⁹ ait. Si diligitis ꝓximos sicut vos ipsos, bene facitis. Si aūt
personas accipitis peccatū operamini redarguti a lege quasi trāsgressores & cetera. Et beat⁹ ac p̄de⁊
cessor noster clemēs vir apostolicus & spiritu dni plenus vna cū reliquis sanctis collegis suis statuit
dicēs. Accusandi vel testificandi licētia denegetur omnibus qui xp̄iane religionis & nois dignitatē
& sue legis vel sui ꝓpositi normā aut regulariter ꝓhibita neglexerūt. Transgressores enim spōte le
gis sue eiusq; violatores & recedētes apostate nominētur. Ois enim apostata refutādus est ante reuer
sionē suā,nō in accusatiõe recte agentiū aut testimonio suscipiēdus, quia vir duplex aīo inconstans
est in oībus viis suis. Quicūq; autē vt ait apostol⁹ Iacob⁹ totā legē seruauerit offendat autē in vno,fa
ctus est reus omniū. Qui autē dixit nō mechaberis,dixit & nō occides. Qđ si nō mechaberis occi
das autē,factus es trāsgressor legis. sic loquimini & sic facite,sic per legē libertatis incipiētes iudicari.
Iudiciū enī sine misericordia fiet illi qui nō fecit misericordiā,superexcellat aūt mia iudicio,& dns ait
Nolo mortē peccatoris sed vt magis cōuertatur,& viuat. Et multa talia horūq; similia. Nemo enim
(inquit apls) vestrū sibi viuit & nemo sibi moritur. siue ergo viuim⁹ siue morimur dni sumus:in
hoc enim xp̄s mortuus est & reuixit,vt & viuorū & mortuorū dominetur. Tu autē quid iudicas fra
trē tuū aut tu quare spernis fratrē tuum? Omnes enim stabunt ante tribunal domini scriptum est
enim,viuo ego dicit dominus quoniā flectetur michi,omne genu & oīs lingua cōfitebitur domino
Itaq; vnus quisq; vestrum per se rationē reddet domino. ¶Non ergo amplius inuicem iudicemus C

ſed hoc iudicate magis nec ponatis offendiculũ fratri vel ſcandalũ. ſcimus enim quia multum de rogatio preualet, quando derogator creditur fide dignus. ideo fratres variis detractionibus & accuſationibus nõ oportet labefactari iudices & primates eccleſie, ſed magis apoſtolorum & doctorum regulis informari & roborari. vnde iuſtum eſt omnes in vniuerſo romanorũ orbe doctores legis, ea que legis ſunt recta ſapere & operari, & non regulas naſcentis eccleſie confundi: aut fidem aut doctrinam apoſtolorum variis maculare doctrinis nec fratres, infeſtare. Si autem omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent, ſuperuacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adiuuare, ideo ſi aliquis putat domino in hoc placere quod ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant dicit ſe hoc agere, in vanũ laborat & plus inuidie ſtimulis agitatur, quã charitatis, quoniã gratie plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit cõmendationis augmẽta. Erigunt ergo doctores conſcientias ſuas, & ſi quando incertis temporum flatibus opponuntur ſuſtinent mala que ſeculis magis ſunt aſcribenda quã meritis, datã enim ſcimus ſathane poteſtatẽ, vt ſeruos chriſti cribraret vt quod de tritico inueniri poſſet horreis ingereretur, & quod de paleis ad igniũ alimenta tranſiret. ad vos ſpecialiter dictum eſt. Nolite timere puſillus grex, placuit patri veſtro dare vobis regnum. venit inter vos gladius perfidorũ, vt marcida eccleſie mẽbra reſecaret, & ad celeſtẽ gloriam perduceret. Quos habeat chriſti milites certamẽ oſtendit, qui triumphũ mereãtur per bella cognoſcuntur. Scimus autẽ multos ob id infeſtare doctores, vt eos perdant & proprievolũtatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores inquãtũ vires ſuppetunt a recta emulatione, & bona intentione recedere debent, ſcientes quia beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam, nichil autem illo eſt paſtore miſerius, qui luporũ laudibus gloriatur. Quibus ſi placere voluerit atq; ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo paſtorũ placere lupis & gregib9 ouium poteſt. perdit enim laboris memoriã mens terrenis obligata carcerib9. Sicut artium in iuo quoq; opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia. Nullus ergo preiudicium alteri faciat, neq; quod ſibi fieri non vult exerceat. Nemo dictũ de aliquo inueniat: quod in eius actibus non agnoſcat. Ego autẽ labefactã, non ſolum quietẽ meam ſed & ſalutẽ inimicorum valitudine & rumorũ procellis agnoſco, potẽs eſt diuinitas immenſa tempeſtatis incerta bono ſerenitatis amouere. Et quid aliud ſi chriſtus paſſus eſt pro nobis nobis, relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius & apoſtoli paſſi ſunt ſequẽtes eius exemplum, & reliqui patres, niſi vt ſequamur veſtigia eius tam doctrinã eorum quã exemplum & patiamur aduerſa pro chriſto, & cum patribus atq; cum fratribus crucem portemus, eorumq; tribulationib9 cõpatiamur, vt xp̃i veri diſcipuli inueniamur, qui dixit qui vult poſt me venire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me, & reliqua preſumptio eſt ſi dominorum beneficia, famuli non ſequantur.

A ¶Obſequium ergo eſtimandum puto, quod pariturus impendo. Quid eſt enim quod plus creditur filii vocabulũ valere q̃ obſequium, & non queritur quod in amoris lance promoueas ſed quale ad preiudicium eſtimandi nomen apponas, cum apud prudentes fruſtra ſobolem diximus niſi exhibeat quod videtur. Ego vero volo errore meo alienas culpas afferere, vt factũ quod doleo admiſiſſe conuincar. Odiſti (inquit dominus per prophetã) omnes operantes iniquitatem, perdes loquẽtes mendacium. Virũ ſanguinum & doloſum abominabitur dominus, ego autem in multitudine miſericordie tue, introibo in domũ tuam adorabo q; in templo ſancto tuo, in timore tuo. Domine deduc me in iuſticia tua propter incantatores meos, dirige ante faciem tuam viam meam, non eſt enim in ore eorum rectum, interiora eorum inſidie. Sepulchrum patẽs eſt guttur eorum linguam ſuam lenificant, condemna eos deus, decidant a conſiliis ſuis iuxta multitudinem ſcelerum eorum expelle eos: quoniam prouocauerunt te. Et letẽtur omnes qui ſperãt in te, ineternum laudabunt nomen tuum. Et proteges eos, & letabuntur in te qui diligunt nomen tuũ, quoniã tu benedices iuſto. Domine vt haſta placabilitatis coronabis eum, deo enim ſacrificãtes perfecte, non debẽt vexari, ſed portari, conſolari, atq; ab hominibus venerari. Ipſi autem quando domino ſacrificant non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeãt, vt domino perfecte in ſacratis deo ſacrificare locis p̃bẽtur. Ait nãq; auctoritas legis diuine, vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quẽ videris, ſed in loco quẽ elegit dñs deus tuus. Eps dño ſacrificãs teſtes vt p̃fixũ eſt ſecũ habeat, & plures quã alius ſacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonii incremẽtatiõe indiget. In ſolẽnioribus quippe diebus aut ſeptem, aut quinq;, aut tres diacones, qui eius oculi dicũtur, & ſubdiaconos atq;

nos atq; reliquos miniſtros ſecum habeat,qui ſacris induti veſtimentis in fronte & a tergo,& preſby-
teri e regione dextra, leuaq; contrito corde & humiliato ſpiritu ac prono ſtent vultu, cuſtodientes
eum a maliuolis hominibus,& conſenſum eius prebeāt ſacrificio,peracta autem cōſecratione omnes
communicēt qui noluerint eccleſiaſticis carere luminibus. Sic enim & apoſtoli ſtatuerunt,& ſancta
romana tenet eccleſia. Seruite (inquit dominus per prophetam Dauid) in timore,& exultate ei cum
tremore,adorate pure,ne quādo irascatur & pereatis de via. Ille enim nō perit de via qui recte gradi
tur,& precepta cuſtodit maiorum. ¶Doceri ergo omnes oportet qui domini ſacerdotio fungūtur,
vt ceteros inſtruant & ſibi proficiant,ſcriptum eſt autem. Qui docti fuerint fulgebūt quaſi ſplēdor
firmamenti,& qui ad iuſtitiam erudiūt multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Et alibi. Popul⁹
autem ſciens dominum ſuū obtinebit & faciet,& docti in populo docebūt plurimos,ipſa enim veri-
tas per ſe inſert & dicit. Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me, ille procul dubio ſcandalizat⁹
eſt in deum qui recte nō docet,& qui eius ſcandalizat epiſcopum vel ſacerdotem. Impie namq; la-
gentes ſunt impii,neq; intelligunt omnes impii,porro docti intelligent,omnes enim inuicem hu-
militatem inſinuate,quia deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Nolite (inquit) Iohan
nes apoſtolus omni ſpiritui credere,ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt. Quoniam pſeudo prophete
exierunt in mundum. Et idem,ipſe alibi ait. Vos quod audiſtis ab initio in vobis permaneat,ſi in vo
bis permāſerit quod ab initio audiſtis,& vos in filio & patre manebitis. Et hec eſt repromiſſio quam
ipſe pollicitus eſt vobis vitā eternā, hec ſcripſi vobis de his qui ſeducūt vos. Et vos vnctio quam acce
piſtis ab eo maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos,ſed ſicut vnctio eius docet
vos de omnibus & verum eſt,& non eſt mēdatiū & ſicut docuit vos,manete in eo. Et nunc filioli ma
nete in eo,vt cum apparuerit habeamus fiduciam,& non confundamur ab eo,in aduentu eius. Si ſci
tis quoniam iuſtus eſt,ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam ex ipſo natus eſt. Videte qualem
charitatem dedit nobis pater, vt filii dei nominemur & ſimus,ppter hoc mūdus nō nouit nos, quia
non nouit eum,chariſſimi nūc filii dei ſumus & nondū apparuit quid erimus. Scimus quoniam
cum apparuerit ſimiles ei erimus,quoniā videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet ſpem hanc
in eo ſanctificat ſe,ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum. & iniquitatem facit, & peccatū
eſt iniquitas,& ſcitis quia ille apparuit vt peccata tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in
eo manet non peccat,& omnis qui peccat,non vidit eum,nec cognouit eum. ¶Filioli nemo vos ſe- A
ducat. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt,ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatū ex diabolo eſt, quoniā
ab initio diabol⁹ peccat,in hoc apparuit filius dei,vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex
deo peccatum non facit,quoniam ſemen ipſius in eo manet,& non poteſt peccare, quoniam ex deo
natus eſt,in hoc manifeſti ſunt filii dei & filii diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus nō eſt ex deo, & qui
non diligit fratrem ſuū,quoniam hec eſt annunciatio quam audiſtis ab initio vt diligam⁹ alterutrū
non ſicut cain qui ex maligno erat,& occidit fratrem ſuum,& propter hoc occidit eum,quoniā ope-
ra eius maligna erant,fratris autem iuſta. Nolite mirari fratres ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quo
niam tranſlati ſumus de morte ad vitam,quia diligimus fratres,qui non diligit manet in morte, oīs
qui odit fratrē ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in
ſemetipſo manētem. In hoc cognouimus charitatem dei,quoniam ille ꝓ nobis animam ſuā poſuit,
& nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi & viderit
fratrem ſuum neceſſitatem habere,& clauſerit viſcera ſua ab eo,quomodo charitas dei manet in eo?
filioli non diligamus verbo, neq; lingua,ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex ve-
ritate ſumus,& in conſpectu eius ſuadebimus cordi noſtro,quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrū
maior eſt deus corde noſtro,& nouit omnia. ¶Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehendit nos fi- B
ducia habemus ad deum,& quicquid petierimus, accipiemus ab eo. ſi mandata eius cuſtodi-
mus, & ea que ſunt placita coram eo facimus. Et hoc eſt mandatum eius,vt credamus in nomi-
ne filii eius Ieſu chriſti,& diligamus alterutrum ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat manda
ta eius in illo manet,& ipſe in eo,& in hoc ſcim⁹ quoniam manet in nobis de ſpiritu quem dedit no
bis,et ſicut deus creator qui hominem ad ſimilitudinem ſuā creauit,eſt charitas,eſt bonus,iuſtus, pa
tiens, atq; mitis et miſericors,et cetera ſanctarum virtutum inſignia, que de eo leguntur,ita homo
creatus eſt,vt charitatem haberet,vt bonus eſſet et iuſtus,vt patiens,atq; mitis,mundus, et miſericors
foret. Quas virtutes quāto plus quiſq; in ſeipſo habet,tanto propius eſt deo et maior eſt,ac ſui condi
toris gerit ſimilitudinem. Si vero (qđ abſit) aliquis per deuia vitiorum et diuortia criminum ab ha-

nobiliſſima ſui cõditoris ſimilitudine, degener oberrat. Tunc fiet de eo quod ſcriptum eſt. Homo cum in honore eſſet nõ intellexit, cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Quis maior honor potuit homini eſſe q̃ vt ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur & eiſdem virtutum veſtimentis ornaretur: quibus & conditor: de quo legitur. Dominus regnauit decorem indutus eſt, id eſt omnium virtutum ſplendore & totius bonitatis decore ornatus, vel quod maius homini poteſt eſſe dedecus aut infelicior, miſeria q̃ vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informẽ & irrationabilem brutorũ, iumentorũq; ſimilitudinem delabatur: Quapropter quiſq; diligentius attendat prime cõditionis ſue excellentiam & veneradam ſancte trinitatis in ſeipſo imaginem agnoſcat, honoremq; ſimilitudinis diuine ad quam creatus eſt nobilitatem morum, executionem virtutum, dignitatem meritorũ habere contendat, vt quando apparuerit qualis ſit tunc ſimilis ei appareat qui ſe mirabiliter ad ſimilitudinem ſuam in ptimo adam condidit, mirabiliuſq; in ſecundo reformauit. Omnis ergo homo qui ad imaginem dei factus eſt, illum debet imitari, cuius ad imaginem cõditus eſt, illius debet ſequi veſtigia, qui eum ad imaginem ſui condidit. Conſiliariũ vero ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem ſui condidit, qui eũ precioſo ſanguine ſuo redemit, & ꝓpter eũ homo fieri non eſt dedignatus, quem proculdubio inueniet ſi in eum totam ſpem iuxta pſalmiſte vocem ꝓiecerit, ait nãq;, proiice ſuper dominum curam tuam & ipſe te enutriet, nec dabit ineternum fluctuationem iuſto. Omnis enim homo in ſua cauſa deficiens & in ſuis heſitans conſiliis querit ſibi amicũ fidelem, in cuius conſiliis confidat, qui in ſuis diffidebat, & talem fiduciam habet in illo vt omne ſecretum ſui pectoris ei pandat & aperiat.

¶Quid dulcius eſt quam vt habeas illum cum quo omnia poſſis loqui vt tecum: Si iſta cum hominibus fiunt quanto magis cum deo, hoc eſt agendum, qui omnes vult ſaluos fieri & neminem perire: Nam ſi veraciter deũ credimus, eũq; diligimus vt debemus & ꝓximos ſicut noſmetipſos in eũ quoq; totam ſpem proiecerimus noſtrã, ipſe nos eripiet & conſolabitur. Et ſicut per angelum ſuum Abacuth prophetã cum prandio in lacũ leonũ ad danielẽ vatem miſit, & philippũ vnum de ſeptẽ
A diaconibus ad eunuchum ita dabit nobis conſolationem & liberationẽ. ¶Hec ſectamini chariſſimi, & nulli vnq̃ nocete. Fratres eſtis, inuicẽ vos diligite vt veri dei diſcipuli effici mereamini. Nã qui rancida corda virorũ inficit, malitiã inter homines ſpargit, & qui detrahit fratrẽ ſuum, hic homicida eſt. Et qui abſtulerit aliquid patri vel matri, dicitq; hoc peccatum nõ eſſe, homicide particeps eſt.

¶Pater noſter, ſine dubio de⁹ eſt, qui nos creauit, mater noſtra vero eccleſia, que nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Ergo qui chriſti pecunias & eccleſie rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt, atq; homicida ante conſpectũ iuſti iudicis eſſe deputabitur, qui rapit pecuniam ꝓximi ſui iniquitatem operatur, qui autem pecuniam vel res eccleſie abſtulerit ſacrilegium facit. Priuilegia enim eccleſiarũ & ſacerdotum ſancti apoſtoli iuſſu ſaluatoris intemerata & inuiolata eius decreuerunt manere tpib⁹
B ¶Leges eccleſie aplica firmamus auctoritate & pegrina iudicia ſubmouemus, vñ & dñs mẽtionẽ faciens Loth ꝑ Moyſen loqtur dicẽs, ingreſſus es (quidã inquiũt) vt aduena nũquid vt iudices: Vna queq; ꝓuincia tã iuxta eccleſiaſticas q̃ iuxta ſeculi leges ſuos debet iuſtos & non iniquos habere iudices, & non externos niſi apoſtolice ſedis huius decreuerit auctoritas, quatinus quicũq; cãm habuerit apud ſuos iudices iudicetur & non ad alienos cauſa vagandi ſtimulante propter ſuam vitam deſpiciẽs patriam tranſeat. ¶Sed ad duodecim eiuſdem prouincie iudices, ad quorum iudicium oẽs cauſe ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit eccleſiaſticum apud epiſcopos interueniente primate, ſiquidem maior cauſa fuerit, ſi vero minor metropolitano, ſi vero fuerit ſeculare apud eiuſdem ordinis viros iudicio tam epiſcoporum cum apoſtolus priuatorum chriſtianorum cauſas magis eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppreſſus libere ſacerdotum ſi voluerit appellet iudicium & a nullo prohibeatur, ſed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles cauſe aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorẽ ſedem referantur, & ſi illic facile diſcerni non potuerint aut iuſte terminari, vbi fuerit ſummorum congregata congregatio quod per ſingulos annos bis fieri ſolet & debet iuſte & deo placite coram patriarcha aut primate eccleſiaſtico & coram patricio ſecularia iudicentur negotia in commune. Quod ſi difficiliores orte fuerint queſtiones aut epiſcoporum vel maiorum iudicia aut maiores cauſe fuerint ad ſedem apoſtolicam ſi appellatũ fuerit referantur quoniam apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione ſaluatoris, vt maiores & difficiles queſtiones ſemper ad ſedem deferantur apoſtolicam, ſuper quam chriſtus vniuerſam conſtruxit eccleſiam, dicente ipſo ad beatum principem apoſtolorum Petrum. Tu es (inquit)

Petrus

petrus et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam et reliqua. Sit ergo fratres cōſtātia nr̄a aduer
ſus contentiones eorū qui aduerſa ſapiunt et non que dei ſunt ſapiunt,et erit fortior petra conſtantia
nr̄a ſicut ſcriptum eſt,ne timueritis ab eis,neq; terreamini a facie eorum qui corpus occidunt,animā
autem non poſſunt occidere. Quod autem in aure auditis predicate in lumine,illum timētes qui
poteſt animam et corpus occidere,et mittere in gehennā. ¶Fratres mei in carne ambulantes non A
ſecundum carnem militamus. Arma enim militie noſtre non carnalia, ſed potentia deo ad deſtru
ctionem munitionum conſilia deſtruentes & omnem exaltationem extollentem ſe aduerſus ſcien
tiam dei,& in captiuitatem redigentes omnem cogitationem in obſequium chriſto perducētes. De
ceteto fratres confortamini in dn̄o & in potentia fortitudinis eius,vt pax vobis multa & gratia a deo
& domino noſtro Ieſu chriſto miniſtretur. Amplectimur & oſculamur ac ſi preſentes charitatē ve
ſtram in vnitate ſpiritus,in vinculo pacis,& charitatis chriſti. Propter quod chariſſimi expectantes
ſatagite immaculati & inuiolati inueniri in pace,& domini noſtri longuanimitatem ſalutem arbi
tramini. Sicut & chariſſimus noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis ſicut &
in omnibus epiſtolis loquens in eis de his,in quibus ſunt quedam difficilia intellectu, que indocti
& inſtabiles deprauant,ſicut & ceteras ſcripturas ad ſuam perditionem. Vos ergo fratres preſcien
tes cuſtodite ne inſipientium errore traducti excidatis a ꝓpria firmitate. Creſcite vero in gratia &
cognitione domini noſtri Ieſu chriſti,& ſaluatoris. ¶Vos autem chariſſimi memores eſtote B
verborum,que predicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri Ieſu chriſti, qui dicebant vobis quoniam
in nouiſſimo tempore venient illuſores ſecundum deſyderia ſua ambulātes in impietate,hi ſunt qui
ſegregant ſemetipſos animales ſpiritum non habentes, vos autem chariſſimi ſuperedificantes voſ
metipſos ſanctiſſime veſtre fidei in ſpiritu ſancto orantes. Ipſos vos in dilectione domini ſeruate ex
pectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu chriſti in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudi
catos,illos vero ſaluate de igne rapientes,aliis aūt miſeremini in timore odiētes eā que carnalis ē ma
culatam tunicam. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato,et conſtituere ante conſpectū
glorie ſue immaculatos,in exultatione ſoli deo ſaluatori noſtro per ieſum chriſtum dominum noſtrū
gloria, magnificentia,et imperium,et poteſtas ante omnia ſecula nunc et per omnia ſecula ſeculorū.
Amen.

ITEM EPISTOLA ANACLETI PAPE DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET RELIQVORVM EPISCOPORVM ATQVE SACERDOTVM ET DE FIDE CETERISQVE CAVSIS.

ANACLETVS EPISCOPVS VNIVERSIS EPISCOpis in italia conſtitutis. Quoniam apoſtolice ſedis debitam reuerentiam erga me charitas veſtra diſtribuit,quia plurimum chariſſimi filii prebuiſtis. Nam licet eccleſie in qua ſanctus apoſtolus reſidens docuit quodāmodo nos gubernacula teneamus tamen profitemur nos honore & ſanctitate minores eſſe,et propterea omnino feſtinamus vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire poſſim⁹ Igitur conſultationibus veſtris plenius reſpondiſſemus ſi licuiſſet,ſed infirmitatis ac reliquarum oppreſſionum onere preſſi breuiter prout dominus tribuit, & vt a beato Petro principe apoſtolorum ſum⁹ inſtructi,a quo & preſbyter ſum ordinatus ſcribere vobis(ſicut petiſtis) non denegauimus. ¶Ordinationes epiſcoporum auctoritate apoſtolica ab omnib⁹ qui in eadem fuerint prouincia epiſcopis,ſunt celebrande. Qui ſimul conuenientes ſcrutinium,diligenter agant ieiuniumq; cum omnibus celebrent precibus,& manus cum ſanctis euāgeliis,que predicaturi ſunt imponentes,dominica die hora tertia orantes,ſacraq; vnctione exemplo prophetarum & regū capita eorum more apoſtolorum,& Moyſi vngentes,quia omnis ſanctificatio cōſtat in ſpiritu ſancto, cuius virtus inuiſibilis ſancto chriſmate eſt permixta, & hoc ritu ſolemnem celebrent ordinationem. Quod ſi ſimul omnes conuenire minime potuerint, aſſenſum tamē ſuis precibus prebeāt, vt ab ipa ordinatione animo non deſint. Porro & iheroſolimitarum primus archiepiſcopus beatus Iacobus qui iuſtus dicebatur,& ſecundum carnem,domini nuncupatus eſt frater, a Petro Iacobo & Io- C

hanne apostolis est ordinatus. Successoribus videlicet dantes formam eorũ, vt nõ minus quam a tri
bus episcopis reliquisq; omnibus assensum prebentibus vllatenus episcopus ordinetur, & commu
A ni voto ordinatio celebretur. ¶Reliqui vero sacerdotes a ꝓprio ordinentur epõ, ita vt ciues & alii sa
cerdotes assensum prebeãt, & ieiunantes ordinationem celebrent, similiter & diaconi ordinentur.
Ceterorum autem graduum distributio triũ veracium testium episcopi scilicet probatione sufficere
potest. Accusatio quoq; eorum super qua nos cõsulere voluistis non nisi ab idoneis & probatissi
mis viris, qui & suspitionibus & sceleribus careant fieri debet, quia dominus sacri sui corporis tracta
tores a vilibus & reprobis & non idoneis personis infamari noluit nec calũniari permisit, sed ipse ꝓ
prio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit, vnde liquet quod summi sacerdotes id est episcopi
a deo sunt iudicandi non ab humanis aut praue vite hominibus lacerandi, sed potius ab hominibus
fidelibus portandi ipso domino exemplum dante, quando per seipsum & non per alium venden
tes & ementes eiecit de templo & mensas nũmulariorum & cathedras vendẽtium ꝓprio euertit fla
gello & eiecit de templo. Et sicut alibi ait. Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos de
cernit, & alibi. Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes, nullus enim vt reor inuenitur inter nos qui ve
lit suum seruũ ab alio quam a se iudicari. Quod si presumptum fuerit aut multa ipse indignatione
irascitur, aut potius vltionem querit super eo. Si vero hoc intet homines agitur quid putatis faciet
deus deorũ, & dominus dominãtium qui vltionem suorum promisit non differre seruorum? vnde
& ipse per prophetam loquitur dicens. Deꝰ vltionum dominꝰ deus vltionum libere egit, & reliqua,
& apostolus inquit. Tu quis es qui iudicas seruum alienum? suo enim domino stat aut cadit, & ipse.
Nolite iudicare inuicem, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalum. Et do
minus per prophetam inquit. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nũc in ma
lum oculos alicuiꝰ principis incipit tractare manifeste reus maiestatis iudicatur, & infamis efficitur,
aut potius capitali sententie subiacet. Hec fratres valde cauenda sunt & quod homines nolũt sibi fie
ri deo deorum nõ debent inferre, ne forte irascatur dominꝰ, & faciat vindictam eorum, etiam in eos
qui non peccauerunt, quia perit sepissime iustus pro impio. Imitandus est etiam propheta, per quẽ
dominus ait, perambulabo in simplicitate cordis mei in medio domus mee, non proponebam corã
oculis verbum os belial, detrahentem in abscondito sodalem suum, hunc interficiebam, & hi cauendi
sunt de quibus Salomon ait. Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas i mortem, sic vir qui frau
dulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicit, ludens feci, sicut carbones ad prunas & li
gna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas, verba susurronis quasi simplicia & ipsa peruenium
ad intima ventris. Et si detractores quorumq; grauiter iudicantur & in perditionis laqueũ cadunt,
multomagis laceratores & detractores atq; accusatores memoratorum eiꝰ famulorũ atq; ꝓsecutorũ
dãnantur & in barathrum nisi se correxerint & ꝓ eorum satisfactionem condignã egerint, penitẽtiã
indubitanter vadunt & vindicibus flãmis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cauere, &
non solum non facere, sed nec facientibus cõsentire, quia nõ solum qui faciunt damnãtur, sed qui cõ
sentiunt facientibus, de talibus & his similibus ipsa veritas ait, vulpes foueas habẽt, & volucres celi ni
dos, filius autem hominis non habet vbi caput suũ reclinet. i. in talibus nõ habitat dominus nec ipsi
manent in eo, & Salomon loquitur dicens. Qui fodit foueam incidet in eam & qui voluit lapidem
reuertetur ad eũ. Lingua fallax nõ amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas Graue est saxum
& onerosa arena sed ira stulti vtroq; grauior, hominem qui calumniatur anime sanguinem si vsq; ad
lacũ fugerit nemo sustinet, qui se iactat & dilatat iurgia concitat, qui sperat in domino sanabitur, qui
cõfidit in corde suo, stultus est, qui autem graditur sapienter, ipse saluabitur, qui fortiter premit vbe
ra ad eliciendum lac exprimit butirum, qui vehementer emũgit, elicit sanguinem, & qui prouocat
iras, producit discordias.

CORDO ACCVSATIONIS.

B HEC ET ALIA PERICVLOSA CONSIDERANTES apostoli statuerunt, ne facile cõmouerẽtur aut lacerarentur vel accusarentur colũ
ne sancte dei ecclesie, qui apostoli & successores eorum non immerito dicuntur,
Sed si quis aduersus eos vel ecclesias eorum cõmotus fuerit, aut causas habuerit,
priꝰ ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio cõmoniti ea sanẽt que
sananda sunt, & charitatiue emendent que iuste emendanda agnouerint. Si aũt

aliqui eos

aliqui eos priusq̄ egerint hec lacerare accusare aut infestare presumpserint excommunicentur & mi
nime absoluantur antequam per satisfactionem vt iam dictum est condignam egerit penitentiam,
quoniam iniuria eorum ad christum pertinet cui⁹ legatione funguntur,nec hoc mirum:quia si qs⁄
q̄ nostrū cuidā seruorum legationem iungeret & a quoquā impediretur aut subditorum suorum
despiceretur,mox indignatus irasceretur,aut talia prout posset vindicaret,& ad iniuriam ac con⁄
tumeliā suā hoc factum reputaret & talionem (si in presenti non posset) futuris temporibus redde⁄
ret.Nam si in hominis causa hec fiunt,quid putatis deus faciet de suis qui nec capillum capitis eorū
perire dixerit? vnde & dominus per Naū prophetam loquitur dicens. Deus emulator & vlciscens
dominus,& habens furorem vlciscens dominus in hostes suos,& irascens ipse inimicis suis ante fa⁄
ciem indignationis eius quis stabit,& quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est si
cut ignis & petre dissolute sunt ab eo. Bonus est dominus & confortans in die tribulationis & scies
sperantes in se,& reliqua. Quedam autem ex his iam illis fratribus scripsimus.que totiens sunt re
plicanda quotiens fuerit necessaria. ¶Electionem quoq̄ vt supra memoratum est summorum sa⁄ A
cerdotum sibi dominus reseruauit,licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus popu
lis concessisset. Electionem enim illorum taliter apostolus fieri iubet,si quis sine crimine est vni⁹ vxo
ris virum,filios habentem fideles,non in accusatione luxurie,aut nō subditos,& reliqua. Si enim sine
crimine sacerdos eligi p̄cipitur nullaten⁹ ab hominibus crimin⁹ irritetis accusari aut calūniari per
mittitur,nec ab aliis quam ab his qui sine crimine sunt & iusta electione si necessitas fuerit, aut ipsi
volendo domino seruire elegerint sacerdotesq̄ sine crimine fieri & ordinari possint,& tales p̄ omnia
fuerint quales eligi sacerdotes iubentur. Porro & Moysi precipitur vt eligat presbyteros, vnde & in
puerbiis dicitur, gloria senum canicies. ¶Hec vero canicies sapientiam designat, de qua scriptum
est. Canities hominum prudentia est,cūq̄ nongentos & amplius annos ab Adam vsq̄ ad Abra⁄
ham vixisse homines legerimus,nullus alius primus appellatus est presbyter,id est senior,nisi Abra
ham qui multo paucioribus vixisse annis cōuincitur, non ergo propter decrepitam senectutem sed
propter sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotii Aaron fuit licet Melchisedech
prior obtulerit sacrificium & post hūc Abraham Ysaac & Iacob. Sed hi spontanea voluntate nō sa⁄
cerdotali auctoritate,ista fecerunt. Ceterum Aaron prim⁹ in lege sacerdotali nomē accepit,primusq̄ B
pōtificali stola indutus victimas obtulit iubente dño ac loquente ad Moysen,accipe(inquit)Aarō
& filios eius & applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumq̄ laueris patrem cum filiis aqua,
indues Aaron vestimētis suis,id est lineam tunicam & superhumerale & rationale quod cōstringes
baltheo,& pones tyaram in capite eius,& laminā sanctam super tyaram,& oleum vnctionis fundes
super caput eius,atq̄ hoc ritu cōsecrabitur domino. Filios quoq̄ illius applicabis & indues tunicis li
neis cingesq̄ baltheo Aaron & liberos ei⁹ & impones mitras eis,eruntq̄ sacerdotes michi religiōe
perpetua. Quo loco contēplari oportet Aaron summum sacerdotem,id est episcopum fuisse,por⁄
ro filios eius presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdo⁄
tem & filios eius qui sacerdotes erāt,quod Aaron super tunicam accipiebat poderē,stolam sanctam,
& coronam auream,mitram,& zonā auream,& superhumerale,& reliqua que prefixa sunt,filii au⁄
tem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo & tyarati assistebant sacrificio domini,in nouo
autem testamēto post christum dominum nostrum a Petro sacerdotalis cepit ordo,quia ipsi primo
pontificatus in ecclesia christi datus est dicente domino ad eum. Tu es(inquit) Petrus & super hāc
petram edificabo ecclesiam meam,& porte inferi nō preualebunt aduersus eam,& tibi dabo claues
regni celorum. Hic ergo ligandi,atq̄ soluendi potestatem primus accepit a domino, primusq̄ ad
fidem populum gratia dei virtute sue predicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum eodem pari
consortio honorem & potestatem acceperunt,ipsumq̄ principem eorum esse voluerunt. Qui etiā
iubente domino in toto orbe dispersi euāgelium predicauerunt,ipsis quoq̄ decedentibus in locū eo
rum successerūt episcopi,quorum ordinatio p̄taxato fieri debet ordine & modo, quos qui recipit &
verba eorum domini recipit. Qui autem eos spernit,eum a quo missi sunt & cuius funguntur le⁄
gatione spernit,et ipse indubitāter spernetur a domino. ¶Videtes autē ipsi apostoli messem eē mul
tā & operarios paucos rogauerunt dominum messis vt mitteret operarios in messem suam. Vnde
electi sunt ab eis septuaginta discipuli,quorum typum gerunt presbyteri, atq̄ in eorum locū sunt
constituti in ecclesia,de quorum ordinatione & reliquorum ministrorum dixisse supra sufficiat.
¶Porro quod episcopus non ab vno,sed a cunctis consensu aut presentia comprouincialium est or C

dinandus,& nullatenus minus quam a tribus ceteris consentientibus cūctis,idcirco instituente do/
mino fieri iubetur,ne aliquid contra fidem ecclesie vnius tyrānica auctoritas moliretur,& regula vel
fides confunderetur credētium. ¶Prouincie autem multo ante christi aduentum tempore diuise
sunt maxima ex parte,& postea ab apostolis & beato Clemente p̄decessore nostro,ipsa diuisio est re
nouata, & in capite prouinciarū vbi dudum primates legis erant seculi ac prima iudiciaria potestas
adquos qui per reliquas ciuitates cōmorabantur quando eis necesse erat,qui ad aulam imperatorū,
vel regum confugere nō poterant vel quibus permissum non erat,confugiebant pro oppressionibus
suis, vel iniustitiis suis, ipsosq; appellabant quotiens opus erat,sicut in lege eorū preceptum erat,ipis
quoq; in ciuitatibus vel locis nostris patriarchas vel primates qui vnam formam tenent,licet diuersa
sint nomina,leges diuine & ecclesiastice poni & esse iusse sunt,ad quos episcopi si necesse fuerit con/
fugerent,eosq; appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur & non alii.Relique vero metropoli
tane ciuitates,que minores iudices habebant, licet maiores comitibus essent,haberent metropolita/
nos suos,qui predictis iuste obedirent primatibus sicut in legibus seculi olim ordinatum erat, qui
non primatum,sed aut metropolitanorum,aut archiepiscoporum nomine fruerentur,& licet singu/
le metropoles ciuitates suas prouincias habeāt,& suos metropolitanos iudices habere debeāt,ep̄os si/
cut pri⁹ metropolitanos iudices habebāt seculares,primates tm̄,vt prefixū est, & tunc & nunc habere
iusse sunt,ad quos post sedē apostolicā summa negotia cōueniant,vt ibidē quibus necesse fuerit rele/
uētur,& iuste restituātur,& hi qui iniuste opprimūtur iuste reformentur,atq; fulciantur,ep̄orumq;
cause,& summorū negociorū iudicia(salua ap'lice sedis auctoritate)iustissime terminētur. Hec ab an
tiquis,hec ab ap'lis,hec a sanctis p̄ribus accepimus,vobisq; (vt postulastis)rimāda & futuris tenenda
tpibus mittim⁹,& reliquis fratribus p̄dicanda,ac cunctis fidelibus tradenda mādamus, ne pastorū
impitia qui sequuntur deteriores fiant dicente dn̄o per prophetā. Ipsi pastores ignorauerūt intellig̃
tiam,quos rursus dominus detestatur dicens. Et tenētes legem nescierunt me .Nesciri ergo veritas se
ab eis cōqueritur,& nescire se principatum nescientium protestatur,quia profecto hi qui ea que sunt
domini nesciunt,a domino nesciuntur paulo attestante qui ait, si quis ignorat ignorabitur, hinc &
psalmista non optantis animo,sed prophetantis mysterio denunciat dicens. Obscurentur oculi eo/
rum ne videant,& dorsum eorum semper incurua,obscuratis ergo oculis dorsum flectitur,quoniam
cum lumen scientie perdunt qui preeūt sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinātur sequē
tes. Hic ergo inter manus latronum & dētes furentium luporum vtunq; versamur. Ideo docere
alios & nosipsos(,put dominus dederit) prouidere debemus. Sane percussor ille dicitur doctor,qui
sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos & omnes fideles oportet eū qui
secundum doctrinam est fidelem sermonem,vt potens sit consolari in doctrina sancta,& contradicē
tes redarguere,& recte viuentes,atq; rectam fidem tenentes cōsolidare .Illis ergo qui dicunt quod fi
lius in eo minor est,quia propheta inquit,verbum faciet dominue breuiatum vniuerso orbi, ita re/
spondendum est diuinis testimoniis.

¶DE EPISCOPIS PRIMATI BVS ET PATRIARCHIS EORVMQVE MINISTRIS.

A VERBVM BREVIATVM QVOD DOMINVS FA/
ciet super terram non minutionem deitatis in filio dei significat, sed dispen/
sationem suscepte carnis annunciat,in quali dispensatione nō solum patre ho/
minis filium, sed etiam angelis legimus, minoratum Paulo attestante apo/
stolo. Eum autem inquit, modice minus ab angelis minoratum vidimus
Iesum,propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et infra. Pro/
pter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens. Annunciabo no
men tuū fratrib⁹ meis, in medio ecclesie laudabo te,& ꝓpheta inquit,minorasti eum paulomin⁹ ab
angelis, gloria & honore coronasti eum,& vt verbum dei patris breuiatum in filio non esse docea/
mus hanc Esaie prophete volumine approbamus sentētiam. Nunquid abbreuiatus fact⁹ est sermo
meus,aut paruus,vt non possum redimere,aut non est in me virtus ad liberandum, dicit dominus
omnipotēs,& iterum. Hec dicit dominus omnipotens. Nunquid abbreuiata est manus mea,vt sal/

uare non posſit? Aut non poteſt viuificare cor humilium & ſpiritum contritorum. Et vt brachium patris que manus eſt filium eſſe doceret intulit dicens. Parauit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium,& videbunt omnes fines terre ſalutare eius. Nā & in nouiſſimo tempore hic ſenſus non inaniter poterit coaptari,in quo tempore dominus ex celeſti aula ac empireo domicilio poſſimi demonis iam ferre dedignans tyrannidem in creaturas ſuas crudeliſſime ſeuientē plaſmati condolens ac ſue immenſe charitatis theſaurum reſerare volens in caſtiſſime virginis puriſſimum vterum omnis thori virilis neſcium inenarrabili myſterio,pro redemptione noſtra carnē ſuſcipiens aduenit,vt & illum qui habebat mortis imperium ſua morte deſtrueret, & eos quos in tenebris & vmbra mortis captiuos ſubegerat,virtutis ſue potētia in ipſo paruo & exiguo temporis ſpacio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore diſcipulos inſtruebat,dum eos in lucē (cum adhuc tempus haberent) incedere premonebat. Pueri inquit nouiſſima hora eſt, dum lucem habetis ambulate in lucem ne vos tenebre comprehendant. Et in canonicis apoſtolorum legitur epiſtolis,filioli nouiſſima hora eſt,quia multi pſeudo prophete exierunt,in hunc mūdum. Et Paulus apoſtolus. Tēpus enim breue eſt. Et iterū preterit enī figura huius mūdi. Et iterū. Omnia hec ad correctionē veſtram facta ſunt,in quos fines ſeculorum obuenerunt. Nam dominus in ipſa oratione dominica breuiauit nobis ſermonem,dum nos a multiloquio prohibens pauca docuerit que pertinent ad ſalutem Cum oratis(inquit) nolite multum loqui. Et inūra,vos autem cum oratis dicite. Pater noſter qui es in celis & cetera. Non enim propheta filium dei in hoc capitulo minoratum deſignauit in verbo, quoniam ipſe in prophetis retro tempore loquebatur qui etiam nūc per apoſtolos & apoſtolicos viros nouiſſimo tempore loquitur. Ego inquit qui loquebar in ſeruos meos prophetas ecce aſſum. Et ali⁹ propheta. Sicut eſt ab initio vſque in ſeculum,neque adiectum eſt ei,neque minuetur illi,quoniam ipe eſt dominus creature ſue. Ecce quale verbum breuiatum fecit dominus in orbe terrarum nō quia vt illi putant inferiorem patri intimaret hominibus filium,ſed quia nouiſſimum eius annūciaret aduentum. Si ergo vt predictum eſt Aaron filii preſbyterorum figurā geſtabant,& Aaron ſummi ſacerdotis,id eſt epiſcopi Moyſes indubitanter Chriſti tenebat formam, quoniam fuit ſimilitudo mediatoris domini dei, qui eſt inter deum, & hominem Ieſus Chriſtus qui eſt verus dux populorum,& verus princeps ſacerdotum,& dominus pontificum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculum Amen.

¶CVIVS SVPRA DE PATRIARCHIS ET PRIMATIBVS AC RELIQVIS EPISCOPIS ET QVOQ ECCLESIA ROMANA CARDO ET CAPVT OMNIVM ECCLESIARVM SIT.

ANACLETVS SERVVS CHRISTI IESV IN APOſtolica ſede a domino conſtitutus, & a ſancto Petro apoſtolorū principe preſbyter ordinatus,omnibus epiſcopis ac reliquis chriſti ſacerdotibus ſalutem. A

¶Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti,qui benedixit nos in omni benedictiōe ſpirituali in celeſtibus in chriſto. Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem,vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate, predeſtinans nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſue,in laudem glorie gratie ſue,in qua gratificatus eſt nobis in dilecto filio ſuo,in quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratie eius,que abundauit in nobis,in omni ſapientia & prudentia, vt notum nobis faceret ſacramentum voluntatis ſue ſecundum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo indiſpenſatione plenitudinis tēporum inſtaurare omnia in Chriſto, que in celo,& que in terra ſunt in ipſo. In quo etiam ſorte vocati ſumus,predeſtinati ſecundum propoſitum eius,qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſue, vt ſimus in laudem glorie eius qui ante ſperauimus in xp̄o

De primatibus charíſſimí ſuper quibus me quídam veſtrum conſuluerunt,& apoſtolice auctorí/tatis (qua licet indigni domino diſpẽſante fungimur) decretum poſtulauerũt,aut ſi eſſe deberẽt,aut non,quantum hactenus de hís a beato Petro apoſtolo,& a relíquis apoſtolís,ac a beato Clemẽte no/ſtro ſancto predeceſſore & martyre nouimus ſtatutum, denegare vobís miníme poſſumus. Et quís eſt quí querentíbus fratríbus denegare poſſit dubitatíones,vel neceſſitates eorum? ¶Sacerdotũ fra/tres ordo bípertítus eſt,& ſícut dominus íllum conſtituít a nullo debet perturbarí. Scítis autem a do mino apoſtolos eſſe electos,& conſtítutos,& poſtea per díuerſas prouíncias ad predícandum díſper ſos. Cum vero meſſis cepíſſet creſcere,vídens paucos eſſe operaríos,ad eorum adíumentum ſeptua/ginta eligí precepít díſcípulos. Epíſcopí vero domíní apoſtolorum, preſbyterí quoq; ſeptuaginta díſcípulorum locum tenent. Epíſcopí autem non ín caſtellís,aut modícis cíuítatíbus debent conſtí/tuí, ſed preſbyterí per caſtella,& modícas cíuítates atq; víllas debẽt ab epíſcopis ordínarí, & poní,ſín gulí tamẽ per ſíngulos títulos ſuos. Et epíſcopus nõ ab vno,ſed a pluríbus debet epíſcopís ordíarí,& vt dictum eſt;non ad modícam cíuítatem,ne vileſcat nomen epíſcopí, aut alícubí, ſed ad honorabí/lem vrbem títulandus & denominandus eſt. Preſbyter vero ad quemcunque locum vel eccleſiam ín eo conſtítutam eſt prefícíendus,atq; ín ea díebus víte ſue duraturus, amplíus quam iſtí duo ordí/nes ſacerdotum,nec nobís adeo collatí ſunt,nec apoſtolí docuerunt.

DE ORDINE EPISCOPORVM VEL PRIMATVM.

A EPISCOPORVM VERO ORDO VNVS EST LICET ſint prímates íllí,quí prímas cíuítates tenent, quí & ín quíbuſdam locís patrí/arche a nõnullís vocãtur. Illí aũt quí ín metropolí a beato Petro apſo ordínan/te domíno,& a predeceſſore noſtro predícto ſancto Clemẽte,ſeu a nobís conſtí tutí ſunt,non omnes prímates vel patríarche eſſe poſſunt,ſed ílle vrbes que pre/fatís,& príſcís temporíbꝰ prímatum tenuere epíſcoporum,patríarcharum, aut prímatum nomíne fruãtur,relíque vero metropoles archíepíſcoporum,aut me tropolítanorum,& non patríarcharum, aut prímatum vtantur nomínibus, quía hec eadem & le/ges ſeculí ín ſuís contínent príncípíbus,alíe autem prime cíuítates quas vobís conſcríptas: ín quodã tomo míttímus a ſanctís apoſtolís, & a beato Clemente, ſíue a nobís prímates predícatores accepe/runt. Hec vero ſacro ſancta Romana, & apoſtolíca eccleſia non ab apoſtolís, ſed ab ípſo domíno ſal/uatore noſtro prímatum obtínuit & emínentíam poteſtatís ſuper vníuerſas eccleſías, ac totum Chrí ſtíaní populí gregem aſſecuta eſt, ſícut ípſe beato Petro apoſtolo díxít. Tu es petrus & ſuper hanc Petram edíficabo eccleſíam meam, & porte ínferí non preualebũt aduerſus eam, & tíbí dabo claues regní celorum. Et quecunq; lígauerís ſuper terram,erunt lígata & ín celo, & quecunq; ſoluerís ſu/per terram erũt ſoluta & ín celo. Adhíbíta eſt etíam ſocíetas,ín eadem Romana vrbe beatíſſímí apo ſtolí Paulí vaſís electíonís,quí vno díe,vno quoque tempore glorioſa morte,cum Petro ſub prínci/pe Nerone agonízans coronatus eſt,& ambo ſanctam Romanam eccleſíam conſecrarunt,alííſq; om nibus vrbíbus,ín vníuerſo mundo,eam ſua preſentía atque venerando triumpho pretulerunt. Et lí/cet pre omnibus aſſídua apud domínum omnium ſanctorum fundatur oratío. Hís tamen verbís Paulus beatíſſímus apoſtolus,Romanís proprío chírographo pollícetur dícens. Teſtís ením mící eſt deus,cuí ſeruío ín ſpírítu meo ín euangelío fílíí eíus,quod ſíne íntermíſſíone memoríam veſtrí fa cío ſemper ín oratíonibus meís.

¶DE SEDE ROMANA.

B PRíma ergo ſedes,eſt celeſtí beneficío Romane eccleſie,quã (vt memoratum eſt) Beatíſſímí Pe/trus,& Paulus,ſuo martyrío conſecrarunt. Síc Roma que príus erat cacodemonís artificío om/nium errorum mater & altrix,excuſſís tenebrís & vanís ſuperſtítíonum rítibꝰ abiectís fílíorum dei exorto ſole íuſtítíe facta eſt copioſa propagatrix.

De ſede

¶DE SEDE ALEXANDRINA.

SEcunda autem ſedes apud Alexandriam beati Petri nomine a marco eius diſcipulo atq; euangeliſta conſecrata eſt, quia ipſe & in egipto primum verbum veritatis directus a Petro predicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium. Cui venerabilis ſucceſſit abilius. A

¶DE SEDE ANTIOCHENA.

TErtia autem ſedes apud antiochiam eiuſdem, id eſt a beari Petri apoſtoli habetur honorabilis, quia illic priuſquam romam veniret habitauit, & ignatium epiſcopum conſtituit, & illic primum nomẽ chriſtianorũ nouelle gentis exortum eſt. ¶Reliquas vero, vt prediximus, in quodam thomo prolixitatem vitantes epiſtole vobis conſcriptas direximus. Inde namq; & beati apoſtoli inter ſe ſtatuerunt vt epiſcopi ſingularum ſcirent gentium quis inter eos primus eſſet, quatinus ad eũ potior eorum ſollicitudo pertineret. Nam & inter beatos apoſtolos quedam fuit diſcretio. Et licet omnes eſſent apoſtoli, Petro tamen a domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, vt reliquis omnibus preeſſet apoſtolis, & ceſas, id eſt caput & principium teneret apoſtolatus. Qui & eãdem formam ſuis ſucceſſoribus & reliquis epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolum hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiam in veteri fuit. Vnde ſcriptum eſt. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, id eſt primi inter eos fuerunt. Et quamuis ita ordinatum fuerit, nemo tamen quod ſuum eſt querat, ſed quod alterius, vnde ait beatus apoſtolus Paulus. Vnuſquiſq; placeat proximo ſuo in bonum ad edificationem. Et ſicut ipſe ſaluator ſuis ait diſcipulis. Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter, & reliqua. Et licet ſuper his aliqua dicta fuerint, repetentes tñ ſepius admonem⁹, vt ſemper in omnibus, & ab omnibus vitentur elationes mentis & corporis. Et quanto maior vnuſquiſq; videtur eſſe, tanto ſit humilior, ſicut dominus ſaluator noſter non venit miniſtrari ſed miniſtrare. Et ſi frater aliquis preoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite eum in ſpiritu lenitatis. Si que vero alie cauſe difficiliores inter vos orte fuerint, ad huius ſancte ſedis apicem eas quaſi ad caput referte, vt apoſtolico terminentur iudicio, quia ſic dominum velle ab eoq; ita conſtitutum eſſe antedictis teſtimoniis declaratur, hec vero apoſtolica ſedes cardo & caput factum eſt a domino, & non ab alio conſtituta, & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſancte ſedis auctoritate omnes eccleſie domino diſponente reguntur. B

¶Accuſatores autem & teſtes eſſe nõ poſſunt qui ante heſternum diem aut nudiuſtertius inimici fuerint, ne irati nocere cupiant, vel leſi vlciſci velint. Inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtium affect⁹ querẽdus eſt, & nõ ſuſpectus. Cauſam enim veſtrã alieno nolite committere iudicio, valde enim iniquum eſt, vt omiſſis ſuis alii quilibet aliorum ſe cauſis immiſceant, quoniam nullis in locis ſpiritualis cura deficit, ſed ſe per omnia, qua nomen domini predicatur extendit. Studendum eſt omnibus ne (vt eſt) emulationes male, ſed pie ſint inter vos dilectiones, quia in hoc vos omnes domini diſcipulos eſſe veros nouerint, ſi dilectionem habuerítis ad inuicem. Ex omni ergo genere plurimos deus dignatur attrahere, quos exutos de poteſtate tenebrarum tranſferat in regnum filii caritatis ſue, & de vaſis ire faciat vaſa miſericordie.

¶Vnde nobis ſummopere ſtudendum eſt, vt cooperatores ſimus gratie dei, quia ad hoc vocati ſumus, eiuſq; familiari colloquio ſociati, & ſacerdotes ſacrati, vt fructuoſos illi manipulos reportemus, cooperante gratia eius. ¶Neceſſe eſt enim vt rectores a ſubditis timeantur, ab ipſiſq; corrigantur, vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant, deteriores quippe ſunt qui doctorum vitam, moreſq; corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum, prediaq; diripiunt, ipſi autem ea que extra nos licet noſtra ſint, auferunt, noſtri quoq; detractores & morum corruptores noſtrorum ſiue qui aduerſus nos armantur, proprie nos ipſos decipiunt. Et ideo iuſte infames ſunt, & merito ab eccleſia extorres fiunt. C

¶Pro meritis ergo plebis ſepe paſtores deprauantur eccleſie, vt procliuius corruant qui ſequuntur. Capite videlicet langueſcente facilius reliqua membra corporis inficiuntur, vt ſcriptum eſt. Omne caput languidum, & omne cor merens, a planta pedis vſq; ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas. Quapropter manifeſtum eſt diabolum (qui ſicut leo rugiens circuit, querens quem poſſit deuo-

rare) cordibus plebium suadere, vt doctores atq; pastores su os detractionibus irrogent vel accusent, vt plebibus languescentibus, vel mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum lasciuiant atq; in ima ruant. Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobi. Sētentia quoq; chan filii Noe dānantur, qui suorum doctorum vel prepositorum culpam produnt sicut chan qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit. Doctor autem vel pastor ecclesie si a fide exorbitauerit erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus quam distringendus, quia rectores ecclesie a deo iudi/ candi sunt, sicut ait propheta. Deus stetit in sinagoga deorum in medio autem deos diiudicat, vnde oportet vnumquemq; fidelem si viderit, aut cognouerit plebes suas aduersus pastorem suum tume scere aut clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterq; corrigere sat/ agat, nec eis in quibuscūq; negotiis miscerí, si incorrigibiles apparuerint antequam suo reconcilien tur doctorí presumat, quoniam tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes debent habere sum/ mam curam, de his qui pereunt, quatinus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si in corrigibiles apparuerint, ab ecclesia seperentur.

DE SVBIECTIS QVI AMICI SVNT INIMICIS EPISCOPORVM SVORVM.

AIT ERGO BEATVS PRINCEPS APOSTOLO/ rum Petrus de sancto predecessore nostro Clemente plebibus predicādo quā do docebat eas qualiter ei obedire deberent, eumq; obseruare inter cetera ita, si inimicus est alicui, pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipe vobis dicat cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntatí eius absq; cō municatione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loquí his quibus ipse non loquitur, vt vnusquisq; qui hic in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre festinet citius reconciliari ei qui omnibus pest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidētis. Si vero quis amicus fuerit his quib9 ipse amicus non est, et locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est: & ipse ex illis, qui exter/ minare dei ecclesiam volunt, & reliqua. His aliisq; quamplurimis documentis facile vnusquisq; ad uertere potest, qualiter obedire & obtemperare debet prepositis suis, & qualiter circa eos agendum sit quibus ipsi aut amici sunt aut inimici. Si quis enim hec precepta non obseruauerit hostis est ani/ me sue, & non tantum infamis, sed & excommunicatus atq; alienus ab ecclesia efficiatur, quoniam necesse est ea vitia ferro abscidere que aliis medicaminibns non sanantur. Parcat vnusquisq; a lacera tione vel detractione lingue sue, caueatq; ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est, ne aut aliis deroget, detrahatq; quoscunq;, aut alios audiat derogantes vel detrahentes, custodiatq; quisq; sermones suos, & sciat quia quicūq; de aliis loquitur, sua sententia iudicabitur. Caueat etiā omnis fi/ delis ne derogando quod in domo cuiusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium christianorum domos, quasi proprias amet. Nemo enim inuito auditori libenter refert, sitq; vniusq; cuiusq; studium non solum oculos castos seruare, sed & linguam. Vos autem charissimi, qui estis sub disciplina domini constituti, sic vos exhibete, vt veri ministri & dispensatores misteriorum ei9, vt non vituperetur misterium vestrum, ne fiat in vobis sicut scriptum est, ecce sicut populus sic sa/ cerdos, Sic eni vos vestrosq; & cunctos corrigite, vt nemini noceatis, quatinus & ab hominibus bonā acquiratis famam, & a deo mercedis premium in eterna beatitudine percipere mereamini. Et siqd aduersi de vnitate ecclesie acciderit, radicitus amputetur, & dei ecclesia fructusq; seruorum maneat in concussa. Propter quod charissimi expectantes satagite immaculati ei inueniri in pace, & domini no stri iesu christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudentes, atq; vigilate in ora/ tionibus, ante omnia autem mutuam in vobismeripsis charitatē continuam habentes, quia charitas operit multitudinē pc̄ōrū, hospitales inuicē sine murmuratiōe, Vnusquisq; sicut accepit gratiā in

alterutrum

alterutrum illam adminiſtrantes ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratie dei,ſi quis loquitur quaſi ſermones dei,ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute quam adminiſtrat deus,vt in omnibus honorificetur deus,per ieſum chriſtum,cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

INCIPIVNT DECRETA

EVARISTI PAPE DE ORDINATIONE DIACONORVM ET LEGITIMO CONIVGIO ATQVE DE FIDE ET DE NON INIVRIANDIS EPISCOPIS, AVT LACERANDIS.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS A A phrice regionis epiſcopis Euariſtus. ¶Conſulentibus vobis fratres chariſſimi quid ſuper his,que in veſtris continebantur ſcriptis viſum eſſet,vel quid docilis ratio perſuaderet,aut quid a beatis apoſtolis nobis traditum,aut cuſtoditum remaneret optantes (vt retuliſtis)noſtris inſtitui documentis. Si quidem dilectio veſtra normam ſecuta prudentium ad ſedem apoſtolicam referre maluit,quaſi ad caput,quid deberet de rebus dubiis cuſtodire potius quam vſurpatione preſumere.

¶DE ORDINE SEPTEM DIACONORVM.

DIaconi(qui quaſi oculi vidẽtur eſſe epiſcopi)in vna quaq; ciuitate iuxta apoſtolorũ conſtituta ſeptem debent eſſe,qui cuſtodiant epiſcopum predicantẽ,ne aut ipſe ab inſidiatoribus quo quomodo infeſtetur, aut ledatur a ſuis,aut verba diuina detrahendo,aut inſidiando polluantur,vel deſpiciantur,ſed veritas ſpirituali redoleat feruore, pax predicata labiis animi cum voluntate concordet. B

¶DE CONIVGIO LEGITIMO.

SImiliter cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor legitime viro iungatur. Aliter enim legitimum vt a patribus accepimus, & a ſanctis apoſtolis ,eorumq; ſucceſſoribus traditum inueni mus non ſit coniugiũ,niſi ab his qui ſuper ipſam feminã dñationem videntur habere,& a quib9 cuſtoditur,vxor petatur,& a parentibus propinquioribus ſpõſetur,& legibus detur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cñ precibus & oblationib9 a ſacerdote benedicatur, & a paranimphis(vt cõſuetudo docet)cuſtodita,& ſociata a proximis tempore congruo petita legibus detur, & ſolemniter accipiatur,& biduo vel triduo orationibus vacent,& caſtitatem cuſtodiãt, vt bone ſoboles generẽtur, & domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & domino placebunt,& filios non ſpurios,ſed legitimos,atq; hereditabiles generabunt. Quapropter filii chariſſimi,& merito illuſtres fide catholica ſuffragante,ita peracta legitima ſcitote eſſe coniugia. Aliter vero preſumpta non coniugia,ſed aut adulteria,aut contubernia,aut ſtupra,vel fornicationes potius quam legitima coniugia eſſe non dubitate,niſi voluntas propria ſuffragata fuerit,& vota ſuccurrerint legitima. Nam fructus diuinus eſt precepta diuina cuſtodire. Ea quoq; deſerere,preſumptionem fieri nulli dubium eſt. Cur ergo indignum eſt vnitatem eccleſie cuſtodiri? idemq; omnes pariter & ſentiamus,& pronunciemus. Si enim aliter preſumpta fuerint,perdunt profecto ipſi tranſgreſſores ſeipſos qui ſemetipſos decipiunt Hec cuncta recitanda per omnes eccleſias affricanas ſcripta dirigite,& iſtis connectite,quas adiunximus litteras prefectorum,vt de his que inique laudantur(ſi quid tale probari poterit) iudicium fiat,& inhibita coerceantur, & preterita mala,& illicita coniugia ſi doceantur admiſſa ,digna ſeueritate corripiantur. De cetero vero caueantur talia per omnes eccleſias,ne eccleſie ſanctitas per noſtram fatigata negligentiam;perdat preuilegia que eſt per viros venerabiles conſecuta. C

¶De his vero quibus ab inſidiatoribus fatigamini. vnde & nos conſulere, & a nobis edoceri, inter cetera voluiſtis, eo quod ſint quidam qui arbitrantur de patre ſolo dictum eſſe , quia ipſe D

ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem, ita eos apoſtolicis percutite ferulis & diuinis redarguite preceptis,non enim ſolus pater ſine filio lucem inacceſſibilem habitat,quia vbi pater eſt ibi etiã filium eſſe indubitabili fide credendum eſt,nam ſi ſolus pater ſine filio (quod dicere nephas eſt lucem habitat inacceſſibilem,neceſſe eſt vt ſequeſtratam pater a filio habeat manſionem,qđ ſi ita eſt, quonãmodo idem filiꝰ ad dexteram patris aſtãs a beato martyre Stephano dicitur conſpici ſi pater ſecundum eos ſolus dicitur ſedibus lucis cõtineri? Abſit hoc a ſenſu fidelium chriſto in vnitate fidei adherentium,quoniam ſicut non obeſt filio cum ſolus dicitur pater lucem inacceſſibilem habitare,ita non obeſt patri cum ſapientia que eſt filius dicitur gyrum celi ſola circuire, pater itaq; cũ ſit inuiſibilis,& ingenitus in ſe,in filio viſus apoſtoli teſtimonio comprobatur & in filio a ſe inenarrabiliter genito manſiſſe ac requieuiſſe monſtratur ipſo filio in propheta loquente. Qui me genuit requieuit in tabernaculo meo,& in euangelio pater in me manens facit opera hec,& deum nemo vidit vnquam,niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris,ſi enim in ſinu patris erat filius ab initio & ex corde patris verbum bonum eructatus eſt,quomõ non ex corde paterno conſiſtẽs lucem cum eodẽ inacceſſibilem habitaſſe credendus eſt? Nunquid pater abſq; vlla luce in filio potuit cõmanere,aut in tabernaculo filii ſine eadem potuit requieſcere,cum idem filius candor ſit eterne lucis,& ſpeculum ſine macula deitatis,quam Salomon ſuper ſalutem ſuã dilexiſſe ſe dicit in cuius ſpeciem ſemper delectari geſtiuit,ſuper ſalutem & ſpeciem inquit dilexi,illam,& ꝓ luce propoſui habere eam quoniam inextinguibile eſt lumen eius. Hanc ergo Dauid prophetalucem deſyderans anxius proclamat dicens. Emitte lucem tuam & veritatẽ tuam,& iterum. In lumine tuo videbimus lumen, in huius igitur luminis claritate filius ſeipſum in monte tribus diſcipulis preoſtendit,qui metu mortis perterriti,proſtratiq; in faciem,ſibi vite finem adeſſe ſenſerunt,hanc inquam lucem in ſe fuiſſe demonſtrãs filius proclamabat,& vt in eadem incederent diſcipulos ꝓmonebat,dum lucem habetis inquit ambulate in luce,& iterum ego ſum lux huius mundi. Qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris,ſed habebit lumen vite eterne,& euangeliſta. Erat lux vera,ait,que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,ſi hec lux que credentibus promittitur in filio eſſe probatur,& cum eterno eterna eſſe dicitur, quomodo a vobis in acceſſibili luce patris filius ſeparatur. Si enim filius deus verus,& vita eterna eſt,ſine dubio in hac luce ſimul cum patre habitare credẽdus eſt,quam nullus modo noſtrũ hoc mortali corpore cõſtitutus poteſt aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit tunc vere illum videbit ſicuti eſt,qui eius conſpectibus fuerit dignus coaptari,& nõ ſicut Moyſes ceteriq; prophete ꝓ enigmata & figuram,ſed ipſam veraciter in filio ſecundum apoſtolum contuebitur deitatis imaginem. Nam ſi hunc eundemq; prophete ſub teſtimonio ſubſequente ſereno mentis intuitu inueſtigare voluerís inuenies filium non poſſe ab hac luce patris penitus ſeparari,quoniam cum ſolum filium dixerit in terra cum hominibus conuerſatum,patrem ab illo non eſt credendum fieri alienum, ſi teſtimonium enim hominum accipimus teſtimonium dei maius eſt,quoniam hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt,quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium dei habet teſtimonium dei in ſe,qui non credit in filium mendacem facit eum,quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt deus de filio ſuo. Et hoc teſtimonium eſt quoniam vitam eternam dedit nobis deus,& hec vita eſt in filio eius,qui habet filium,habet vitam eternam,qui non habet filium dei,non habet vitam

A ¶Hec ſcribo vobis,vt ſciatis quoniam vitam habebitis eternam,qui creditis in nomine filii dei. Et hec eſt fiducia quam habemus ad eum,quia quodcunq; petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos,& ſcimus quia audit nos quicquid petierimus, ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem petat & dabitur ei vita peccãti non ad mortẽ. Eſt peccatum ad mortem non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt,& eſt peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex deo nõ peccat,ſed generatio dei conſeruat eum & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex deo ſumus & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſciꝰ quoniam filius dei venit,& dedit nobis ſenſum; vt cognoſcamus verum deum, & ſimus in vero filio eius, hic eſt verus deus, & vita eterna. Hec vero fratres predicate,hec omnibus nunciate,vos vero inuicem exortamini,perfecti eſtote,ſemperq; gaudete,pacem autem ſectamini in omnes,& deus pacis,& dilectionis erit vobiſcum,deo autem & patri noſtro gloria,in ſecula ſeculorum. Amen.

¶FINIS.

ITEM EPISTOLA EVARISTI PAPE Q; CHRISTVS SIT CAPVT ET SPONSVS ECCLESIE ET QVALITER SACERDOTES SVAS ECCLESIAS ET ECCLESIE EORVM EOS DEBEANT DILIGERE.

EVARISTVS VRBIS ROME EPICOPVS OMNIBVS A
per egyptum conglutinatis fratribus in domino salutem. Vnum nos fratres sentire oportet,& agere,vt(sicut legim9) in nobis vnũ cor & vna anima esse ꝓbetur. Scimus nãq; sicut a patribus accepimus christum esse caput,cuius & membra sumus. Ipse enim est sponsus,& ecclesia spõsa cuius filii nos sumus. Et ideovnũ patrem habemus in celis dominum. Sacerdotes vero vice christi legatione fungũtur in ecclesia. Et sicut ei sua cõiuncta est spõsa idest ecclesia,sic epis iungũtur ecclesie vnicuiq; ꝓportiõe sua. Et sicutvir nõ habet negligerevxorẽ suã sed diligere & caste custodire sic episcop9& multomagis custodire,& amare atq; prudeter regere,debet ecclesiã. Etvelutvxor que sub manu est viri obedire debetviro suo,eũq; diligere & amare,potius ecclesia etiam episcopo suo in omnib9obedire,eũq; diligere,& amare,vt animã suam debet,quia illud fit carnaliter istud spiritualiter,& sicut vir nõ debet adulterare vxorem suã;ita nec episcopus ecclesiam suam id est vt illã dimittat ad quã sacratus est, absq; ineuitabili necessitate,aut apostolica,vel regulari mutatione & alteri se ambitus causa coniugat. Et sicut vxori nõ licet dimittere virum suum,vt alteri se(viuente eo)matrimonio societ,aut eum adulteret licet fornicatus sit vir eius sed iuxta aplm aut viro suo recõciliari debet aut manere innupta,ita ecclesie non licet dimittere aut ab ea segregare episcopũ suum, vt alterũ (viuẽte eo)accipiat,sed aut ipsum habeat aut innupta maneat,id est ne alterũ episcopũ suo viuente accipiat, vt fornicationis aut adulterii sui crimen incurrat,nam si adulter ata fuerit, id est si se alteri episcopo inuxerit,aut super se alterum episcopũ adduxerit,aut esse fecerit vel desiderauerit per accerrimã penitẽtiam aut suo reconcilietur episcopo aut innupta permaneat. Vnde & dominus loquitur in euangelio dicens,si quis viderit mulierẽ ad concupiscendũ, iam mechatus est eam in corde suo. Episcopum vero oportet opportune atq; sine intermissione ecclesiam suam docere,eamq; prudenter regere & amare,vt a vitiis se abstineat & salutem consequi possit eternam. ¶Et illa cum tota re- B
uerentia eius doctrinã debet suscipere,eũq; amare, & diligere,vt legatum dei & preconem veritatis,quia testante veritate. Quecumq; ligauerit super terrã, erunt ligata & in celo,& quecunq; solueris super terram,eruut soluta & in celo. Nimis timenda est fratres hec sententia,& preuidẽdum est vobis ne offendatis eos,qui tantã a domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi diligẽdi & summopere venerandi sunt,non detrahendi vel lacerandi aut eiiciendi,sed portãdi & amãdi ipso dicente domino. Qui vos audit me audit,& qui vos spernit me spernit, ideo hec vobis & omnib9 fidelibus scribimus fratres vt ab his vos caueatis,& posteris vestris non malum sed bonum exemplum relinquatis,quoniã iniuria episcoporum ad christum pertinet,cuius vice funguntur. Audiuimus enim quosdã a vobis infamatos & dilaceratos episcopos,ac ciuitatibus propriis pulsos,quia alibi episcopi constitui non possunt nisi in ciuitatibus non minimis,& alios in eis ipsis viuentibus cõstitutos. ideo hec vobis scribimus vt sciatis hoc fieri nõ licere,sed proprios reuocari,& integerrime restitui debere,illos vero qui adulterina feditate sponsas suas quas & vxores eorũ prefixo tenore esse intelligimus tenent,eici & adulteros atq; infames fieri,eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquã querelam habueritis his peractis inquirendum erit,& auctoritate huius sancte sedis terminandum. Et ne omnia nũc sigillatim dicam,omne bonũ(si ipsa per se in vobis fuerit) charitas facere vos docebit,sicut econtrario eos qui a salute alieni sunt omne malum facere odium docet,Vnde & vos qui veri dei estis discipuli abiicite a cordibusvestris ante omnia discordias,& animorum dissensiones,ex quibus omne opus malum procedit, & benignitatẽ ac simplicitatem tota mente seruate. Verũtamen scitote cuncti qđ supra omnes vos laboret episcopus,quia vnusquisq;vestrũ suum propriũ fert laborem,ille vero & suum & singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes summopere laborare pro eo debetis,intantum vt si etiam necesse fuerit animas vestras pro eo ponatis sicut & ipse animã suã pro vobis si necesse fuerit ponere debet ipso dicente saluatore. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. vos vero obedite eis, & vigla-

te pro eis,quia ipſi pro vobis vigilant,quaſi rationē pro animabus veſtris reddituri,vt cum gaudio
A hoc faciant & non gemētes. ¶Nō eſt itaq; a plebe autvulgaribus hominibus arguend⁹,vel accuſan
dus epiſcopus,licet ſit inordinatus,quia pro meritis ſubditorū diſponitur a deo vita rectorum. Exē
plo dauid peccantis ad comparationem principiū quia ex merito plebis preuaricantur. Sacerdotes
enim exquirere debent peccata populorū, & ſagaci ſollicitudine vnūquēq; probare. iuxta teſtimo
nium domini ad iheremiā loquentis. Probatore (inquit) dedi te populo meo robuſtum, vt ſcias &
probabis viam eorum. Ideo iſta dico,quia inſidiator bona ſepiſſime ſolet conuertere in malum, &
in electis ponit maculā. Vnde ſi qui ſuntvituperatores aut accuſatores epiſcoporum,vel reliquorum
ſacerdotū,non oportet eos a iudicibus eccleſie audiri,anteq; eorum diſcutiatur eſtimationis ſuſpicio
vel opinio,qua intentiōe;qua fide,qua veritate,quavita,qua cōſciētia quove merito,ſi pro deo,aut p
vana gloria,aut inimicitia, vel odio,aut cupiditate iſta ſumpſerint nec ne. Hec oia fideliter ſunt per
ſcrutanda,& diligenter pertractanda. Nam ſunt nonnulli qui prepoſitos ſuos peruerſe reprehendūt,
ſi vel parū ipſis moleſti extiterint. Idcirco recto oculo primatibus eccleſiarum preuidendum eſt;ne
quiſquā eorum innocens vexetur aut ſcandalizetur,intendentibus ſententie domini que ait. Si qs
ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis meli⁹eſt illi,vt ſuſpendaturmola aſinaria collo eius,& demer
gatur in profundū maris,& reliqua. Deus autem omnipotens,vt nos a precipitate ſententie ꝓba
tione cōpeſceret (cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius) mala tamē ſodome noluit audita iudi
care;priuſquā manifeſte agnoſceret que dicebantur,vndeipſe ait. Deſcendam & videbo vtrum cla
more qui venit ad me opere compleuerit, an nō,eſt itavt ſciam. Deus omnipotens cui nichil abſcon
ditum eſt,ſed omnia ei manifeſta ſunt etiam anteq; fiant,non ob aliud hec & alia multa(que hic ꝓli
xitatē vitantes non inſeruimus)per ſe inquirere dignatus eſt,niſi vt nobis exēplū daret ne precipites
in diſcutiendis & iudicādis negociis eſſemus,& ne mala quorūdā pri⁹ quiſq; preſumat credere quā
probare. Cuius exemplo monemur,ne ad proferendā ſententiam vnq; precipites ſimus, aut temere
indiligenterq; in diſcuſſa queq; quoquomodo iudicemus dicente veritatis voce. Nolite iudicare vt nō
iudicemini in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini,& reliqua. Nam mala audita nullū mo
ueant,nec paſſim dicta abſq; certa probatione quiſquā vnquā credat. Sed ante audita diligēter in
quirat,ne precipitando quicq; aliquis agat. Si enim dominus omniū,ſodomorū mala quorum cla
mor ad celum vſq; peruenerat. omnia ſciens prius credere nec iudicare voluit quā ipſe ea cum fide
libus teſtibus diligenter inueſtigans,que audierat & opere veraciter cognoſceret, mutomagis nos
humani peccatores homines quibus incognita ſunt occulta iudicia dei. & hec precauere,& nullum
ante veram iuſtāq; probationē iudicare, aut damnare debemus, manifeſte apoſtolo dicente paulo
qui ait. Tu quis es qui iudicas ſeruū alienū? ſuo enim domino ſtabit aut cadet,vnde & per ꝓphe
tam Dauid, dominus loquitur dicens. Nolite exaltare in excelſum cornu veſtrum loquētes in cer
uice veteri;quia neq; ab oriente,neq; occidente,neq; a ſolitudine montium,ſed dominus iudex hūc
humiliabit & exaltabit,quia calix in manu domini exvino meraco ad plenū mixtus,& ꝓpinabit ex
eo, verumtamen feces eius potabunt bibentes omnes impii terre. Ego autem annūciabo in ſempi
ternum pſallā deo Iacob. Et alibi idem ait ꝓpheta. Ab increpatiōe tua deus Iacob,conſopitus eſt &
curr⁹ & equ⁹. Tu terribilis es, et qs ſtabit aduerſum te? Ex tūc ira tua,de celo aūt feciſti iudiciū,terra
timens,& tacebit cum ſurrexerit ad iudicandum deus,vt ſaluos faceret omnes mites terre. Et apo
ſtolus ait. Michi vindictā,ego retribuam. Et alibi inquit idem apoſtolus. Sufficit vnicuiq; obiur
gatio que fit a plurimis,ita vt magis donetis & conſolemini,ne forte habundantiori triſticia abſor
beatur is qui in anguſtia eſt. Propter quod obſecro vos vt confirmetis in illo caritatem. Et domi
nus in euangelio ait. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex om
nibus viribus tuis,& ꝓximū tuum ſicut teipſum. Dilectio enim proximi malū non operatur. Pro
pter quod iuxta apoſtolum inexcuſabilis es o homo omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterū
te ipſum condemnas,eadem agens que iudicas. Scimus enim quoniā iudicium dei eſt ſecundum
veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc o homo omnis qui iudicas eos qui talia agūt
& facis ea,quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius,& patientie, & longanimitatis
contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adduxit. Secundum autem duri
ciam tuam,& impenitens cor theſaurizas tibi irā in die ire & reuelationis iuſti iudicii dei qui red
det vnicuiq; ſecundum opera eius. His quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam &
honorem,& incorruptionem querentibus vitam eternam. His autem qui ex contentione,& qui nō

acquiescunt veritati credunt autem iniquitati ira & indignatio tribulatio & angustia in omnē ani/
mam hominis operantis malum iudei primū & greci. Gloria autē & honor & pax omni operanti
bonum, & alibi idem aut apostolus. Causati enim sumus omnes sub peccato esse sicut scriptum est
quia non est iustus quisqua, non est intelligens, non est requirens deum, omnes declinauerūt simul
inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum. Sepulchrum patens est guttur
eorum linguis suis dolose agebant, venenū aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione
& amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio & infelici
tas in viis eorum & viam pacis non cognouerūt, non est timor domini ante oculos eorū. ¶ Scimus A
autē quoniam quecunq; lex loquitur his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur & subdi/
tus fiat omnis mundus deo, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo:
per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est & testificata
a lege & prophetis. Iustícia autem dei per fidem Iesu christi super omnes qui credunt. Non enim
est distinctio, Omnes enim peccauerūt & egent gloria dei. iustificati gratis per gratiam ipsius per
redemptionē que est in christo Iesu: quē proposuit Deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius
ad ostentionem iustitie sue, ppter remissionem precedentium delictorum in sustentationem dei ad
ostentionem iustície eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu
christi. Item idē. Quis accusabit aduersus electos dei? deus qui iustificat? Quis est qui condemnet
christus Iesus qui mortuus est immo & resurrexerit, qui est ad dexteram dei qui etiam interpellat
pro nobis? Quis ergo nos separabit a charitate christi. Tribulatio an angustia, an pscutio, an fames
an nuditas, an periculum an gladius sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die esti/
mati sum⁹ sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus
sum enim quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq;
futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit nos separare a cha/
ritate dei que est in christo Iesu domino nostro. Debemus aūt nos, vt ait idem apostolus firmiores
imbecillitates infirmiorū sustinere, & non nobis placere. vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in
bonū ad edificationē. Et enim christus nō sibi placuit, sed sicut scriptū est impropería improperātiū
tibi ceciderunt super me. Benedictus deus & pater dñi nostri iesu christi, pater misericordiarum &
deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi conso/
lari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi a deo, quoniam sicut
abundant passiones christi in nobis, ita & per christum abundat consolatio nostra, siue autem tribu
lamur pro vestra exhortatione & salute, siue exhortamur pro vestra exhortatiōe que operatur in vo
bis tolerantiā earūdem passionum quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes
quoniā sicut socii passionū estis sic eritis & consolationis. Fidelis autē deus qui nōpatietur vos tēta
ri super id quod potestis, sed faciet cum tētatione etiam prouētum vt possitis sustinere. Propter qđ
charissimi sectamini charitatem inuicē, & emulamini meliora & spiritualia, & adiuuate vos inuicē,
vt deo semper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.
Data kal. nouembris Gallio & bradua. cc.

INCIPIVNT DECRETA ALEXANDRI PAPE DE SACERDOTIBVS NON VEXANDIS NEC SCRIPTIS AB EIS PER METVM AVT ALIQVAM FRAVDEM EXIGENDIS, ET DE PASSIONE DOMINI IN CONSECRATIONE CORPORIS EIVS MISCENDA, ET DE AQVA CVM SALE POPVLIS BENEDICENDA, ET DE FIDE SANCTE TRINITATIS.

ALEXANDER EPISCOPVS OMNIBVS ORTHODO/ B
xis per diuersas prouintias christo domino famulantibus. Cogitātibus nobis me
tum diuini iudicii fratres charissimi & post vitam hanc vnūquēq; pro vt gesserit
recepturū, quid veniat in querelā tacere nō licuit, sed nobis vobis loqui necessitas
imperauit, dicente ppheta. exalta vt tuba vocem tuam, & cui omniū ecclesiarum
commissa est cura, si dissimulem audiam domino dicente, reiecistis mandatū dei,

vt ſtatuatis traditiones veſtras. Quid enim aliud eſt reiicere mandatum dei, quam priuato conſilio iudicio humano nouis rebus conſtituendis liberius delectari. Vnde & alibi ſcriptum eſt, Ne trāſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui. Terminos indubitāter trāſgreditur qui ſtatuta patrū poſtponit atq; confundit. Peruenit nāq; ad conſcientiā apoſtolice ſedis, q̄ nōnulli ſunt tam ſtolidi qui dominica precepta & apoſtolorum eorūq; ſucceſſorum ſtatuta minime obſeruāt, & eos de quibus dominus ait, qui vos tangit, tangit pupillā oculi mei non ſolum tangere minime dubitant, ſed etiam perſequi non formidant. Et licet nos perſequātur, quia nec nos ſine illis nec illos ſine nobis perſequi poſſunt, quoniam illius ſumus diſcipuli qui animas pro fratribus precepit ponere, tamen eis pericula & perditiones eorum non ſumus auſi celare, ne prophetica (quod abſit) dāne-
mur ſententia que ait Si annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam animā tuam liberaſti. Si autē nō annunciaueris ei, ſanguinē eius de manu tua requirā. Eſt etiā & hoc ad hanc ſanctā ſedē perlatū (q̄d pudet dicere) & non ſolum ſacerdotali, ſed etiam omni chriſtiano nomini eſt inimicū, id eſt quod nōnullos epiſcopos vel ſacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiūt, aliquas confeſſionis ſue in alteram partem quā debeant aut pro ſuarum non requiſitione rerum, aut quod deterius eſt alieni erroris ſecta ſcripturas facere & propriis manibus roborare & coram populis recitare atq; confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergaſtulis recludi, vt ſaltem his territi inſidiis deuient dñi ſacerdotes, & ſuis faueant voluntatibus. Relatum inſuper eſt ad huius ſancte & apoſtolice ſedis apicē, cui ſummarū diſpoſitiones cauſarū & omniū negocia eccleſiarū ab ipſo domino tradita ſunt, quaſi ad caput ipſoq; dicēte principi apoſtolorū petro. Tu es petrus & ſuper hanc petrā eccleſiam meā edificabo. quod quidā emuli chriſti eiuſq; ſancte eccleſie inſidiatores, ſacerdotes dei ad iudices publicos accuſare p̄ſumant: cum magis apoſtolus chriſtianorū cauſas ad eccleſias defferri & ibidem terminari precipiat. Taliter preuaricātes preuaricati ſunt in dominū ſuum, & non obediunt preceptis eius. De quibus dominus per ꝓphetā Oſee loquitur dicēs. Quaſi vacce laſciuientes declinauerūt & dilexerūt afferre ignominiā ꝓtectoribꝰ ſuis. Et idē, ve eis quoniā receſſerūt a me, vaſtabuntur quia p̄uaricati ſunt in me, & ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt cōtra me mēdacia & nō clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis, ſuper triticū & vinū ruminabāt & receſſerunt a me. Ego erudiui & cōfortaui brachia eorum, & in me cogitauerūt malitiā. Reuerſi ſunt vt eſſent abſq; iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus. Abiiciet eos dominus (ait idē propheta) quia nō
A audierūt eum, & erūt vagi in nationibus. ¶ De his enim clericis vel laicis qui epiſcopos vel reliquos ſacerdotes priuſtam ad primates eorū quā ad reliquos accuſant iudices, q̄ auribus eorū a quibus ſe leſos eſtimāt inculcēt, vt ab eis aut ius ſuū aut iuſtā recipiāt apologiā. Itē per eūdem ait dominꝰ ꝓphetā. Audi domus iſrael & domus regis auſculta & attendite ſacerdotes, quia vobiſcū iudiciū eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi & rete expaſſum ſuper thabor, victimaſq; declinaſtis in profundum. Et ego eruditor omniū veſtrū, & alibi. Omnes calefacti eſtis quaſi cliban⁹, quia deuoratis iudices veſtros. Ipſi autē declināt victimas dñi in profundum, qui eos deuorāt vel iniuſte lacerant, quia oculi dñi dicuntur. Nam ſi modo quiſq̄ principis ſecularis oculos laceraret aut amoueret eſſet reus maieſtatis an nō? profecto aut morti traderetur aut perpetua notaretur infamia. Si pro ſeculi poteſtatibus talia ab hominibus fiunt quid pro his fieri putatis de quibus dominus ait. Qui vos tāgit, tāgit pupillā occuli mei. Preuldubio hi qui eos perſequūtur & amouere nitūtur iniuſte cōtra apoſtolicam auctoritatem ſi a morte prohibentur dicente domino nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat perpetua tamē notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo, de quibꝰ a temporibus apoſtolorum & infra iſta tenemus atq; decreta habemus eorum accuſandi epiſcopos vel teſtificādi in eos vocem obſtruimus, quos non humanis ſed diuinis actibꝰ mortuos eſſe ſcimus. de quibus dominus loquitur per eūdem prophetam. Calumniā patiens effrain fractus eſt iudicio, quoniam cepit abire poſt ſordem, & ego quaſi tinea effrain, & quaſi putredo domui iuda. Et vidit effrain languorē ſuum & iudas vinculū ſuū, & abiit effrain ad aſſur, & miſit ad regem vltorē, & ipſe nō poterit ſanare vos nec ſōluere poterit a vobis vinculū. Qui eni ſacrilega perſequūtur pſuaſione & lacerare nitūtur epiſcopos, vel eos qui dño recte ſacrificāt indubitāter eū pſequūtur & dilaniāt cuiꝰ vice fungūtur, vnde ait dominꝰ per Iohel ꝓphetā. Nūquid vltionē reddidiſtis mihi? Et ſi vlciſcimini vos contra me, cito velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrū. Et per amos prophetā dominus, inquit. Quis ſapiens, & intelliget iſta, intelligens & ſciet ea. Quia recte vie domini, & iuſti ambulabunt in eis, preuaricatores vero corruent in eis. Et ipſa per ſe veritas ait. Qui vos audit

me audit

me audit,& qui vos spernit me spernit.His & aliis fulti quam plurimis dominicis preceptis vetan⁄
tes hominum perditiones,cum omnibus huius sancte sedis,quam dominus caput totius ecclesie cō
stituit membris talia fieri prohibemus,ne confundatur populus domini in eternum.Nam & a pre⁄
decessoribus nostris inhibitum legimus, vt nemo contristet doctores, neq; accusationem aduersus
eos suscipiat. Ipse namq; apostolorum,princeps in ordinatione beati Clementis populum instruēs
ait.Q uicunq; contristauerit doctorem veritatis peccat in Christum,& patrem omnium exacerbat
deum,propter quod vita carebit,& doctor gentium,inquit,si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo de
licto,vos qui spirituales estis,sustentate illum,in spiritu lenitatis,considerans teipsum, ne & tu tente⁄
ris,alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem Christi.

¶Has considerantes pietates,& pericula vitantes animarum, vna cum omnibus domini sacerdoti A
bus,qui vobiscum in hanc sacram conuenerunt vrbem, & cum omnibus huius capitis membris, si⁄
cut a beatis apostolis,& a reliquis sanctis patribus,& a successoribus eorum accepimus,statuētes de⁄
creuimus,omnes qui sanctos patres persequuntur,aut amouere,vel dilacerare manifeste nituntur in
fames esse,& alienos a liminibus ecclesie,vsq; ad satisfactionem fieri,quia sic odit deus eos,qui aduer
sus patres armantur,vt patrum inuasores,vel destructores.Q ui ideo infames efficiūtur, quia patres
persequūtur.Q uod si,nec loqui eis licet, quib⁹ doctores summi (quos episcopos vocamus) ,ppter
eorum scelera aduersantur,quanto magis eis,qui eos infestant,nec consentiendum est,nec loquendū
ne principes eorum inueniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facien⁄
tibus rei sunt. Vdde & beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione sancti predecessoris no
stri Clementis instruēs clerū & populum ait. Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis vos
nolite expectare,vt ipse vobis dicat cum illo nolite amici esse,sed prudenter obseruare debetis, & vo⁄
lūtati eius,absq; cōmunicatione obsecundare,& auertere vos ab eo cui ipsum sentitis aduersum, sed
nec loqui his quibus ipse non loquitur,vt vnusquisq; qui in culpa est,dum omnium vestrum cupit
amicitias ferre festinet citius reconciliari ei qui omnibus preest,& per hoc redeat ad salutem,cū obe⁄
dire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus amicus non est, & locutus
fuerit,his quibus ipse non loquitur vnus est, & ipse ex illis qui exterminare ecclesiam dei volunt,&
cum corpore vobiscum esse videatur,mente & animo contra vos est,& est multo nequior hostis hic,
quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem que inimica
sunt gerit,& ecclesiam dispergit,ac vastat.Similiter si huiusmodi personis,quedā scripture quoquo⁄
modo per metum,aut fraudem,aut per vim extorte fuerint, vel vt se liberare possent quocūq; modo
ab eis conscripte,vel roborate fuerint ingenio,ad nullum eis preiudicium,aut nocumentum,peruenī
re censemus,neq; vllam eis infamiam,vel calumniam. aut a suis sequestrationem bonis vnquam au⁄
ctore domino,& sanctis apostolis eorumq; successoribus sustinere permittimus. Cōfessio vero in ta
libus non compulsa,sed spontanea fieri debet,ipso attestāte qui ait. Ex corde enim procedunt homi⁄
cida,adulteria,fornicationes,blasphemie,& cetera que sunt ad hec pertinentia. Nec tantum attendē⁄
da sunt que fiūt quātū quo aio fiāt, quorum exēpla,si omnia scribere ceperimus ante dies quam ex⁄
empla deficient. Vnde et illud est quod dns ad munera Abel respexit,& non ad Cain, quia magis
intendit ad offerentis animum, quam ad ea que offeruntur. Inde & dominus per prophetam in⁄
quit. Dominus scit cogitatiōes hominum. Et per Osee ait. In gutture tuo sit tuba quasi aquila su⁄
domum domini & reliqua. Et dominus inquit in euangelio. Tu autem cum oraueris, intra in cu⁄
biculum,& clauso ostio ora patrem tuum. Omnis enim confessio que fit ex necessitate fides non est.
Et apostolus ait. Corde enim creditur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutem. Amplius au⁄
tem respicit deus ad cogitationes,& spontaneas volūtates,quam ad actus qui per simplicitatem,aut
per necessitatem fiunt. Confessio enim non extorqueri debet in talibus, sed potius sponte profiteri,
pessimum est enim de suspitione, aut extorta confessione quemquā iudicare,cum magis inspector
cordis sit dominus q̄ operis, & potius requirit dns cogitationes puras, & voluntates bonas,quā la⁄
bia mēdacia. Vnde & dominus per prophetam loquens ait,populus iste labiis me honorat,cor eorū
autē longe est a me. Peius malū fore non estimo, quā xp̄ianos suis inuidere sacerdotibus. Nouit enī
dominus qui sunt eius. Non potest autem humano condemnari examine, quem deus suo reserua⁄
uit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo vindicata essent, locum diuina non haberent iudicia.
Q uod autem ad alios iudices prius non debeant,quam ad sacerdotes,vel auditores ecclesie accusa⁄
re. Ita a tempore apostolorum,& infra obseruatum,& diffinitum inuenimus. Si quis erga episcopū

vel actores eccleſie quamlibet querelam aut actionem iuſte habere crediderit,ipſe redẽptoris ſui (cui⸗
ius actio noſtra eſt inſtitutio) viarum non immemor ſed ſectator egregius qui cum maledicetur nõ
maledicebat,ſed tanquam ouis corã tõdẽte ſe obmutuit,ac ꝓ ſuis ꝓſecutorib⁹ in cruce pendens apud
patrem interceſſit non prius primates ſuperiores aut alios Iudices adeat quam ipſos a quibus ſe le⸗
ſum eſtimat conueniat familiariter,& non ſemel,ſed ſepiſſime,vt ab eis aut ſuam Iuſticiam accipiat,
aut iuſte excuſationem. Boni nempe & vere chriſtiani hominis eſt rem ipſam omnibus amicitie ac
pacis legib⁹ pri⁹ tẽtare,q̃ in iudicio (vbi frequẽter amariſſimus aie rancor innaſcitur) ſuũ ius ptinaci⸗
ter expiri. Si quis enĩ cũ deo qui pacis ẽ auctor hĩtare cupiat, ei neceſſe ẽ vt pacẽ inqrat. Si ergo ſecus
egerit ab ipſis,& ab aliis cõmunione priuetur tanquam apoſtolorum patrumque aliorum contem⸗
ptor. De quibus, ait propheta. Erunt quaſi non ſint,& peribunt viri, qui contradicunt vobis.

A ¶In Sacramentorũ quoq; oblationibus, que inter miſſarũ ſolemnia domino offerũtur paſſio do⸗
mini miſcenda eſt,vt eius (cuius corpus & ſanguis conficitur)paſſio celebretur. Ita vt repulſis opinio
nibus ſuperſtitionum panis tantum & vinum aqua permixtum in ſacrificio offerantur. Non de⸗
bet enim, vt a patribus accepimus & ipſa ratio docet, in calice domini, aut vinum ſolum, aut aqua
ſola offerri,ſed vtrumq; permixtum,quia vtrumq; ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur,
ipſa vero veritas nos inſtruit calicem & panem in ſacramento offerre,quãdo ait. Accepit Ieſus panẽ
& benedixit,deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite & mãducate,hoc eſt enĩ corpus meũ, quod pro
vobis tradetur. Similiter poſtquam cenauit, accepit Calicẽ deditq; diſcipulis ſuis dicens, accipite &
bibite ex eo omnes,quia hic eſt calix ſanguinis mei,qui pro vobis fundetur in remiſſionẽ peccatorũ.
Crimina enim atq; peccata oblatis,his domino ſacrificiis delẽtur, idcirco & paſſio eius in his cõme⸗
moranda eſt, qua redempti ſumus,& ſepius recitanda,atque hec domino offerenda, talibus hoſtiis
delectabitur,& placabitur dominus,& peccata dimittet ingentia. Nihil enim in ſacrificiis maius eſſe
poteſt,quam corpus,& ſanguis chriſti. Nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hec omnes precellit. Que
pura conſcientia domino offerenda eſt,& pura mente ſumenda,atq; ab omnibus veneranda. Et ſi⸗
cut potior eſt ceteris,ita potius excoli & venerari debet. ¶Aquam enim ſale conſperſam populis be
nedicimus,vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur ac purificentur, quod & omnibus ſacerdotibus facien⸗
dũ eſſe mãdam⁹. Nam ſi cinis vitule aſperſus ſanguie populũ ſanctificabat atq; mũdabat multo ma
gis aqua ſale aſperſa diuiniſq; precibus ſacrata,populum ſanctificat,atq; mundat. Et ſi ſale aſperſo ꝑ
heliſeum prophetam, ſterilitas aque ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus, ſterilitatẽ
rerum aufert humanarum,& coinquinatos ſanctificat,atq; mundat,& expurgat,& cetera bona mul
tiplicat,& inſidias diaboli auertit,& a fantaſmatis verſutiis hominum deffendit. Nam ſi tactu fim
brie veſtimenti ſaluatoris;ſaluatos infirmos eẽ nõ dubitamus,quãto magis virtute ſacrorũ eius ver⸗
borum diuinitus ſacrantur elementa, quibus ſanitatem corporis & anime humana percipit fragili⸗
tas. His ergo & aliis inſtructi documentis,vota ſingulorum domini ſacerdotes reſpicite,& in virtu⸗
te ſpiritus ſancti diuinis precibus, per miniſterium vobis diuinitus collatum perficere certate. Ele⸗
menta quoq;,tam ea que prediximus,quam cetera diuinis apta vſibus & humanis neceſſaria infir⸗
mitatibus ſacrate, infirmos curate, & cetera que ad vos pertinent diligenter perficite, ipſe enim ſal⸗
uator tribuendo nobis exemplum diſcipulis ſuis ait. In nomine meo demonia eiicite,infirmos cura
te,egros ſanate,leproſos mundate & cetera. Super infirmos etiã manus imponite & bene habebunt.

B ¶Fidem quoque ſancte trinitatis ſic docendam a patribus accepimus vobiſque tradendam ſubdi⸗
tis deſtinamus. Eſayas nanque propheta ait, vidi dominum ſabaoth ſedentem ſuper tronum excel⸗
ſum,& Seraphin ſtabant in circuitu eius ſex ale vni,& ſex ale alteri,duabus velabãt faciem eius,dua⸗
bus volabant,& clamabant ad alterutrum dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus ſa⸗
baoth. Si trinitas non eſt,quare tertio ſanctus dixerunt,aut ſi vnitas non eſt, quare ſub trina repeti⸗
cione vnum deum ac dominum intimauerunt. Si trinitas non eſt,cur in geneſeos libro dicitur. Di⸗
xit deus,fecit deus,& benedixit deus? Si vnitas non eſt,quare tertio dixit deus & deos plurali nume
ro non commendauit? Si trinitas non eſt,quare in exodo dictum eſt tertio, domine domine miſera
tor,& miſericors? Si vnitas non eſt,quare dũ tertio o domine diceret, poſtea ſinguläriter miſerator di
xit,& non miſeratores,vt plures oſtẽderet intimauit? Si trinitas nõ eſt,cur Abrahã ad ilicẽ mãbre ſe⸗
dẽs tribuſq; occurrẽs vni dñe dixit,& nõ vt viderat trib⁹ ſalutatiõis obſequiũ reddidit? Si vnitas nõ ẽ
cur cũ moyſi deus abrahã,& de⁹ Yſaac, & de⁹ iacob,tertio diceretvnitatẽ oñdẽs hoc mihi nomẽ ẽ di⸗
xit,& nõ hec ſunt nra noĩa deſignauit? Si trinitas noneſt,quare Dauid tertio dixit: Bñdicat nos deus
deus noſter

deus noſter benedicat nos deus? Si vnitas non eſt,quare cum tertio deū nominaſſet benedicat dixit & nō benedicant adiunxit? Si trinitas non eſt,cur Eſayas denuo dixit dominus deus ſabaoth, deus iſrael qui ſedes ſuper cherubin? Si vnitas non eſt,cur qui ſedes dixit & non qui ſedetis aſtruxit? Si trinitas non eſt,cur in libro regnorū dicitur domine deus omnipotēs deus iſrael ſermones tui fideles ſunt? Si vnitas non eſt,cur tui dicitur & non veſtri potius intimatur? Si trinitas nō eſt,cur in pſalmo quinquageſimooctauo cantatur,domine deus virtutum deus iſrael,intende ad viſitandas omnes gentes? Si vnitas non eſt,cur intēde poſuit & non intendite,vt predicatus eſt intimauit? Si trinitas nō eſt,cur in apocalipſi tercio dixit, ſanctus dominus deus omnipotēs,qui eſt: & qui erat? Si vnitas non eſt,quare qui eſt & non qui ſunt pluraliter deſignatur? Si trinitas nō eſt,quare in deuteronomio dictum eſt. Dominus deus tuus miſericors eſt & audiet vocem tuam? Si vnitas non eſt,quare poſuit audiet,& nō audiēt intimauit? Si trinitas non eſt, quare in Ieſu naue dicitur libro dominus deus deorum eſt? Si vnitas non eſt,quare eſt dixit, & non ſunt more locutionis induxit? Si trinitas non eſt,quare helias loquendo in oratione domine dñe deus iſrael oſtēde,quia tu es deus me? dixit? Si vnitas non eſt,quare oſtēde poſuit,& non oſtendite? Si trinitas nō eſt, cur Mardocheus orādo domine,domine deus omnipotēs omnia in poteſtate tua ſunt dixit? Si vnitas non eſt,quare in tua poſuit,& non in veſtra ſignauit? Si trinitas non eſt, cur etiam iudich orando dixit domine, dñe deus omnium virtutum reſpice in orationem meā? Si vnitas non eſt: quare reſpice & nō reſpicite deſignauit? Si trinitas non eſt,quare in iheremia dicitur,dominus deus veſter deus verax eſt? Si vnitas nō eſt,quare verax eſt dixit,& non veraces potius intimauit? Si trinitas non eſt,quare in apocalipſi ſcriptum eſt,dñs deus & ſpirit⁹ prophetarum miſit angelum ſuum oſtēdere ſeruis ſuis que oportet fieri cito. Si vnitas non eſt,cur cum patrem & filium & ſpiritum ſanctum nominaſſet miſit dixit & non miſerunt ſub pretaxato trium perſonarum & nominū numero introduxit. Si trinitas non eſt, quare in deuteronomio dicit, dominus deus veſter hic eſt? Si vnitas non eſt, quare hic eſt dixit,& non hi ſunt plurali numero deſignauit? Si trinitas non eſt? quare in eodem dicitur libro dñs deus tuus deus magnus & potens eſt? Si vnitas non eſt,quare magnus & potens pluraliter non nominatur? Si trinitas non eſt,cur Tobias cum filium ſuum in rages ciuitatem cū Raphael archāgelo mitteret benedicens eos ita dixiſſe docetur,deus Abraham, & deus Iſaac,& deus Iacob ipſe imple at benedictionem ſuam in vobis? Si vnitas non eſt,quare ipſe impleat dixit,& non ipſi impleant intimauit? Poſtremo ſi trinitas non eſt quare dominus diſcipulos ſuos, In nomine patris & filii,& ſpirituſſancti vniuerſas gentes miſit baptizare? Si vnitas non eſt,quare in nomine dixit, & non in nominibus precipiendo perdocuit? Si trinitas non eſt,quare Paulus apoſtolus ait ex ipſo,& per ipſum & in ipſo ſunt omnia? Si vnitas non eſt quare ex ipſo poſuit & non ex ipſis aſtruxit? Si enim certo certius volueritis vnitatem trinitatis agnoſcere. a ſepe dicto doctore gentium apoſtolo poteſtis vniuerſa condiſcere & ſequi catholicam fidem, & horum reſpuere prauitatem. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti (inquit) & caritas dei & communicatio ſancti ſpiritus ipſa eſt patris & filii, & ſpiritus ſancti gratia,& ſic fidem ſancte trinitatis & intelligere & docere domino adiuuante pleniter poteſtis. Idcirco igitur chariſſimi fidei regulas iuxta huius epiſtole finem poſuim⁹,vt in eius A confeſſione fideliter perſeueremus,& domino auxiliante bonam fidem habere mereamur. Quicunq; voluerit eſſe amicus ſeculi huius, inimicus dei conſtituitur . An putatis quia inaniter ſcriptura dixit ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiam,propter quod dicitur deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur eſtote deo,reſiſtite autem diabolo & fugiet a vobis. Appropinquate domino & appropinquabit vobis. Emundate vobis manus peccatores & purificate corda duplices animo. Miſeri eſtote & lugete & plorate,riſus veſter in luctum conuertetur,& gaudium in merorem,humiliamini in conſpectu domini,& exaltabit vos. Nolite detrahere vobis alterutrū fratres mei,quia q detrahit fratri aut qui iudicat fratrem ſuum,detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legem non es factor legis ſed iudex. vnus enim eſt legiſlator & iudex,qui poteſt perdere & liberare. Tu autē quis es qui iudicas proximū tuum. Agite nunc diuites plorate vlulantes in miſeriis veſtris que aduenient vobis. Diuitie veſtre putrefacte ſunt & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſauriſatis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum: qui meſſuerunt regiones veſtras que fraudata eſt a vobis clamat,vindictā poſcēs retēti laboris,& clamor eorū

in aures dñi ſabaoth introiuit. Epulati eſtis ſup terrã, & i luxuriis enutriſtis corpora veſtra. In die occiſiõis adduxiſtis, occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis. Ve fratres his qui tribulant vos, vos vero quãto amplius tribulamini tanto purgatiores atq; beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Vnde ipſa veritas per ſe dixit. Beati qui perſecutionem patiuntur ꝓpter iuſtitiam, & alibi. Beati eritis cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint & eiecerint nomen veſtrum tãquã malũ. Gaudete in illa die & exultate, quoniã merces veſtra multa eſt i celo. Data. ix. kaleñ. Auguſti traiano, & heliano. cc. conceſſ.

ITEM EPISTOLA ALEXANDRI PAPE DE CAVSIS ET GRAVATIONIBVS SACERDOTVM.

AD DILECTISSIMIS FRATRIBVS OMNIBVS EPIſcopis per diuerſas conſtitutis regiones Alexander epiſcopꝰ. Nulli fratres dubium eſt, quia boni a malis ſemper perſequũtur, & tribulantur. Propter quod humiliemur ſub potenti manu dei, vt liberet nos in tempore tribulatiõis, Nã ſicut leo rugiens circuit querens quem deuoret, ſic diabolꝰ non ceſſat circuire & querere quos ex fidelibꝰ perdat, & maxime illos quos ardẽtiores in ſeruitio ſaluatoris eiq; familiares inuenerit familiares dico eos quos ſibi ſacrari & i ordine apoſtolatus cõſtitui voluit. Ipſi enĩ pro populo interpellãt, & populi peccata comedũt, quia p̃cibꝰ ſuis & oblationibus ea delẽt atq; cõſumunt. Qui quãto digniores fuerint, tanto facilius ꝓ neceſſitatibus quibus clamãt exaudiuntur. Multum enim (vt ait beatus Iacobꝰ apoſtolꝰ) valet deprecatio iuſti aſſidua. Qui enim vos perſequitur ipſum cuius legatione fungimini perſequitur, quia ſicut ipſe filius dei mediator fuit dei & hominũ ita & vos eius vice in eccleſia eſtis conſtituti, vt inter dominum & homines legatione fungamini. Si quis autẽ legationẽ veſtrã impedit, non vnius ſed multorum profectum euertit. Et ſicut multis nocet ita a multis arguendus eſt, & bonorũ ſocietate coercendus. Et quia dei cauſam impedit & ſtatum conturbat eccleſie. Ideoq; ab eius liminibꝰ eccleſie arceatur. Ab hominibus quoq; talis eſt cauẽdus & nõ i cõmunione fidelium vſq; ad ſatiſfactionem recipiendus. Eſt enim ſtatutũ olim, vt qui ſtatum conturbat eccleſie, ab eius liminibus arceatur, ne cum fidelibus cõmunicet qui eorum bona auertit. Vos ergo ſi dilectionem habueritis adinuicem & vnanimes fueritis facile tales ſuperare poteritis. Si vero (quod abſit) diſcordes fueritis, & canino dente vos derodere ceperitis, non ſolum eos non ſuperabitis, ſed & vobis ipſis nocebitis atq; ab eis ſuperabimini, & inno center forte peribitis. Qui autem ex veſtro cõllegio fuerit & ab auxilio veſtro ſe ſubtraxerit, magis ſciſmaticus & non ſacerdos eſſe probabitur. Ecce inquit ꝓpheta quã bonum, & quã iocundum habitare fratres in vnum. Illi vero in vnum non habitãt qui a fratrum ſolatio ſe ſubſtrahũt, aut quod deterius eſt fratribus inſidias preparãt aut laqueos ponũt, De his enim & eorum ſimilibꝰ dominus per Oſee prophetã loquitur dicẽs. ꝓpter vos lugebit terra & infirmabitur omnis qui habitat in ea in beſtia agri & i volucre celi, ſed & piſces maris congregabuntur, verũtamen vnuſquiſq; nõ iudicet & non arguatur vir, populus enim tuus ſicut hi qui cõtradicũt ſacerdoti & corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam, conticuit populus meus eo quod nõ habuit ſcientiam, quia tu ſcientiam repuliſti repellam te, ne ſacerdotio fungaris michi. Et oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundũ multitudinem eorum ſic peccauerũt michi, gloriam eorum ad ignominiã cõmutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos, & viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent & non ſaturabuntur, fornicati ſunt & non ceſſauerunt, quoniam dominũ dereliquerunt in non cuſtodiendo. Hec cauete fratres, & bona ſemper agere feſtinate, quia in hoc cognoſcẽt omnes dicit dominus quoniam mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis adinuicem. Bonum eſt nãq; proculdubio, & omnibus timentibus deum deſiderabile, cohibere diſſentiones, & altercationes, fratribuſq; ſubuenire, & inuicem non inuidere, ſed adiuuare. Nos ergo qui diſcipuli domini & dici & eſſe cupimꝰ, portare crucem Chriſti & compati fratribus debemus, & non quaſcunq; eis inſidias aut foueas preparare, quia talionem meretur qui fratribus foueam

fratribus foueā preparat. Nolite errare fratres quia deus non irridetur. Huius rei gratia domin⁹ vobis cōmisit ecclesiā suam, vt pro omnibus laboretis, & cūctis oppressis opē ferre nō negligatis, vnde domin⁹ per ꝓphetam loquitur dicēs. Hec dixit dñs. Iudicate mane iudiciū & eruite vi oppressos de manu calūniātis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succēdatur & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summo speculo a domino constituti estis, attēdere eos & opprimere oportet qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. Salutate omnes qui recte laborant in euangelio christi & iuste gubernant viam eius ne cohabitantes in ea demergantur aut suffocētur, Salutat vos omnis apostolica ecclesia in domino. Amen. Data. vii. kaleñ. Nouembris traiano & heliano. iiii. cc. concess.

ITEM EPISTOLA ALEXANDRI PAPE VT VITENTVR DETRACTIONES ET INIVSTE PVLSATIONES.

ALEXANDER EPISCOPVS OMNIBVS DIVINO SACerdotio fungentib⁹ pax & mia multiplicetur & sapientia atq; bona volūtas in oib⁹ augeatur & fructificetur i dño. Gratia dei sum⁹ fratres charissimi id qđ sumus. Idcirco nobis prouidēdū est & oppido decertādū, ne i eavacui iueniamur sed eadē nobis cooperāte gratia fructū dño plurimū reportem⁹. Qđ aliter fieri non potest nisi sapiētiā sectando eiusq; precepta lectioni b⁹ & hymnis meditando; atq; eo adminiculā te implendo, orando, vigilando, & voluntatem eius, (in quātum ipse largit⁹ fuerit) perficere studeamus, Nec eādē negligēdā gratiā nobis domin⁹ dedit sed fideliter exercēdā tribuit. Dilectio enim sine simulatiōe in nobis esse & apparere debet, quia omnis qui odit fratrē suum homicida est. Qui vero diligit eū in deo manet & deus in eo, vnde & apostolus ait. Nolite iudicare fratres inuicem, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalū, & dominus inquit. Quod tibi non vis fieri alteri ne facias, & alibi. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicē, & salomon ait. Sacrificiū salutare est attendere mandatis & discedere ab omni iniquitate. Summa enim iniquitas est fratres detrahere, & accusare, vnde scriptum est. Omnis qui detrahit fratrē suum homicida est. Et omnis homicida nō habet partem aut hereditatē in regno dei, & alibi. Cauete vos fratres charissimi ne participes effi ciamini (quod absit) malis eorū, & non solum vos cauete a talibus, sed & cauere alios ab eis & auerte re docete, de his enim domin⁹ ait per ꝓphetā Micheā, ve qui cogitatis inutile & operamini malum in cubilibus vestris, In luce matutina facient illud, quoniā contra deum est manus eorū. Et concupierunt agros; & violēter tulerunt, & domos rapuerunt, & calūniabantur virū, & domū eius, virum & hereditatem eius. Idcirco dicit dominus hec. Ecce ego cogito super familiā istā malum, vnde nō auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniā tempus pessimū est. In die illa sumetur super vos parabola & cantabūt cāticum cum suauitate dicētiū, De populatione vastati sumus, pars populi mei cōmutata est. Quomodo recedet a me cū reuertatur, qui regiones vestras deuorat. Propter qđ non erit tibi mittēs funiculum sortis in cetu dñi, o israel. Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos, non cōprehendet confusio dicit domus Iacob. Nunquid abbreuiatus est spirit⁹ dñi aut tales sunt cogitationes eius, Nonne verba mea bona sunt; cum eo qui recte graditur. Et ecōtra rio populus meus in aduersariū consurrexit, de super tunicā paliū sustulistis, & eos qui trāsibant simpliciter cōuertistis ad bellū, & econtra. De his qui accusantur vel tribulantur per naū ꝓphetā confortans eos sic loquitur dominus dicens, Et cōfortās in die tribulationis, & sciēs sperantes in se. Et in diluuio ptereunte cōsummationē faciet loci eius, & inimicos eius persequētur tenebre. Quid cogitatis contra dominū? Confirmationē ipse faciet. Non cōsurget duplex tribulatio, quia sicut spine se inuicē complectūtur sic cōuiuiū eorum pariter potantium consumetur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitās contra dominū malitiā mente pertractans puaricationē. Hec dixit dñs. Si perfecti fuerint ita & plures sic quoq; attēdētur & pertrāsibit, Afflixi te & nō affligā te vltra. Facile est fratres verbo fallere hominē sed nō deū. Sapiēs nō est q nocet, necvir liguosus i malū se diriget i terra, nichil vero mali vult, qui fidelis est. Malo eni & prauo ingenio fides aliena est, ait eni apls de infideliū ignorātia. Si enim cognouissēt nūq; dñm glie crucifixissēt. Crucifigūt enim dñm qui eū i sacerdotib⁹ suis

perſequntur,quia crux a cruciatu dicitur.Magnum vero ſacramẽtum ſuſtinet qui compatitur, ſed tamẽ beati qui perſecutionem patiuntur ꝓpter iuſticiam. Ecce ait iudas apoſtolus,veniet dominus in milibus ſuis facere iudicium,& perdere omnes impios,& arguere omnem carnem, de omnibus impietatibus eorum. Hec fratres valde timenda ſunt & perpendenda,ne veniensvnuſquiſq; ad iudicium penã cum impiis recipiat, ſed cum iuſtis gloriam. Quod pius dominus preſtare dignetur qui viuit & regnat per ſecula cuncta. Data kalẽ. Maii heliano & vetereo. cc. conſulibus.

¶INCIPIVNT DECRETA SIXTI PAPE PRIMI.

A OMNIBVS IN DEO PATRE, ET DOMINO NOSTRO Ieſu chriſto dilectis fratribus in charitate domini noſtri Ieſu chriſti. Sixtus romane eccleſie archiepiſcopꝰ ſalutẽ. Chariſſimi fideliter agite in omnibꝰ,vt fideles & nõ infideles iueniamini. Nolite imitari malũ ſed qđ bonũ eſt agite,quia qui ex deo eſt bene facit,qui autem male non ex deo,ſed ex diabolo eſt. Fidem enim rectã vos tenere oportet,vt diſſentientes ab apoſtolica non ſitis doctrina Vnum enim verum deum patrẽ & filium a prophetis & apoſtolis oſtendimus predicatum,a quibus etiam ſpiritum ſanctũ credimus non eſſe diſcretum,Eſaya propheta dicente. Ego ſum deus & non eſt alius preter me. Et per meipſum iuro,quia exiuit ex ore meoveritas & ſermo meus non auertitur,quia michi inclinabitur omne genu,& omnis lingua confitebitur per dominum dicẽs,Iuſticia & gloria ad eum veniet. Et vt in hoc teſtimonio patrem & filium ſimul fuiſſe cognoſcatis paulũ apoſtolum audite dicentem,vt in nomine(inquit)Ieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtrium & infernorũ,& omnis lingua confiteatur,quia dominus Ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris omnipotentis. Quod ſi ſecundum aliquos filius eſt minor patre ſuo, ergo minorata eſt & gloria patris in filio. Et vbi eſt quod in ſalomone ſcriptura loquitur dicens. Sicut enim in conſpectu eorum(inquit) magnificatus eſt in nobis, ita in conſpectu noſtro magnificaberis in illis, vt cognoſcant te ſicut & nos cognouimus quoniã non eſt deus preter te domine. Diligẽter attende & agnoſce filium eſſe qui magnificabitur in iudicio dumveneritviuos & mortuos iudicare. Item Eſaias. Audite domus iacob,& reſiduí domus iſrael,qui egredimini ex vtero & erudimini a puero vſq; ad ſenectutem. Ab initio ego ſum & quouſq; ſeneſcatis ego ſum. Ego vos feci & ego ſuſtineo,ego remittã ego ſuſcipiã dicit dominus. & iterũ. Ego ſum dominus deus,preter me non eſt alius deus annuncians nouiſſima priuſquã fiant. & ſtatim conſummata ſunt. Item alibi. Audi me Iacob & iſrael quoniam ego feci. Ego ſum dñs deus tuus,& nõ eſt alius preter me,Item ibi. Ego ſum dominꝰ deꝰ tuus primus & ego nouiſſimus & in ea que ſupuẽtura ſunt i nouiſſimis ego ſum. Ego ſum deꝰ qui te creaui qui te adiuui, & cõmuniui dextera mea. Et vnitatem patris & filii aſſignans loquitur dicens. Ego teſtis veſter dicit dominꝰ deꝰ & puer meus tu quẽ ego elegi: vt ſciatis & credatis,quia ego
B ſum,& ante me non fuit aliꝰ deꝰ,& poſt me nõ erit. ¶Vnũ hi qui nõ ſane ſapiunt eligant ex duobꝰ aut fateantur patrẽ & filium deumvnũ,aut ſi ſolum patrẽ deum eſſe cõtẽdunt,ergo illis dominꝰ noſter Ieſus chriſtꝰ dei filiꝰ nõ erit deus,quia ſcriptum eſt. Ante me nõ fuit aliꝰ deꝰ & poſt me nõ erit. Si ſecundũ tales ita eſt,cur apoſtolus talia predicat & eundem filium deũ ſuper omnia benedictum inſinuat. Quorum patres inquit ex quibꝰ chriſtꝰ ſecundũ carnem qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Itẽ Eſayas ait. Dominꝰ deꝰ iſrael qui liberauit eum de egipto. Ego ſum primus & ego poſt,hec & preter me non eſt deꝰ ſicut ego ſum qui ſtet & vocet,& preparet michi, ex quo hominem feci in ſeculo. Item alibi, In te eſt deus & neſciebamꝰ & non eſt alius deus preter te. Tu es enim deus & neſciebamꝰ,deꝰ iſrael ſaluator, Vnꝰ deꝰ nõ ſunt pater & filiꝰ? Quis eſt hic deꝰ,in quo eſſe dicitur deꝰ pater quẽ alium deum non eſſe,ꝓpheta ſepenumero ,pteſtatur,& iheremias. Hic deꝰ noſter (ait)& nõ applicabitur alter ad eũ qui inuenit omnẽ viã ſcientie & dedit eam Iacob puero ſuo & iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt & inter homines cõuerſatꝰ eſt,Et in ſalomõe habetur. Miſerere nobis deꝰ omniũ & oſtende nobis lumẽ miſerationis,& imitte timorem tuũ ſuper gentes,que nõ exquiſierũt te,& cognoſcãt,quia nõ eſt aliꝰ deus niſi tu. Item ibi. Domine deus iſrael nõ eſt tibi ſimilis in celo ſurſum,neq; in terra deorſum,& in pſalmo ſeptimo decimo. Quoniã quis deus ꝑter dñm,aut quis deus ꝑter deũ noſtrum. & in geneſeos, Et pluit dominus a dño ignẽ & ſulphur ſuper

ſodomã &

sodomā & gomorrā & euertit ciuitates illas. Si solus pater de⁹ est quis pluit ignem & sulphur supra predictas ciuitates, vt eas euerteret. Queso responde. Et in deuteronomio, dns sol⁹ deducebat eos & nō fuit cum illis deus alienus. Et paul⁹ apostol⁹, vn⁹ deus qui iustificat circūcisionē ex fide, & ppu tium per fidem, & ad corithios. Deus erat in christo mundū reconciliās sibi, & iterū non est de⁹ nisi vnus, & ad Gallatas. Mediator autēvni⁹ non est, deus autem vnus est & vnitatē patris & filii, & spiri tussancti demonstrans epheiis scribens ita cōfirmat. Sufferētes inuicē in charitate sollicīti seruatevni tatem spirit⁹ in vinculo pacis. Vnū corpus & vnus spirit⁹ sicut vocati estis in vna spe vocationis ve/ stre vnus deus vna fides vnum baptisma vnus deus. Si non sane sapientes vnitatem fidei voluerint simplici corde recipere ex hoc itaq; testimonio in vno spiritu poterūt simul patris & filii vnitatē cō/ discere. Patrem igiturvt superi⁹ cōprehēsum est in diuins litteris genitum ,ppie positū nec legere possunt penitus nec probare. Sed quia id ipsum fides exigit christiana absq; vlla dubitatione inge/ nitus creditur qui tamē secundū seriē scripturarū in filio a se genito vnus esse monstratur ¶De cete ro placuit ,ppter malorū hominū infestationes, vt in accusatioe dni ministrorū primo persona, fides vita & cōuersatio blasphemantium enu cleatim perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis p̄ce dere debet, quia dubius in fide infidelis est, nec eis omnino esse credēdum qui veritatis fidem igno/ rant. nec recte cōuersationis vitā ducunt. Quoniā tales facile & in differenter lacerāt & crimināt recte & pie viuentes, idcirco suspicio eorum discutienda primū, & corrigēda, neq; accusatorib⁹ suspe ctis vel de inimicorum domo prodeūtibus est credendū. Erant enim quidam qui prius videbātur esse ex nobis sed non erant ex nobis. Si vero essent ex nobis mansissent vtiq; nobiscum, & non con/ turbassent fratres. exacuerunt enim (vt ait ,ppheta) linguas suas sicut serpentes, venenū aspidū sub labiis eorum. Quapropter hi respuēdi sunt si incorrigibiles apparuerint, & vitādi ne domino de/ cipiant famulantes. State ergo dilectissimi super vias aspicientes & interrogantes de semitis dni an tiquis: & videte que est via dni bona & recta & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus ve stris. Data. xvi. kaleñ. Maii sub adriano & vero. A

¶ITEM EPISTOLA SIXTI PAPE.

SIXTVS VNIVERSALIS APOSTOLICE ECCLESIE B

epūs omnibus episcopis in dño salutem. Cognoscat vestra sapientia charissimi fratres quia in hac sancta sede apostolica a nobis & reliquis episcopis ceteriscq; dni sacerdotibus statutū est, vt sacra vasa nō ab aliis quā a sacratis dominoq; di catis cōtrectentur hominibus. Indignumvalde est vt sacra dni vasa quecūq; sint humanis vsibus seruiāt: aut ab aliis q̄ a domino famulantibus eiq; dicatis tractētur viris, Ne pro talib⁹ p̄sumptionib⁹ iratus dns plagā imponat populo suo, & hi etiā qui nō peccauerūt mala patiātur aut pereāt, quia perit iust⁹ sepissime pro impio. Attē/ dite fratres ne talia vestris in ecclesis p̄mittatis deincepsfieri. Ne grex precioso sanguine xp̄i redēpt⁹ in p̄cipitiū (qđ absit) ruat. propter qđ assumite armaturā dei, vt possitis resistere his qui cōtradicunt veritati, & induite vos lorica iustīcie calciati pedes in p̄paratiōe euāgelii pacis. Si quis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate licēter hāc sanctā & apostolicā appellet sedem, & ad eā quasi ad caput suffugiū habeat, ne innocens dānetur, aut ecclesia sua detrimētū patiatur. Si autem ei necesse fuerit eāq; appellare minime ausus fuerit & vocat⁹ tamen ab hac sancta sede fuerit nō renuatvenire, sed cōfestim vt ei nunciatū fuerit venire festinet, & causas pro quibus vocat⁹ est prudēter disponat, atq; si necesse aliquid corrigere fuerit cū his quos hic primos inuenerit corrigat, ad ecclesiā tamē suā nō prius reuertatur quā litteris apostolicis vel formatis pleniter instruct⁹ atq; purgat⁹ si fuerit vñ. Et postquā domū reuersus fuerit cognoscāt vicini sui qualiter hic sua aliorūq; causa discussa fuerit. Quatin⁹ eam absq; aliqua ambiguitate nūciare & p̄dicare omnibus possit. Ab hac enim sancta se/ de a sanctis apostolis tueri defendi & liberari ep̄i iussi sunt, vt sicut eorū dispositiōe ordinante dño primit⁹ sunt constituti, sic huius sancte sedis cui⁹ dispositioni eorū causas & iudicia seruauerūt ,pte ctione futuris tēporib⁹ sint abomnib⁹ peruersitatib⁹ semper liberi. Vnde culpātur hi qui aliter circa fratres egerint quā hui⁹ sedis rectorib⁹ placere cognouerit. ¶His taliter cōsideratis atq; cū reliquis C ep̄is decretis tāquāomniū curā gerentes, ppter sedis, ppriē apicē decernim⁹, vt nemo pōtificū aliquā suis reb⁹ expoliatū ep̄m aut a sede pulsū excōicare aut iudicare p̄sumat, qa nō ē priuilegiū qđ expolia ri possit iā nudat⁹. Si qs aūt aliter agere p̄sūpserit sciat cēsurā hui⁹ sedis cū oīb⁹ mēbris suis sibivēturā & sicut egerit ita recipiet. Si bn̄ bn̄, graue graue. Si pessie pessime quoniā dign⁹ ē opari⁹ mercede sua.

Nos fratres nullum perdere volum⁹,sed ipse perdit se qui pie considerata auertit,& qui apostolorũ & huius sancte sedis decreta libenter violat,Sed nunc fratres cõmẽdamusvos omnes domino,&ver bo gratie eius,qui potest perficere & dare hereditatem cum omnibus sanctis, ipse autẽ deus pacis & consolationis detvobis idipsum sapere in alterutrum,vtvobis inuicẽ succurratis& non sitis diuisi, vt vnanimes vno ore & vno corde honorificemus eum in concordia & consolatione fratrum,qui po tens est confirmare nos secundũ euangeliũ eius iuxta reuelationẽ mysterii eterni temporib⁹ scilicet perpetuis,quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda sunt, data nono kalẽ. Aprilis adriano &vero.cc.concess.

INCIPIVNT DECRETA THELEFORI PAPE DE IEIVNIO SEPTEM EBDOMADARVM ANTE PASCHA,ET DE MISSARVM CELEBRATIONE IN NOCTE SANCTA NATALIS DOMINI ET QVO TEMPORE ALIIS DIEBVS MISSE CELEBRENTVR,ET DE EPISCOPORVM DEFENSIONE.

A CARISSIMIS FRATRIBVS ET DILECTISSIMIS episcopis theleforus Romane vrbis archiepiscopus salutem in domino. Credimus sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere & hanc populis vniuersis exponere,que videlicet a cõstitutis apostolorũ, eorumq; successorum nulla ratione dissentit,per quos iustum est ceteros erudiri. Quapropter cognoscite a nobis & a cunctis episcopis in hanc sanctam & apostolicam sedem congregatis statutum esse, vt septem ebdomadas plenas ante sanctũ pascha omnes clerici in sortẽ dñi vocati a carne ieiunẽt,quia sicut discreta debet esse vita clericorũ a laicorũ cõuersatione,ita & in ieiunio debet fieri discretio,& sicut laici & seculares homines nolunt eos recipere in accusationibus & infamationib⁹ suis,Ita nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis,quoniã in omnibus discreta debet semper esse & segregata vita & conuersatio clericorum ac secularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati diuinis cultibus;& familiares dñi dicuntur saluatoris,ita moribus & conuersatione atq; sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem ebdomadas omnes clerici a carne & delitiis ieiunẽt,& hymnis & vigiliis,atq; orationibus,domino inherere die noctuq; studeant. ¶Nocte vero sancta natiuitatis dñi saluatoris missas celebrent,& hymnũ angelicũ in eis solẽniter decantẽt. Quoniam & eadem nocte ab angelo pastoribus nunciatus est,sicut ipsa veritas testatur dicens. Pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos & timuerunt timore magno, & dixit illis angelus, nolite timere. Ecce enim auangelizovobis gaudium magnum quod erit omni populo,quia nat⁹ est vodis hodie saluator qui est christus domin⁹in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in presepio. & subito facta est cum angelis multitudo militie celestis,laudantium dominũ & dicentium. Gloria in altissimis
B deo,& in terra pax hominibus bone volũtatis. ¶Ceterũ cõsiderat impius iustum,& querit vt occidat eum. Dominus non derelinquet eum in manus eius,& non condẽnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum & custodi viam eius,& exaltabit te vt possideas terram,cum interibũt impii videbis. Vidi impium robustum,& fortissimum, sicut indigenam virentem, & transiui & ecce non erat,& quesiui eum,& non est inuentus,Custodi simplicitatem &vide rectum,quia erit in extremũ viro pax,preuaricatores autem interibunt pariter,& nouissimum impiorum peribit. Salus autem iustorum a domino fortitudo eorum in tempore tribulationis,& auxiliabitur eis dominus, & saluabit eos & eripiet eos ab impiis & saluabit eos, quia sperauerunt in eũ & alibi. Quid gloriaris in malicia potens? Misericordia dei tota die. Insidias cogitauit lingua tua quasi nouacula acuta faciẽs dolum. Dilexisti maliciã magis quã bonum,mendacium magis quã loqui iusticiã. Dilexisti omnia verba ad deuorandum lingua dolosa. Sed deus destruet te in sempiternum,terrebit & euellet te de tabernaculo & eradicabit te de terra viuentiũ. & videbunt iusti & timebunt & super eũ ridebũt. Ecce vir qui non posuit fortitudinem suã deum,sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ,cõforta

tus est in

tus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliua virens in domo dei, speraui in misericordia dei, in se-
culum & ineternum. Cōfitebor tibi in seculum, quoniā fecisti & expectabo nomen tuum quoniam
bonum est, in conspectu misericordiarum turaū. ¶Reliquis enim temporib⁹ missarum celebratio
nes ante horā diei tertiā minime sunt celebrande, quia & eadem hora dominus crucifixus est, & sup
apostolos spiritus sanctus descendisse legitur. ¶Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro
tempore & loco in missarū solemniis celebrandus est atq; solemniter recitandus. ¶Ipsi enim qui ꝑ
prio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi atq; timendi, & non dilacerandi aut
detrahendi, quia a quibus se domini populus benedici, saluari & instrui cupit, nullatenus debet eos
arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiend⁹
non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullomodo igitur domini pontifices & re
liqui sacerdotes quib⁹ domini cōmissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se co
gnouerint laqueo infestari. Vnde iustū est omnes in vniuerso orbe. doctores legis, ea que legis sunt
sapere, & non sacerdotes domini labiis suis, aut quibuslibet machinationibus maculare, dum ipsos
disponunt, aut cupiunt maculare, potius seipsos maculant & vulnerant. Dei ergo accusat ordinatio-
nem qui eos qui ab eo constituuntur, sacerdotes accusat, vel damnari cupit, a quibus se omnes fide-
les cauere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus rei sunt.
¶Christus enim dei filius dominus noster, humano generi salutem cōdonās plenam, de nobis ait. A
Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit. Si ergo dominus in eis recipitur, & reici-
tur, ꝓculdubio ipsius sunt qui in eis reiicitur, vel suscipitur. Et tu quis es, qui iudicas seruum alienū?
Proculdubio transgressores legis dei & apostolorum, atq; ꝓphetarum, & non solum harum, sed etiā
humanarū. Oēs enim leges tam diuine quam humane alienum seruū iudicare ꝓhibēt. Quid pu
tas erit de te, cum transgressores & cōculcatores legis dei damnabūtur? Profecto & tu damnaberis,
quia postposuisti mādatum dei, & tuam adimplesti voluntatem, quoniam sicut digni sunt qui mā
datum dei adimplent, atq; custodiunt, ita rei & ꝓdigni sunt morte, qui ea postponunt, & in vanum
ducunt. Est enim in apostolicis scriptum institutis, alterius vitam nemo laceret, & de malo alieno os
suum non coinquinet. Accusatores vero & accusationes, quas leges seculi non admittunt & nos sub-
mouemus, & accusatori omnino non credi decernim⁹, qui absente aduersario causam suggerit ante
vtriusq; partis iustā discussionē. Nec hi qui nō sunt idonei suscipiātur ad accusationē, & omnes qui
aduersus patres armantur, infames esse censemus. ¶Patres enim omnes venerandi sunt nō respuē
di, aut insidiandi. Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiā-
tur, quia eorum emulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerūt patres no
stri, & nos cum eis contra persecutores nostros, vt hoc remedio eorum pellantur machinamenta, &
vos securiores & sanctiores famulari mereamini vestro saluatori. De talib⁹ enim insidiatoribus & ac
cusatoribus seruorum suorum loquitur dominus per prophetam dicens. Os tuum misisti ad mali
tiam & lingua tua concinnabat dolum, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & in filium ma-
tris tue fabricabaris opprobrium. Hec fecisti & tacui, existimasti similem tui me futurum? arguā te,
& proponam ante oculos tuos. Intelligite hec qui obiuiscimini dominū ne forte rapiat & non sit qui
liberet. ¶Languentes autem in isto conamine notādi sunt, & a talibus repellendi. Tales enim mē- B
bra sunt diaboli, qui sursum atq; deorsum peruolans querit quos possit occidere, quos possit separa-
re, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilādum est, & armis celestibus sumus muniendi, ne
in eius compedes incidamus aut eius foueis illaqueemur. Decet enim in talibus causis hoc maxime
prouideri, vt sine strepitu concertationū & charitas custodiatur & veritas defendatur, atq; innocētes
& dñi ministri illesi liberentur. ¶De bonis ergo & legē dñi custodientibus fratribusq; adiuuantib⁹
& non nocentibus, sed supportantibus ait per prophetam dominus. Non sedi cū viris vanitatis, & cū
superbis non ingrediar. Odiui ecclesiā pessimorum & cum impiis non sedebo. Lauabo in innocen-
tia palmas meas, & circuibo altare tuum domine, vt clara voce predicem laudem tuam, & enarrem
omnia mirabilia tua. Domine dilexi habitaculum domus tue, & locum tabernaculi glorie tue, ne
ponas cum peccatoribus animā meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manib⁹
scelus, & dextera eorum repleta est muneribus, ego autem in simplicitate mea gradiar, redime me, &
miserere mei, pes meus stetit in via recta, in ecclesiis benedicam domino. Concordent igitur cum
omnibus dei sacerdotibus he charitatis sentētie, in qbus vos fixos & firmos existere iudicamus. De⁹
vos incolumes custodiat filii carissimi. data. xv. kal. martii. Antonio & Marco. iiii. cc. cōcess.

INCIPIVNT DECRETA IGINII PAPE DE FIDE ET RELIQVIS CAVSIS.

A GINIVS IN CHRISTI NOMINE ALME VRBIS ROme episcopus,cūctis in apostolica fide & doctrina degentibus salutem. ¶Charissimi,deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati,& de peccato dānauit peccatum in carne,vt iustitia legis impleretur,filius non secundum deitatem solā a patre missus est,sed secundum carnem,quam demēter & pie pro nobis assumere nō dedignat⁹ est.Nā quod semetipsum (exinanita maiestatis sue potentia)idem filius miserit apostolus contestatur & dicit,semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem,mortem autem crucis,& Esaias. Non legatus,neq; angelus,sed deus ipse veniet & saluabit nos,item ibi.Palam apparui non querentibus me,& Iheremias, dereliqui domum meā,dimisi hereditatem meā,veni & factus sum illis in opprobrium,& in michea. Ecce dominus veniet,& cōmouebuntur sub eo montes & in Zacharia.Gaude & exulta filia syō,quia ecce ego venio,& cōmorabor in medio tui,dicit dominus,& apostolus ad Thimotheū.humanus sermo & omni acceptione dignus,quoniam Iesus christus venit in hūc mūdum peccatores saluos facere,& Malachias. Ecce subito veniet in templo suo dñs quē vos queritis,& angel⁹ testamēti quē vos vultis,in euangelio.Non veni vocare iustos sed pctōres in penitētia,itē ibi,qd nobis & quid tibi Iesu fili dei venisti ante tps perdere nos?venit filius hominis saluare & querere qd perierāt,itē ibi. Ego veni vt vitam habeant & abundanti⁹ habeant,itē ibi.Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit fili⁹ hominis,qui est in celo.Nunquid in his tantis ac talibus testimoniis quibus se filius dei a semetipso venisse testatus est,poterit quis dicere ab alio & nō a semetipso venisse?dum manifestum est quod qui carnem nostram dignanter assumpsit volūtarie, & non ab alio missus aduenerit,nam qui in patre manens vbiq; potentia sua consistit,vbi quo a patre mitteretur omnimō nō habuit,quonia nulla pars celorum ac terre a cōspectu patris excipitur,vbi secundum vos a patre filius mitteretur,& paulus.Renouamini(inquit)spiritu mētis vestre, & induite nouum hominem qui secundum deum creat⁹ est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad hebreos In eo enim in quo passus est ipse & tētatus est, potens est eis qui tentantur auxiliari, vnde sancte vocationis semper celestis participes.Considerate apostolum cōfessionis nostre,& pontificem Iesum fidelem existentem qui vocauit eum. Et ad collossenses,Nunc autem deponite & vos vniuersa, iram, indignationem,malitiā,blaphemiam,turpiaq; verba ex ore vestro non procedant. Nolite mētiri inuicem. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,induite nouum eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum. Nunquid is qui vniuersam creaturam visibilia & inuisibilia proprie virtute potestatis procreauit ac fecit seipsum ante,aut postmodum (quod dicere nephas est)creauit vel facere potuit,& dominus in euangelio ait. Ego & pater vnum sum⁹,& iterum. Qui me videt,videt & patrem,& iterum. Qui me odit,& patrem meum odit,& iterum,vt oēs honorificent filium,sicut honorificant patrem,& iterum vt sint in nobis vnum,sicut & nos vnum sum⁹. Tu in me,& ego in eis,& iterum. Omnia mea tua sunt,& iterū. Ego in patre,& pater in me. & iterum. Pater in me manens facit opera hec. Et Iohannes euangelista ait,in principio erat verbū, & verbum erat apud deum,& deus erat verbū,& iterum ipse ad parthos. Tres sunt inquit qui testimoniū phibent in terra,aqua,sanguis,& caro,tres in nobis sunt,& tres sunt qui testimoniū perhibēt in celo,pater,verbum,& spiritus,& hii tres vnum sunt. Nos itaq; in natura diuinitatis (quia vnum sunt pater & filius,& spiritussanctus) nec patrem aliquo tempore credimus precessisse,vt maior sit filio,nec filium postea natum esse vt diuinitate patris minoretur.

B ¶Ceterum fratres saluo in omnibus, romane ecclesie priuilegio,nullus metropolitanus absq; ceterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irrite erunt aliter acte quam in conspectu eorum omnium vētilate, & ipse si fecerit coerceatur a fratribus. ¶Criminationes maiorum natu per alios non fiant nisi p ipsos qui crimina intendunt si tamen ipi digni & irrephensibiles apparuerint & actis publicis docuerint omni se suspitione carere & inimicitia,atq;

inimicitia atq; irreprehensibilem fidem ac conuersationem ducere, nec non & peregrina negotia & iudicia prohibemus, quia indignum est, vt ab externis iudicentur qui prouinciales & a se electos debent habere iudices. Nos quidem ex omni parte carpendo occasiones abscidimus. Nos superne memores discipline quibuscunq; cadentibus dexteram porrigim⁹, & a ruine precipitio quos possum⁹ releuamus, & defensionis adminiculum totis viribus prebere cupimus. Certe si vel mens sit recti cōscia, vindicta dignus est qui aliis existit causa periculi, qui vero innocentem vel fratrem quocūq; ingenio persequitur, ipse in se iugulum mortis impingit, vt ait diuinus, & beatus Preco. Noli detrahere, ne eradiceris, noli accusare, ne accuseris, noli iudicare, ne iudiceris, quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nos odisse quorū relatione non leditur, dicit enim domin⁹. Omne regnum in se diuisum non stabit, & omnis scientia aut regula aduersum se diuisa nō stabit. Ideoq; necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data. xvii. kalend. octobris magno & camerino consulibus.

¶ITEM EPISTOLA YGINII PAPE AD ATHENIENSES.

PAPA YGINIVS ATHENIENSIBVS SALVTEM. A

¶Multa michi fidutia est apud vos fratres, & multa gloriatio ꝓ vobis. Repletus sum consolatione superabūdo gaudio in omni tribulatione nostra. Tribulor enim quādo de vobis audio quod non oportet. Consolor vero quotiens ea inter vos fieri cognouero que bonos christianos decet implere. Nolite fratres iugum ducere cum infidelibus, vnde doctor gentium loquitur dicens. Que participatio iustitie cum iniquitate? quis autem consensus templo dei cum idolis? vos enim estis templum dei viui, sicut dicit dn̄s. Quoniā ĩhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum de⁹, & ipsi erūt michi popul⁹. Si enim deus angelis peccantib⁹ non pepercit, sed rudētib⁹ inferni detractos in tartarū tradidit, in iudicio cruciandos reseruari, & originali mundo non pepercit, sed octauū Noe iustitie p̄conē custodiuit diluuiū mūdo impiorū inducēs, & ciuitates Sodomorū, & Gomorreorum in cinerē redigens euersione damnauit, exēplum eorū qui impie acturi sunt ponēs quid putatis iniquis & impiis perseuerantibus in nequitia eorum erit? Iustū vero Loth oppressum a nefandorum iniuria conuersatione eruit, aspectu enim & auditu iustus erat, habitās apud eos qui de die in diem animam iustā iniquis operibus cruciabant. Nouit deus pios de tētatione eripere, iniquos vero in diem iudicii cruciandos reseruare, magis autem eos qui post carnem in cōcupiscentiam immundicie ambulāt, dominationemq; cōtemnunt audaces, sibi placentes, sectas non metuūt facere blasphemantes. Vn̄ alieni erroris sociū a sui propositi tramite nō recedentē, aut apostolice sedis iussionib⁹ inobedientem suscipere non possumus, quia inter fideles credētes vel sanctorum patrū iussionib⁹ obtemperantes permittim⁹ quia inter fideles magna debet esse discretio, & infideles. Si de⁹ fratres iustis nō pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Custodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, vt salui sitis in die aduent⁹ domini, vnum autem hic non lateat vos, vt ait apostolus. Charissimi quia vnus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni, sicut vnus dies. Non tardat dominus promissis, sed patienter expectat propter vos nolēs aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini, vt fur in qua celi magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Cum hec ergo omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationib⁹ & pietatib⁹ expectantes & properantes in aduentum diei, per quem celi ardētes soluentur, & elementa ignis calore tabescent. Nos vero celos nouos & terram nouam & promissa ipsius expectamus in quibus iustitia inhabitat. Deus autem omnis gratie qui vocauit vos in eternā suam gloriam in christo Iesu modicum passos ipse perficiet, confirmabit, & consolidabit, ip̄i gloria, & imperium in secula seculorū. Amen. Data. x. kal. Martii magno & camerino consulibus.

INCIPIVNT DECRETA PII PAPE VT DIE DOMINICO PASCHA CELEBRETVR.

A MNIBVS ECCLESIIS IN EADFM QVA SVMVS fide & doctrina manentib⁹ pius apostolice sedis archiepiscopus. Gratias agi mus fratres deo,quoniam crescit fides vestra & abundat charitas vniuscuiusq; omnium vestrum inuicem,ita vt nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei,Vi dete fratres,videte,vt nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelo rum,que non vidit ambulās frustra inflatus sensus carnis sue,& non tenens ca⸗ put,ex quo totum corpus per nex⁹ & cōiunctiones ministratum & constructū crescit in augmentum domini,sed induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordie,be nignitatem,humilitatem,modestiam,pacientiam supportantes inuicem & donantes vobismetipsis
B si quis habet querelā. Et sicut christus donauit vobis,ita & vos. ¶Ceterum nosse vos volum⁹ quod pascha domini, die dominica annuis solēnitatibus sit celebrādum. Istis ergo temporib⁹ Hermes do ctor fidei & scripturarū efulsit inter nos. Et licet nos idē pascha predicta que celebremus,& quidam inde dubitarent ad corroborandas tamen animas eorum eidē Herme angelus domini in habitu pa storis apparuit,& p̄cepit ei,vt pascha die dominico ab omnibus celebraretur tempore suo,vnde & vos apostolica auctoritate instruimus omnes eadē seruare debere,quia & nos eadē seruamus,nec debetis
+ a capite quoquomodo dissidere. ¶Cauete diligenter omnes,ne quis vos decipiat per aliquā altro⸗ logiam vel philosophiam & inanē fallaciam secundum traditionem hominum,secundum elementa mundi,& non secundum christum & traditionem rectam,in christo enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter vt sitis in illo repleti,qui est caput omnis pricipatus & potestatis, qui sine du bio cōtra mandata dei agit peccat,& qui consensum prestat erranti. ¶Hanc sanctam sedem aposto licam omniū ecclesiarum caput esse precepit, ipso dicente principi apostolorum Petro. Tu es Petr⁹ & super hanc petram edificabo ecclesiam meam,& porte inferi non preualebunt aduersus eam,& ti⸗ bi dabo claues regni celorum. Et quodcūq; ligaueris super terram ,erit ligatum & in celo,& quodcū q; erit solutum super terram,erit solutum & in celo. Quid enim p̄dest illi suo errore non pollui , qui consensum prestat errantis. Oues enim pastorem suum non reprehēdant,plebs vero episcopum nō accuset,nec vulgus eum arguat,quoniam nō est discipulus super magistrū,neq; seruus supra domi⸗ num. Episcopi autem a deo sunt iudicandi ,qui eos sibi oculos elegit,nam a subditis aut praue vite hominibus non sunt arguēdi vel accusandi,aut lacerandi,ipso domino exemplum dāte, quando per seipsum & nō per alium vendētes sacerdotes,& ementes eiecit de templo, & mensas nummulario⸗ rum proprio euertit flagello,& eiecit de templo,& sicut alibi per prophetam loquitur dicens. Deus stetit in synagoga deorum,in medio autem deos discernit. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitauerit & iussum apostolice sedis libenter transgressus fuerit,infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones qui in recta fide suspecti sunt . Fides autem & conuersatio primum scrutanda est,& denuo qui irreprehensibiles apparuerint sunt recipiendi,& nō prius,quia bonus ho mo testante veritatis voce ex bono thesauro cordis sui profert bona,malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala. Ex abūdantia enim cordis os loquitur,ideo p̄sona & opinio ac vita vniusqu⸗ iusq; in initio rimanda est,quia boni semp infestantur a malis . Boni enim cū malis licet mixti sint in ecclesia,vix cōcordare inueniūtur,quoniam dissimilis est eorū cogitatio,voluntas & actus. Nichil enim prodest homini ieiunare,& orare,& alia religionis bona agere,nisi mens ab iniquitate reuoce⸗ tur,& ab obtrectationibus lingua cohibeatur,vnde ait propheta. Cohibe linguam tuā a malo,& la⸗ bia tua ne loquantur dolum,diuerte a malo & fac bonum. Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult,quantomin⁹ in suspitionem debet venire fidelis homo vt dicat aut faciat ea que pati nō vult . Quia omnis suspitio potius repellenda est quam approbanda vel recipienda.
¶Charitas enim nō querit que sua sunt,sed que aliorum,quia vnius causa multorum nō est preferē da sectamini charitatem,emulamini spūalia. Charitas enim patiēs est,benigna est. Charitas eni nō emulatur,non agit perperam,non inflatur,non est ambitiosa,non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,non gaudet super iniquitate,congaudet autē veritati,omnia suffert,omnia cre⸗ dit,omnia sperat,omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Semper rogo vos , vt deteriora reiicia tis,& meliora perficiatis,quia nos non spiritum mundi accepimus,sed spiritum qui ex deo est,vt scia mus que a deo donata sunt nobis & ea sectamini indifferenter. Data.vii.idus aprilis Claro & seue⸗ ro consulibus.

¶FINIS.

¶Epistola

EPISTOLA CVIVS SV

PRA ITALICIS DIRECTA.

DILECTIS IVS ROMANE VRBIS ARCHIEPISCOPVS, ITA A
licis fratribus salutem in domino. ¶Scitis fratres,quia dei agricultura sumus, ideo eius adiutores esse debem⁹,secundū gratiam quā ipse dedit nobis, si hoc aūt hoc esse neglexerimus,nulli dubiū est quod dānabimur. Si vero in eius seruitio ꝓ viribus laborauerimus vereꝯ eius adiutores fuerimus, eiusꝙ voluntatem implere studuerim⁹,profecto ab illo ditabimur,quia vniuscuiusꝙop⁹ quale sit(vt ait apostolus dies domini declarabit,& ignis probabit. Ad sedem autē apostolicā platum est quod sint inter vos contentiones,& emulationes,& p̄dia diuinis vsibus tradita quidā humanis applicāt vsibus,& domino deo cui tradita sunt ea subtrahunt vt suis vsibus inseruiāt Quapropter ab omnib⁹ illius vsurpationis cōtumelia depellenda est,ne predia sibi secretorum celestium dicata a quibusdā irruentibus vexentur. Quod si quisquā presumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem qui hoc agūt,deros & domini sacerdotes psequi,eosꝙ infamare audiuimus,vt malum super malum addant,& deteriores fiant,non intelligentes quod ecclesia domini in sacerdotibus cōsistit & crescit in templum dei. Et sicut qui ecclesiam dei vastat & eius predia &donaria expoliat & inuadit fit sacrilegus,sic & ille qui eius sacerdotes insequitur sacrilegii reus existit,& sacrilegus iudicatur. Emulamini fratres carismata meliora,& nolite talia agere,nec eis commisceri aut consentire q talia agūt,quoniā nō solum qui talia agūt sunt huius criminis rei,sed qui facientibus cōsentiunt. Non ergo grauius peccatum est fornicatio quam sacrilegium,sed sicut mai⁹ est peccatum quod in deum cōmittitur quam quod in hominem, sic grauius est sacrilegium agere, q̄ fornicari,de talibus enim ait apostolus. Et vos inflati estis & non magis luctum habuistis vt tollatur de medio vestrum,qui hoc opus fecit. Ego quidē absens corpore,presens aūt spiritu iam iudicaui, vt presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu christi,congregatis vobis & meo spiritu i virtute dñi nostri Iesu christi huiusmodi tradere sathane in interitū carnis,vt spūs salu⁹ sit in die domini nostri Iesu christi. Nō bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicū fermentum totā massam corrumpit? Expurgate(inquit apostol⁹)vetus fermentum,vt sitis noua cōspersio,sicut estis azimi. Et enim pascha nostrum immolatus est christus. Itaꝙ epulemur. Non in fermento veteri, neꝙ in fermento malicie,& nequitie,sed in azimis sinceritatis & veritatis. ¶Scripsi vobis in epistola (ait idē B
ipse apostolus)ne cōmisceamini fornicariis,non vtiqꝙ fornicariis huius mūdi,aut auaris,aut rapacib⁹ aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nūc autem scripsi vobis non cōmisceri. Si quis autem frater nominatus est fornicator,aut auarus,aut idolis seruiens,aut maledicus, aut ebriosus,aut rapax,cū huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim michi de his qui foris sunt iudicare? Nōne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Audet aliquis vestrum,habēs negotium aduersus alterū iudicari apud iniquos & nō apud sanctos? An nescitis quoniam sancti dei de mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mūdus,indigni estis quidem vt de minimis iudicetis,nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quā to magis secularia? Secularia igitur iudicia,si habueritis contēptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Adverecundiam vestram dico,sic non est inter vos sapiens quisquā qui possit iudicare fratrem suū,sed frater cum fratre iudicio contendit,&hoc apud infideles. Iam quidē omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare nō magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudē patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis,& hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum dei nō possidebūt. Nolite errare Neꝙ fornicarii,neꝙ idolis seruientes,neꝙ adulteri, neꝙ molles,neꝙ masculorum cōcubitores,neꝙ fures,neꝙ auari,neꝙ ebriosi,neꝙ maledici,neꝙ rapaces regnum dei possidebunt. Et hec quidem fuistis,sed abluti estis, & sanctificati estis, in nomine domini nostri Iesu christi,& in spiritu dei nostri. ¶De cetero salua in omnibus apostolica auctoritate quecūꝙ sunt ad religionis obseruantiā pertinētia locis suis & a sue dioceseos sinodis audiantur. Et si quis sacerdotum vel reliquorū clericorum suo episcopo inobediens fuerit,aut insidias ei paraverit,aut contumeliā,aut calūniam,& cōuinci potuerit mox curie tradatur. Qui autem facit iniuriam recipiat hoc quod inique gessit. Corrūpunt enim mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti & nolite peccare. Data idus martii,Claro & Seuero,iiii. cc. conces.

INCIPIVNT DECRETA ANITII PAPE, DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET RELIQVORVM EPISCOPORVM ET DE APPELLATIONIBVS MINORVM AD MAIORVM SEDES VEL AD ROMANAM ECCLESIAM.

ANITIVS VNIVERSIS ECCLESIIS PER GALLIE
A puincias constitutis,in domino salutem. Bonorũ operum & spiritualium stu
diorum deum auctorem esse nõ dubium est,qui bonorum hominũ incitat mẽ
tes & adiuuat actiones,quod nobis euidenter apparuit,cum inter lõginqua spa
cia regionum vñ corda vestra senserũt consiliũ & que desiderabatis responsa nõ
vnius sed plurimorum epistole intimarunt. De ordinationibus vero episcopo
rum super quibus nos cõsulere voluistis. Olim in sancti p̃decessoris nostri Ana
cleti ordinatiõib9 quedã iam decreta reperimus. Scim9 enim beatissimum Iacobum qui dicebatur
iust9,qui etiam secundũ carnem frater dñi nuncupatus est,a Petro Iacobo & Iohanne apostolis Ihe
rosolimorum episcopũ esse ordinatum,Si autem nõ minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit
ordinatus episcopus,patet profecto eos formam instituente domino tradidisse,non a minus quam
a tribus episcopis episcopũ ordinari debere. Sed crescẽte numero episcoporũ nisi necessitas interue
nerit,debent etiam plures augeri,id est si archiepiscopus diem obierit,& alter ordinandus archiepi
scopus electus fuerit,oẽs eiusdem prouincie ep̃i ad sedẽ metropoleos conueniãt,vt ab omnib9 ipse or
dinetur. ¶Oportet autem vt ipse qui illis omnibus preesse debet ab omnibus illis eligatur & ordi
netur. Reliqui vero prouinciales episcopi,si necesse fuerit ceteris consentientibus a tribus iussu ar
chiepiscopi consecrari possint episcopi. Sed melius est si ipse cũ omnibus eũ qui dignus est elegerit &
cuncti pariter sacrauerint pontificẽ. Et licet istud necessitate cogente concessum sit,illud tamen quod
de archiepiscopi consecratione predictum est,atq; preceptum,id est, vt omnes suffraganei eum or
dinent,nullatenus imutari licet,quia qui illis preest,ab omnibus episcopis quibus preest debet con
stitui. Sin aliter presumptum fuerit,viribus carere non dubiũ est,quia irrita erit eius secus acta ordi
natio,ipse autem archiepiscopus nichil de eorum causis,aut de aliis cõmunibus iuxta statuta aposto
rum absq; cunctorum illorũ agat consilio,nec illi,nisi quantum ad proprias parochias pertinet sine
suo,quoniã tali gaudet cõcordia altissimus & gloriatur in mẽbris suis. Nulli archiepiscopi primates
vocentur,nisi illi qui primas tenent ciuitates,quarũ episcopos apli & successores apostolorum regu
lariter patriarchas & primates esse constituerũt,nisi aliqua gens deinceps ad fidem cõuertatur cui ne
cesse sit ppter multitudinem eorum primatem cõstitui. Reliqui vero qui alias metropolitanas sedes
B adepti sunt non primates sed metropolitani nominẽtur. ¶Si autem aliquis metropolitanorum in
flatus fuerit,& sine omniũ cõprouincialium p̃sentia vel cõsilio episcoporũ,aut eorum,aut alias cau
sas,nisi eas tantũ que ad propriã suam parochiam ptinent agere,aut eos grauare voluerit, ab omni
bus districte corrigatur,ne talia deinceps p̃sumere audeat. Si vero incorrigibilis eisq; inobediẽs ap
paruerit,ad hanc apostolicam sedẽ(cui omnia episcoporũ iudicia terminare p̃cepta sunt)eius contu
macia referatur,vt vindicta de eo fiat,& ceteri timorem habeãt. Si aũt propter nimiam longinquita
tem,aut tẽporis incõmoditatem,vel itineris asperitatem,graue ad hanc sedem eius cãm deferre fue
rit,tunc ad eius primatẽ causa deferatur,& penes ipsum huius sancte sedis auctoritate iudicetur. Si
militer si aliquis epõrum metropolitanum suspectũ habuerit,apud primatem dioceseos,aut apud
C hãc apostolicã sedem audiatur. ¶Qui maior est vestrũ secundũ dominicam iussionem,sit vester
minister,& quanto maior es in omnibus humilia teipsum. Charissimi,nolite inter vos contendere,
nec querat aliquis maior esse,sed iuxta apostolũ. Diligite vos inuicẽ,quia charitas ex deo est, & oĩs
qui diligit,ex deo natus est,& cognoscit dominũ. Qui non diligit,nõ nouit deum quoniã de9 cha
ritas est. ¶Pascite(inquit princeps apostolorũ)qui in vobis est gregẽ dei, prouidentes non coacte,
sed spõtanee secundũ deum,neq; turpis lucri gratia,sed volũtarie. Neq; vt dominãtes in cleris, sed
forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum,pcipietis immarcessibilẽ glo
rie coronam. Et iuxta alium apostolũ,fratres memores estote verborũ que predicta sunt ab aposto
stolis Iesu christi qui dicebãt vobis,quoniã in nouissimo tpe venient illusores secũdũ desideria am
bulantes impietatũ. Hi sunt qui segregant semetipsos animales,spiritũ non habẽtes. Vos autẽ cha
rissimi super

rissimi superedificantes vosmetipsos sanctissime vestre fidei in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione dei seruate,expectantes misericordiam domini nostri Iesu christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudicantes,illos vero seruate de igne recipientes. Aliis autem miseremini in timore odiētes eam que carnalis est maculatam tunicam,prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias,vt clerici qui laicis & simplicibus virtutis,honestatis pudicitie & grauitatis exemplar esse debent ac seipsos tanquam signum purioris vite rudioribus ad imitatione prudenter exhibere,iuxta apostolum comam non nutriant,sed desuper caput in modum spere radant,quia sicut discreti debent esse in conuersatione,ita & in tonsura & omni habitu discreti debent apparere.Hec vobis fratres vt petistis custodienda mittimus,& custodire precipimus,vt in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum,& omnis lingua cōfiteatur ,quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris,cui honor & imperiū per eterna secula. Data octauo kalend. Iunii, Gallano & Rufino consulibus.

¶FINIS.

INCIPIVNT DECRETA SOTHERIS PAPE DE FIDE.

SOTHER APOSTOLICE SEDIS ARCHIEPISCOpus campanis omnib⁹ salutem in domino. Gaudere vos oportet fratres, quod diuina largiente gratia familiares domini vocamini,eiusq; sacerdotii dignitate fungimini.Nunc autē rogo vos vt circa plebes vobis commissas laborare dignemini,& fructuosos manipulos domino reportare nitamini. ¶Paul⁹ enim apostol⁹ de fide ita loquitur dicēs.Quod ante promiserat, ait per ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid,secūdum carnem. Item ipse ad Galathas. Postquam autem venit plenitudo temporis misit de⁹ filium suum ex muliere factum,& factum sub lege. Et ad Philippenses in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Et in psalmo triceſimo. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobriū .Item ibi.Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde . Factus sum tanquam vas perditum . Et in septuagesimo . Tanquam prodigium factus sum multis , & tu adiutor fortis . Et in septuagesimo secundo . Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum,Et in septuagesimo sexto. Mater syon dicet homo,& homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et in septuagesimo septimo. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.Et in centesimo octauo. Et factus sum illis opprobrium viderunt me,& mouerunt capita sua. Et in centesimo primo . Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.Et in euangelio . Verbum caro factum est,& habitauit in nobis . ¶Filius igitur secundum carnem dicitur factus . Nam secundum diuinitatem a patre nusquam dicitur factus, sed genitus,dum enim pater loquitur, filius loquitur. Et cū filius loquitur patrem in illo esse loquentem documentis celestibus comprobatur Paulo apostolo attestante qui ait. ¶Multis partibus multisq; modis olim deus loquutus est patribus in prophetis, nouissime aūt loquutus est nobis in filio, Et vt eundem filium excepto patris precepto doceam fuisse locutum, ex Esaye prophete volumine proferimus documentum. Hec dicit dominus. In illa die sciet popul⁹ meus quoniam ego ipse qui loquebar in seruis meis prophetis euangelizans auditum pacis , & ecce adsum. Item ibi . Ego sum dominus qui loquor iusti tiam, & annuncio veritatem. Item ibi. Cogitaui,& locutus sum,& adduxi,& creaui & feci. Et apostolus. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus . Et in psalmo centesimo decimooctauo. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum,& non cōfundebar. Et ipse dominus in euangelio ceco a se illuminato dicit,& vidisti eū & qui loquitur tecum ipse est. Et samaritane mulieri ait,ego sum qui loquor tecum. Et ad discipulos verba que locutus sum vobis,spiritus, & vita sunt. Et ad patrem. Ego ad te venio,& hec loquor in mundo. Et iterum iudeis dixit. Loquor vobis,& non auditis. Si autem venerit alius illum audietis.

Et iterum hec locutus est dominus in gazofilacio docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus, que superius dicta sunt non docetur filius precepto patris fuisse locutus, sed magis proprium excercuisse in loquendo sermonem. ¶Esaias quoq; propheta ait, hec dicit dominus. Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam, ego solidaui celum manu mea, ego in omnibus syderibus mandaui vt lucerent in celo. Item ibi ego omne consilium meum statui, & omnia quecunq; cogitaui ego feci, item ibi. Sic dicit dominus, qui constituit celum & terram, & fecit eam & fundauit eam. Itē ibi. Ego primus, & ego in eternum manus mea fundauit terram. Dextera mea solidauit celum, item ibi. Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Et in hieremia. Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terre in sapientia & prudentia sua extendit celum, & posuit sonū aque in celo. ¶Defendite charissimi, ego rogo vos cōtra maliuolos homines inconcussum ecclesie statum, vt vos christi dextera defendat in euū. Data Nonas maii, Rustico & Aquilino, iiii. consulibus.

ITEM EPISTOLA PAPE SOTHERIS

AILECTISSIMIS FRATRIBVS PER ITALIE PROuincias sanctis cōstitutis epis. Sother papa. Diuinis preceptis & aplicis monitis informamur, vt pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quid vsquam reprehensioni inuenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantie imperitia & presumptionis vsurpatione reuocemus. Sacratas deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos cōtingere, & incēsum circa altaria defferre perlatum est ad apostolicam sedem, que omnia reprehensione & vituperatione plena esse nulli recte sapientium dubium est. Quapropter huius sancte sedis auctoritate, hec omnia vobis resecare funditus quantocitius poteritis censemus, & ne pestis hec latius diuulgetur per omnes prouincias abstergi citissime mandamus, ait enim apostolus.
B Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. ¶Illa est enim virgo ecclesia sponsa vnius viri christi, que nullo se patitur errore vel in honesta reprehensione vitiari, vt per totum mūdum vna sit nobis vnius caste communionis integritas. Vnde consurgite charissimi cum domino, & assistite ei induentes arma spiritus, aduersus malignantes contra fidem eius, & probetur spiritus sapientie, id est verba illorum si ex deo sunt. Scriptum est enim in iheremia, probatorem dedi te in populū meū robustum, & scies, & facies, & probabis viam illorum. Multum namq; nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientie discretionis, que occulta tenebrarum reuelat, ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem, quoniā latet quodammodo & absconditur, vixq; comprehenditur dolosa existens malitia pro eo quod sibipietatem callide blandiatur, vt valeat scrutantium mentem latere. Quod vtiq; sciens beatus apostolus ait. Nam huiusmodi pseudo apostoli operarii subdoli transfigurant se in apostolos christi. Sed non mirum quando ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis, si ministri eius tranfigurantur velut ministri iustitie, quorum finis secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc premuniens nos ait. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus aūt sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde vestro referentes, ante omnia super tali questione deprecationem, & dicentes cum Dauid, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia, de lege tua, lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis. Quoniā vt ait beatus Daniel propheta. Sapientia & fortitudo eius sunt, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus, & disciplinnā, ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti michi, & ostendisti michi que rogaui te. Data. x. kalend. Iunii, Cetico, & Clero. iiii. consulib⁹.

INCIPIVNT DECRETA ELEVTHERII PAPE.

ELEVTHERIVS EPISCOPVS, VNIVERSIS ECCLE A
siis per gallie prouincias domino militantibus,in domino salutem. ¶Magno munere misericordie dei totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia, cum multos populos ad domini seruitium festinare cognouimus. Q ua de re neces/ sarium iudicauimus vos instruere,vt escas quas vitare vos audiuimus irrationa biliter nōrespuatis.scitis fratres legislatorē docuisse,omnia que creauit deus erāt valde bona, & ipsa per se veritas ait.Non quod intrat in os coinquinat hominē. sed quod exit de ore. Vnde constat nō debere refutare escas communes quas deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus apostolorum,de mundis escis legitur ita ,Postera autem die iter tribus facientibus domesticis cum Petro , & appropinquantibus ciuitati ascendit Petrus in superiora , vt oraret circa horam sextam,& cum esuriret,voluit gustare,parātibus autem eis cecidit super eum mē tis excessus , & vidit celum apertum & descendens vas quoddam velut lintheum magnum quat/ tuor initiis submitti de celo in terram in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terre & volati/ lia celi. Et facta est vox ad eum. Surge Petre occide & manduca,ait autē Petrus. Absit domine quia nunq̄ manducaui omne cōmune & immundum,& vox iterum secūdo ad eum. Q ue domin⁹ pu rificauit tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter & statim vas receptum est in celū.

DE accusationibus ergo clericorum super quibus consulti sumus,quia omnes eorum accusatio B
nes difficile est ad sedem apostolicam deferre finitiua episcoporum tantum iudicia huc de/ ferantur,& huius sancte sedis auctoritate finiantur,sicut ab apostolis eorumq̄ successoribus mul/ torum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut preponantur aut ordinentur antequam hic eorum iuste terminentur negotia , quoniam quāuis liceat apud prouin/ ciales & metropolitanos atq̄ primates eorum ventilare accusationes vel criminationes,nō tamen li/ cet diffinire secus quam predictum est. Reliquorum vero clericorum apud prouinciales & metro/ politanos ac primates & ventilare & iuste diffinire licet , iudicantem tamen oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere , interrogandi ac proponendi adiiciendiq̄ prebita pacientia ab eo,vt ibi actio ambarum partiū limitata sit pleniter. Nec litigantibus iudex prius sua velit sententia obuiare,nisi quando ipsi iam peractis omnibus nichil habeant in questione quod p/ ponant,& tamdiu actio ventiletur,quousq̄ rei veritas inueniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid pretermissum forte remaneat quod annecti conueniat,inducie enim non modice ad in/ quirendum dande sunt,ne aliquid prepropere agi a quacūq̄ parte videatur,quia per surreptionem multa proueniunt. Nichil tamen absq̄ legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Iesus christus Iudam furem esse sciebat,sed quia non est accusatus,ideo nō est eiectus. Et quicquid inter apostolos egit,pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges seculi accusatores requi/ runt,quantomagis ecclesiastice regule,docent enim terrestria & humana que sint ecc lesiastica atq̄ ce lestia. De accusationibus vero comprouincialibus ita legitur esse statutum,si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit in prouincia in qua consistit ille , qui pulsa/ tur suas exerceat actiones,nec estimet eum alibi aut longius ad iudicium protrahendum. Ille vero qui pulsatus fuerit si iudicem suspectum habuerit,liceat appellare. Caueant etiam iudices ecclesie ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam ꝓferant,quia irrita erit qui pene causam ꝓfecto dabūt.
¶Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cogno/ C
scere,quam ille qui iniuriam eiusq̄ sustinuit nequitiam . Oppressis namq̄ ab omnibus in cunctis subueniatur causis. Hec omnia summopere sunt attendenda. Nec criminatio minorum quāto ma gis episcoporum facile est recipienda dicente domino. Non sequeris turbas ad faciendum malum, & alibi. Non suscipias vocem mendacii. Et in Paralipomenon legitur. Omnia corda scrutatur do/ minus . et omnem cogitationem nouit, homo vero videt in facie,deus autem in corde. Et alibi scri ptum est .Non potest humano condemnari exanime quē deus suo reseruauit iudicio. Igitur omne pondus & circunstantia aduersariorum nocumenta per patientiam fratres comprimere satagite, scientes quia subuersi sunt hmōi & delinquūt proprio ore damnati,quia qui fratres accusant vel in/ festāt nō eos diligūt sed magis negligūt & peccāt dicente apl̄o ,dilectio proximi malū non opatur . Et alibi. Q ui nō diligit fratrē suū quem videt,deū quē nōvidet quō pōt diligere? Nos enim humi les corde ad ea que recta sunt adiutore dn̄o sapiēter vinculo charitis vobiscū sum⁹ cōstricti,religio nē catholicā i oīb⁹ fortiter defensantes,ꝓbis ꝓbe resistere nō neglgim⁹ vñ dictū ē Negligere eni

cum possis deturbare peruersos, nichil aliud est quam fouere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare. Huius rei gratia vniuersalis vobis a christo ihesu commissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis, frater autem fratrem adiuuans exaltabitur, & illudens dissipabitur. Quapropter releuate semper oppressos, corripite inquietos, vt zizania dominicam messem non possit suffocare. Data. v. idus Iulii Paterno & Bradua consulibus.

INCIPIVNT DECRETA

VICTORIS PAPE DE PASCHA, ET RELIQVIS CAVSIS.

A VICTOR ROMANE AC VNIVERSALIS ECCLEsie archiepiscop⁹ Theophilo episcopo, & cūctis fratrib⁹ in alexandria domino famulantibus in domino salutem. ¶Multa michi gratulatio dilectissimi fratres, quod manifestato sicut optamus per gratiam dei lumine euangelice claritatis & ab ecclesia iam magna ex parte pernitiosi erroris nocte depulsa, credite nobis dispensationis fructus crescit, & augmentatur in domino. ¶Celebrita tem sancti pasche die dominica agi debere predecessores nostri iam statuerūt, & nos illud eadem die celebrare solēniter mandamus, quia nō decet vt membra a capite discrepent, nec contraria gerant. A quartadecima vero luna primi mensis vsq; ad vicesimumprimum eiusdem mensis diem eadem celebretur festiuitas. Eodem vero tempore baptismus celebrandus est catholicus, sed tamen si necesse fuerit aut mortis periculum ingruerit gentiles ad fidem venientes quocūq; loco, vel momento vbicūq; euenerit siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, tantum christiana cōfessione credulitate clarificata baptizentur. Ipsis quoq; quod in baptismo pollicitī sunt summopere est attendendū, ne infideles sed fideles inueniantur. Ipsi vero qui infidelitatis nota aspergūtur, infames efficiuntur atq; inter fideles minime reputantur. Hec vero statuta nulla debent improbitate cuelli nulla nouitate mutari, quia alia ratio est secularium, alia est diuinarum. ¶Audiuimus nāq; apud vos vestrosq; diuersa iudicia fieri & incerta iudicare, incerta charissimi nullatenus iudicem⁹, quo aduscq; veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium, quia q̄is vera sint, nō tn credenda, nisi que manifestis indiciis cōprobantur, nisi que manifesto iudicio conuincūtur nisi que iudiciario ordine publicātur. Similiter ea vos iudicare ad apostolicā delatum est sedem que preter nostrā vobis definire nō licet auctoritatē episcoporum causas, vnde ita constitutum liquet a tempore apostolorum & deinceps, Placuit vt accusatus vel iudicatus a comprouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet & adeat apostolice sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret, & dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam comprouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit domino. Quecunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in celo, & quecūq; soluerīs super terram, erunt soluta & in celo, Et alibi in institutis legitur apostolicis, Si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari, apud patriarcham vel primatem dioceseos, aut penes vniuersalis aplice ecclesie iudicetur sedē. Nichil aliud est fratres talis p̄sumptio, nisi apostolorū suorūq; successorū terminos trāsgredi, eorūq; decreta violare. Culpātur enim (vt scriptum est) fratres, quia aliter circa episcopos iudicare presumunt quam apostolice sedis pape fieri placuerit. Et qs est qui iudicat eum quem dominus sibi & huic sancte sedi reseruari voluit iudicandum? Ait namq; dominus per prophetam Esaiam. Domine deus auxiliator meus, ideo non sum confusus, ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quia non confundar, iuxta est qui iustificat me. Quis contradicit michi? stemus simul. Quis est aduersarius meus? accedat ad me, ecce dominus deus meus, auxiliator meus. Quis est qui condēnet me? ecce oēs quasi vestimentū conterentur tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dn̄m, audiēs vocē serui sui? Quis ambulauit i tenebris & non est lumē ei. Spet in noīe dn̄i, & innitatur sup deū suū, Ecce vos oēs accendentes ignē, accincti flāmis ambulate in lumine ignis vestri, & flammis quas succēdistis. De manu mea factū est hoc

B

vobis in

vobis,in doloribus dormietis. Audite me qui sequimini quod iustum est,&queritis dominum, attendite ad petram, vnde excisi estis,& ad cauernam laci,de qua precisi estis.Attendite ad Abraham patrē vestrum ,&ad Saram que peperit vos,quia vnū vocaui eū,& benedixi ei.& multiplicaui eum. Consolabitur ergo dns syon & consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delicias & solitudinem eius quasi ortum domini,gaudium & letitia inuenietur in ea gratiarū actio, & vox laudis.Attendite ad me populus meus,& tribus mea me audite.Quia lex a me exiet,& iudicium meū in lucem populorum requiescet,prope est iustus meus egressus est saluator meus, & brachiū meū populos iudicabit,me insule expectabunt & brachiū meū sustinebunt.Leuate in celū oculos vestros,& videte sub terra deorsum,quia celi sicut fumus liquescent,& terra sicut vestimentū atteretur,& habitatores eius sicut hec interibūt.Salus autē mea in sempiternum erit,& iustitia mea nō deficiet.Audite me qui scitis iustū,populus lex mea in corde eorū.Nolite timere opprobriū hominū, & blasphemias eorum,sicut enim vestimētum,sic cōmedet eos vermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tinea.Salus autē mea in sempiternum erit,& iustitia mea in generatione & generationē.Multis mundi huius illecebris multis vanitatibus resistendū est,vt vere charitatis & cōtinentie obtineatur integritas.Dominus enim nullū vult perire,sed omnes saluos fieri. Certus autem sum vos ad hec emendāda vel defendēda domino auxiliante proficere. Data.xiii.kalend.augusti.Cōmodo & Gratiano.iiii.consulibus.concess.

¶CVIVS SVPRA EPISTOLA AD AFROS, DE CAVSIS SVPERIORIBVS.

VICTOR ROMANE ECCLEIE VRBIS ARCHIE A
piscopus,vniuersis episcopis p africam constitutis in domino salutem.Semper enim in eterno cōsilio dei mansit humani generis incōmutabiliter preordinata reparatio,sed ordo rerū per dominum nostrū Iesum christum temporaliter gerendarū dispositione verbi diuini sumpsit exordiū. Quapropter oportet vos fratres vnanimes esse,& adminiculū vicissim ferre.In recta ergo fide & in sacramentis diuinis non discrepare sed concordes esse,quia licet pauci sitis malorum cōparatione,si tamen concordes fueritis facile auxiliante domino,vestros insidiatores superabitis.Si vero discordes (quod absit) fueritis nō superabitis,sed superabimini.Perlatum est enim ad sedem apostolicā aliquos vestrum nocere fratres velle,& vt cadāt decertare,similiter in sacramentis discrepare,& ob id cōtentiones & emulationes inter vos fieri,a quibus dissentionibus vos auertere,& in his omnibus cōcordare,& opē ferre vicissim mādamus.Nā si hoc agere cito neglexeritis,& vicissim recōciliari nō studueritis ab apostolice sedis & totius ecclesie cōmunione vos pellere non dubitetis, nec attenditis charissimi,qualiter dns per Esaiā pphetā talibus cōminatus est dicens.Dominus enim locutus est verbum hoc,luxit & defluxit terra,& infirmata est, defluxit orbis,& infirmata est altitudo populi terre,& terra interfecta est ab habitatoribus suis,quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius,dissipauerunt fedus sempiternum,Propter hoc maledictio vorabit terram,& peccabūt habitatores eius,ideoq; insanient cultores eius & relinquentur homines pauci,luxit vindemia, infirmata est vitis,ingemuerunt omnes qui letabantur corde,cessauit gaudiū tympanorum, quieuit sonitus letātium,conticuit dulcedo cithare,cum cantico nō bibent vinum,amara erit potio bibentibus illam,attrita est ciuitas vanitatis,clausa est omnis domus nullo introeūte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est ois letitia,translatum est gaudium terre,relicta est in vrbe solitudo,&calamitas opprimet portas.Quia hec erunt in medio terre,& in medio populorum,quomodo si pauce oliue que remanserunt,excutiātur ex olea,& racemi cum fuerit finitima vindemia,hi leuabunt vocē suam atq; laudabunt,cum glorificatus fuerit dominus hinniēt de mari.Propter hoc in doctrinis glorificate dominum,& in insulis maris nomen domini dei israel,& dominus in oratione quam discipulos suos docuit orare,ait.Pater noster qui es in celis,sanctificetur nomen tuum. In bonis & iustis hominibus sanctificatur nomen domini,& in malis blasphematur,& ipsa per se veritas ait. Si offers munus tuum ād altare,& recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te,relique ibi munus tuū ante altare,& vade prius reconciliari fratri tuo,& postea offeres munus tuum. Nulli vero liceat doctrinam euangelicam deserere,& sacerdotali honore gaudere.Data kalend.Septēbris Laterano, & Rufino.iiii.cc.consulibus.

INCIPIVNT DECRETA ZEPHERINI PAPE.

ROMANE VRBIS ARCHIEPISCOPVS ZEPHERInus omnibus per ſiciliam conſtitutis epiſcopis in domino ſalutem. ¶Diuine circa nos gratie memores eſſe debemus, que nos per dignationis ſue miſericordiam ob hoc ad faſtigium ſacerdotale puexit, vt mandatis ipſius inherentes & in quadam ſacerdotum eius ſpeculatione conſtituti, prohibeamus illicita & ſequenda doceam⁹. Sicut ſtellas celi nō extinguit nox, ſic mentes fideliū firmamento inherentes ſancte ſcripture non obſcurat mūdana iniquitas. Idcirco meditari vos oportet & ſcripturas, & precepta diuina, que in ſcripturis continentur diligenter attendere, ne tranſgreſſores legis dei, ſed impletores appareatis. ¶Patriarche vero vel primates accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam proferant finitiuam, quā apoſtolica fulti auctoritate, aut reum ſeipſum confiteatur, aut per innocentes & regulariter examinatos conuincatur teſtes. Qui minori non ſint numero, quā illi diſcipuli fuerunt, quos dominus ad adiumentum apoſtolorum eligere p̄cepit, id eſt ſeptuaginta duo. Detractores quoq; qui diuina auctoritate eradicādi ſunt & auctores inimicorum ab epiſcopali ſubmouemus accuſatione vel teſtimonio, nec ſummorū quiſpiam minorū accuſationibus impetatur aut diſpereat, neq; in re dubia certa iudicetur ſententia, nec vllum iudicium niſi ordinabiliter habitum teneatur. Abſens vero nemo iudicetur, quia & diuine & humane, hoc prohibent leges. Accuſatores autem eorum omni careant ſuſpitione, quia colūnas ſuas dominus firmiter ſtare voluit non a quibuſlibet agitari. Nullum autem eorum ſentētia a non ſuo iudice dicta conſtringat, quia & leges ſeculi idipſum fieri precipiunt. Duodecim enim iudices quilibet epiſcopus accuſatus ſi neceſſe fuerit, eligat a quib⁹ eius cauſa iuſte iudicetur, nec prius audiatur, aut excōmunicetur vel iudicetur quā ipſi per ſe eligantur, & regulariter vocatus ad ſuorū primo cōuentum epiſcoporum per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis vero eius cauſe ad ſedem apoſtolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur ſicut ab apoſtolis vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, quam eius auctoritate fulciatur, ad eam quoq; ab omnibus (maxime tñ ab oppreſſis) appellandum eſt & cōcurrendum quaſi ad matrem vt eius vberibus nutriantur auctoritate defendantur & a ſuis oppreſſionibus releuētur. quia non poteſt nec debet mater obliuiſci filium ſuū. ¶Iudicia enim epiſcoporum, maioreſq; eccleſie cauſe a ſede apoſtolica & non ab alia ſicut apoſtoli & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt cū aliis epiſcopis ſunt terminande, quia licet in alios tranſferatur epiſcopos beato tamen apoſtolo Petro dictum eſt. Quecunq; ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in celis, & quecūq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in celis. Et reliqua priuilegia que ſoli huic ſancte ſedi conceſſa ſunt, & in cōſtitutis apoſtolorum eorūq; ſucceſſorū aliis quamplurimis cū eis concinentibus habentur inſerta. Septuaginta enim apoſtoli ſententias prefixerunt cum aliis quāplurimis epiſcopis & ſeruandas cenſuerūt. De occultis enim alieni cordis temere iudicare peccatum eſt, & eum cuius non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpitione reprehendere, cum eorum que hominibus ſunt incognita ſolus deus iudex ſit, ipſe vero nouit abſcondita cordis, & non ali⁹, iniuſta enim iudicia ab omnibus cauenda ſunt maxime tamen a ſeruis domini. Seruum autem dei non oportet litigare, nec quēquem damnare. Epiſcopi namq; a plebib⁹, & dero, & domini a ſeruis ferendi ſunt, vt ſub exercitatione tolerantie ſuſtineantur temporalia, ſperentur eterna. Auget enim merita virtutis quod ꝓpoſitum non violat religionis. Satagendum eſt nobis ne aliquis fratrum veſtrorum grauiter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppreſſis, & liberare eos de manu perſequentium, vt cum beato Iob dicatis. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor vidue conſolatus ſum, iuſtitia indutus ſum, & veſtiuit me veſtimento & diademate iudicio meo, oculus fui ceco, & pes claudo, pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabā. Conterebā molas iniqui & de dentibus illius auferebam predā & reliqua. Vos ergo qui in ſpecula a domino eſtis poſiti, comprimere & repellere eos ſummopere debetis qui fratribus inſidias preparant, aut in eos ſeditiones & ſcandala excitant. Facile eſt enim verbo fallere hominem non tamen deum. Ideo hos repellere & ab his vos cauere oportet, quatinus extincta funditus

huiuſmodi

huiusmodi caligine lucifer eis resplẽdeat,& letícia orìatur sanctíssimi fratres. Data.xii.kalẽ.Octobris saturnino & gallicano.iiii.cc.concess.

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM ZEPHERINI PAPE.

CHARISSIMIS FRATRIBVS PER EGIPTVM DOmino militantibus zepherinus Romane vrbis archiepiscopus. Tantã a domino huiꝰ sancte sedis & apostolice ecclesie fundatore,& beato Petro principe apostolorũ accepimus fiduciã:vt pro christi vniuersali xpi sanguine redẽpta ecclesia impigro laboremus affectu,& omnibus domino famulantibꝰ succurramꝰ, & cunctis pie viuentibus apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in christo volũt pie viuere necesse est,vt ab impiis & dissimilibus patiãtur opprobria & despiciantur tanq̃ stulti & insani:vt meliores & purgatiores efficiantur. Qui bona temporalia perdunt vt percipiant eterna. Eorũ vero despectio & irrisio in ipsos retorquebitut qui eos affligunt & contumeliis afficiunt cum & abundãtia eorum in egestatem,& superbia transierit in cõfusionem. Nunciatum est enim sedi apostolice per apocrisarios nostros quoidã fratrũ nostrorũ episcoporum videlicet ab ecclesiis & sedibus propriis pelli,suaq̃ ab eis auferri suppellectilia & sic nudos & expoliatos ad iudicia vocari,quod omni ratione caret,cum cõstituta apostolorum eorũq̃ successorũ & precepta imperatorũ,ac constitutiones legũ idipsum prohibeant, & apostolice sedis auctoritas, idipsum fieri vetet. Preceptum est ergo in antiquis statutis episcopos eiectos atq̃ suis rebus expoliatos in ecclesiis propriis recipi,& primo sua omnia eis reddi,& demũ si quis eos iuste accusare voluerit equo periculo facere. Iudices esse decernẽtes, episcopos recta sapientes, & in ecclesia conuenientes vbi testes essent singulorum qui oppressi videbantur. Nec prius eos respondere debere quã omnia sua eis & ecclesiis eorum legibꝰ integertime restituantur. Nec mirũ fratres si vos persequũtur cũ caput vestrũ christum dominũ nostrum vsq̃ ad mortẽ sunt persecuti. Ipse tamen persecutiones patienter portande sunt,vt eius discipuli esse cognoscamini,pro quo & patimini,vnde & ipse ait. Beati qui persecutionẽ patiuntur ,ppter iusticiam,his fulti suffragiis non multũ debemus timere opprobrium hominũ neq̃ eorum exprobrationibus vinci,quoniã hoc nobis dñs iubet per Esayam prophetã dicens. Audite me qui scitis iudiciũ,populus meus in quorũ cordibus lex mea est. Nolite timere opprobriũ hominũ,& blasphemias eorũ ne timeatis,considerantes quod in psalmo scriptum est. Nõne deus requirit ista,ipse enim nouit abscondita cordis,& cogitationes talium hominũ quoniam vane sunt,vana'autẽ locuti sunt vnusquisq̃ ad proximũ suum,labia dolosa in corde & corde locuti sunt mala. Sed disperdet deusvniuersa labia dolosa & linguã magniloquã. Qui dixerunt labia nostra a nobis sunt,quis noster dominus est? Nam si hec in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. Non enim probabili & paterna doctrina hoc faciunt,sed vt suam exerceant in seruos dei vindictã. Scriptum nãq̃ est,via stulti recta in oculis eius. Et sunt vie que videtur homini iuste,nouissima autem earũ deducunt ad mortẽ. Nos enim qui hec patimur iudicio dei hec reseruare debemus,qui reddet vnicuiq̃ secundũ opera eius. Qui etiam per ministros suos intonuit dicens,michi vindictam ego retribuã, Vos enim in recta fide & opere ac bona voluntate succurrite vicissim,nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manũ,quoniã in hoc ait dominꝰ cognoscẽt omnes,quia mei estis discipuli. Si dilectionem habueritis adinuicem,vñ & ipe per ꝓphetã loquitur dicens. Ecce quã bonum & quã iocundum habitare fratres in vnum. Spiritali dico habitaculo & cõcordia que in deo est & vnitate fidei. Huius delectabilis secundũ veritatem habitaculi quevidelicet in aaron magis decorabatur,atq̃ sacerdotibus induẽtibꝰ dignitatem sicut vnguentum super caput principalẽ intellectum irrigans,& vsq̃ ad ipsam extremã scientiã deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & eternã vitam promisit dominus. Huius igitur prophetice vaticinationis meritũ amplectẽtes presentẽ fraternã sillabã exposuimus,nostra ꝓpter charitatem minime querentes, aut quesituri. Nõ enĩ que detrahentibꝰ bonũ est detrahere,aut palo secundũ vulgarẽ fabulã excutere palũ. Absit,nõ enĩ sunt ista nostra. Hec enĩ auertat diuinitas, Iusto iudicio dei datur plerũq̃ peccatoribꝰ potestas:qua sanctos ipsiꝰ persequãtur,vt qui spiritu dei iuuãtur & agũtur fiant ꝓ laborũ excercitia clariores ipsis tamẽ qui eos persequũtur & exprobrant atq̃ detrahunt erit proculdubiove, Ve veillis qui detrahunt seruis dei,quia detractio eorũ ad eum pertinet. cuius ministerium agunt,

& vice funguntur. Oramus autem ostium circunstantie qui neminē perire aut labiis suis polluivolumus eorū moribus imponi, & verbum minime nociuū concipere aut ore proferre, vnde & dominus per prophetā loquitur dicens, Dixi custodiam vias meas, vt non delinquā in lingua mea. Dominus omnipotens & eius vnigenitus filiꝰ & saluator noster Iesus christus hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus quibuscunqꝫ tribulationum molestiis laborantibus viribus quibus potestis succurratis, & eorum (vt dignū est) iniurias vestras estimetis, maximū adminiculū eis verbis & factis prebeatis, vt eius discipuli inueniamini veri qui fratres vt se omnibus diligere precepit. Ordinationes vero presbyterorū & leuitarum tempore congruo & multis coram astantibus solenniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate & adiumēto plurimū gaudeatis. Ponite indesinenter corda vestra i virtute dei & enarrate hec & cetera diuina verba in progenies alteras quoniam hic est deus noster in eternum & ipse reget nos in secula. Data. vii. Idus Nouembris saturnino & gallicano consulibus.

INCIPIVNT DECRETA CALIXTI PAPE DE IEIVNIO QVATVOR TEMPORVM ET RELIQVIS CAVSIS.

CALIXTVS ARCHIEPISCOPVS ECCLESIE
A catholice vrbis Rome benedicto fratri & coepiscopo salutem in domino. Fraternitatis amore cōstringimur & apostolico moderamine cōuenimur, vt consultis fratribus pro vt dominus dederit respondeamus, eoꝫ apostolice sedis auctoritate inltruamus. Ieiuniū quod ter in anno apud nos celebrare didicistis cōueniētius nunc per quattuor tempora fieri decernimus, vt sicut annus per quattuor voluitur tempora, sic & nos quaternū solēne agamus ieiuniū, per anni quattuor tempora, & sicut replemur frumento vino, & oleo ad alenda corpora, sic repleamur ieiunio ad alendas animas, iuxta prophete zacharie vocem qui ait. Factū est verbum dñi ad me dicēs hec dicit dominus exercituum, sicut cogitaui vt affligerē vos cum ad iracū diam, puocassent me patres vestri & non sum misertus, sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam hierusalē & domui iuda. Nolite timere hec sunt verba que facietis. Loquimini veritatem vnusquisqꝫ cum proximo suo veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisqꝫ malum cōtra amicū suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mēdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odiui, dixit dominus exercituum. Et factum est verbū dñi exercituum ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti & ieiuniū quinti, & ieiuniū septimi, & ieiuniū decimi erit domui iude in gaudiū & leticiā. & in solēnitates preclaras, veritatem tantū & pacē diligite, dixit dominus exercituū. In hoc ergo omnes vos vnanimes oportet esse, vt secūdū apostolicam doctrinā idipsum dicamus omnes, & nō sint in nobis scismata. Simus autē perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionē tuam esse cōsortē. Nō decet enim a capite mēbra dissidere, sed iuxta sacre scripture testimoniū omnia mēbra caput sequūtur. Nullivero dubium est quod apostolica ecclesia mater sit omniū ecclesiarū, a cuius vos regulis nullatenus cōuenit deuiare, Et sicut filiꝰ venit facere volūtatē patris sic & vos volūtatem vestre impleatis matris, que est ecclesia, cuius caput (vt predictū est) Romana existit ecclesia. Quicquid ergo sine discretione iustitie contra huius disciplinā actum fuerit ratum haberi ratio nulla permittit. ¶ Criminationes vero contra
B doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec seruos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum omnes quos instruūt. Et sicut filii patres carnales sic & hi patres debent diligere spirituales. Nō enim bene viuit qui non recte credit aut patres reprehendit vel detrahit suos, doctores ergo qui & patres vocātur magis portādi quā reprehēdēdi sunt nisi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorē per sctipta accuset nec nisi fideli & legitimo qui etiam irreprehensibilē vitam ac cōuersationem ducat accusatori respondeat, quia indignum est, vt doctor stulto & indocto atqꝫ reprehēsibiliter viuēti respōdeat iuxta stulticiā suā dicēte scriptura. Nō respōdeas stulto iuxta stulticiā suā, nō beneviuit qui nō recte credit. Nichil mali vult qui fidelis ē. Si quis, fidelis est videat ne falsa loquatur aut cuiq̄ insidias ponat, Fidelis homo semp fideliter agit, & ifidelis calide insidiatur, atqꝫ fideles & pie, ac iusteviuētes perdere nititur, quia similis simile sibi querit. Infidelis homo mortuus est in corpore viuente. Et contra sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum.

Doctorem

Doctorem enim catholicum & precipue domini sacerdotem sicut nullo errore implicari ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari, dicente quippe scriptura sancta. post concupiscentias tuas nō eas, & a voluntate tua auertere, multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus resistendū est, vt vere continētie obtineatur integritas. Cuius prima est labes superbia, initiū transgressionis, & origo peccati, quoniā mens sponte auida nec abstinere nouit, nec pietati adhibere consensus. Nullus bonorum inimicum habet nisi malum. Qui ideo esse permittitur, vt aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quicquid ergo irreprehensibile est catholica deffendit ecclesia. Nulli imperatori vel cuiquā pietatem custodienti licet aliquid contra mādata diuina presumere. Iniustum ergo iudicium & diffinitio iniusta regio metu aut iussu; aut cuiuscunq; episcopi aut potētis a iudicibus ordinata vel actum nō valeat. homini religioso parū esse debet inimicitias aliorū nō exercere vel non augere male loquendo nisi etiam eas extinguere bene loquēdo studuerit. Melior est in malis factis humilis confessio quam in bonis superba glorificatio. Omnes vero qui amāt vitā beatam, malunt eam trāquilitatis sue & iusticie statu currere quā nostrorum peccatorum penis vltricibus interpolari. Memor enim sum me sub illius nomine ecclesie presidere cuius a domino iesu christo est glorificata cōfessio & cuius fides oēs semper destruit errores. Et intelligo aliter michi nō licere quā vt omnes conatus meos ei cause in qua vniuersalis ecclesie salus infestatur impēdam. Spero autē affuturā misericordiā dei qđ cooperāte eius clemētia omnis pestifer morb⁹ ipso pellāte auferatur. Et quicquid ipso inspirante atq; auxiliante poterit salubriter fieri cum tue fidei, & deuotionis laude peragatur, quoniā res omnes aliter tute esse nō possunt, nisi que ad diuini numeris famulatū pertinet, sacerdotalis defendat auctoritas. Data. xi. kaleñ. Decebris Anthonio & Alexandro consul.

ITEM EPISTOLA PAPE CALIXTI AD OMNES GALLIARVM EPISCOPOS DE CONSPIRATIONIBVS ET RELIQVIS CAVSIS ILLICITIS NE FIANT.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS PER GALLIAS constitutis vniuersis episcopis calixtus. Plurimorum relatu cōperimus, dilectionem vestrā feruore spiritus sancti ita ecclesie gubernacula firmiter contra impetus tenere & regere, vt naufragia aut naufragiorum detrimēta deo auctore non sentiat. Talibus igitur gloriantes indiciis Rogamus ne in illis partib⁹ contra statuta apostolica quicq; fieri sinatis, sed nostra fulti auctoritate nociua compescite, illicita prohibete. Cōspirationum vero crimina vestris in partibus vigere audiuimus, & plebes contra episcopos suos cōspirare nobis mandatum est. Cuius criminis astutia non solum inter christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos & ab exteris legib⁹ phibita. Et idcirco huius criminis reos non solum ecclesiastice, sed etiam seculi damnāt leges, & non solum conspirātes, sed etiam consentiētes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporū quicunq; eorum in sacerdotali honore sunt positi aut existunt clerici, honore quo vtūtur cadere preceperunt. Ceteros vero cōmunione priuari & ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesq; simul vtriusq; ordinis viros infames esse censuerunt & nō solum faciētes, sed & eis consentiētes. Iustū est enim vt qui diuina contēnūt mandata, & in obedientes patrum existunt iussionibus, seueriorib⁹ corrigantur vindictis, quatinus ceteri timorē habeant talia committere, & deus gaudeat fraternitate ac cōcordia, & cuncti sumāt seueritatis atq; bonitatis exēplū. Nā (si qđ absit) ecclesiastica sollicitudinē vigorēq; negligimus, perdit desidia disciplinā & animabus fidelium profecto nocebitur. Hi vero in nullius accusationē sunt recipiēdi, nec eorum vel anathema tū vox vlli nocere vel accusare potest. ¶ Excōicatos quoq; a sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusq; partis iustam examinationē, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo, cōmunicet, nec aue eis dicat. Quia quicūq; in his vel in aliis prohibitis scienter excōmunicatis cōmunicauerit iuxta apostolorū institutionē, & ipse simili excōmunicationi subiacebit. Ab his ergo clerici & laici se abstineāt qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoq; nolite cōiungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia vero agētes nō fideles, sed infideles iudicātur, vnde ait apostolus. Que pars fideli cum infideli, aut que participatio iustitie cum iniquitate. Nemo quoq; alterius terminos vsurpet, nec alterius parrochianum iudica-

re,aut excõmunicare presumpserit,quia talis iudicatio,aut excommunicatio,vel damnatio,nec rata erit,nec vires vllas habebit,quoniam nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur,vnde & dominus loquitur dicens,Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Nullus autem primas vel metropolitanus diocesani ecclesiam vel parrochianum aut aliquem de eius parrochia presumat excommunicare,vel iudicare,vel aliquid agere absq; eius consilio vel iudicio, sed hoc obseruet,quod ab apostolis ac patribus & predecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatum,id est si quis metropolitanus episcopus nisi quod ad suam solũmodo propriã pertinet parrochiã sine cõsilio ac voluntate omniũ comprouincialiũ episcoporum extra aliquid agere temptauerit gradus sui periculo subiacebit,& quod egerit irritum habeatur & vacuũ. Sed quicquid de prouincialiũ coepiscoporũ causis eorũq; ecclesiarum & dericorum, atq; secularium necessitatibus agere,aut disponere,necesse fuerit,hoc cum omniũ cõsensu prouincialium agatur põtificum,nec aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordi administratione sicut dominus ait,non veni ministrari sed ministrare,& alibi. Qui maior est vestrum erit minister vester. & rel.

Similiter ipsi comprouinciales episcopi cum eis consilio nisi quãtum ad proprias pertinẽt parrochias agant iuxta sanctorũ constituta patrũ,qui quãuis aliquo tẽporũ interuallo nos antecesserint, ab vno tñ eodẽ que puritatis fonte veritatis & fidei lumẽ hauserunt:& eodẽ illustratore & directore spũ ecclesie dei stabilimẽtũ & omniũ xpianorũ cõmunẽ quesiuerũt vtilitatẽ vtvno aio,vno ore cõcorditer sancta glorificetur trinitas i secula. ¶ Null⁹ primas,null⁹ metropolitan⁹ nullusq; reliquorũ episcoporũ alterius adeat ciuitatẽ,aut ad possessionẽ accedat que ad eũ non pertinet,& alterius episcopi est parrochie super cuiusquam dispositione nisi vocatus ab eo cuius iuris esse dinoscitur, aut quicq; ibi disponat vel ordinet aut iudicet,si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter presumpserit dãnabitur. Et non solum ille sed cooperatores eiq; consentientes,quia sicut ordinatio ita eis & iudicatio,& aliarũ rerũ dispositio,phibetur. Nã qui ordinare non poterit,qualiter iudicabit? Nullaten⁹ procul dubio iudicabit aut iudicare poterit,quoniã sicut alterius vxor,nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut disponi nisi a proprio viro eo viuente permittitur,sic nec vxor episcopi que eius ecclesia vel parrochia indubitanter intelligitur eo viuente absq; eius iudicio & voluntate alteri iudicare vel disponere aut eius concubitu frui,id est ordinatione nullatenus conceditur,vnde ait apostolus. Alligata est vxor legi q̃diu vir eius viuit,eo vero defuncto,soluta est a lege viri. Similiter & sponsa episcopi(quia sponsa vxor eius dicitur ecclesia)illo viuente ei est alligata. Eo vero defuncto soluta est, cui voluerit nubat tãtum in domino,id est regulariter. Si enim eo viuente alteri nupserit adultera iudicabitur. Similiter & ille si alteram sponte duxerit adulter estimabitur & cõmunione priuabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia fugiendum illi est ad alteram eiq; associandum discente domino. Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus non per se hoc agat sed fratribus inuitantibus & auctoritate huius sancte sedis faciat,nõ ambitus causa,sed vtilitatis. ¶ Coniunctiones autem consanguineorum, fieri phibite,quãdo has & diuine & seculi prohibent leges,Leges ergo diuine hec agentes & eos qui ex eis prodeunt non solum eiiciunt,sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi infames tales vocãt,& ab hereditate repellũt, Nos vero sequentes patres nostros,& eorum vestigiis inherẽtes infamia eos notamus & infames esse censemus,quia infamie maculis sunt aspersi. Nec eos virosvel accusatores quos leges seculi reiiciunt suscipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas rationi & honestati non repugnantes esse amplectendas? presertim vbi vel publice consulunt vtilitati, vel ecclesiastice dignitatis auctoritatem defendunt,ac pro adminiculo tuentur. Eos autem consanguineos dixim⁹ quos & diuine imperatorum,ac Romanorum,atq; grecorum leges consanguineos appellant,& in hereditate suscipiunt,nec repellere possunt. Talium enim coniunctiones,nec legitime sunt nec manere possunt, sed sunt repellẽde, & si que ausu temerario tentate sint auctoritate apostolica rescindende veniunt. Quisquis ergo qui non est legitime coniunctus vel absq; dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus,sacerdotes vel legitime coniunctos criminarivel in eos testificari minime potest,quoniã omnis incesti macula pollut⁹ infamis ẽ,& accusare supradictos nõ permittitur,nõ solũ ergo hi reiiciẽdi sunt & infames eficiũtur, sed etiã oẽs eis cõsentiẽtes. Similiter de raptorib⁹ vel eis qui seniores impetũt fierícẽsem⁹, Hos ergo seculi leges interficiũt,sed nos misericordia preeũte sub infamie nota ad penitentiã recipim⁹,ipsam quoq; infamiã qua sunt aspersi delere nõ possum⁹,sed animas eorũ p penitẽtiã publicã, & ecclesie satisfactionẽ sanare cupimus,quia manifesta peccata non sunt occulta correctione

ctione purganda. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt in accusatione sacerdotū & eorū super quorū fide non hesitatur minime recipiātur,& in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum voce de quorum fide dubitatur,nec eis omnino esse credēdum qui rectā fidem ignorant,Querēdum est ergo in iudicio cuius sit conuersationis & fidei is qui accusat,& is qui accusatur,quoniam hi qui non sunt recte conuersationis ac fidei,& quorū vita est accusabilis non permittuntur maiores natu accusare,nec quorū fides,vita,& libertas nescitur,neqꝫ viles persone in eorū recipiuntur accusationē. Rimāde vero sunt enucleatim persone accusatorū:que sine scripto difficile,per scriptum autē nūq̄ recipiātur, quia per scripturā nullus accusare vel accusari potest,sed propria voce & presente eo quē accusare voluerit,suam quisqꝫ agat accusationem, nec absente eo que accusare voluerit quicunqꝫ accusator credatur,Similiter testes per quācunqꝫ scripturā testimoniū non ꝓferant sed presentes de his que viderunt & nouerunt veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negociis dicant testimoniū,nisi de his que sub presentia eorum acta esse noscūtur. Accusatores vero consanguinei aduersus extraneos testimonium non dicant,nec familiares vel de domo prodeuntes, sed si voluerint & inuicē consenserint inter se parentes tātummodo testificētur,& non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiātur,quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet,amor carnalis & timor atqꝫ auaritia plerūqꝫ sensus hebetāt humanos, & peruertūt opiniones,vt questum pietatem putent,& pecuniā quasi mercedem prudentie.

¶Nemo enim in dolo loquatur ad proximum suum,fouea alta est os maliuoli,innocēs dum credit facile cito labitur. Sed iste lapsus surgit,& tergiuersator suis artibus precipitatur,vnde nunq̄ exiliat atqꝫ euadat. Ponderet ergo vnusquisqꝫ sermones suos,& quod sibi loqui non vult alteri non loquatur,vnde bene sacra ait scriptura. Quod tibi non vis fieri alteri ne facias. Nos enim tempore indigemus,vt aliquid maturius agamus,nec precipitemus consilia & opera nostra,neqꝫ ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quocūqꝫ modo fuerit nō perdamus eū,sed fraterno corripiam⁹ affectu sicut ait beatus apostolus. Si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,considerans teipsum ne & tu tenteris, alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem christi. Porro sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit penitentiam,& tamen in honore permansit. Beatus quoqꝫ petrus amarissimas lachrimas fudit quādo dominum negasse penituit,sed tamen apostolus permansit. Et dominus per prophetā peccātibus pollicetur dicens,peccator in quacunqꝫ die conuersus ingemuerit omniū iniquitatum illius non recordabor amplius. ¶Errāt enim qui putant sacerdotes post lapsum si condignā egerint penitentiam dño ministrare nō posse & suis honoribus frui. Si bonam deinceps vitam duxerint ,& suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant non solum errant,sed etiam cōtra traditas ecclesie claues disputare & agere videntur de quibus dictum est. Quecūqꝫ solueritis in terra,erunt soluta & in celo,alioquin hec sententia aut domini non est aut vera. Nos vero indubitanter tam dñi sacerdotes quā reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus,testante domino per prophetam. Nunquid qui cadit non adiiciet vt resurgat,& qui auersus est non reuertetur. Et alibi, nolo inquit dominus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et propheta Dauid penitentiam agens dixit. Redde michi leticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Ipse nāqꝫ post penitētiam & alios docuit: & sacrificium deo obtulit, dans exemplum doctoribus sancte ecclesie si lapsi fuerint,& condignā penitētiā deo gesserint vtrumqꝫ facere posse. Docuit enim quando dixit,doceam iniquos vias tuas,& impii ad te conuertentur. Et sacrificium deo pro se obtulit dum dicebat. Sacrificium deo spiritus contribulatus, videns enim propheta scelera sua mundata per penitentiam,non dubitauit predicando,& domino libando curare aliena. Lachrimarum ergo effusio mouet animi passionem. Satisfactione autem impleta auertitur animus ab ira. Qui enim non ignoscit alteri quomodo sibi putat subueniri. Superabundant ergo peccata,superabundet & misericordia. Quoniā apud dominum misericordia,& copiosa apud eum redemptio, penes enim dominū omnium abundantia est,quia dominus virtutū ipse est rex glorie, ait enim apostolus. Omnes peccauerunt & egent gloria dei,iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo Iesu, quē ꝓposuit deus propiciatorē per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentationem dei ad ostensionem iustitie eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu christi. Dauid enim dicit,Beati quorum remisse sunt iniquitates,& quorū tecta sunt peccata. Mun

datur ergo homo a peccato,& reſurgit gratia dei lapſus,& ī priſtino manet officio iuxta p̄dictas au ctoritates,videat ne ampli⁹ peccet vt ſententia euangelii maneat in eo,vade & amplius noli peccare, vnde ait apoſtolus.Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcen tiis eius,ſed neq; exhibeatis mēbra veſtra arma iniquitatis peccato,ſed exhibete vos tāq̄ ex mortuis viuētes & membra veſtra arma iuſticie deo.Peccatū enim vobis non dominabitur. Non enim ſub lege eſtis ſed ſub gratia.Quid ergo peccabimus quoniā non ſumus ſub lege ſed ſub gratia? Abſit. Neſcitis quoniā cui exhibetis vos ſeruos ad obediēdū ſerui eſtis eius cui obeditis,ſiue peccati ad mor tem,ſiue obeditionis ad iuſtitiam.Gratias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati,obediſtis autem ex corde ī eā formā doctrine in qua traditi eſtis.Liberati autē a peccato ſerui autē facti eſtis iuſtitie,hu manum dico.Maius enim peccatum eſt iudicantis quā eius qui iudicatur.Exiſtimas(inquit apo ſtolus)O homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea: quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patiētie & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adduxit? Secundū duriciam autē tuam & impenitens cor theſauriſas tibi irā in die ire & reuelationis iuſti iudicii dei qui reddet vnicuiq; ſecundū opera eius.His quidē qui ſe cundum patientiā boni operis gloriam & honorē,& incorruptionē querētib⁹ vitam eternam. His autē qui ex contētione,& qui nō acquieſcunt veritati credunt autem iniquitati,ira,& indignatio,tri bulatio,& anguſtia,in omnē animā hominis operantis malū iudei primū & greci. Gloria autē & honor,& pax omni operanti bonum.Sentētiam fratres que miſericordiā vetat nō ſolum tenere, ſed & audire refugite,quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis.Conſultis veſtris breuiter reſpondimus,quia oppreſſos nimis & preoccupatos aliis iudiciis littere nos inuene re veſtre.Data.viii.idus Octobris Antonio,& Alexandro conſul.

INCIPIVNT DECRETA VRBANI PAPE DE COMMVNI VITA ET OBLATIONE FIDELIVM.

A VRBANVS EPISCOPVS OMNIBVS CHRISTIANIS in ſanctificationem ſpiritus inobediētiam & aſperſionē ſanguinis domini noſtri Ieſu chriſti ſalutē.Decet omnes chriſtianos chariſſimi,vt eum imitētur cui⁹ nomen ſortiti ſunt.Quid prodeſt fratres mei (apoſtolus Iacobus ait) ſi fidem quis dicat ſe habere,opera autē non habeat? Nolite plures magiſtri fieri fratres mei,ſciētes quoniā maius iudiciū ſumitis,in multis enim offendimus omnes. Qui ſapiens & diſciplinatus inter vos,oſtēdat ex bona conuerſatione operam ſuam in manſuetudine ſapientie.Scimus vos non ignorare,quia hactenus vita cōmunis inter bonos chriſtianos viguit,& adhuc gratia dei viget,& maxime inter eos qui in ſorte dñi ſunt electi, id eſt clericos ſicut in actibus legitur apoſtolorum.Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna,nec quiſquā eorum que poſſidebat aliquid ſuū eſſe dicebat,ſed erant illis oīa cōmunia. Et virtute magna reddebāt apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu chriſti.Et gratia magna erat in omnibus illis.Neq; enim quiſq̄ egens erat inter illos,quot quot enim poſſeſſores agrorū autdomorū erāt vendētes afferebāt precia eorum que vendebāt & ponebant ante pedes apoſtolorum,Diuidebantur autē ſingulis pro vt cuiq; opus erat. Ioſeph aūt qui cognominat⁹ eſt Barnabas ab apoſtolis quod eſt interpretatum filius conſolationis leuites & ciprius genere cum haberet agrum vendidit illum & attulit precium ante pedes apoſtolorum,& reliqua. ¶Videntes ergo ſacerdotes ſummi & alii atq; leuite,& reliqui fideles plus vtilitatis poſſe afferre,ſi hereditates & agros quos antevēdebāt eccleſiis quibus preſidebāt epiſcopi traderent,eo quod ex ſumptibus eorum tam preſentibus quā futuris temporibus plurima & elegātiora poſſent miniſtrare fidelibus cōmunē vitā ducētibus quā ex precio eorū ceperunt predia & agros quos vendere ſolebant matricibus eccleſiis tradere,& ex ſumptibus eorum viuere.Ipſe vero res inditiōe ſingularum parrochiarum epiſcoporū qui locū tenent apoſtolorum erant,& ſunt vſq; adhuc,& futuris ſemper debent eſſe temporibus. Et quibus epiſcopi & fideles diſpenſatores eorū omnibus cōmunem vitam diligere volentibus miniſtrare cūcta neceſſaria debēt, pro vt melius potuerint,vt nemo in eis egens inueniatur. Ipſe enim res fideliū oblationes appellantur,quia domino offerūtur. Nō ergo debent in aliis vſibus quā eccleſiaſticis & predictorum

predictorum christianorum fratrum vel indigentiū conuerti,quia vota sunt fidelium,& precia pec catorum,ac patrimonia pauperū, atq; ad predictum opus explendū domino tradite.Si quis autē (quod absit)secus egerit,videat ne dānationem ananie & saphire percipiat,& reus sacrilegii efficia/ tur sicut illi effecti sunt qui precia predictarum rerum fraudauerūt,de quibus legitur in predictis apostolorum actib⁹.Vir autem quidā nomine ananias cum saphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de precio agri conscia vxore sua,& afferens partem quādam ad pedes apostolorū posuit, Dixit aurem Petrus ananie.Cur tētauit sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto,& fraudare de precio agri?Nonne manens tibi manebat & venundatum erat in tua potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem?Non es hominibus mentitus sed domino. Audiens autem ananias hec verba cecidit & expirauit. Et factus est timor magn⁹ in omnes qui audierāt. Surgētes autē iuuenes amo uerunt eum,& efferentes sepelierunt. Factum est autē quasi horarum trium spatium,& vxor ipsius nesciens quod factū fuerat introiuit.Respōdens autē Petrus ei dixit,Dic michi si tanti agrū vendi distis, at illa dixit,etiam tanti.Petr⁹ autem ad eā.Quid vtiq; conuenit vobis temptare spiritū dñi? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virū tuum ad ostiū,& efferēt te.Confestim cecidit ad pedes eius, & expirauit. Intrātes autem iuuenes inuenerūt illam mortuā,& extulerūt & sepelierūt advirū suū. Et fact⁹ est timor magn⁹ invniuersam ecclesiā,& i omnes qui audierāt hec.Hec fratres valde cauēda sunt & timenda,quia res ecclesie non quasi proprie, sed vt cōmunes & domino oblate cum summo timore non in alios quam in prefatos vsus sunt fideliter dispensande, ne sacrilegii reatū incurrāt qui eas inde abstrahunt vbi tradite sunt,ne penā & mortem ananie & saphire incurrant,&(quod peius est) anathema maranatha fiant. Et si non corpore vt ananias & saphira mortui ceciderūt,anima ta/ men que potior est corpore,mortua & alienata a consortio fidelium cadat,& in profundū baratri la/ batur.Vnde attendendum est omnibus & fideliter custodiendum,& illius vsurpationis contume/ lia depellenda,ne predia vsibus decretorum celestium dedicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit post debite vltionis acrimoniā que erga sacrilegos iure promēda est,perpetua damnetur infamia,& carceri tradatur aut exilio perpetue deportationis vratur,quoniā iuxta apostolum tradere oportet huiusmodi hominem sathane,vt spiritus saluus sit in die dñi.Memoratis ergo augmētationibus ac cultibus in tātū ecclesie quibus episcopi president domino adminiculante cre/ uerunt,& tantis maxima pars earū habūdāt rebus,vt nullus sit in eis cōmunem eligens vitam indi gens,sed omnia necessaria ab episcopo suisq; ministris percipit, Ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus qui hoc auellere nitatur,iam dicta dānatione feriatur. ¶Quod autē sedes A in episcoporū ecclesiis excelse cōstitute & preparate inueniūtur vt thronus,speculationē & potestatē iudicādi & soluendi atq; ligandi a dño sibi datā materiā docent,vnde ipse saluator in euangelio ait. Quecūq; ligaueritis super terrā erūt ligata & in celo. Et quecūq; solueritis super terrā erūt soluta & in celo.& alibi,Accipite spiritū sanctū,quorum remiseritis peccata remittuntur eis,& quorū retinue ritis retēta sunt. Ideo ista pretulimus charissimi,vt intelligatis potestatē episcoporū vestrorū,in eisq; dñm vereremini,& eos vt animas vestras diligatis,& quibus illi nō cōmunicāt non cōmunicetis, & quod eiecerint non recipiatis,Valde enim timēda est sentētia episcopi,licet iniuste liget aliquē,qđ tamē summopere puidere debet. Vos autē hortātes monemus omnes qui christianitatē suscepistis, & a christo vocabulū christiani sumpsistis,ne in aliquo christianitatē vestrā irritā faciatis,sed spōsio nem quā dño in baptismo fecistis firmiter teneatis,ne reprobi sed cōdigni corā eo inueniamini, Et quicūq; vestram cōmunē vitam susceptā habet,& vouit se nichil ꝓpriū habere,videat ne pollicitatio nē suam irritā faciat,sed hoc qđ dño est pollicitus fideliter custodiat ne dānationē sed premiū sibi ac quirat,quoniā sati⁹ est nō vouere quā votū pro vt meli⁹ pōt nō pficere. Graui⁹ eni puniūtur qui votū fecerūt,& votū nō pfecerūt,aut fidē pceperūt, & in malis vitā finierūt, q̄ illi qui vitā sine voto finierūt, aut sine fide mortui sunt,& tñ bona egerūt opa. Ad hoc eni sensum rationabilē nature munere & se cūde natiuitatis reparationē suscepim⁹,vt secūdū apostolū magis que sursū sunt sapiam⁹ nō que sup terrā,quia sapiētia hui⁹ mūdi stultitia est apud deū. Quid autē suadet charissimi sapiētia hui⁹ seculi nisi nocitura querere,& amare peritura,negligere salutaria,ꝓ nihilo reputare perpetua? Cupiditatē cōmēdat de qua dicitur Radix omniū malorū est cupiditas. Que imprimis hoc malū habet,qđ dū ingerit transitoria abscondit eterna. Et dum a foris posita conspicit intra se latentia non introspicit,& dum aliena querit,sectatori suo semet ipsum alienū facit. Eceqd suadet seculi sapiētia,viuere in deli ciis,vnde dicitur,Anima que i deliciis est viuēs,mortua ē. Suadet ergo mollissimis suauitatib⁹ pecca

tis,vitiis & flammis nutrire carnē,cibi & vini intemperantia animā,premere, ac vitam ſpiritus inter cludere,& cōtra ſe hoſti ſuo de ſe gladiū miniſtrare. Ecce quid ſuadet ſeculi ſapiētia,vt qui boni facti ſunt, mali eſſe malint.& per errorem mentis fieri etiam ſtudeant peccatores, & non cogitent illam terribilem dei vocem,cum exurentur peccatores ſicut fenum.

OMnes enim fideles per manus impoſitionē epiſcoporum ſpiritum ſanctū poſt baptiſmum accipere debent,vt pleni Chriſtiani inueniātur,quia cum ſpiritus ſanctus infunditur cor fidele ad prudentiā & cōſtātiā dilatatur. De ſpiritu ſancto accepim⁹,vt efficiamur ſpirituales, quia aīalis homo nō percipit ea que ſunt ſpiritus dei,De ſpiritu ſancto accepimus,vt ſapiamus inter bonum malūq; diſcernere,iuſta diligere,iniuſta reſpuere,vt malicie ac ſuperbie repugnemus,vt luxurie ac diuerſis illecebris & fedis indigniſq; cupiditatibus reſiſtamus,De ſpiritu ſancto accepimus,vt amore vite & glorie ardore ſuccenſi, erigere a terrenis mentem ad ſuperna & diuina valeamus. Data nonas Septēbris, id eſt quinta die eiuſdem mēſis Anthonio & Alexādro.iiii.cc. cōceſſ.

INCIPIVNT DECRETA PONTIANI PAPE.

A PONTIANVS FPISCOPVS FELICI SVCCRIBOni ſalutē. Oppido cor noſtrū charitati veſtre cōgaudet quod ſtudiū ſancte religionis ſummopere adimplere ſtudetis,& fratres merentes,ac deſtitutos in fide & religione confortatis. Vnde redemptoris noſtri miſericordiā exoramus, vt ſua nobis in omnibus gtatia ſuffragetur, & effectu implere tribuat, quod velle conceſſit. In hoc itaq; bono tanto cōmoda retributionis accreſcunt, quāto & ſtudium laboris augetur. Et quia in his omnibus diuine gratie adiutorio opus eſt,omnipotentis dei aſſiduis p̄cibus clementiā exoram⁹,quatinus hecvobis ſemper operanda bona & velle tribuat & poſſe concedat,atq; in ea vos via cum fructu boni operis quā ſe paſtor paſtorum eſſe teſtatus eſt dirigat,vt ſine quo nichil agi poteſt per ipſum implere bona que cepiſtis valeatis. ¶De ſacerdotibus autem domini quos vos audiuimus contra prauorum hominum inſidias adiuuare eorūq; cauſas portare. ſcitote vos in eo valde deo placere qui ſibi eos ad ſeruiēdū aſciuit, & familiares in tantum ſibi eſſe voluit,vt etiam aliorum hoſtias per eos acceptaret,atq; eorum peccata donaret,ſibiq; reconciliaret,ipſi quoq; proprio ore corpus domini conficiunt & populis tradunt. De illis enim dictum eſt,qui vos contriſtabit me contriſtabit,& qui vobis facit iniuriam recipiet id quod inique geſſit. & alibi. Qui vos audit me audit,& qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit,ſpernit eum qui me miſit. Hi enim non ſunt infeſtandi, ſed honorandi. In eis quoq; dominus honoratur cuius legatione funguntur. Hi ergo ſi forte ceciderint a fidelibus ſunt ſubleuandi & portandi,Accuſandi autem non ſunt ab infamibus aut ſceleratis vel inimicis aut alterius ſecte hominibus vel religiōis,ſi peccauerint a reliquis arguātur ſacerdotib⁹,ſed & a ſummis pōtificibus conſtringantur, & non a ſecularibus aut male vite hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratris veſtri tranſitu vos cōtriſtari audiuimus non modico compulſi ſumus merore. ¶Vnde omnipotentem deum rogamus,vt ſue vos gratie aſpiratiōe conſoletur,voſq; & a malignis ſpiritibus & a peruerſis hominibus celeſti protectione cuſtodiat. Nam & ſi quos poſt illius obitum tumultus quorūdā aduerſantiū ſuſtinetis, nolite mirari. ſi vos qui frui bonis in terra veſtra, id eſt in terra viuentium queritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe eſt vita preſens,& qui ſuſpirat ad patriam ei tormentum eſt peregrinationis locus,etiam ſi blandus eſſe videatur,vobis autem qui patriā queritis inter ſuſpiria que habetis,etiam gemitus audio humane oppreſſionis exurgere. Quod mira omnipotentis dei diſpoſitione agitur,vt dūveritas per amorē vocat,mundus p̄ſens a ſe ipſo animā veſtram per tribulationes quas ingerit reiiciat. Tantoq; facili⁹ ab amore huius ſeculi mens exeat, quanto & impellitur dum vocatur, Itaq; quod cepiſtis hoſpitalitatis curam impendite in oratione & lachrimis inſtantiſſime laborate. Elemoſinis quas ſemper amaſtis iam nunc largius atq; vberius date operam, vt tanto poſt creſcat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreuerit ſtudium laboris. Preterea ſalutantes paterna dulcedine bonitatem veſtram petimus, vt in bonis que cepiſtis ne deficiatis. Neq; vllus vos ab eis auertere

poſſit ſed

possit,sed in cunctis affectum vestre charitatis clerici & serui dei ac cuncti chr istiani qui in illis par/
tibus c ōmorantur, amore Christi & sancti Petri pleniter inueniant, & fauoris vestri solatiis quo/
cunq; mō necesse fuerit potiantur,quatinus vestra cuncti ope defensi,atq; adiuti,& nos vobis gratia
rum possimus existere debitores & Christus dominus noster,atq; beatus Petrus apostolorū prin/
ceps in quorum vos causis impenditis Iesus Christus eternam gloriam compenset, & beatus apo/
stolus Petr⁹ ipsi⁹ glorie ianuā aperiat. Data.x.kalē. Februarii Seuero & quintiano.iiii.cc.cōcess.

ITEM EPISTOLA PONTIANI PAPE DE FRATERNA DILECTIONE, ET VITANDIS MALIS.

PONTIANVS SANCTE ET VNIVERSALIS ECCLE A
sie episcopus omnibus recte dominum colentibus & diuinum cultū amanti/
bus salutem. Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bone voluntatis,
Hec verba charissimi non hominū sunt;sed angelorum,& non humano sensu
excogitata sed ab angelis in ortu saluatoris annunciata,quibus indubitāter ab
omnibus intelligi potest,quod non male voluntatis,sed hominibus bone pax
sit a domino data, vnde & dominus per prophetā loquitur dicens. Quabo
nus israel deus his qui recto sunt corde,mei aūt pene moti sunt pedes,pene effusi sunt gressus mei
quia emulatus sum contra iniquos pacē impiorū videns, De bonis vero ipsa per se veritas ait. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbūt. Mūdi enim nō sunt corde qui mala cogitāt,aut nociua
aduersus fratres suos,quia nichil mali vult qui fidelis est. Fidelis ergo homo magis diligit audire
que oportet quā dicere que non oportet. Et si quis fidelis est videat ne mala loquatur,aut cuiq; insi/
dias ponat. In hoc ergo discernūtur filii dei & filii diaboli. Filii nāq; dei semper cogitant & agere cō
tendunt que dei sunt,& fratres indesinenter adiuuant,& nulli nocere volunt. Filii autem diaboli ecō
tra mala & nociua semper meditantur,quia opera eorum mala sunt. De quibus loquitur dominus
per Hieremiā prophetam dicens. Loquar iudicia mea cum eis super omni malicia eorum. Propte/
rea iudicio contendam adhuc vobiscum ait dominus,& cum filiis vestris disceptabo. Ecce ego fin/
gam contra vos malum & cogito contra vos cogitationem,Hec fratres valde sunt timenda,& ab om/
nibus cauenda, quoniā super quē iudiciū dei ceciderit, nō exiet impunitus. ¶Et ideo vnusquisq; B
pūideat ne hoc machinetur aut agat i fratrem,quod ipse pati noluerit. Et nec i suspitionē veniat ho/
mo fidelis,vt dicat aut faciat ea que pati non vult, vnde suspectos, & inimicos, aut facile litigantes,
& eos qui non sunt bone cōuersationis,aut quorū vita est accusabilis,& qui rectā nō tenent aut do/
cent fidem,accusatores antecessores nostri apostolica repulerunt auctoritate,& nos submouem⁹ atq;
futuris temporibus excludimus ne libenter labi possint quos nos tenere & saluare debem⁹,ne(quod
absit)predictum dei iudicium super vtroscq; veniat, & nos eorum vitio(quod de⁹ auertat) peream⁹
Scriptum est enim. Rectorē te posuerunt,curam illorū habe,vt leteris propter illos, & ornamentum
gratie accipias,& coronam & dignationem consequaris cū rogatione. Verbum enim nequā immu
tauit cor ex quo quattuor partes oriūtur. Bonū & malū,vita & mors.& dominatrix est eorū assidua
lingua,Pro talibus predictivitandi admodū sunt,& priusq; predicte enucleatim examinētur opinio
nes,& ab illis alieni inueniantur non sunt suscipiendi,quoniam sacrificium salutare est attēdere mā
datis,& discedere ab omni iniquitate. Beneplacitū est domino recedere ab iniquitate, & laudatio re
cedere ab iniustitia. Quoniā scriptum est. Dilige proximū tuum & coniungere fide cū illo,quoniā
si denudaueris absconsa illius nō persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicū suum.
sic qui perdit amicitiā proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua,sic qui dereliquisti ꝓxi
mum tuum,& non eū capies. Nō illum sequaris quoniā longe abest. Effugit enim quasi caprea de
laqueo,quia vulnerata est anima eius,vltra eū nō poteris colligare,& maledicta est cōcordatio,denu
dare enim amici mysteria desperatio est anime infidelis,Annuēs oculo fabricat iniqua,& nemo eū
abiiciet,In cōspectu oculorū tuorū conculcabit os suū,& super sermōes tuos admirabitur. Nouissime
autē peruertet os suū, & i verbis tuis dabit scādalū. Multa audiui & nō coequaui ei,& dns odiet illū,
Qui i altū lapidē mittit sup ei⁹ caput cadet, & plaga dolosi diuidet vulnera. Quoniā qui fodit foueā
incidet in illam,& qui statuit lapidem ꝓximo offendet in eo,& qui laqueū alio ponit peribit in illo.

Facienti nequissimū consilium super eum deuoluetur, & non cognoscet vnde aduenient illi. Illusio & improperium superborum & vindicta sicut leo insidiabitur illi, laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum, dolor autē consumet illos antequā moriantur, ira & furor vtraq; execrabilia & vir peccator continens erit illorū. Qui vindicari vult, a deo inueniet vindictam, & peccata illius seruās seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluētur. Homo homini seruat iram, & adeo querit medelā? In hominē similē sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimū? Ipse dum caro sit seruat irā, & ꝓpitiationē petit a deo? Quis exorabit pro delictis illi? Memēto nouissimorū & desine inimicari, tabitudo enī & mors iminēt mādatis. Memorare timorē dei altissimi, & nō irascaris proximo tuo. Memorare testamēti altissimi, & despice ignorantiā proximi. Abstinete a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litē & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitias. Secundum enim ligna silue, sic ignis exardescit, & secundū virtutem hominis iracundia illius erit, & secundū substātiā suā exaltabit iram suā. Certamen festinatū incendet ignē, & lis festinans effundet sanguinē, & lingua testificās adducet mortē, si sufflaueris quasi ignis ardebit, & si spueris super illā extinguetur, & vtraq; ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacē habentes, lingua tertia multos cōmouit, & dispersit illos de gente in gentē. Ciuitates diuitū munitas destruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorū concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertiā mulieres vnitas eiecit, & priuauit illas de laboribus suis. Qui respicit illā non habebit requiē, nec habitabit cū requie, flagelli plaga liuorē facit plaga autē lingue cōminuit ossa, Multi ceciderūt in ore gladii, sed nec sic quomodo qui interierunt per linguā suam. Beatus qui tectus est a lingua nequā, & qui in iracundiā illius non transiuit & qui non attraxit iugū eius & vinculis illius non est ligatus. Iugū enim illius iugum ferreū est, & vinculū illius vinculū ereum est. Mors illius mors nequissima est, & vtilis potius infernꝰ quā illa, Perseuerātia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorū & flāma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt deum incidant in illā, & exardescet in illis & non extinguetur, & immitetur in eos quasi leo & quasi pardus ledet eos. Sepi aures tuas spinis & noli audire linguam nequā, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurū tuum & argētū confla, & verbis tuis facito staterā, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorū insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tēpore vindicte disperdet te. Noli anxius esse in diuitiis iniustis, nichil enim proderunt tibi in die obductionis & vindicte. Non ventiles te in omnē ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator ꝓbatur duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis, & iustitie. Esto mansuetus ad audiendum verbum vt intelligas, & cum sapientia fer responsum verū. Si est tibi intellectus respōde proximo, sin autē sit manus tua super os tuum ne capiaris inverbo indisciplinato & confundaris, honor & gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subuersio ipsius, Non appelleris susurro, & in lingua tua ne capiaris & confundaris. Super furē enim est confusio & penitentia denotatio pessima super bilinguē. Susurratori autē odium est inimicitia & contumelia. Iustifica pusillū & magnū similiter. Noli fieri pro amico inimicꝰ ꝓximo. Improperiū enim & contumeliā malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione aie tue velut taurus ne forte elidatur virtus tua super stultitiā, & folia tua comedet & fructus tuos perdet, & relinqueris velut lignum aridū in heremo. Anima enim nequā disperdit qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducet in sortem impiorum. Charissimi oppressos erigere studete, & necesse habētes semper adiuuate, quoniam qui fratrem afflictum releuat apprehensum eripit, merentem consolatur ab illo sibi retribui cui totum impendit non dubitet qui ait. Quod vni ex minimis meis fecistis, michi fecistis. Taliter enim bona indesinēter agere studete, vt fructum boni operis, & hic consequamini, & in futuro gratia dei perfruamini, quatinus celestis regni aulam introire postea mereamini. Data quarto kalen. Maii. Seuero & Quintiano. iiii. cc. consulibus.

INCIPIVNT DECRETA ANTERII PAPE.

Charissimis

CHARISSIMIS FRATRIBVS PER BETICE ATQVE toletane prouincias episcopis constitutis,anterius episcopus in domino salutē. A
Optarē tratres charissimi semper dilectionis & pacisvel tre sinceritatis gaudia audire, itavt vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicia iuuaretur, si quie tos nos ab incursione sua vacare hostis antiqui sineret. Qui ab initio mendax inimicus veritatis emulus hominis,quem vt deciperet se ante decepit pudicitie aduersarius luxurie magister,crudelitatib⁹ pascitur abstinentia punitur. Odit ieiunia ministris suis predicantibus dum dicit esse superflua.Spem non habens de futuris,apostoli sententia repercussus dicentis.Manducemus & bibamus,eras enim moriemur. O infelix audacia, o desperate mentis astutia.Ipse enim hortatur odia & fugat cōcordiā, Etquia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, volens magis per spaciosam viā ambulare, quā arte vie iter cū labore transire, qua de re fratres dilectissimi sectamini meliora,& semper relinquite deteriora. Bo⁄ na agite mala vitate,vt vere discipuli domini esse inueniamini, De mutatione ergo episcoporū vn de sanctā sedem apostolicā consulere voluistis,scitote eā cōmuni vtilitate atq; necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusq; aut dominatione.Petrus sanctus magister noster,& princeps apostolorum de antiochia vtilitatis causa translatus est Romam,vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadam parua ciuitate apostolica auctoritate mutatus est alexandriā.Similiter felix de ciuitate qua ordinatus erat electione ciuium propter doctrinam,& bonā vitā quā habebat cōmuni episco⁄ porum & reliquorum sacerdotum ac populorū consilio translatus est ephesum,Nō enim transit de ciuitate ad ciuitatem qui non suo libitu aut ambitu hoc facit,sed vtilitate quadem aut necessitate ali orum hortatu & consilio potiorum transfertur.Nec transfertur de minori auiditate ad maiorē qui hoc non ambitu,nec propriavoluntate facit,sed aut vi a ppria sede pulsus:aut necessitate coactus aut vtilitate loci,aut populi,non superbe,sed cum humilitate ab aliis translatus,& intronizatus est, quia homo videt in facie,deus autem in corde, Et dominus per prophetam loquitur dicens. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sunt.Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, nec mutat ciuitatem qui non sua sponte sed consilio,& electione aliorum mutatur. Non ergo qui migrat de ciuitate ad ciuitatem qui non auaritie causa,nec sponte dimittit suam,sed vt iam dic⁄ tum est, aut pulsus a sua,aut necessitate coactus,aut electione & exhortatione sacerdotum & popu lorum translatus est ad alteram ciuitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regula⁄ riter episcopos & reliquos sacerdotes,sic quotiēs vtilitas aut necessitas expoposcerit supradicto mo do & mutare & intronizare potestatem habent. hec vt petistis licet vobis ignota non sint tenenda mandamus,ne ignorātia quorūdam meliora & vtiliora vitentur,& inutiliora sumātur sicut in san⁄ cto legitur euangelio,vevobis ypocrite,quia decimatis mētē & anetum & cuminū,& reliquistis que grauiora sunt legis.Iudicium & misericordiam & fidē,hec oportuit facere & illa non omittere du⁄ ces ceci excolentes culicē camelū autē glutientes. Quod licet non licet,& qđ nō licet licet. Quē ad⁄ modum iannes & mābres restiterunt veritati,sic & illi mente reprobi amantes voluptatem magis quā deū. Quod licet docent non licere,id est episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem pretaxato modo. Et quod non licet docent licere, id est misericordiā non agere circa patientes necessitatē,hoc est eis qui episcopum non habent & sacro episcopali indigent ministerio,episcopum de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui,& episcopis persecutionem aut necessitatē patientibus,aliam ca thedram dari negant,Contradicunt enim sacre scripture,que testatur male deū misericordiam quā iudicium. Que precor maior charitas aut efficacius pietatis patrocinium potest a quoquā alicui impendi q̄ si ignorantie tenebras,& imperitie caliginem ab eo repellat? Demū vere fidei doctrine pabulo non ad questū nō ad ambitionē,sed eruditionē & edificationē reficere. Tāq̄ enim mutilo fit manus, claudo, pes,oculo ceco qui ignorātie tenebris obuoluto sapiētie & sciētie thesaurū reserat & cādorē lucis viasque dñi benigniter aperit. Vtrisq; autē id est & famē verbi dei patientib⁹ & episco pis necessitatem quando intronizātur ,ppter cōmunē vtilitatem inaliis ciuitatib⁹ nō modica exhi betur mia.Negantes autē hec,vt speciē habeāt pietatis,virtutē tamē ei⁹ abnegāt. Nā in tali negocio ,psapiā non agnosco,si quis tn̄ sapiētiū quos insipiētib⁹ tēpestatis hui⁹ ,pcella aliis sociauit auctorib⁹ facinorū participatiōe maculatur,splēdor sapiētis,& si cōmunionē criminū incurrit nescit tn̄ ducē se ꝑbere peccātib⁹,Alia quoq; est causavtilitatis & necessitatis,& alia auaritie & ꝑsumptiōis aut ,prie volūtatis. Auaritie quoq; causavel ꝑsumptiōis aut ,prievolūtatis nō sunt epi mutādi de ciuitate ad

ciuitatem,ſed vtilitatis & neceſſitatis. Quod nemo negat niſi hi de quibus dictū eſt. Errauerunt in ebrietate,neſcierunt videntē,ignorauerunt iudicium,nam ſi enarrādo cogeret aperire tranſacta oſtē derem vobis nullum euenire ſolatium de comparatione factorum. ¶Ceterum ſtate chariſſimi ſuper vias aſpicientes & interrogātes,de ſemitis dñi antiquis,& videte que eſt via bona & recta,& ambulate in ea.& inuenietis requiem animabus veſtris. Et vt iuxta ſapientie vocem dicamus, diligite iuſtitiam qui iudicatis terram.Sentite de domino in bonitate,& in ſimplicitate cordis querite illū. Quoniam inuenitur ab his qui non temptāt illum,apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruerſe enim cogitationes ſeparant a domino probata autem virtus corripit inſipiētes, quoniam in maliuolā animā non introibit ſapientia,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.Spiritus enim ſanctus diſcipline effugiet fictum & auferet ſe a cogitationibus que ſunt ſine intellectu, & corripietur a ſuperueniente iniquitate.Benignus eſt enim ſpiritus ſapientie,& non liberabit maledictum a labiis ſuis quoniam renū illius teſtis eſt deus,& cordis eius ſcrutator eſt verus,& lingue illius auditor,quoniā ſpiritus domini repleuit orbem terrarū,& hoc quod continet omnia ſciētiā habet vocis.Propter hoc qui loquitur iniqua non poteſt latere,nec preteriet illum corripiēs iudicium,in cogitationibus enim impii interrogatio erit.Sermonū autem illius auditio ad dominū veniet,& ad correptionē iniquitatū illius,quoniā auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationū non abſcōdetur.Cuſtodite ergo vos a murmuratiōe que nichil prodeſt: & a detractiōe parcite lingue,quoniam ſermo obſcurus inuacuum non ibit,os quod mētitur occidit animam.Nolite zelare mortem in errore vite veſtre,nec acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum,quoniam deus mortem non fecit,nec letatur in perditione viuorum.Creauit enim vt eſſent omnia & ſanabiles eſſe voluit nationes orbis terrarum. Non eſt in illis medicamētum exterminii,nec inferorum regnum in terra viuentium. Iuſtitia perpetua eſt & immortalis,iniuſtitia autē mortis eſt acquiſitio,impii autem manibus & verbis accerſierunt illam, & eſtimantes eam amicam defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam,quoniam digni ſunt qui ſunt ex parte illius.Dixerunt enim apud ſe cogitātes nō recte,Exiguum eſt, & cum tedio tempusvite noſtre, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis quoniam ex nichilo facti ſumus.& poſt hoc erimus tāquā ſi non fuerimus,quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris,& ſermo ſcintille ad cōmouendum cor noſtrum,qua extincta cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tāquā mollis aer. Et tranſibit vita noſtra tāquam veſtigium nubis & ſicut nebula diſſoluetur que fugata eſt a radiis ſolis,& a calore illius aggrauata. Et nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus,& nemo memoriam habebit operum noſtrorum,vmbre enim tranſitus eſt tempus noſtrum,& non eſt reuerſio finis noſtri,quoniam conſignata eſt,& nemo reuertetur.Propterea vnicuiq; preuidendū eſt,vt ſum mopere ſe cuſtodiat & vtiliter ſe p̄uideat,vt cū dies extrema finiſq; vite aduenerit non tranſeat ad
A perpetuam mortem,ſed ad vitam eternam. ¶Facta enim ſubditorum iudicantur a nobis, noſtra vero iudicat deus. Ex merito vero plebis nonnūq; epiſcopi deprauantur,quatinus procliuius cadāt qui ſequūtur.Capite langueſcente cetera corporis membra intīciuntur. Deteriores ſunt qui vitam moreſq; bonorum corrumpunt,his qui ſubſtātias aliorum prediaq; diripiunt. Caueat vnuſquiſq; ne aut linguam,aut aures,habeat prurientes,id eſt ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes.Sedens inquit aduerſus fratrem tuum loquebaris detrahēdo,& aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalū & cetera. Parcāt ſinguli detractioni lingue,cuſtodiātq; atq; ſermones ſuos,& ſciant,quia cuncta que de aliis loquuntur ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert.Officii ſingulorum ſit dilectiſſimi non ſolum oculos caſtos ſeruare,ſed & linguam.Nec quid in cuiuſq; domo agatur,alia domus per vos vmq; nouerit.Habeant omnes ſimplicitatem columbe ne cuiq; machinentur dolos,& ſerpentis aſtutiam ne aliorum ſupplantentur inſidiis. Non eſt humilitatis mee neq; menſure iudicare de ceteris & de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quippiā dicere,Abſit vt quicq; ſiniſtrum de his loquar,qui apoſtolico gradui ſuccedentes chriſti corpus ſacro ore conficiunt,per quos nos etiam chriſtiani ſumus,qui claues regni celorum habentes ante iudicii diē iudicant. Veteri quidem lege babetur, quicunq; ſacerdotibus non obtemperaſſet aut extra caſtra poſitus lapidabatur a populo,aut gladio ceruice ſubiecta contēptū expiabat cruore, Nunc vero inobediēs ſpirituali animaduerſione trūcatur,& eiect⁹ ab eccleſia rabido demonū ore decerpitur.Oportet enim,vt qui deū hereditate poſſidēt abſq; vllo impedimēto ſeculi deo ſeruiāt, vt dicere poſſint. Dominus pars hereditatis mee.O quā bonus & ſuauis eſt ſpiritus tu⁹ domine in omnibus. Parcis

autem omnibus

aute omnibus quoniam tua sunt domine,qui animas amas. Ideoq; hos qui exerrāt partibus corri pis,& de quibus peccant admones & alloqueris,vt relicta malitia credāt in te domine. Tu aūt deus noster suauis & verus es,patiēs & in misericordia disponēs omnia. Et enim,si peccauerimus tui su/ mus scientes magnitudinē tuam. Et si non peccauerim⁹,scimus quoniam apud te sumus cōputati, Spiritus timētium dominum queritur ab eo,& in respectu illius benedicētur. Quapropter fratres charissimi omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat,sed si quis bon⁹ est ad edificationem opor tunitatis vt det gratiam audientibus,& nolite cōtristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redēptionis,Ois amaritudo,& ira,& indignatio,& clamor,& blasphemia tollatur a vobis cū omni malicia. Estote autem inuicē benigni,misericordes,donantes inuicem sicut & deus in christo dona/ uit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi,& ambulate indilectione sicut & christus dilexit vos,& tradidit semetipsum pro nobis,oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, Fornicatio aūt & ois immūdicia aut auaritia nō noietur i vobis sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rē nō pertinet,sed magis gratiarū actio. Hoc enim scitote intelli gentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus,quod est idolorum seruitus nō habet he/ reditatem in regno christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hec enim v enit ira dei in filios diffidentie,nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre,nūc autem lux in domino vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate,& iustitia,& veritate,pro/ bantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, ma/ gis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autem que ar/ guuntur a lumine manifestantur,omne enim quod manifestatur lumen est,propter quod dicit, sur ge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te christus. Videte itaq; fratres, quomodo cau te ambuletis non quasi insipientes sed vt sapientes,redimētes tempus,quoniam dies mali sunt. Pro pterea nolite fieri imprudentes,sed intelligentes que sit volūtas dei,& nolite inebriari vino,in quo est luxuria,sed implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis hymnis & canticis spiri/ tualibus,cantātes & psallentes in cordibus vestris,domino gratias agentes semper, pro omnibus in nomine domini nostri Iesu christi deo & patri subiecti inuicem in timore christi. ¶State itaq; fra tres,& tenete traditiones apostolorū & apostolice sedis,vt dominus noster Iesus christus & pater no ster,qui dilexit nos,& dedit consolationem eternam,& spem bonā in gratia,exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere & in sermone bono. De cetero fratres orate pro nobis vt sermo domini currat & clarificetur sicut & apud vos,& vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Nō enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit vos,& custodiet a malo. Quapropter po nite indesinēter corda vestra in virtute dei & resistite semp malis & enarrate hec,iuxta vocē prophete in ꝓgenies alteras,quoniā hic est de⁹ deus nr ineternū,& ipe reget nos in secula. ¶Vnde vos qui in specula a dño estis cōstituti comprimere & repellere eos summope debetis qui fratribus insidias pre parāt,aut in eos seditiones & scādala excitant,facile est enim hominem verbo fallere,sed nō dominū, Ideo hos reprehendere & ab his vos auertere oportet,quatinus extincta fundītus hmōi caligine lu/ cifer eis resplendeat & letitia oriatur in cordibus eorum. Confidimus autem de vobis fratres in dño quoniā que p̄cepimus & facitis,& facietis. Quāto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tāto maiorē vicissitudinē ab omnipotēti deo cui seruiūt expectatis. Omnipotēs deus sua vos ꝓtectione custodiat,honorēq; preceptūq; seruare cōcedat & gloria honorq; deo patri omnipotēti, eiusq; vnige nito filio saluatori nostro cum spiritu sancto sit in secula seculorum. Amen.

INCIPIVNT DECRETA FABIANI PAPE.

DILECTISSIMIS VBIQVE CATHOLICE ECCLE sie comministris Fabianus, salutem in domino. Diuinis preceptis & apostoli cis monemur institutis,vt pro cunctarum ecclesiarū statu impigro vigilemus affectu,vnde consequens est debere vos scire, que apud romanam in sacro a/ guntur ritu ecclesiam,vt ei⁹ sequentes exempla eius veri filii inueniamini, que vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos in vrbe Roma per septem regio nes ciuitatis sicut a patribus accepimus habem⁹ qui p singulas ebdomadas & dominicos dies atq; festiuitatum solemnia cum subdiaconibus & accolitis ac sequētium ordinū mi

nistris iniuncta sibi obseruant ministeria & parati oi hora sint ad diuinū officiū & q̄icquid eis iiun gitur peragendum. Similiter & vobis prout oportunum fuerit per singulas ciuitates est faciendum, vt diuinum absq; vlla mora & negligentia studiose ac solēniter agatur officium. Deniq; septem si⸗militer subdiacones ordinauim⁹ qui septē notariis imineret & gesta martyrūveraciter in integro col ligerēt nobisq; rimanda manifestarēt, quod etiā vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat questioq; oriatur, quoniam omnia que scripta sunt, ad nostram doctrinam scri pta sunt. Et que nr̄is tp̄ibus veraciter scribūtur ad futurorū doctrinā dirigūtur. Et ideo fidelissimis hec negocia cōmitti p̄cipimus ne aliqua in eis illusio inueniatur ex qua fidelib⁹ scādalum (qđ absit) oriatur, vnde & charitate vestrā paterna dulcedine petim⁹ vt i cūctis affectū vre charitatis sancta mō ecclesia iueniat & fauoris vri solatiis quocūq; necesse fuerit potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de se nobis certitudinē p̄bet, vt in nullo diffidere debeam⁹ de ea, sed magis vt sapiētibus filiis ecclesie no stre, hec fidutialiter cōmēdam⁹ ita postpositas oportunitatis occasiones vestra efficacia elaborare eni xius debet atq; in modis q̄bus possibile fuerit omni studio abigere cōtumelias. Hortamur etiā vos iuxta dictum apostoli stabiles esse, & immobiles abundātes in opere domini semper sciētes quod la bor vester nō est inanis in dño. & alibi, vigilate & orate & state in fide viriliter agite, & con̄ortamini
A omnia vestra in charitate fiāt. ¶Insup & illud vos scire desideram⁹, quia nr̄is tp̄ibus prepediētib⁹ quidem nostris peccatis suadēte antiquo hoste qui semp vt leo rugiēs circuit quer⁹ quē deuoret. Su peruenit nouatus ex africa, & separauit de ecclesia christi nouatianū & quosdē alios xp̄i cōfessores, & cōuertit in prauā doctrinam. A quib⁹ vos fratres auertite & cauete ab omnib⁹ qui alterā fidē & do ctrinam tenēt quam apostoli & successores eorū tenuerunt, & docuerūt ne (quod absit) post eū abeū⸗tes in laqueum sathane cadatis & cōpedibus eius detineamini. Vnde fraternitatis vestre charitatem intimis obsecramus precibus, vt nostre paruitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemi ni, orātes ac deprecātes dn̄m celi, vt tam nos quam sancta mater ecclesia christi precioso sanguine re dempta a laqueis venātis sathane & ab importunis & malis hominibus liberemur, & sermo dei cu⸗rat, & clarificetur, & praua eorū & omnium peruersa docētium corruat doctrina atq; deficiat. Pre⸗camur etiam vt pietatis vestre precibus impetrare studeatis, vt deus & dominus noster Ies⁹ christ⁹ qui vult omnes homines saluos fieri & neminē perire sua ingenti omnipotentia reuerti faciat corda eorum ad sanam doctrinā & catholicam fidē, quatinus resipiscāt a diaboli laqueis quibus capti tenē tur, et aggregētur filiis matris ecclesie, reminiscētes quoq; fratrum vestrorū miseremini illorum qui⸗bus potestis bonis studiis vestris ne perdātur, sed et precibus et aliis bonitatis vestre studiis domino saluētur, Ita ergo ex his agite, vt obediētes filii et fideles sctē dei eccl̄ie appareatis, et vt mercedis pre⸗
B mia percipiatis. ¶Hi & oēs qui rectā non docēt doctrinā vel rectā nō tenent fidem accusatores ne minē recte credētiū accusare possunt, quia infamia sunt notati, et a sinu sancte mr̄is ecclesie apostoli co mucr̄one vsq; ad rectam cōuersationē et reuersionē eorum abscisi. vnde apostolica auctoritate cū omnibus eiusdē apostolice atq; vniuersalis ecclesie filiis statuētes sancim⁹, vt oīs qui in catholica fide suspecti sunt in accusatione recte credētiū nō suscipiantur, quia suspitiones semp sunt amouēde. Me rito ergo eorū reprobatur accusatio qui in recta fide suspecti sunt, nec eis oīno esse credēdū qui trini tatis fidē ignorāt. Similiter oēs quos sanctorū patrū statuta tā p̄teritis quā futuris tēporibus anathe matizāt submouem⁹, & ab omni accusatione fideliū alienam⁹. Discreti ergo semp debēt esse fideles ab infidelib⁹, & iusti ab iiustis, quoniā infideles & maliuoli modis q̄bus p̄nt semp infestant fideles & pdere nituntur, & ideo nō sunt suscipiēdi sed repellēdi & ꝓcul abiiciēdi ne pdere fideles aut infama⸗re possint. Quapropter charissimi cauete taliū foueā in quā multos cecidisse cognouimus cauete ta liū iacula & antiq hostis tēptamenta p̄ que etiā ꝓprios ꝓpiquos corā nobis vulneratos cadere vidim⁹. Attēdite laqueos insidiātium quibus notos & cōmilitones strāgulare solēt. Nolite tales sequi sed ꝓ⸗cul repellite eos. Estote iuxta veritatis vocem prudentes vt serpentes, & simplices vt colūbe. Videte ne in vacuū quoq; curratis aut laboretis, sed alterutrum fulti precibus & orationibus voluntatē dei facere contendite, et a memoratis si incorrigibiles apparuerint vos in omnib⁹ separate. Similiter et ab omnibus quos apostolus cōmemorat dicēs, cū eis nec cibū sumere, quia & illi sicut & isti sunt repel lendi et ante satisfactionem ecclesie nō sunt suscipiendi, quoniā illi cum quib⁹ cibum sumere non li⸗cet manifeste apparēt sequestrati vsq; ad satisfactionē a reliqs fratribus, quamobrem nō debent nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiā ab eorum consortio vsq; ad iam dictam satisfactio nem repelli, ne similes eis efficiantur aut eorum excōmunicationi subiacēat, quoniā sic apli statuerūt

dicentes

dícentes. Cũ excommunicatís non eſt communicandum, & ſi quís cũ excõícatís auertendo regulas ſcienter pſallat ín domo, aut ſímul locutus fuerít, aut orauerít, ílle cõíone príuetur. Tales ergo ĩ omnibus ſunt cauẽdi & nõ ſuſcipiẽdi, quía iuxta aplm nõ ſolũ quí faciũt dãnãtur, ſed quí cõſentiũt faciẽtibus. Vñ & beatus apoſtolorũ princeps Petrus ín ordínatione Clemẽtis alloquens populũ ínter cetera ait, Sí ínímicus eſt íſte Clemẽs alícuí pro actíbus ſuís vos nolíte expectare, vt ípſe vobís dícat cũ íllo nolíte amící eſſe, ſed prudenter obſeruare debetís, & volũtatí eí⁹ abſq; cõícatione obſecũdare & auertere vos ab eo cuí ípſum ſentítís aduerſum, ſed nec loquí hís quib⁹ ípſe nõ loquítur, vt vnuſq;ſq; quí ín culpa eſt, dum cupít omnium veſtrũ amícítías ferre feſtínet cítíus reconcílíarí eí quí omnib⁹ preeſt, & p hoc redeat ad ſalutem cũ obedíre ceperít monítís preſídentís. Sí vero quís amícus fuerít hís quíbus ípſe nõ loquítur, vnus eſt & ípſe ex íllís quí exterminare dei eccleſíam volunt, & cũ corpore vobíſcum eſſe vídeatur mente & anímo contra vos eſt, & eſt multo nequíor hoſtís híc quã íllí quí forís ſunt, & euídenter ínímící ſunt, híc ením per amícítíarum ſpecíem que ſunt ínímíca gerít, & eccleſíam díſpergít ac vaſtat. ¶ Ideoq; charíſſímí hís apoſtolícís ínſtítutís vos monẽtes ínſtruí A
mus, vt effecta certíor carítas veſtra ſollícítí⁹ deínceps agere ſtudeat & cautíus, ne peruerſí & ínfídeles homínes ledẽdí fídeles ac beníuolos habeãt facultatem, quoníam ſpes talíum & omnium ímpíorum tanquã lanugo eſt que a vẽto tollítur, & tanquã ſpuma gracílís que a procella díſpergítur, & tãquam fumus quí a vento díffuſus eſt, & tanquam memorία hoſpítís vnius díeí pretereũtís. Sũmopere charíſſímí tales cauendí ſunt, & auertendí atq; reíícíendí ſí nocentes apparuerínt, quía nõ ſolũ eccleſíaſtíce ſed etíam ſeculí leges ſe nocẽtes non ſuſcípíũt, ſed repellũt. Vnde ſcríptum eſt, os ímpíorum deuorat ínıquítatem, & domínus per prophetam loquítur dícens. Cum ſancto ſanctus erís, & cum peruerſo peruerterís, & cum electo electus erís, & cum víro nocentí nocens erís, & apoſtolus ínquít. Perue rterunt bonos mores colloquía mala. Idcírco vt ꝑlíbatum eſt, íam malí ſunt ſemp cauendí, & bonís atq; beníuolís eſt ínherendum, vt perículum deſídíe quantum poſſumus declínemus. Et ne peſtís hec latíus díuulgetur ſeueritate qua poſſumus abſcíndamus, quoníam nõ temerítías ínteruenít preſumptíonís vbí eſt dílígẽtía píetatís. Agat ſemper vnuſquíſq; veſtrum hac ínformatíone apoſtolíca fultus íuxta víres ſuas, & fraterna dílectíone & ſancta religíone mores proprios conſeruare & ín cõmune alterutrum adíuuare, & ín charítate permanere, & ín dei voluntate ídefeſſanter ſtudeat ínherere vt ſímul laudantes domínum ídefeſſas ſemp íllí gratías agamus. Valete ín domíno charíſſímí & predícta vt melíus poteſtís domíno opem ferente adímplere ſtudete. Data kal. Iulíí. Maxímío & Affrícο. íííí. conſulíbus.

EPISTOLA CVIVS SVPRA AD OMNES ORIENTALES EPISCOPOS.

FABIANVS EPISCOPVS VRBIS ROME OMNIBVS B
orıẽtalíbus epíſcopís, & cunctís fídelíbus ín domíno ſalutem. Exígít dílectío veſtra ſedís apoſtolíce conſulta, que vobís denegare non poſſumus nec debemus, hoc autem & predeceſſores noſtros multarũ regionum epíſcopís egíſſe líquet, & nos q ín eadem ſede dño largíente collocatí ſumus agere debere fraterna charítas & obedíẽtíe debítum compellít. Cura eſt ergo veſtre ſollícítudínís adhíbenda, vt ea que ſunt ab apoſtolís eorumq; ſucceſſorib⁹ ordínata, & ínſtígãte ſancto ſpírítu ínſtítuta, nec díſſímulatío negligere nec alíqua preſumptío valeat perturbare. Sed ſícut hoc quod rationís exígebat vtílítas oportuít díffínire ita quod díffínítum eſt nõ debet víolarí. Líterís veſtrís vero ínter cetera ínſertũ ínuenímus quoſdam regionís veſtre epíſcopos a veſtro noſtroq; ordíne díſcrepare &, nõ per ſíngulos annos ín cena dñí críſma cõfícere, ſed duos aut tres annos confectíonem ſanctí críſmatís ſemel actã cõſeruare. Dícunt ením vt ín memoratís apícíbus reperímus nec balſamũ p ſíngulos annos poſſe reperíre, nec neceſſe fore p ſíngulos annos críſma cõfícere, ſed dum vna cõfectío críſmatís abundat, alíã fíerí neceſſe nõ habere. Errãt ením quí talía excogítant, & mente veſana potíus quam recta ſentiẽtes hec dícũt. In ílla ením díe dñs Ieſus poſtq; cenauít cũ díſcípulís ſuís & lauít eorũ pedes (ſícut a ſanctís apoſtolís ꝑdeceſſores noſtrí acceperunt nobíſq; relíquerũt) críſma conficere docuít, ípſa ením lauatío pedũ noſtrũ ſígnífícat baptíſmum, qñ ſanctí críſmatís vnctíone pficítur, atq; cõfírmatur. Nã ſícut ípſí⁹ díeí ſolẽnítas p ſíngulos annos eſt celebrãda, íta ípſíus ſanctí críſmatís confectío p ſíngulos

annos est agenda,&de anno in annū renouanda & fidelibus tradēda,quia nouū sacramentū est per singulos annos ,& iam dicto die innouandum,et vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus,vobisq; tenēda mādamus.Hec sancta Romana ecclesia & antiochena a tpe apostolorū custodit.Hec hierosolimorū & ephesianorum tenet , in quibus apostoli presidētes hec docuerunt,& vetus crisma incendi,& non amplius quam vno anno vti permiserūt atq; deinceps nouo frui & nō veteri iubentes docuerūt. Si quis ergo his obuiare tentauerit omnē sibi per vos & per omnes recte intelligētes indulgentie aditum intelligat obseratū , quia praui ssimarum mentiū peruersa doctrina(dum indulgentiꝰ frenis vtitur) in preuaricationem presumptionis delabitur,& nullatenus eruitur,nisi prudētium sustentatione & correctiōe liberetur. Illa aūt que circa diuina mysteria & erga baptizādos in vniuerso mundo sancta ecclesia vniformiter agit, nō ociosо cōtemplanda suit intuitu,ne locū superuacuis intētionibus & superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mētes ad talia nō debemus inducere,quia docendi potius sunt quam illudendi.Ad nostram enim letitiā bene facta perueniunt,& meroris aculeis nos que fuerint male facta cōpungunt. ¶Hic vero inter manus latronum & dentes luporū furētium vtcūq; versamur,& cōtumaces sunt subditi atq; oues,Nam latratu canū baculoq; pastoris luporū rabies deterrenda est. Illa vero que fomentis nō sanātur vulnera ferro abscindi necesse est.Nec silere possumus vt cū hic ab illicitis reuocemus aliquos officii nostri prouocemur instinctu in speculis a dño constituti , vt vigilantie nostre diligentiā cōprobantes,& que coercenda sunt resecemꝰ, & que obseruanda sunt censeamus.

A ¶Cōsulere etiā nos(vt in p̄dictis literis vestris inuenimus)super accusatione sacerdotum voluistis, que oppido apud vos(vt in eisdē apicibus reperimꝰ)crebrescit.Significastis insuper pleroscq; attendere,multos in ipsis honoribus ecclesiasticis nō congruenter viuere sermonibus & sacramentis que per eos populis ministrantur.O miseros homines qui hos intuēdo christum obliuiscuntur qui & multo ante predixit vt lege dei potius obtemperetur quam imitandi videantur illi qui ea que dicūt non faciūt,& traditorem suum tolerans vsq; in finē etiam ad euangelizandū cum ceteris misit.Nam apostoli talem consuetudinem nō habuerunt nec habendā docuerunt.Similiter & successores eorū quā quam multa de talibus preuidētes spiritu dei futura statuerunt. ¶Porro vt legitis in actibus apostolorū,erat eo tempore inter fideles cor vnum & anima vna,neq; aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat,sed erāt illis omnia cōmunia. ¶Nulla enim inter eos accusatio nisi familiaris erat,nec vnquam inter imitatores eorū aut fideles fieri debet dicente dño. Quod tibi nō vis fieri,alteri non facias. Et idem. Diliges ꝓximum tuum sicut teipsum,& dilectio ꝓximi malum nō operatur. Ipsi ergo apostoli & successores eorū olim statuerunt eos ad accusationem nō recipi qui sunt suspecti vel qui heri aut nudiustertius vel dudū fuerūt inimici,quoniā suspecti facti sunt, & qui nō sunt bone cōuersationis,vel quorum vita est accusabilis,aut dubii in recta fide.Similiter quorum fides,vita,& libertas nescitur,vel qui infamie maculis sunt aspersi,aut sceleribus irretiti.Neq; eos sacerdotes debere vel posse aut clericos accusare qui rite sacerdotes fieri nō possunt,nec sui sunt ordinis,Quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici a secularium laicorum excludūtur accusatione,ita illi ab istorum sunt excludēdi & alienandi crimination e. Et sicut isti ab illis,ita & illi ab istis non recipiantur, quoniam sicut domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum ita & litigatio , quia seruum dei nō oportet litigare. ¶Tales chariss imi fratres accusationes & iniustas aut nociuas emulationes pro viribus ꝓhibete,quia cōtentio summopere est vitanda.Septies enim cadit iustus in die & resurgit, impii autem corruent in malum.Cum ceciderit inimicus tuꝰ (ait Salomō) ne gaudeas,& in ruina eius non exaltabitur cor tuum ne forte videat dominus & displiceat ei,& auferet ab eo iram suam . Ne contēdas cum pessimis,nec emulеris impios,quoniam nō habēt futurorum spem mali,& lucerna impiorum extinguetur,nec emulеris viros malos,nec desideres esse cū eis,quia rapinam medita

B tur mes eorū & fraudes labia eorū loquūtur ,hec cauete chariss imi. ¶Hec meditamini & fratribꝰ inoibꝰ solatiū p̄state,quia in hoc cognoscent omnes(vt ipsa ꝓ se veritas ait)quoniā mei estis discipuli,si dilectionē habueritis ad inuicem.Si enim in rebus secularibus suū cuiusq; ius & ꝓprius ordo seruandus est,quātomagis in ecclesiasticis disputationibꝰ nulla debet induci cōfusio,quod ista obseruatione obseruabitur si nichil potestati,sed totum equitati retribuitur. ¶Vnde cōstat epis locorum singulorū oim qui sub eorū degūt moderamine curā habere sollicitā,& causas vtilitatesq; eorū cū dei timore disponere,Valde ergo iniquū est vt alii quilibet omissis suis se illorum causis admisceāt,sed illi eorum vitam & iudicium competēti regulariq; debeant moderamine disponere,qui eos in sacerdotium ordi

tium ordinant,& a quib⁹ iam ordinati ſunt,quoniam vt lex loquitur,maledictus omnis eſt q tranſ/
fert terminos proximi ſui,& dixit omnis populus Amen. Deus ergo fratres ad hoc preordinauit
vos vt oēs qui ſummo ſacerdotio fungūtur,vt iniuſtitias remoueatis,& preſumptiones abſcidatis,&
ſacerdotio laborātibus ſuccurratis,& opprobriis & calamitatibus eorū locum non prebeatis,ſed ei q
calumniam & opprobrium patitur adiutorium feratis. Illum vero qui calūniam vel opprobrium
facit abſcindatis & domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis. ¶Sacerdotes quoq; dominus ſibi ele A
git vt ſacrificēt ei & offerant oblationes domino. Leuitas quoq; ſub eis eſſe iuſſit in miniſteriis eorū,
vnde ad Moyſen loquitur dicēs. Princeps autem principum leuitarū eleazar filius Aaron ſacerdo/
tis erit ſuper excubitores eccleſie ſanctuarii. De his enim locutus eſt dominus ad Moyſen. Tolle le
uitas pro primogenitis filiorum Iſrael & pecora leuitarum pro pecoribus eorum,eruntq; leuite mei
ego dominus. Si leuitas ſuos eſſe dñs voluit quātomagis ſacerdotes ſibi aſciuit? De quibus ait,ſi qs
externorū acceſſerit morietur. Omnia vero que domini ſunt caute tractanda ſunt & nō leuiter pre/
cipitanda,quoniam & inter homines pro fidelibus habentur qui dominorum ſuorum cauſas bene
cuſtodiunt,& fideliter tractant atq; precepta dñorum ſuorū bene cuſtodiunt & non trāſgrediūtur.
Pro infidelibus vero reputātur hii qui dominorum ſuorū cauſas incaute & negligenter tractant, &
precepta eorū deſpiciunt,& nō vt debēt cuſtodiunt. Ideo hec premiſimus vt cognoſcatur ab his qui
bus incognitum eſt qđ& ſacerdotes(quos ſibi dñs de omnib⁹ aſciuit & ſuos eſſe voluit)nō ſunt leui
ter tractandi nec lacerādi nec temere accuſandi,aut reprehendēdi niſi a magiſtris ſuis, quoniā eorū
cauſas ſibi dominus reſeruare voluit,& ſuo iudicio vindicari. Nam in his & in aliis preceptis domi/
ni & fideles cognoſcūtur & infideles reprobantur. Tolerandi enim hi ſunt potius a fidelibus quam
exprobtādi,veluti palea cū tritico vſq; ad vltimum vētilabrum ſicut piſces mali cū bonis vſq; ad ſe/
gregationem,que futura eſt in littore,hoc eſt in fine ſeculi. Nullatenus ergo poteſt cōdemnari huma
no examine quem deus ſuo iudicio reſeruauit,vt propoſitum dei quod decreuit ſaluare quod perie
rat fiat immobile. Et ideo quia voluntas eius non immutatur,nullus p̄ſumat ea que ſibi nō ſunt con
ceſſa. Vnde eſt illud quod apl̄s loquitur dicens,Iam quidē omnino delictū eſt,quia iudicia habetis
vobiſcum,quare nō magis iniquitatē patimini? Quare nō potius fraudamini? Ad illud redeatur
quod dominus ait. Si quis voluerit tunicā tuam tollere,& in iudicio tecum contendere,dimitte ei &
pallium. Et alio loco. Qui aufert que tua ſunt ne repetas. Sunt aūt quedā que leuiſſima putarentur
niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione grauiora. Quis vnquā dicenti fratri ſuo fatue reum ge
henne putaret niſi ipſa veritas diceret? ¶Illi vero qui illa peccata perpetrant e quibus apoſtolus ait, B
quoniam qui talia agunt regnū dei non cōſequentur,valde cauendi ſunt & ad emēdationem ſi vo/
luntarie noluerint cōpellendi, quia infamie maculis ſunt aſperſi,& in baratrum delabuntur niſi eis
ſacerdotali auctoritate ſubuentū fuerit,ſimiliter & illi de quib⁹ ipſe ait,cum huiuſmodi hominibus
nec cibū ſumere,quia infamia ſunt notati,antequā ſacerdotali auctoritate ſanētur,& in gremio ſan/
cte matris eccleſie reintegrētur quia qui extra nos ſunt nobiſcū communicare non poſſunt. Manife
ſtum eſt enim quod hi extra nos ſunt & a nobis diſcreti eſſe debent, cum quibus nos nec edere, nec
cibum ſumere licet. Similiter & omnes p̄ſone quibuſlibet turpitudinibus ac ſcurrilitatibus ſubiecte
infames ſunt effecte,& omnes qui aduerſus patres armantur,infames efficiūtur. ¶Harenam vero
& ſalem,& maſſam ferri facilius eſt portare quā hominem imprudētem & fatuum,atq; impiū,quo/
niam qui minoratur corde cogitat inania,& vir imprudens & errans cogitat ſtulta. Multos enim
ſupplantauit ſuſpitio illorū,& in vanitate detinuit ſenſus illorum. Cor durum male habebit in no/
uiſſimo & qui amat periculum in ip̄o peribit. Cor ingrediēs duas vias non habebit requiem,& pra
ui cordis in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in dolorib⁹,& peccator adiiciet ad peccan
dum. ¶Talia cogitātes ſancti apoſtoli,eorūq; ſucceſſores ſpiritu dei repleti,malos homines preui/ C
dentes & ſimplices conſiderantes,difficilem aut nūquam voluerunt eſſe accuſationem ſacerdotū,ne
a malis potuiſſent euerti aut ſubmoueri,quia ſi hoc facile concederetur ſecularibus & malis homini/
bus aut nullus aut vix perpauci remanerēt,quoniam ſemper fuit & eſt,&(quod peius eſt) nimis vi/
get,vt mali bonos perſequantur,& carnales ſpirituales infeſtent,idcirco(vt predictum eſt) ſtatuerūt
ne accuſarentur,aut ſi aliter fieri nō poſſit perdifficilis eorum fieret accuſatio,& a quibus ſupradictū
eſt non preſumeretur,neq; a propriis ſedibus aut eccleſiis epiſcopi eiicerētur,quod ſi quomodo pre/
ſumptum fuerit,antequam & proprius locus & ſua omnia eis legibus redintegrarētur,nullatenus a
quoquam accuſarentur aut criminarētur,& niſi ſponte elegerint cuiquā pro talibus non reſponde/

rent,ſed poſtquã (vt prefixum eſt)reſtituti fuerint,& ſua omnia eis legibus reintegrata,diſpoſitis or
dinatiſq; ſuis magnum ſpacium tractandi cauſa eis concederetur. Et poſtea ſi neceſſe fuerit regula
riter vocati veniret ad cauſam,& ſi iuſtũ viſum fuerit accuſantium propoſitionibus ſuſtentationẽ fra
trum reſpõderent,Nulla enim permittit ratio,dum ad temp⁹ eorũ bona,vel eccleſias,atq; res ab emu
lis aut a quibuſcũq; detinẽtur,vt aliquid illis obiici debeat,nec quicquam põt eis quoquomodo qui
A libet maiorum vel mĩnorũ obiicere,dũ eccleſiis rebus aut poteſtatibus carent ſuis. ¶Similiter ſtatu
tum eſt& nos eadem ſtatuta firmantes ſtatuimus,vt ſi aliquis clericorũ ſuis epiſcopis infeſtus aut in
ſidiator fuerit,eoſq; criminari voluerit aut cõſpirator fuerit,vt mox ante examinatũ iudiciũ ſubmo
tus a clero curie tradatur,cui diebus vite ſue deſeruiat,& infamis abſq; vlla reſtitutionis ſpe pmaneat.
¶Nec vllus vnquam preſumat accuſator ſimul eſſe & iudex vel teſtis,quoniã in omni iudicio qua
tuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe,id eſt iudices electos,& accuſatores,ac defenſores,atq; teſtes,Si
militer ſtatuentes apoſtolica auctoritate iubemus,ne paſtorẽ ſuum oues que ei cõmiſſe fuerant(niſi
in fide errauerint)reprehendere audeãt, quia facta ꝓpoſitorum oris gladio feriẽda non ſunt, neq;
poteſt eſſe diſcipulus ſuper magiſtrum dicenteveritatis voce. Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ,nec
ſeruus ſuper dominum ſuum. ¶Odibilis autem coram deo & hominibus eſt ſuperbia, & ex
ecrabilis omnis iniquitas,perdit de⁹ memoriam ſuperborũ & relinquit memoriam humilium ſen
ſu.Semen hominum honorabitur hoc quod timet deum.Semen autem hoc exhonorabitur homi
num quod preterit mandata domini.In medio fratrũ rector illorũ in honore, & qui timent domi
num erunt in oculis eius. Fili(ait Salomon)in manſuetudine ſerua animam tuam,& da illi honorẽ
cui honor cõpetit,Priuſq; iterroges ne vituperes quẽquam,& cũ interrogaueris corripe iuſte. Priuſq;
audias ne reſpondeas verbum,& in medio ſeniorũ ne adiicias loqui. Exemplo Cham filii Noe dã
nantur,qui patrũ ſuorum culpas in publicũ produnt,aut eos accuſare vel detrahere preſumunt velu
ti Cham qui patris ſui Noe pudenda non operuit,ſed deridenda monſtrauit.Similiter & illi exem
plo ſem & Iaphet iuſtificãtur qui reuerenter operiũt & nõ ꝑdunt ea que patres ſuos exceſſiſſe cogno
ſcunt.Si enim a fide deuiauerit epiſcopus,erit corrigend⁹ prius ſecrete a ſubditis ſuis, quod ſi incor
rigibilis (quod abſit) apparuerit,tunc erit accuſand⁹ ad primates ſuos,aut ad ſedem apoſtolicam.
B ¶Pro aliis vero actibus ſuis magis eſt tolerandus ab ouib⁹ & ſubditis ſuis quã accuſandus,aut pu
blice derogandus,quia cum in eis a ſubditis delinquitur,ei⁹ ordinationi obuiatur qui eos eis pretu
lit dicente apoſtolo, Dei ordinationi reſiſtit qui poteſtati reſiſtit. Qui vero omnipotentẽ deum me
tuit, nec cõtra euangelium,nec cõtra apoſtolos nec cõtra prophetas,vel ſanctorum patrũ inſtituta ali
quid vllo modo agere cõſentit.Sacerdotes ergo honorandi ſunt,nõ lacerandi vel exprobrandi ſunt,
legitur in eccleſiaſtem.In tota anima tua time deũ, & ſacerdotes illi⁹ ſanctifica,in omni virtute tua
dilige eũ qui te fecit,& miniſtros eius nõ derelinquas,honora deũ ex tota anima tua,& honorifica ſa
cerdotes,& propurga te cũ brachiis,da illi partem ſicut mandatum eſt tibi primitiarum & purga
tionis,& de negligteia purga te cũ paucis. ¶Datum brachiorũ tuorum & ſacrificium ſanctificatio
nis offerens dño,& initia ſanctorum,& pauperi porrige manum tuam ,vt perficiatur propiciatio &
benedictio tua,Hec nõ tantummodo vobis ſed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus,vt vna
nimes vnum ſentientes permaneamus in chriſto. ¶Nichil per contentionem nobis neq; per ina
nem gloriam vindicantes,non hominib⁹ ſed deo ſaluatori noſtro placẽtes. Cui eſt honor & gloria in
ſecula ſeculorum, Amen.

ITEM EPISTOLA FABIANI PAPE.

C ILECTISSIMO FRATRI HILARIO EPISCO
po Fabianus. Diuine circa nos gratie memores eſſe debemus,qui nos per di
gnationis ſue miſericordiam ob hoc ad faſtigium ſacerdotale prouexit, vt man
datis ipſius inherentes ,& in quadam ſacerdotũ eius ſpecula conſtituti prohi
beamus illicita,& ſequenda doceamus. In tantũ enim in occiduis partib⁹ qui
bus moraris audiuimus aſtutiam diaboli ſeuire in populum chriſtianum,atq;
in multiplici deceptione prorumpere ,vt non ſolum laicos ſeculares, ſed ipſos
quoq; domini ſacerdotes premat atq; vexet. Vnde in grandi merore poſiti diſſimulare nõ poſſum⁹
quod cor

quod corrígere atrociter debemus,quapropter competens adhíbenda eſt talíbus medela vulneríbꝰ, ne ímatura curādi facílitas mortífera capitis peſte nihil poſſit,ſed ſegnius tracta ꝓnities reatu non le gítime curatiõis ſuoluat ꝑiter ſauciatos & medẽtes. Ob id ergo ſtatuetes decernimꝰ, vt hi qui nõ ſũt boe cõuerſatiõis,aut quorũ vita eſt accuſabílis,aut quorũ fidesvita & libertas neſcitur,nõ poſſint dñi ſacerdotes accuſare,ne viles ꝓſone ad accuſationẽ eorũ admittãtur. Siſr hi q in aliquíbus crimínibus írretiti ſunt,vel qui ſũt ſuſpitioſi, vocẽ aduerſum maíores natu nõ habeãt accuſandi, quia ſuſpitioſa vox & ínimica veritatẽ ſolet oppriere. Peregrína vero ıudícia ſalua ín oibus aplica auctoritate gñalí ſanctione prohíbemus:quia indígnũ eſt ab externís vt ıudícetur, qui prouínciales & a ſe electos de/ bet habere ıudices,níſi fuerít appellatũ. Vnde opportet ſi aliquis eꝑorũ ſup certís accuſetur crimíní bus vt ab oibus audiatur,qui ſunt in prouincia epis: quia non oportet acculatũ alícubí quam in foro ſuo audírí. Sí quis vero ıudícẽ aduerſum ſíbi ſenſerít,vocẽ appellatiõis exhíbeat, appellãtẽ aũt nõ de/ bet arrlictio vlla aut detẽtionis ínıuríare cuſtodia. Sed líceat appellatorí vícíatã cauſam appellatiõis remedio ſubleuare. Líceat etiã in cauſis crimialíbꝰ appellare,nec vox appellãdi denegetur ei quẽ ſup/ plício ſnia deſtinarit. Pulſatus añ ſuũ ıudícem cãm dicat, & nõ ante ſuum ıudícẽ pulſatus ſi voluerít taceat:& vt pulſatís quotiẽs appellauerit ıducie dẽtur. Sí quis ergo ırat⁹ crimẽ alíquod cuílibet teme re obiecerit, cõuitiũ nõ eſt ꝓ accuſatiõe hñdũ,ſed ꝓmiſſo tractãdi ſpacio íd quod ırat⁹ díxit ꝓ ſcriptu ra ſe ꝓbaturũ eẽ fateatur, vt ſi fortaſſe reſpiſcẽs que pro ıracũdía dixit ıterare aut ſcribere noluerit nõ vt reus crimínís teneatur. Ois ergo qui crimẽ obíicit ſcríbat ſe probaturũ. Reuera ſemꝑ íbí cã agatur, vbí crimẽ admittetur. Et quí nõ probauerit quod obiecit,pena quã íntulerit ípſe patíatur. Placuit ẽt vt ſi eꝑs accuſatus appellauerit ad applícã ſedẽ,id ſtatuẽdu qđ eiuidẽ ſedis põtífex cẽſuerit, hec tñ oí/ no in ſacerdotũ cã forma ſeruetur,ne quẽquã ſnia nõ a ſuo ıudíce dícta conſtríngat.

¶Occurere quoqꝫ quíſqꝫ fideliũ ruínis debet oppreſſorũ & míſerorũ ſubſídio, quo valeant ex rele/ uatione alienevíndícte a ſe dei remouere vindíctam. Líbat enī dño proſpera qui ab arflictís pellit ad uerſa. vñ ſcriptũ eſt, Frater fratrẽ adiuuãs exaltabitur. Eccl̃ia enī dei ſine macla & ruga debet exíſtere, & ídeo nõ oportet eã a qbuſdã cõculcarí,aut maculari,quía ſcríptũ eſt,vna eſt colũba mea ꝑfecta mea Hic ıterũ dñs ad Moyſem ait. Eſt locus penes me,& ſtabís ſup petrã. Quis eſt locus qui nõ ſit dñí dum cuncta ín ípſo per quem creata ſunt cõtinẽtur? Eſt tñ locus apud eũ vídelicet ſctẽ eccl̃ie vnitas, ín qua ſupra Petrã ſtatur,dũ cõfeſſiõis ſolíditas hũíliter tenetur, Te frater & oẽs fres nr̃os eccl̃iam xp̃i ſanguine redẽptã regẽtes monemus,vt oẽs a precipitío in quo fratres & domíni paſtoríbꝰ detrahen/ do & ꝓſequẽdo verbis & factís labuntur laqueís qbus potel tis retẽtetís,& lacerarí eos ín hamo ire nõ ꝓmittatis quía ſcríptũ eſt, Ira enī vírí iuſtitiã dei nõ operatur, híc rurſum dícitur. Sit oís hõ velox ad audiẽdũ,tardꝰ aũt ad loquẽdũ,& tardus ad irã. Hec aũt vos auctore deo oía ſeruare nõ ābígo,ſed oc/ caſione admonitionís exorta bonís veſtrís deſideríís,et operíbus me furtíue ſubíungo, vt quod non admoníti facitis qñ vobís etiã admonẽs addítur íã nõ ſoli faciatis. Quapropter fratres oportet vos & oẽs fideles dílígere ínuicẽ,& nõ detrahere aut accuſare alterutrũ. Scriptũ eſt enī,dílige proxímũ & coniungere fide cũ íllo. Quod ſi denudaueris abſcõſa íllíus nõ perſequeris poſt eum. Sicut enim hõ quí perdít amícũ ſuum,ſic qui perdít amícítíam ꝓxímí ſuí. Et ſicut qui dímíttit auẽ de manu ſua,ſíc dereliquiſti proxímũ tuũ & nõ eũ capies. Nõ íllũ ſequaris,quoníã lõge abeſt,effugít enī quaſi cap̃a de laqueo quoníã vulnerata ẽ aía eiꝰ. Vltra eũ nõ poteris colligare,& maledícta eſt cõcordatio. De/ nudare aũt amící myſteria deſperatio ẽ aíe ínfidelis, annuẽs oculo fabricat íníqua, & nemo eũ abíí/ ciet in cõſpectu oculorũ tuorũ cõculcabít os ſuũ, & ſuper ſermones tuos ãmírabitur, nouíſſíme autẽ peruertet os ſuũ,& ı verbís tuís dabít ſcãdalũ. Mlta audiuí & nõ coequauí ei & dñs odíet illũ, Qui ı altũ mittít lapídẽ,ſup caput eiꝰ cadít, & plaga doloſa doloſi díuídet vulnera. qui fodít foueã decídet ı íllã,& qui ſtatuit lapídẽ proxímo offendet in eo,& qui laqueũ alío ponít períbít in illo. Faciẽtí conſí/ líũ nequíſſímũ ſuper ípſum deuoluetur,& non agnoſcet vñ aduenıet illí. Illuſio & ímproperíũ ſu/ perborũ & vindícta ſícut leo inſidiabitur íllís, Laqueo peribũt qui oblectãtur caſu iuſtorũ,dolor autẽ conſumet íllos anteꝙ moriãtur, Ira & furor vtraqꝫ execrabília & vír peccator continens erit illorum. Qui vindícarí vult adeo ínueníet vindictã,& pctã illiꝰ ſeruãs ſeruabit. Relinque proxímo tuo nocẽ tí tibí,& tũc deprecãti tibí pctã ſoluẽtur, Hõ hoi ſeruat irã & adeo querít medelã? In hoíem ſibí ſímí/ lẽ non hẽt míam,& de pctís ſuís deprecatur altíſſímũ? Ipſe dũ caro ſit ſeruat irã & propíciatiõnẽ petít a deo? Quis exorabit pro delictís ſuís? Memẽto nouíſſímorũ tuorũ & deſine ínímícarí. Tabitudo enim & mors ímmínet in mandatís. Memorare tímorẽ domíní & non iraſcaris proxímo. Memora

A

re teſtamenti altiſſimi,& deſpice ignorātiam proximi. Abſtine te a lite & minues peccata,Homo enī iracundus incendit litem,& vt peccator turbabit amicos,& in medio pacem habentium immittet inimicitiā, Secū dū enī ligna ſilue ſic ignis exardeſcet,& ſecūdū virtutem hominis iracundia illius erit,& ſecundū ſubſtantiā ſuā,ſic exaltabit irā ſuam, Certamen feſtinatū incēdet ignem& lis feſtinans effundet ſanguinē,& lingua teſtificās adducet mortē. Si ſufflaueris quaſi ignis exardebit, & ſi expueris ſup illā extinguetur,& vtraq; ex ore proficiſcūtur Suſurro & biliguis maledictus,multos enī turbauit pacē habētes. Lingua tertia multos cōmouit,& diſperſit illos a gēte in gētem, Ciuitates muratas diuitum deſtruxit,& domos magnatorū effodit,virtutes pplorū concidit & gētes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieresveridicas eiecit & priuauit illas de laboribꝰ ſuis. Qui reſpicit illā nō habebit requiē,nec habitabit in requie. Flagelli plaga liuorē facit,plaga aūt ligue cōminuit oſſa,Multi ceciderūt in ore gladii ſed nō ſic quō q interierūt per liguā ſuā. Btūs ē q tectus ē a ligua neq;,& q in iracūdiā illiꝰ nō trā ſiuit, & q nō attraxit iugū eiꝰ & vinculis eiꝰ nō eſt ligatꝰ. ¶Iugū enī illius iugū ferreū ē & vinculū illius vinculū ereū ē,mors illius mors neqſſima, & vtilis potius infernus quā illa. Perſeuerātia illius nō pmanebit,ſed obtinebit vias iniuſtorū,& flāma ſua nō cōburet iuſtos. Qui derelinquūt deū incidūt in illā,& exardeſcet in illis & nō extīguetur,& īmittetur in illos quaſi leo,& quaſi pdus ledet illos. Sepi aures tuas ſpinis & noli audire linguā nequā,& ori tuo facito oſtia & ſeras auribus tuis,aurū tuū & argētū confla,& verbis tuis facito ſtaterā & frenos ori tuo rectos,Attende ne forte labaris in lingua tua & cadas in conſpectu inimicorū inſidiātiū tibi. et ſit caſus tuus inſanabilis in mortē. Iſta caueāt oēs & cohibeāt liguas ſuas a malo,& labia eorū ne loquātur dolū.

¶De cetero chariſſimi cōfortamini ī dño & ī potētia virtutis eiꝰ,iduite vos arma dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli,quoniā nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē,ſed aduerſus pīcipes & ptātes,aduerſus mūdi rectores tenebrarū harū,cōtra ſpūalia neqtie in celeſtibꝰ, propterea accipite armaturā dei vt poſſitis reſiſtere in die malo & in oībus pfecti ſtare. State ergo ſuccincti lūbos vros ī veritate & iduti lorica iuſtitie & calciati pedes in p̄patiōe euāgelii pacis,in oībꝰ ſumētes ſcutū fidei in quo poſſitis oīa tela neqſſimi ignea extīguere. Et galeā ſalutis aſſumite,& gladiū ſpūs ſcti qd eſt verbū dei. Hec frater que tibi ſcripſimꝰ gñaliꝰ oībꝰ nota fierī volumꝰ,vt que ceteros tāgūt oībꝰ nota fiāt,oēs deꝰ te frater & reliquos fres nros vbiq; cōſiſtētes,pgat vſq; in finē,q cūctū mūdū dignatꝰ eſt rediere Ihūs xp̄s dns nr q ē bn̄dictꝰ ī ſcla amē,data. xvii. kal. noueb. affricāo & decio. iiii. cc. cōſ.

¶INCIPIVNT DECRETA CORNELII PAPE DE TRANSLAtione corporum apoſtolorum. Et quibuſdam hereticis.

AHARISSIMIS ATQVE DILECTISSIMIS FRATRIbus ſctē dei eccl'ie filiis & oībus dño recta fide famulātibꝰ Corneliꝰ ep̄s,vidēs charitatis vre beniuolētiā quia apl'orū amatores eſtis,eorūq; fidē & doctrinā tenetis, decreui vobis ſcribere dño auctore quedā ex hisque nūc tpis neceſſaria ſūt ſciri,& que apud nos in eccl'ia auxiliāte dño romana meritis apl'orū nup acta ſūt ſiue gerūtur, quoniā patrocināte charitate credo vos paterna gra ſcripta ſedis apl'ice libēter ſuſcipere,& mādata eiꝰ pagere,atq; de eiꝰ ꝓfectibus gratulari, quia quiſque ſe in radice charitatis inſerit, nec a viriditate deficit,nec a fructibꝰ inaneſcit,nec amore fecūditatis opus efficax amittit. Ipſa enī charitas exercet corda fidelīū,ſenſus corroborat,vt nihil graue,nihil difficile, ſed fiat totū dulce qd agitur dū eius ꝓpriū ſit nutrire cōcordiā,ſeruare mādata,atq; diſſociata cōiūgere,praua dirigere,& ceteras virtutes ꝓfectiōis ſue munimīe ſolidare. Quapropter rogo vos nobis cōgratulari,qa rogatu cuiuſdā deuote femine atq; nobiliſſime matrōe lucine leuata ſunt corpa apl'orū Petri & Pauli de catacūbis,& prīo quidē btī Pauli corpꝰ leuatū ſilētio ac poſitū eſt in p̄diū p̄dicte matrone via oſtēſi ad latꝰ vbi de collatus eſt. Poſteavero btī apl'orū principis Petri accepimꝰ corpus,& cōdecēter poſuimꝰ illud iuxta locū vbi crucifixus ē inter corpa ſctōrū ep̄orū in tēplo apollinis in mōte aureo in vaticanū palatii neronis tertio Kalēdarū iuliarū die,orātes deū & dn̄m nr̄m Ieſum xp̄m,vt intercedētibꝰ ſuis ſctis apl'is maculas veſtrorū purget pctōrū,& in ſua vos cōſeruet volūtate diebꝰ vite veſtre,& in fructu bōī opis vos ꝓfectabiles reddat. Vos vero his cōgaudete quia & ipſi ſctī apl'i de vro cōgratulātur gaudio. vos ſemp deū laudate vt ipſe glorificetur in vobis, ſcriptū ē enī. Quid retribuā dño ꝓ oībꝰ que retribuit mihi? Calicē ſalutaris accipiā & nomē dn̄i iuocabo. Tātū enī a nobis exigitur q̄tū poſſumꝰ famulatꝰ nr̄i obſequo cōmodare,vn̄ qdē tāto nos neceſſe ē iportūis p̄dicatiōibꝰ iſiſtere q̄to nobis pfecte negotiōis creditur duplicata talētorū aſſignatio,atq; dn̄ice vocis ad ſuſcipiēdā eiꝰ requiem ſuadet aſſertio.

hec inuidens

HEc inuidēs antiquꝰ hostis suscitauit nobis aduersariū nouatū recte fidei & sancte doctrine emulum, q extra eccliam ordinauit nouatianū, & in affrica nicostratū, vtroscꝫ hereticos sicut ille erat, Hi vero conatibꝰ quibus potuerūt multos a recta & catholica fide suadētes recedere fecerūt, & post se in puersā & deo odibilē doctrinā corruere psuaserūt, Sed sicut istorū tergiuersationibꝰ nimis sumꝰ cōtristati & de eorū pditione cōtriti, sic de aliorū cōuersatiōe dño auxiliante sumꝰ letificati. Deꝰ aūt ops qui tristibꝰ miscet leta oppido nos letificauit, qđ quidā cōfessores qui dudū fuerāt fideles a nobis & a recta fide diabolo instigāte se separātes cū maximo pbytero ad eccleiā catholicā & fidē rectā sunt reuersi, & denuo sicut priꝰ facti sunt cōfessores fideles. Quapropter charissimi hortamur vos & deprecamur p dnm nrm Iesum xp̄m, vt & pdictos hereticos, & oēs quos a recta fide & doctrina apostatare cognouerītis exhortationibꝰ & bonis studiis vris ad catholicā fidē & rectā doctrinā cōuertere cōtendite, & in dei volūtate psistere suadete. Et nō solū hos, sed oēs q̄ nōdū fidē rectā pceperūt ad catholicā fidē perducere festinate, quia neqꝫ mors, neqꝫ vita, neqꝫ angeli, neqꝫ principatꝰ, neqꝫ instantia neqꝫ futura, neqꝫ fortitudo, neqꝫ altitudo, neqꝫ pfundū, neqꝫ creatura alia (magistro gētiū docēte) poterit nos separare a charitate dni nrī Iesu xp̄i, & que in ipso est recta fide. Nolite itaqꝫ amittere cōfidentiā vram, que magnā habet remunerationē. Pacientia enī nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorū, quatinꝰ fidē intemeratā vsqꝫ in finē cōseruātes repromissionēpcipiamus quā repromisit his qui legitime certare pperant. Adhuc enim modicū aliquantulū qui vēturus est veniet & nō tardabit. Ecce enim iudex ante ianuā assistit coronas hylariter pmittēs his qui pro eo passionibus submittūtur. Q đ si subtraxerit se qs non placebit aie mee, sed cadet de pmissione propter negationem. Nos aūt nō sumꝰ subtractionis in pditionē, sed fidei in acquisitionē aie. Propter qđ assumite arma dei, vt possitis resistere in die malo aduersꝰ oēs inimicos sctē eccl'ie & vros, & induite vos lorica iustitie, & calciati pedes in pparatione euāgelii pacis, in oībus assumētes scutū fidei in quo possitis oīa iacula neqssimi ignita extiguere. Er galeā salutis assumite, & gladiū spūs qđ est verbū dei p oēm orationem & obsecrationē radicati & fundati in solatio fratrū p xp̄o Iesu dño nro. Sed & nūc fres cōmēdamus vos dño & oēs verbo gr̄e eiꝰ, q pōt pficere & dare hereditatē nobis cū oībꝰ sctis. Ipse aūt deꝰ pacis & cōsolationis det vobis idipm sape in alterutrū, vt vobis inuicē succurratis & nō sitis diuisi, vt vna nimes vno ore, & vno corde honorificetis eū in cōcordiam & consolationē fratrū, qui potest confirmare vos scdm euangeliū eius iuxta reuelationem eterni mysterii tpibus. s. ppetuis quibus vobis futurorū gaudiorū largiēda sunt munera. Sūmopere consyderare etiā debetis quod illi qui fratribꝰ inuident eosqꝫ dānare atqꝫ petdere cupiūt per se sua dogmata destruūt. Dicit enim dns. Oē regnū in se diuisum nō stabit, & ois sciētia & lex aduersum se diuisa nō stabit, Ideoqꝫ necesse est vt cōcorditer salubres suscipiatis hortatꝰ, & nichil p cōtētionē agētes, sed ad oē studiū deuotionis vnanimes diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data. vii. idus Septembris, Decio & Maximo. iiii. cc.

ITEMEPISTOLA CORNELII PAPE ORIENTALI EPISCOPO DIRECTA NE SACERDOTES DOMINI IVRARE PRESVMANTVEL COMPELLANTVR.

CORNELIVS EPISCOPVS RVFO COEPISCOPO in dño salutē. Exigit dilectio tua frater charissime, vt ex auctoritate sedis aplice tuis deberemꝰ cōsultibus rndere. Quod licet nō pplixe, sed succincte agere festinaremus propter quasdē importunitates que nris ppedientibꝰ peccatis in nos supuenere, tuis tnper reliqua sctōrū patrū instituta studiis perquirere latiꝰ, & inuestigare pmittimꝰ. Nō enī pōt mēs attrita & oneribꝰ atqꝫ iportunitatibus grauata tātū boni pagere q̄tū delectata et oppssionibꝰ soluta, Nō ergo ista obid ptulimꝰ, vt hec & alia que necessaria fore cognouerimꝰ tue sctitati velimꝰ denegare, sed qđ hic minus iuenitur latiꝰ pq̄ratur, Scīm aūt hactenꝰ a summis sacerdotibus vel reliqs exigi nisi p fide recta minime cognouimꝰ, nec spōtaneos iurasse repimꝰ. Sūmope ergo sanctꝰ Iacobꝰ aplꝰ phibēs scīm loquitur dicēs. Ante oīa fres mei nolite iurare neqꝫ p celū, neqꝫ p terrā, neqꝫ aliud quodcūqꝫ iuramētū. Sit aūt sermo vester est est, nō nō, vt nō sub iudicio decidatis, & dns in euāgelio ait, Audistis qđ dictū est antiquis, non periurabis, reddes autē dño iuramenta tua. Ego aūt dico vobis non iurare omnino, neqꝫ per celum quia thronꝰ dei est, neqꝫ per terrā quia scabellū est pedū eiꝰ, neqꝫ p hierosolimā quia ciuitas magni regis est, neqꝫ p caput tuū iuraueris, qa non potes vnū capillū albū facere aut nigrū. Sit aūt sermo vr̄ est est, nō non. Quod aūt his abūdātiꝰ ē a malo est. i. ab exigente & a iurante

Hec frater chariſſime ipſe dñs ꝓhibet,id eſt nō debere iurare,hec apoſtoli maxime oēs,hec ſancti viri ꝑdeceſſores noſtri qui huic ſancte vniuerſali aplice eccleſie ꝑfuerunt ante nos. Hec prophete & reliqui ſancti doctores per vniuerſum mundū diſpſi ad predicandū iuramēta fieri vetāt. Quorum nos exempla ſi ceperim⁹ enumerare aut in ſcedula hac inſerere ante deficeret hora diei quā eorū exēplorū de hac cauſa ꝓhibita. Que nos ſanctorū ſequentes apoſtolorū eorūq; ſucceſſorū iura firmam⁹, & ſacramēta incauta fieri prohibem⁹,Vñ & ipſe dñs in tabulis lapideis quas Moyſi dedit ꝓpria manu ſcripſit dicēs,Vide ne aſſumas nomē dei tui invanū,& reliqua. Nos aūt(vt paulo ſupi⁹ ꝑlibauim⁹) ſacramentū epis neſcimus oblatum,nec vnq; fieri debet,quoniā(vt ſupra memoratū eſt) preceptum eſt nobis a dño nō iurādum,neq; p celū,quia thron⁹ dei eſt,neq; p terram,quia ſcabellū eſt pedū ei⁹, neq; p caput ſuū, quia nullus pōt vnū capillū creare, Vnuſq;ſq; enim ſicut ante altare ſtans dei timorem habet pre oculis & ꝓpriā cōſcietiā mūdam ſeruat deo, qđ in memoriā retinet, nullaten⁹ habet intermittere,quoniā os quod mētitur occidit aīam. Et apls ait. Loquimini veritatē vnuſquiſq; cum ꝓximo ſuo,quoniā ſum⁹ inuicē mēbra. Et alibi. Nolite mētiri inuicē. ¶Hec ſunt ꝑcepta ſaluatoris,hec ꝓphetarū,hec ſctōrum patrū inſtituta. Que ſi qs inuanū duxerit hoſtis eſt anime ſue, quia nemo cōtra prophetas,nemo contra apoſtolū,nemo cōtra euangelium facit aliquid abſq; periculo.

A ¶Et ſummopere ꝑuidendū eſt,ne paſtorē ſuū oues que ei cōmiſſe fuerāt reprehēdere(niſi a fide exorbitauerit)neq; accuſare preſumāt,quoniā tales accuſationes vim nō habēt,neq; eis nocere poſſunt. Vnū vero chariſſimi,vt ait beatus apls Petrus,nō lateat vos,quia vnus dies apud dñm,ſicut mille anni,& mille anni ſicut vn⁹ dies. Nō tardat dominus promiſſis ſed patiēter agit propter vos, nolēs aliquos perire,ſed oēs ad penitentiā reuerti. Adueniet aūt dies dñi vt fur, in qua celi magno impetu trāſient, elemēta vero calore ſoluētur. Cū hec igitur oīa diſſoluēda ſunt,ex his poteſtis cōſyderare quales oportet nos eſſe in ſanctis cōuerſationibus & pietatibus,expectātes & properātes in aduentū dei per quē celi ardētes ſoluētur,& elemēta ignis ardore tabeſcēt. Vos aūt chariſſimi dixit Iudas apoſtolus, memores eſtote verborū que p̄dicta ſunt ab aplis dñi noſtri Ieſu xpi,qui dicebāt vobis, quoniā in nouiſſimo tpe veniēt illuſores ſcđm ſua deſyderia ambulātes impietatum. Hi ſunt q ſegregant ſemetipſos aīales,ſpiritū nō habētes. Vos aūt chariſſimi ſupedificātes voſmetipſos ſanctiſſime vre fidei in ſpiritu ſctō orātes ipſos vos in dilectione dei ſeruate expectātes miam dñi noſtri Ieſu chriſti in vitam eternā. Et hos quidē arguite iudicatos,illos vero ſaluate de igne rapiētes. Aliis aūt miſeremini in timore,odiētes eā que carnalis eſt maculatā tunicā. Null⁹ enim ſacerdotum cām ſuā alieno cōmittat iudicio,niſi ad ſedē aplicam fuerit appellatū,ſed vnuſqſq; cōprouinciales iudices & notos habeat, niſi aliquā vim temerarie multitudinis illic timuerit,aut infeſtos,aut ſuſpectos inibi iudices habuerit ꝓ quib⁹ cauſis ad maioris auctoritatis iudices,& ad alias ꝓuincias appellare & venire cōceſſum eſt. Oīa ergo que aduerſus abſentes in omni negotio aut loco aguntur,aut iudicātur oīno vacuentur, quoniā abſentem null⁹ addicit,nec vlla lex dānat,facile ergo hō hominem fallere pōt ,non tñ deum, cui⁹ oculis oīa nuda ſunt & aperta,Vnde ait ꝓpheta. Domin⁹ nouit cogitationes hominum quoniā vane ſunt. Sapiēs ergo nō eſt q̄ nocet,nec quicq̄ mali vult qui fidelis eſt,aut cuiq̄ inſidias machi-

B natur. ¶Hortamur frater,& monemus tuā dilectionē,vt oēs ſemper prout meli⁹ potueris adiuues, cōfortes & conſoleris,& ſacramēta ſup quib⁹ hanc ſctām Romanā ac vniuerſalē eccleſiam conſulere voluiſti fieri ꝓhibeas,& neminē vnq; infeſtes,aut noceas. Hec frater ad reliquorum fratrū notitiā tua faciat ſanctitas ꝓuenire,vt oēs hec mala caueāt,& ſicut generaliter tā ab ipſo dño quā a ſanctis & reliquis apoſtolicis viris,& ceteris pribus ſunt prohibita,ita generaliter ab oibus cuſtodiātur. Bene valere beatitudinem tuā ſemper optam⁹ & ſacris virtutibus proficere te deſyderamus, frater chariſſime atq; amantiſſime. Data. xi. kal. Iunii,Maximo & Decio. iiii. conſulibus.

¶INCIPIVNT DECRETA LVCII PAPE.

C ILECTISSIMIS FRATRIBVS OMNIBVS EPIſcopis partib⁹ occidētalibus tā galliis q̄ & hyſpaniis cōſiſtentib⁹ Lucius epſ in dño ſalutem. Litteras dilectionis veſtre quas ad beati Petri apoſtoli ſedem pro veſtri cauſa negotii miſiſtis libenter ſuſcepimus,ſed de veſtris afflictionib⁹ nō modice contriſtati ſumus. Significaſtis enim vos tam a quibuſdam non rectā fidem tenentibus,ſed erroribus implicitis, quam & ab aliis eos imitātibus vos perſequi & infamari,atq; veſtras eccleſias ſuis dotibus, & fidelium oblationib⁹ expoliari,veſtroſq; miniſtros nimis vexari,& ideo multos a vobis & a recta fide diſcedere, quoniam

eis non

eisnon potestis defensionem impendere,nec ea que necessaria sunt ministrare.Nolite mirari fratres si vos maliuoli & impii persequūtur cū ipsum christū caput nostrum sint persecuti,vnde & consolatricē ipam habetis veritatē que ait.Si patrē familias belzebuth vocauerūt q̄to magis domesticos ei⁹? Ipsa iterū cōsolans nos loquitur dicēs,Si de hoc mūdo fuissetis mund⁹ q̄d suum erat diligeret, sed qa nō estis de hoc mūdo,sed ego elegi vos de mūdo, ꝓpterea odit vos mund⁹. Propter tales fres hortamurvos sicut & in hac sancta ecclia constitutū hem⁹,vt semp testes vobiscū sacerdotes & diaconos habeatis, & licet conscientia sufficere possit propria, tñ propter maliuolos iuxta apostolum etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his qui foris sunt. ¶Quoniā & in hac sancta sede constitutū habem⁹,vt duo p̄sbyteri,vel tres diaconi in omni loco episcopū nō deserant propter testimonium ecclesiasticū. Episcopi ergo nō sunt leuiter accusandi vel detrahēdi quia iniuria eorū ad christum pertinet,cuius vice & legatione fungūtur in ecclesia. Vnde vobis omnibus & qui vobiscum sunt in nostro solatio,sicut & olim factum inuenimus constitui placuit, vt criminationes maiorum natu per alios nō fiant,nisi per ipsos qui crimina intendunt,si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint,& actis docuerint publicis omni se carere suspitione atq; inimicitia & irreprehensibilem fidē ac conuersationem ducere,Vnde placuit vt a quibuscūq; iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos vbi est maior auctoritas(si fuerit prouocatū)audiētia non negetur.Itē constituimus sicut & a sanctis apostolis,eorūq; successorib⁹ decretū reperimus,si quis metropolitan⁹ ep̄s nisi quod solūmō ad propriā ptinet parochiā sine cōsilio & volūtate omnium cōprouincialiū epōrum extra aliquid agere tētauerit gradus sui piculo subiacebit,& quod egerit irritū habeatur & vacuū. Sed quicquid de comprouincialiū coepiscoporū causis eorūq; ecclesiarū & clericorū atq; secularium necessitatibus, aut de quibuscūq; communibus causis agere aut disponere necesse fuerit,Hoc cū omnium consensu cōprouincialiū agatur pontificū,non aliquo dnationis fastu,sed cōcordi & humillima administratione,sicut dns ait.Nō veni ministrare,sed ministrari,Et alibi.Qui maior est vestrū,erit minister vester,& relíqua.Similiter& ipsi cōprouinciales ep̄i cū eius consilio nisi quātum ad proprias ptinet parochias agāt iuxta sanctorū constituta patrū,vt vno animo,vno ore cōcorditer sancta glorificetur trinitas in secula.Similiter auctoritate fulti aplica precipim⁹,vt nullus metropolitanus ep̄s absq; ceterorū omnium cōprouincialiū ep̄orum instantia aliquorū audiat causas eorū,quia irrita erunt & ipse cām pro facto dabit. Ep̄i vero per singulas prouincias obseruent ne posteriores se prioribus suis preferant,nec eis incōsultis(nisi quātum ad propriā ptinet parochiā) aliquid agāt,sed oēs de cōmunib⁹ eorum causis consonā sententiā proferant & determinēt,quoniā aliter acta nullas vires habebūt nec ecclesiastica reputabūtur. ¶Bonum esset fratres,& valde deum timētibus,& pie viuere volētibus necessariū,si intra catholicā ecclesiā nulli⁹ mali aut infestationis alicuius erga dñi sacerdotes aut iuste & pie volētes viuere germē exurgeret,Sed quia p̄ualente inuidia(q̄d deteri⁹ est)surgit & crescit atq; nimis se in oēs partes extendit, idcirco necesse est illud ecclesiastico & apostolico abscindi mucrone, ne seruos dei ac domini sacerdotib⁹ valeat nocere aut perdere. Exhonorauit enim dominus vt in ecclesiastico legitur libro, cōuentus malorum,& destruxit deus eos vsq; in finē.Sedes ducū superborum destruxit de⁹,& sedere fecit mites pro eis. Radices gentiū superbarū arefecit de⁹,& plātauit humiles ex ipsis gētibus. Terras gentium euertit dns,& perdidit eas vsq; ad fundamentum,Arefecit ex ipsis & disperdidit eos,& cessare fecit memoriā eorum de terra.Perdidit deus memoriam superborū, & reliquit memoriā humilium sensu,Nō est creata hominibus superbia neq; iracundia nationi mulierum,Semen hominū honorabitur hoc q̄d timet deū,semē autem hoc exhonorabitur hoim quod preterit mandata domini,In medio fratrum rector illorum in honore,& qui timent dūm erūt in oculis eius,Glia diuitū honoratorū & pauperū timor dei est,noli despicere hominē iustū pauperē, & noli magnificare virū peccatorē diuitem.Magn⁹ est iudex,& potēs est honore & nō est maior illo qui timet deum.Seruo sensato liberi seruiunt,& vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur.Noli te extollere in faciendo opera tua,& noli cunctari in tempore angustie.Melior est qui operatur & abundat in omnibus quam qui gloriatur & eget pane. Fili in mā suetudine serua animā tuam & da illi honorē secundū meritum suū. Peccātē in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum, & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui gloriatur in paupertate quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia pauptatem vereatur. Sapientia humiliati exaltabit caput eius, & in medio magnatorum considere illum faciet. Non laudes

virum in ſpecie ſua,neq; ſpernas hominem in viſu ſuo,Breuis in volatilib⁹ eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius,in veſtitu ne glorieris vnquam,nec in die honoris tui extollaris,quoniã mirabilia opera altiſſimi ſolius, & glorioſa,& abſconſa, & inuiſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in throno,& inſuſpicabilis portabit diadema. Multi potentes oppreſſi ſunt valide, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Priuſq; interroges ne vituperes quem̃q;,& cũ interrogaueris corripe iuſte. Priuſq; audias ne reſpõdeas verbũ,& in medio ſeniorum ne adiicias loqui. De ea re que te nõ molestat ne certaris, & in iudicio peccãtium ne cõſiſtas. Fili mi ne in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris nõ eris immunis a delicto. Si enĩ ſecut⁹ fueris nõ app̃hẽdes,& nõ effugies ſi p̃cucurreris. Eſt homo laborans.& feſtinans & dolẽs impius,& tanto magis nõ abundat. Eſt hõ marcidus egens recuperatione plus deficiẽs virtute,& abũdãs pauptate & oculus dei reſpexit illũ in bono,& erexit illũ ab humilitate ipſi⁹ & exaltabit caput eius,& mirati ſunt in illo multi & honorauerũt deũ,Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas adeo ſunt,datio dei p̃manet iuſtis,&profectus illius ſucceſſus habebũt ineternũ. Eſt qui locupletatur parce agẽdo,& hec pars mercedis illius in eo quod dicit in ueni requiem michi,& nõ manducabo de bonis meis ſoli⁹,& neſcit quod tẽpus p̃tereat illũ,& relinquet oĩa aliis & morietur. Sta in teſtamento tuo,& in illo colloquere & in opera mandatorũ tuorum veteraſce.Ne mãſeris in operib⁹ p̃ctorum. Cõfide aũt in deo,& mane in loco tuo,facile eſt enim in oculis dei ſubito honeſtari paupere. Benedictio dei in mercedẽ iuſti feſtinat,& in honore velociꝰ proceſſus illius iuſtificat.Ne dicas quid eſt michi opus & que erũt michi ex hoc bona? Ne dicas ſuffi ciens michi ſum & quid ex hoc peſſimabor? In die bonorũ ne immemor ſis malorum,& in die malorum ne immemor ſis bonorũ,quoniã facile eſt corã deo in die obitus retribuere vnicuiq; ſecundũ vias ſuas, Malicia hore obliuionẽ facit luxurie magne,&in fine hominis denudatio operũ illius,Ante mortem ne laudes hominẽ quẽq;,quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir.Nõ omnem hominẽ inducas in domũ tuã,multe enim inſidie ſunt doloſi,Sicut enim eructãt p̃cordia fetãtiũ & ſicut perdix inducitur in caueã,& vt caprea in laqueũ,ſic & cor ſup̃borũ,& ſicut proſpector vidẽs caſum ꝓximi ſui. Bona in malum conuertit iſidiator,& in electis imponit maculã. A ſcintilla vna augetur ignis,& ab vno doloſo augetur ſanguis.Hõ vero peccator ſanguini inſidiatur. Attẽde tibi a peſtifero, fabricat enim mala ne torte inducat ſup te ſubſannationẽ in perpetuũ. Admitte ad te alienigenã,& ſubuertet
A te in turbine & abalienabit te a tuis ꝓpriis. ¶ Tales chariſſimi valde ſunt cauẽdi vſq; dũ aut cõuertantur,aut abſcindãtur verbo diuino. Beatus aũt eſt ille qui nõ eſt lapſus in verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Felix qui nõ habet animi ſui triſtitiã,& non abſcedit ab ſpe ſua. Scriptum eſt enim. Melior eſt vnus timẽs deum q̃ mille impii. Sapiens vero non eſt omnis qui nocet. Res quoq; eccleſiarũ veſtrarũ& oblationes fideliũ quas ſignificaſtis a quibuſdã irruẽtibus vexari,vobiſq; & eccleſiis veſtris auferri,idubitãter maximũ eſt peccatũ teſtãte ipſa ſcriptura que ait. Qui abſtulerit aliquid patri vel matri,& dicit hoc non eſſe peccatum homicide p̃ticeps eſt,Pater ergo noſter ſine dubio deus eſt,qui nos creauit & mater noſtra eccleſia que nos in baptiſmo ſpiritualiter generauit. Et ideo qui chriſti pecunias & eccleſie aufert,fraudat & rapit, homicida in conſpectu iuſti iudicis eſſe deputabitur, vnde ſcriptũ eſt. Qui rapit pecuniã proximi ſui iniquitatẽ facit, qui aũt pecunias vel res eccleſie abſtulerit, ſacrilegiũ facit. Vnde & Iudas qui pecuniã fraudauit,que vſib⁹ eccleſie id eſt pauperibus quos eccleſia paſcere debet diſtribuebatur iuſſu ſoluatoris (cuius vicem eꝑi tenẽt) nõ ſolũ fur,ſed fur & ſacrileg⁹ factus eſt. De talibus enim,id eſt qui facultates eccleſie rapiũt,fraudãt vel auferũt,dominus cõminans oĩbus p̃ prophetã loquitur dicẽs. Deus ne taceas tibi,ne ſileas & non quieſcas de⁹,quia ecce inimici tui tumultuati ſunt,& qui oderũt te leuauerũt caput. Contra populũ tuũ nequiter tractauerũt,& inierũt conſilium aduerſus archanũ tuum,dixerunt, venite & conteramus eos de gẽte,& non ſit memoria nominis Iſrael vltra. Quoniã tacuerũt corde pariter cõtra fed⁹ pepigerũt tabernacula Idumee & Iſmaelitarũ Moab, & Agareni,Gebal,& Amon,& Amalech paleſtina cũ habitatoribus tyri. Sed & aſſur iunxit ſe cũ eis facti ſunt brachium filiorum Loth. Fac illis ſicut Madiam,ſicut Syſare,ſicut Iabin in torrente Ciſon. Contriti ſunt in endor,fuerũt quaſi ſterquilinium terre. Pone duces eorũ ſicut Oreb & Zeb,ſicut Zebee,& Salmana. Omnes p̃ncipes eorũ qui dixerũt poſſideam⁹ nobis pulchritudinem dei. De⁹ meus pone illos vt rotã, quaſi ſtipulã ante faciẽ vẽti. Quõ ignis cõburit ſiluã & ſicut flãma deuorat mõtes ſic p̃ſequeris eos i tẽpeſtate tua & in turbine turbabis eos,Imple facies eorũ ignominia,& querẽt nomẽ tuũ dñe Cõfundãtur & cõturbẽtur vſq; ineternũ,&erubeſcãt,& peant,et ſciãt quia nomẽ tuũ dñs ſolus,tu excelſus ſup omnẽ terram.

¶ Hec fieri

Hec fieri ꝓphete,hec apli,hec ſucceſſores eorū, & omniū catholicorū patrūvetant decreta,& tales A
preſumptiones ſacrilegiū eſſe diiudicāt. Quorū nos ſequentes exēpla omnes tales preſumptores &
eccleſie raptores,atq; ſuarum facultatū alienatores,vna nobiſcum a liminibus ſancte matris eccleſie
anathematizatos apoſtolica auctoritate pellimus & dānamus,atq; ſacrilegos eſſe iudicamus, & nō
ſolum eos,ſed omnes conſentiētes eis, quia non ſolum qui faciunt rei iudicantur,ſed etiam qui con-
ſentiunt facientibus, par enim pena & agentes & conſentientes comprehendit. Vos ergo fratres
vigilate & orate,viriliter agite & confortamini in domino,& omnia veſtra(iuxta apoſtolū) in chari
tate fiant. A recta ergo fide & apoſtolico tramite ꝓpter vllā perturbationem nolite recedere, ſcientes
quia iuxta ſaluatoris ſententiā,beati ſunt qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam. Hec eſt apo
ſtolorum viua traditio,hec vera charitas que predicanda eſt,& precipue diligenda ac fouenda atq;
fiducialiter ab omnibus tenēda. Hec ſancta & apoſtolica mater omniū eccleſiarū chriſti eccleſia que
per dei omnipotentis gratiam a tramite apoſtolice traditiōis nūquam erraſſe probatur:nec hereticis
nouitatibus deprauāda ſuccubuit,ſed vt in exordio normā fidei apoſtolice percepit ab auctoribus
ſuis apoſtolorū Chriſti principibus illibata finetenus manet ſecundū ipſius domini ſaluatoris di-
uinam pollicitationē,qui diſcipulorū ſuorum principi in ſuis fatus eſt euāgeliis, petre inquiēs ecce
ſathan expetiuit,vt cribaret vos ſicut qui cribrat triticum,ego autē pro te rogaui,vt nō deficiat fides
tua,& tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Conſideret itaq; veſtra excellens prudētia B
q̄bonum ſit perſiſtere in diſpēſatione vobis credita,& in fide recta, atq; hereticis & emulis Chriſti
repugnare,& nūq̄ a veritatis tramite declinare,quoniam dominꝰ & ſaluator omniū cuius fides eſt
qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos ſuo redemit ſanguine,qui fidem beati Petri non
defecturā promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit,quod apoſtolicos pōtifices mee exi-
guitatis predeceſſores cōfidenter feciſſe ſemper cunctis eſt cognitū. Quorū & puſillitas mea licet
impar & minima,pro ſuſcepto tn̄ diuina dignatione miniſterio pediſſequa cupit exiſtere. Ve enim
erit nobis qui huius miniſterii onus ſuſceptū habemus,ſi veritatē ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti quā
apoſtoli p̄dicauerūt p̄dicare neglexerimꝰ. ve erit nobis ſi ſilentio veritatē oppreſſerimꝰ quā erogare
nūmulariis iubemur,id eſt chriſtianos populos imbuere & docere. Quid in ipſius chriſti futuro di
cturi ſumꝰ examine ſi ſermonū eius veritatem cōfundimur predicare? Quid erit de nobis cum de
cōmiſſis nobis animabus,& de officio ſuſcepto ratione iuſtus iudex Chriſtus dominus noſter di-
ſtrictā exegerit? Ideo fratres hortor dilectionē veſtrā obteſtor & moneo,vt qua debetis & poteſtis
ſollicitudine vigiletis ad inueſtigādos hereticos,& inimicos ſancte dei eccleſie & a ſanis mentibꝰ ne
peſtis hec latius diuulgetur ſeueritate qua poteſtis pro viribus extirpetis. Quoniam vt habebit a
deo digne remunerationis premiū qui diligentius quod ad ſalutē cōmiſſe ſibi plebis proficiat fue-
rit executus,ita ante tribunal dñi de reatu negligentie ſe non poterit exuſare quicunq; plebem ſuā
contra ſacrilege perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire. Data kalendis Aprilis Gallio & voluſia-
no. iiii. cc. conceſſ.

INCIPIVNT DECRETA STEPHANI PAPE.

DILECTISSIMO FRATRI ATQVE FAMILIARI C
amico hylario Stephanus epiſcopus intime charitatis ſalutem. Quāquā ſperē
dilectionem tuā ad omne opus bonū eſſe deuotā,tamen pro familiaritate qua
nobis coniunctus eſſe cogniſceris,vt tua efficacior fiat induſtria,cōgruum no-
biſviſum eſt,has fraternitatis litteras tue dilectioni debere dirigere. Monemus
te cariſſime ſemper in bonis manere & a malis cauere. Cū bonis & recte fidei
ac ſancte conuerſationis hominibus aſſidue eſſe,& a peruerſis ac fratrū inſidia-
toribus(niſi vt eos conuertas, & ad concordiā reducas) ſeparari. Quoniā vt ait apoſtolus,cortūpunt
mores bonos colloquia mala. Et ipſa per ſe veritas dicit. Si oculus tuus ſcādalizauerit te erue eum
& proice abs te. Et ſi manus tua ſcādalizauerit te,abſcinde eam,& proice abs te. Similiter & de pede
agendum eſt,quia melius eſt tibi luſcum aut claudū intrare in regnum celorum, quā duos oculos,
aut duas manus,aut duos pedes habētē mitti in gehēnam ignis. Et in eccleſiaſtico inuenietur libro,
In bonis viri inimici illius,in triſtitia vero & in malicia illius,amicus agnitus eſt. In labiis ſuis indul
cat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur,vt ſubuertat te in foueam. Et qui tetigerit picē inquinabitur

ab ea. Et qui cõmunicauerit ſuperbo induetur ſuperbia, pondꝰ ſuper ſe tollit qui honeſtiori ſe cõmunicat, ditiori te ne fueris ſocius. Quid cõmunicabit cacabus ad ollam? Quãdo ſe colliſerint, confringetur. Diues iniuſte aget & fremet, pauper autem leſus tacebit, Si largitus ei fueris aſſumet te, & ſi non habueris derelinquet te. Si habes cõuiuet tecum & euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit narrans tibi bona & dicet. Quid opus eſt tibi? Et cõfundet te in cibis ſuis donec te exinaniet bis & ter, & in nouiſſimo deridebit te. Poſtea videns derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad te. Humiliare deo, & expecta manus eius. Attende ne ſeductus in ſtultícia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humilitas in ſtulticiã ſeducaris. Aduocatꝰ a potẽtiore diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit, Ne improbus ſis ne impingaris, & ne longe ſis ab eo, & eas in obliuionem. Ne retineas ex equo loqui cũ illo, & ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela temptabit, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius cõſeruabit verba tua, & non parcet de malicia & devinculis. Caue tibi & attende diligẽter auditui tuo, quoniã in ſubuerſione tua ambulas. Audiens vero illa quaſi inſomnis vide & vigilabis. Omni vita tua dilige deũ & inuoca eum in ſalute tua. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximũ ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungitur, & omnis homo ſimili ſibi ſociatur. Si cõmunicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. Que cõmunicatio ſancto homini ad canem? aut que pax bona diuiti ad pauperem? venatio leonis onager in heremo, ſic paſcua diuitũ ſunt pauperes. Et ſicut abhomiatio eſt ſuperbo humilitas, ſic execratio diuiti pauper. Diues cõmotus confirmatur ab amicis, humilis autem cum ceciderit expelletur & a notis. Diuiti decepto multi recuperatores, locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum, humilis deceptus eſt, & inſuper arguitur, locutus eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus. Diues locutus eſt & omnes tacuerunt, & verbum illius vſq; ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicũt, Quis eſt hic? Et ſi offenderit ſubuertunt illum. Bona eſt ſubſtãtia cui non eſt peccatũ in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impii. Cor hominis immutat faciem illius ſiue in bona, ſiue i mala. Veſtigium
A boni cordis, & faciẽm bonam difficile inuenies & cum labore. ¶Hec frater caue tibi & poſt concupiſcentias tuas non vadas. Quod vero conſuluiſti ſedem apoſtolicam qui ſunt infames, aut qui ad gradus eccleſiaſticos non ſunt admittẽdi, & noſſe te credimus, & pro auctoritate ſedis apoſtolice te informare non denegamꝰ. Infames autem eſſe eas perſonas dicimus que pro aliqua culpa notãtur infamia, id eſt omnes qui chriſtiane legis normã abiiciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contẽnunt ſimiliter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos Sepulchrorũ quoq; violatores, & apoſtolorum, atq; ſucceſſorũ eorum, reliquorũq; patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes qui aduerſus patres armantur qui i omni mũdo infamia notantur. Similiter inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes. Et qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſie abſtrahunt iniuſte, & qui fratres calũniantur, aut acuſant & non probant, vel qui cõtra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab eccleſia pulſos, & omnes quos eccleſiaſtice vel ſeculi leges infames pronunciant. Hos vero non ad ſacros ordines licet promouere, nec ſeruos ante legitimam libertatem, nec penitentes, nec bigamos, nec eos qui curie deſeruiunt, vel qui non ſunt integri corpore, aut ſuam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur. Hi omnes nec ad ſacros gradus debẽt prouehi, nec iſti nec liberti neq; ſuſpecti, nec rectam fidem, vel dignam converſationem nõ habẽtes, ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare, Sed & qualiter obediẽtia vel reuerentia ſit prepoſitis exhibenda ex tuis quoq; ſubiectis ipſe non ambigis, in qua re valde eſtutile ſi id quod diſcipline vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda ſeruauerit. Omnipotens deus in cuius manu ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt, non eſt ſapientia non eſt prudentia non eſt conſilium contra dominum, ipſe te, tuoſq; & diuina & apoſtolice ſedis inſtituta illibata ſeruare, & ad potiora ſemper conſcendere, & de die in diem deteriora cauere, & meliora ac deo placita ſectari
B atq; perficere concedat. ¶Veſtimẽta vero eccleſiaſtica quibus domino miniſtratur cultuſq; diuinus omni cum honorificentia, & honeſtate a ſacerdotibus reliquiſq; eccleſie miniſtris celebratur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta. Quibus aliis in vſibus (cum deo eiuſq; ſeruitio conſecrata, & dedicata ſint) nemo debet frui quã eccleſiaſticis & dignis officiis. Que nec ab aliis debent contingi aut ferri niſi a ſacratis hominibus, ne vltio que balthaſar percuſſit ſuper hec tranſgredientibus, & talia preſumentibus veniat diuina, & corruere eos faciat diuine vltionis iuſtum flagellum

ad i ma

ad ima, Hec illis partib⁹ quibus moraris,& in omnibus quibus potueris cunctis nota facito,& obſeruare apoſtolica mandato auctoritate,quia & noſtri nobiſcū cōmiſſi in ſancta apoſtolica,& vniuerſali eccleſia omnes hec obſeruare nunc & futuris tēporibus profeſſi ſunt. His breuiter tuis frater magnifice reſpondi litteris. Quibus tua dilectio ita ſocietur,vt nichil in his que ad vniuerſalis eccleſie ſtatum pertinent, aut dubie agatur,aut ſegniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, vt nec negligentie partes,nec iuſtitie negligantur,ſed abſcū perſonarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod vt recta obſeruātia valeat cuſtodiri catholice primitus ſeruetur fidei integritas. Et quia per omnia anguſta & arta via eſt que ducit ad vitam,necū in ſiniſtrā necū in dextram ab eius tramite deuietur. Data quinto nonas Maii Valeriano, & gallicano.iiii.conſulibus,

ITEM EPISTOLA STE

PHANI PAPE DE ACCVSATIONIBVS SACERDOTVM.

STEPHANVS SANCTE APOSTOLICE, ET VNIuerſalis Romane eccleſie epiſcopus omnibus per diuerſas prouincias conſtitutis epiſcopis in domino ſalutem. Plurimum gaudemus in domino, & in dono gratie ipſi⁹ gloriamur, quod fides veſtra per bona opera creſcit magnifice,& dilatatur ampliſſime. Sed nimis affligimur & tribulamur de veſtra oppreſſione ſuper qua crebrior cōmeātiūvſcū ad nos fratrum ſermo perlatus eſt. A

Non oportuerat quidem ab illis a quibus ſuſtentari,& portari,atcū honorari debueratis,tantis vos oppreſſionibus concuti. Quapropter neceſſariū eſt,vt remotis taliū tergiuerſationibus,quibus venenoſa malitia reuelari,atcū obſcurari bonitas & veritas ſolet,adminiculum non modicum vobis a fidelibus impendatur,atcū ab hac apoſtolica ſede ſuffragetur,quos per diuinam gratiam Chriſti auxilio dignum eſt adiuuari,ne in totius eccleſie perturbationem imprudens pcedat intētio,& ea que a ſanctis predeceſſoribus noſtris,& reliquis ſanctis patribus dudū fuerant,phibita denuo reuiuiſcant. Loci nācū noſtri conſyderatione compellimur ea que ad notitiam noſtram emēdanda peruenerunt,propter dominū non derelinquere,ſed digna emendatione corrigere. Et ſi ſeculariſbus officiis ordo ſuus & tradita a maioribus diſciplina ſeruanda eſt, quis ferat eccleſiaſticos ordines temeraria preſumptione confundi,audita negligere, & emendēda non opem ferādo poſtponere? Audiuimus enimvos a quibuſdā accuſari non tam pro veſtra culpa quā pro eorum libitu, vt veſtra rapere poſſint,& ideovos nimis affligi & concuti,intātum vt etiam a ſedibus propriis pellamini,& tali occaſione eccleſie facultates veſtreū vaſtentur ac depredentur. Iſta chariſſimi nō oportet fieri,nec denuo replicari. Tamē neceſſe eſt que totiens vſurpātur,ſepius replicentur, & prohibeātur. Nam quicquid in ſacratis deo rebus & epiſcopis iniuſte agitur pro ſacrilegio reputabitur,quia ſacra ſunt & violari a quoquā non debent. ¶ Nullus enim epiſcoporū dū ſuis fuerit rebus expoliat⁹, aut a ſede ppria qualibet occaſiōe pulſus debet accuſari,aut a quoquā ei poteſt crimē obici,priuſquā integerrime reſtauretur,& omnia que illi ablata quocunqū ingenio fuerant legibus reintegrentur,& ipſe proprie ſedi & priſtino ſtatui regulariter reddatur,ita vt omnes poſſeſſiones,& cuncta ſibi iniuſte ablata atcū fructus oēsante ceptā accuſationē primates & ſynodus epiſcopo de quo agitur fundi tus reſtituant,quia hoc nō ſolū eccleſiaſtice,ſed etiā ſeculi leges fieri prohibēt. Necū aliquis eorū aut eccleſiarū auctorū vel defenſorū ad aliquos prius accuſari debet,quā ipſi charitatiue bis, & ter ab eis qui ſe leſos eſtimāt,vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt,conueniantur, vt ab eis aut familiarē emendationem,aut iuſtam percipiant excuſationem. Quod qui preſumpſerit liminib⁹arceatur eccleſie vſcū ad cōdignā ſatiſfactionem. Accuſatores vero & accuſationes quas ſeculi leges nō recipiūt,& anteceſſores noſtri prohibuerūt & nos ſubmouem⁹. Nullus enim alienigena aut accuſator eorum fiat aut iudex. Vnde & de loth ſcriptum eſt ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices? Accuſator autēveſtrorum nullus ſit ſeruus aut libertus, nullacū ſuſpecta perſona aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimicis,& omnes laici quia infeſtationem blaſphemie affectio amicitie incitare ſolet. Nec illi in veſtra ſunt ſuſcipiendi accuſatione,qui vos in ſua volunt recipere infamatione. Nullus enim anathema ſuſcipiatur,nec a quoquā credātur que ab eis vel dicuntur vel conſcribuntur. Eos quoqū dico anathematizatos eſſe, quos epiſcopi ſuis ſcriptis anathematizauerunt,aut eorum ſtatuta anathematizant. Per ſcripta enim nullius accuſatio ſuſcipiatur,ſed propria voce ſi le-

gitima & condigna accusatoris persona fuerit,presente videlicet eo quē accusare desyderat,quia nul-
lus absens aut accusari potest aut accusare.Nullius tamē prefati ordinis vir accusari potest, aut respō-
A dere suis accusatoribus debet,priusq̄ regulariter a suo primate vocatus sit, locumq̄ deffendendi &
inquirendi accipiat ad abluenda crimina. ¶Nulli enim metropolitani aut alii episcopi appellantur
primates nisi qui primas sedes tenēt,& quorum ciuitates antiqui primates esse censuerunt.Reliqui
vero qui ceteras metropolitanas ciuitates adepti sunt,non primates sed aut archiepiscopi aut metro
politani vocentur.Vrbes enim & loca quib⁹ primates presidere debēt,non modernis sed etiam mul-
tis ante aduētum Christi sunt statute temporibus,quarū primates etiam gentiles pro maioribꝰ etiā
negociis appellabant.In ipsis vero vrbibus post Christi aduētum apostoli & successores eorū patri-
arcas vel primates posuerunt.Ad quos episcoporum negotia salua in omnibus apostolica aucto-
ritate & maiores cause post apostolicā sedem sunt referende.Et licet(apostolo prohibente)inter chri
stianos non debeāt accusationes exerceri,sed si prohiberi non potuerunt acculationes episcoporum
ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri.Studēdum est tamen episcopis,vt dissidē
tes fratres magis ad pacē quā ad iudicium coerceātur.Episcopus autē aliter nō debet audiri aut iu-
dicari nisi in presentia omniū comprouincialiū,& ab omnibus comprouincialibus episcopis,quia
ipsis absentibus nec debet nec potest.Q ue vero persone ad accusationem eorum non sunt admittē-
de & superius ex parte dictum est,& latius tam hi quam & infames persone,in epistola quā dudū
hylario missimus sunt annumerate. Vltra prouincie vero terminos accusandi licentia non progre-
diatur,sed omnis accusatio intra prouinciā audiatur & a comprouintialibus terminetur nisi ad apo
stolicam sedem fuerit tātum appellatum. Et negāda est accusantibus licentia criminandi priusquā
se crimine quo p̄muntur exuerint,quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui cri-
minibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes quoniā periculosa est,& admitti non
debet rei aduersus quēcunq̄ professio.Familiares vero & sponte confessi atq̄ sceleribus irretiti non
debent admitti,nec hi qui hesterna die, aut pridie,aut ante fuerunt inimici.Clericus ergo qui epi-
scopum suum accusauerit,aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est,
& a gradu debet recedere,aut curie tradi seruiturus.Laicis quoq̄ quāuis religiosi sint,nulli tamē de
ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquā attributa facultas. Scimus dilectissimi
quia semper carnales spirituales solent persequi, & maliuoli beniuolos infamare & lacerare. Ideoq̄
apostoli & successores eorum ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusatio
nem quoniam si facilis esset,aut nullus, aut vix aliquis modo inueniretur.Throni enim deivocan-
tur,ideo non debent moueri,aut affligi vel perturbari.De ipsis ergo ait propheta.Celi enarrāt glo-
riā dei,& opera manuum eius annunciat firmamētum.Hi vero qui non sunt bone conuersationis,
& quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita & libertas nescitur non possunt eos accusare.
Primo semper accusatorū persone fides vita, & conuersatio est enucleatim inquirēda,& post ea que
obiiciunt fideliter sunt pertractāda,quia nichil prius fieri debet quā impetitorum persone fidesq̄ vi
ta & conuersatio diligenter discutiātur,ne alicuius inuidia aut inimicitia vel intentione mala quisq̄
B vexetur. ¶Criminationes aduersus doctorem nemo suscipiat,quia magis sunt doctores portandi
quā ledendi aut infamādi.Vnde ait apostolus.Alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legē
Christi.Caritas autem non est ambitiosa,non emulatur,non inflatur,non querit que sua sunt, sed
que Iesu Christi.Q ui manet in charitate in deo manet,& deus in eo. Et qui in deo manet nulli
vult nocere, sed omnes desyderat adiuuare & sustentare, sicut ipse dominus omnes venit saluare &
animam suam dare in redemptionem pro nobis. Eorum autem accusandi sacerdotes vel testi-
ficandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & diuinis vocibus damnatos vel mortuos esse
agnoscimus.Preuidere ergo summopere debent omnes qui sacerdotes domini persequuntur tam
occulte quā manifeste,ne subiectis domini damnētur preceptis,Per hieremiā autem prophetam
talib⁹ comminando dns loquitur dicens,Iniquitates nostre declinauerunt omnia,& peccata nostra
amouerunt bona a nobis,quia inuenti sunt in populo meo impii,& loquentes vana. Statuerunt ad
disperdendos viros & comprehenderunt,vt laqueus venantis plenus volatilibus,sic domus eorum
plena dolo. Et per Dauid ait. Q ui cogitauerunt malitias in corde tota die, versati sunt in preliis.
Exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. Et paulo post.Ca-
dent super eos carbones,in igne deiicies eos in foueas,vt nō consurgāt.Vir linguosus non dirigetur
in terra,virum iniustum mala capient in interitu.Scio quia faciet dominus causam inopis,iudicia

pauperum

pauperum. Item idem, Muta fiant labia dolosa. Et iterum per Hieremiam inquit, Omnes in sanguine iudicantur, vnusquisq; proximum suum tribulat; omnes in malum manus suas preparant. Hos dominus preuidens apostolis precepit ne facile serui sui lacerarentur, ne forte perderentur, aut in talem tentationem inciderēt quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli & successores eorum decretorum normas statuerunt, ne talium vox (que magis perdere nititur innocentes & simplices quam saluare) facile reciperetur, sed ipsi his iaculis pellerentur procul, & domini discipulos iuxta voluntates & versutias eorum minime perdere possent. Vnde & ipse dominus ait. Excutite puluerē de pedibus vestris in testimonium illis, Et alibi ipsa per se veritas de talibus dicit, Melius est illi, vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris, quam scandalizet vnū de pusillis istis, Et Iacobus apostolus iquit, Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiā. Qua enim fronte quis peccatorum suorum veniam sperat a deo se impetraturum, qui delinquenti fratri nichil per pietatis & clementie officium vult condonare? Profecto necesse est vt estimet se talem in iudicio deum experturum (cum ante iusti iudicis tribunal fuerit constitutus) qualem se fratri suo exhibuerit. Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis. Et Ioannes apostolus & euangelista ait, qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem.

¶Vos tamen filii charissimi hortamur vt patienter mala vobis illata domini adminiculo portetis, & A
his apostolicis preceptis tales procul pellite, ne more canino vos lacerare aut morderevaleāt. Memēto te etiam quia iuxta psalmographi vocem, homo sicut fenum dies eius, & vt flos agri ita floret, Et apostolus ait. Totus mundus in maligno positus est. Vnde precamur ne tales multum timeatis quia infames sunt & nō multum vobis nocere possunt, quia eorum vox extincta est, quoniam sic odit deus eos qui aduersus Patres armantur vt patrum inuasores, qui in omni mundo infamia sunt notati, Armamini ergo his apostolicis adminiculis contra eos, & spiritu principali roborate corda vestra, vt deus qui vos pastores in populo suo vocari voluit, non negligentes aut tepidos lupis superuenientibus fugientes inueniat, sed exemplo boni pastoris agnos pariter cum matribus & filiis ac filiabus viriliter deffensantes, atque ad sanctam matrem ecclesiam fideliter reportantes semper inueniat. Et quamquam dies mali sint vos tamen nolite esse imprudentes sed intelligentes que sit voluntas dei, Quam obrem confortamini & state in fide viriliter agentes ac omnia vestra in caritate fiant, & secūdum sanctum Euangelium in patientia vestra possidebitis animas vestras. Recordamini quoq; sanctorum apostolorum & prophetarum, & quia multum laborauerunt in domino, ideo adepti sunt premia sempiterna, Scitote etiam quoniam iuxta psalmiste vocem, Multe tribulatiōes iustorum, & de omnibus his liberauit eos dñs, Quapropter filii charissimi hortamur vos & deprecamur, vt crebris orationum vestrarum precibus deum exoretis vt liberemur nos & vos iuxta dictum apostoli ab importunis & malis hominibus quia non omnium est fides. Flagitate etiam vt deus & dominus noster qui est refugium pauperum, & spes humilium: sanctum suam ecclesiam preciosō videlicet sanguine suo redemptam, & nos qui eādem sanctam ecclesiam docere, regere, portare, & tueri debemus de predictis oppressionibus & tentationibus huius seculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, vt sermo dei currat & glorificetur glorioſum Euangelium domini nostri Iesu christi, & gratia eius in nobis vacua non fiat, ne sine fructu euangelii (quod absit) steriles in conspectu dei appareamus, & vacui filiorum filiarumque numero reuertamur, nec de absconditō talento domino veniente rei esse iudicemur, ista enim semper inuidet sathan. Et idcirco tales aduersum nos suscitat qui nos premant, & suffocent, vt domini oues absque nobis rapiat & in ima non existentibus pastoribus qui eos custodiant & deffendant ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate & orate atque vigilate ne hec fiant scientes nos semper paratos esse in omnibus quibuscunque dominus posse dederit modis vobis opem ferre, licet nos ab ipsis emulis sancte dei ecclesie & nostris non simus excepti, & tribulationes cordis nostri pro nostra & vestra tribulatione siue ouium nobis commissarum ad modum sint dilatate. Vos quoque obsecramus, vt iniunctum vobis a domino famulatum non negligatis, & omnes oppressos, & cunctos dei seruos atque generaliter omnes Christianos pro vt dominus posse dederit adiuuare studeatis, vt ante tribunal christi mercedem habeatis ppetuā. Et scitote qđ mēoria vīa corā deo est assidue. Nā quēadmodū dolētes cognoscim⁹ vos ab iniquis, & scelestis hoibus obturbari, ita continuo vobis compatimur deum orantes pro liberatione ac subleuatiōe vīe afflictiōis, que vobis (vñ grauiter āgimur) ab iniquis in dies irrogatur, & añ corpa

apostolorum pro vobis preces fiunt cotidie,vt & vos liberemini ab importunis & malis hominibus domini auxilio,& oues vobis commisse ad pascua eterne vite vna vobiscum perueniant sempiterna, Vnitatem & communionem dilectionis vestre valentem atq; proficientem in salutem omnium populorum creator omnium dominus omnipotens memorem nostri eternaliter custodiat,amē. Data Nonas Aprilis Valeriano & gallicano. iiii. cc. conces.

¶INCIPIVNT DECRETA SIXTI PAPE.

A EPISCOPVS SIXTVS GRATO COEPISCOPO SAlutem, Letari & gaudere me plurimū in christo Iesu domino nostro dilectionis tue scripta fecerunt,quibus euidenter ostenditur quantum catholicam diligis fidem,& quantum prauorum hominum detestaris errorem. Omnis enim heresis nimis est impia & euangelice veritatis inimica,que non portionem aliquam ledere,sed ipsa christiane religionis conatur fundamenta conuellere. Memor enim sum me sub illius nomine ecclesie possidere,cui⁹ a domino Iesu christo est glorificata confessio,& cuius fides nullum vnquam fallit,sed omnes quidem hereses destruit. Intelligo autem michi aliter non licere quam vt omnes conatus meos ei cause in qua vniuersalis ecclesie salus infestatur impendam. Agnosce fili Charissime non ex tēpore neq; post tempora filiū dei natum,sed āte omnia tempora de paterno vtero inenarrabiliter generatū,ipso deo patre per prophetam dicente, In splendoribus sanctorū ex vtero ante luciferum genui te. Quam sententiam & Esaias propheta dubiis atq; incredulis euidenter expressit,dum non aliunde filium quam de patre natum ineffabiliter ostendit,In humilitate inquit iudicium eius sublatum est,natiuitatē eius quis enarrabit? Et in libro Iob, Sapientiam dei ait,vnde inuenies? Latet enim ab oculis hominum,& a volucribus celi absconsa est. Expergiscere paululum & si lumen scientie in te ipsum aliquantum habes inuenies,neq; cuius natiuitas a propheta non potuit enarrari ex tempore,vel vt astruere ipse conaris non potuit generari. In principio (inquit Iohannes euangelista) erat verbum & verbum erat apud deum,& deus erat verbum:hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nichil. Et iterum. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum. In isto igitur quod dicitur erat,si tempus querere volueris,non inuenies,quoniam ex quo pater ex illo & filius,& quod pater est id est etiam filius,Salomone dicente. Ego ex ore altissimi prodii primogenita āte omnem creaturam. Ego feci vt in celo oriretur lumen indeficiēs, & nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito,& thronus meus in columna nubis,Gyrum celi circuiui sola,& profundum abyssi penetraui. In omnem terram steti, & populo primatum habui. Item ibi, Cum pararet Celum aderam illi: & cum sedem suam secerneret, Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes,& cū certos ponebat fontes sub celo,cum fortia faciebat fundamēta terre ego eram cum illo componens,& ego eram cui adgaudebat cum letaretur orbe perfecto. Et in psalmo centesimoprimo. Tu domine in pricipio terram fundasti,& opera manuum tuarum sunt celi, ipsi peribūt, tu autem permanes,& sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Non enim erat etas aut aliquod tempus antequam de patre filius nasceretur, quoniam qui tempora vniuersa propria potestate constituit,ex tempore vel post tempora nasci non potuit. His paucis sententiis breuiter consultis tuis respondi frater charissime.

B ¶De cetero tuam moneo dilectionem,vt cunctos quos errare cognoueris ad catholicam fidem & ad vnitatem recte credentium conuertere studeas, & tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si aūt te non audierint & errantes (quod absit) permāserint,nobis eos manifestare quam citius poteris nō tardes, vt apostolica auctoritate aut cito ad ecclesiam conuertantur aut ab ecclesia separentur,Audiuimus etiam quod quidam erronei & cōsentientes eis te & reliquos infestent episcopos, & episcopos aliquos comprouinciales ad vestram infamationem atque damnationem secum trahāt,quapropter in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum & ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum,vt omnes episcopi qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis quotiens necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem, atq; ad eam quasi ad matrem confugiāt,vt ab ea (sicut semper fuit pie fulciantur,deffendantur,& liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas & episcoporū iudicia antiqua apostolorum eorumque

ſucceſſorum atq; canonum auctoritas reſeruauit,quoniam culpantur epiſcopi qui aliter erga fratres egerint quā eiuſdem ſedis Pape fieri placuerit. Vnde placuit vt accuſatus vel iudicatus a compro/uincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter appellet, & adeat apoſtolice ſedis pontificem. Qui aut per ſe aut per vicarios ſuos eius tractari negotium procuret, & dum iterato iudicio pontifex cauſam ſuam agit,nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur epiſcopus,quoniam quāq; a com prouincialibus epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen diffiniri inconſulto Romano pontifice permiſſum eſt,cum beato Petro apoſtolo non ab alio quam ab ipſo dictum ſit a domino. Quecunq; ligaueris ſuper terram erunt ligata & in celo. Et quecunq; ſolueris ſuper ter/ram erunt ſoluta & in celo. Et ſi quis putauerit ſe a proprio metropolitano grauari apud prima/tem dioceſeos aut penes vniuerſalis apoſtolice eccleſie papam iudicetur. Ait enim Iacobus apo/ſtolus,iudicium ſine miſericordia illi fiet qui nō fecit miſericordiā. Superextollit autē miſericordiā iudicio. In omnibus ergo fili dilectiſſime cor cuſtodi ſicut ſcriptum eſt. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum,quia ex ipſo vita procedit. Hec breuiter pro cōmemoratiōe reſcripſi, ſed peto vt pro me orare debeas,quatinus omnipotens deus & a malignis me ſpiritibus & a peruerſis hominibus cuſtodire dignetur,quia in hac vite mee peregrinatione mala me ſimul & multa circundant, ita vt cum pſal/miſta iure dicam,In me tranſierunt ire tue,& terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me ſicut aqua tota die circundederunt me ſimul. Celeſtis gratia & nos in vrbibus, & vos vbiq; prote/gat,quia antiquus hoſtis terrarum locis a temptatione non excluditur,quia ſi in paradiſo hominē ſtrauit quis locus extra paradiſum eſſe poteſt in quo mentes hominum penetrare non valeat. An/tiqui enim hoſtis(cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum) ſunt ſemper oculi vigiles ad ani/mas hominum illaqueandum,multoſq; ſua prauitate ſecum in perditionem trahere cupit,qui ſua/pte malicia a gloria lapſus eſt in miſeriam. In ſola ergo creatoris noſtri protectione fidendum eſt, cui ex intimo corde clamemus. Eſto michi in deum protectorem,& i locum munitum, vt ſaluum me facias. Data kaleñ. Septembris Valeriano,& decimo,iiii,cc,conceſſ.

ITEM EPISTOLA SIXTI PAPE.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS PER HISPANIA/ A
rum prouintias cōſtitutis Sixtus epiſcopus in domino ſalutem. Magno mu/nere miſericordie dei totius eccleſie catholice multiplicata ſunt gaudia,cū eccle/ſiarum ſtatus eo viget ordine quo apoſtoli eorūq; ſucceſſores illū ſtatuerunt. Et cum antiqui hoſtis aſtutia eum turbari cognoſcimus, non modico con/triſtamur merore. Quam ob cauſam fratres hortamur vos monemus & fla/gitamus,vt a tramite apoſtolice inſtitutionis nequaquā recedatis,nec a capite diſſideatis,ſed fidem & ordinem quā apoſtoli & apoſtolici viri ſtatuerūt abſq; heſitatione teneatis. Nam ſi columne alicuius magne domus corruerint ipſa poſtea domus minime ſtabit. Sic & vos qui columne eccleſie eſtis ſi labefactari ceperitis ſancta eccleſia (que per vos regitur) tabeſcet & la/betur,hec fratres que dico valde timendda ſunt,& ſummo moderamine penſanda,atq; ne fiant ca/uenda, ipſa enim veritas per ſe dixit, vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur? & cetera. ¶ Ideo vos chariſſimi moneo,quia vobis debitor ſum,& valde vos diligo. Et quando bo/na audio de vobis cōgratulor ſatis,& econtra quando aduerſa nimis conturbor. Ego vero quamuis a vobis per longa terrarum interualla diſiunctus ſim, ſum tamen omnino vobiſcum corde con/iunctus. Ideoq; de veſtra beatitudine erga me modis omnibus confido,quia cum me viciſſim di/ligitis a me longe non eſtis,vnde magis gratias referimus illi grano ſinapis quod ex modici deſpi/cabiliſq; ſeminis ſpecie ita ramis ex eadē radice ſurgentibus atq; ſe diſtēdētibus vſq; quaque diffu/ſum eſt, vt in eis volatilia celi cuncta nidificēt. Gratiaq; ſit fermento illi qd tribus farine ſatis totius humani generis maſſam invnitate conſperſit,atq; paruo lapidi qui abſciſſus de mōte ſine manibus occupauit vniuerſam faciē orbis terre qui ad hoc naturam noſtre carnis & ſtatus ſeruilis formā aſſu/mēs humiliter vſquequaq; diſtendit, vt omni humano genere in vnitatem redacto totius corpus vnitum perficeret eccleſie, atq; ita ad totius compaginis pertineret commodum membrorum

partialis ista distinctio,Vnde nos quoq; a vobis longe non sumus,quia in illo qui vbiq; est vnum sumus. Agamus ergo ei gratias qui solutis inimicitiis in carne sua fecit vt in omni orbe terrarum vnus esset grex, & vnum ouile sub seuno pastore semper memores quid vos veritatis predicator admoneat dicens. Sollicíti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis, vinculum enim pacis nemo A seruat dum alíū infestat,aut verbis,aut factis persequitur, ¶Ideo fratres ista pretulimus,quia audiuimus inter vos accusationes exerceri,& pulsos a sedibus episcopos aut suis rebus expoliatos iudicari. Quapropter statutum est,vt si quis contra episcopum vel auctores ecclesie se proprium credíderit habere negotium,non prius adeat iudices quā ad eos recurrat charitatis studio,vt familiari collo quio cōmoniti ea sanare debeant que in querimoniā deducuntur. Quod si aliter egerit communione priuetur.Nemo pontificū deinceps aliquē episcopum suis expoliatum rebus aut a sede pulsum excommunicare aut iudicare presumat,quia non est preuilegium quo expoliari possit iam nudatus.Nullus episcopus alterius parochianum presumat retinere aut ordinare absq; eius voluntate vel iudicare,quia sicut irrita eius erit ordinatio ita & diiudicatio,quoniam censemus nullum alteri? iudicis (nisi sui) sententia teneri.Nam qui eum ordinare non potuit nec iudicare vllatenus poterit. Ista enim vobis deinceps tenenda,& fratres vicissim adiuuare mandamus.Fratres vero quos timore terreno iniuste dānastis scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus ex auctoritate sancti Petri apostolica auctoritate omnia que eis ablata sunt integerrime reddi precipimus, si non vultis vos & principes vestri a collegio nostro & membris ecclesie separari. Iusto enim iudicio dei datur plerūq; peccatorib? potestas qua sanctos ipsius persequātur,vt qui spiritu dei iuuantur & aguntur fiant per laborum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agūt nullatenus euadāt penam, quia vt ait dominus, ve illi per quē scandalum venit. Et quāq; iuxta saluatoris sententiam necesse sit venire scandala,ve tamen per quē veniunt. De occultis enim cordis alieni temere iudicare peccatum est,& eum cuius nō videntur opera nisi bona iniquū est ex suspitione reprehendere,cum eorum que homini sunt incognita solus deus iudex sit iustus,qui inspector est verus. Vnde scriptum est, incerta non iudicemus quoad vsq; veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordiū. Et quāuis vera sint non tamen credenda sunt,nisi certis indiciis comprobentur,nisi que manifesto iudicio conuincuntur,nisi que iudiciario ordine publicantur. Nullus ergo potest ex humano cōdēnari examine quē deus suo iudicio reseruauit. Hec omnia summopere sunt precauēda ne presumptores esse videamur. Et accusatio episcoporum non est facile recipienda dicente domino. Non suscipias vocem mendacii. Et apostolus inquit aduersus presbyterum inscriptionem nō recipiendam absq; duobus vel tribus idoneis testibus. Si hec de presbyteris vel ceteris fidelibus sunt precauēda quanto magis de episcopis? Quibus cognitis magis vos dominari velle manifestum est quā consulere fratribus,aut sustentare eos,quia honor inflat superbiam, & quod prouisum est ad concordiā tendit ad noxam. Decuerat namq; iuxta prefatas regulas,vt si aliquid egissent contra suum ordinem mandare nobis,& expectare quid ad vestra consulta rescriberemus in tantum vt si etiam quicquā graue intolerandumq; committeret nostra prestolaretur censura,vt nichil prius aut aliquid aliud decerneretis quam quod nobis placere cognoueritis,& a regulis prestitutis nulla aut neglígentia,aut presumptione recederetis. Cesset huiusmodi presla nostra auctoritate presumptio, vi tentur huiusmodi nocumenta,quia nequaquā talia patienter ferre possumus machinamenta,quoniam conuenit nobis paternarum sanctionū diligentes esse custodes. Merito namq; causa nos respicit si silentio faueamus errori. Et insuper a sanctis predecessoribus nostris plerumq; iam statutum,vt nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione,nec illi qui nosin sua nolunt recipere querela vel accusatione,cum nos super illos sciamus a domino constitutos non illos super nos. Et sicut maior non potest a minore iudicari ita nec colligari,quia rarum est omne quod magnum est. Portemus onera omnium qui grauantur quinimmo hec portat in nobis beatus apostolus Petrus cui? vice fungimur legatione, & cuius regula informamur,quatenns eius fulti auxilio ab omnibus nūc & in perpetuū tueamur aduersis. Data xvii. kaleñ. Augusti Valeriano,& decio. iiii. cc. consl.

INCIPIVNT DECRETA DIONISII PAPE.

¶Dionisius

DIONISIVS EPISCOPVS VRBANO PREFECTO A
ſalutem. Summū bonum eſt amare amātes ſe. Et econtra peius malum non eſt quā vt ciues cuibus inuideāt. Gratias ſiquidem agimus tue charitati quod fi/deles ſancti Petri bene ſuſcipis & adiuuas, vnde ſcias te & a nobis noſtriſq; dili gi,& tui tuorūq; non modicum curā habere. Quapropter tuā hortamur dile/ctionem,vt bonū quod cepiſti ſemper implere non differas,quia non laudatur initium ſed finis,Sapientiā etiam te hortamur diligere & ſcrutari,vt rationabi/liter & ſapienter diſponas & iudices ea que tibi cōmiſſa ſunt,dicente domino per prophetā. Erudi/mini qui iudicatis terram. Time ergo deum & mandata eius ſerua,& dilige eum totis viſceribus, & proximū tuum ſicut teipſum. Deus altiſſim⁹ creauit ſapientiā in ſpiritu ſancto. Et vidit & dinu merauit & menſus eſt,& effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem. Secundum datū ſuum prebuit illam diligentibus ſe. Timor domini gloria & gloriatio,& letitia, & corona exul tationis. Timor domini delectabit cor & dabit letitiā & gaudium in longitudine dierum. Timēti deum bene erit in extremis,& in die defunctiōis ſue benedicetur,dilectio dei honorabilis ſapientia. Quibus autem apparuerit in viſu diligunt eum in viſione,& in agnitione magnalium ſuorū. Ini/tium ſapientie timor domini. Et cū fidelibus in vulua concreat⁹ erit,& cū electis feminis graditur,& cum iuſtis fidelibus agnoſcitur. Timor domini ſcientie religioſitas,religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor, iocunditatem atq; gaudium dabit. Timenti deum bene erit. Et in diebus conſummationis illius benedicetur. Plenitudo ſapietie eſt timere deum,& plenitudo a fructibus illius. Omnē domū illius impleuit a generationibus & receptacula a theſauris illius. Corona ſapientie timor domini, replens pacē & ſalutis fructum,& vidit & dinumerauit eā. Vtraq; autem ſunt dona dei ſcientia & in/tellect⁹, Sapiētia cōpartietur prudētie & gloriā tenētiū ſe exaltat. Radix ſapietie eſt timere deū ramienim illius longeui in theſauris ſapientie intellectus,& ſcientie religioſitas,execratio autem peccato/ribus ſapiētia. Timor domini repellet peccatū, nā qui ſine timore eſt,non poterit iuſtificari, Iracundia enim animoſitatis illius ſubuerſio illius eſt. Vſq; in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iocunditatis. Bonus ſenſus vſq; ad tempus abſcondet verba illius,& labia multorum enarrabūt ſenſum illius. In theſauris ſapientie ſignificatio diſcipline,execratio aūt peccatori cultura dei. Fili concupiſcens ſapientiam conſerua iuſtitiam,& deus prebebit illā tibi. Sapientia enim & diſciplina timor domini. Et quod beneplacitū eſt illi fides & manſuetudo & adimplebit theſauros eius. Contumax non ſis & incredibilis timori domini,& ne accedaris ad eū duplici corde. Ne fueris hypocrita in cōſpectu hominum,& non ſcandalizeris labiis tuis. Attēde tibi ne forte cadas,& ponas ſcandalū anime tue & adducas in honorationem tibi, & reuelet deus abſconſa tua. Pro fide frater & iuſtitia ac p/ſalute anime tue certa ſemper,& pro adiutorio fratrum viriliter age,vt a domino recipias remunerationem. Scriptum eſt enim, Fili conſerua tempus,& deuita a malo,pro anima tua nō confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio adducēs peccatum,& eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam,nec aduerſus animā tuam mendacium. Non reuerearis p/ximum tuum in caſu ſuo,nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoſcitur ſapientia,& ſenſus,& ſcientia,& doctrina in verbis veritatis, & firmamētum in operibus iuſtitie. Non contradicas veritati vllo modo,& de mendacio ineruditionis tue confundere. Nō confundaris cōfiteri peccata tua,& ne ſubiicias te homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciē potentis,nec coneris cōtra ictū fluuii. Pro iuſtitia agnonizare pro anima tua,& vſq; ad mortem certa pro iuſtitia. & deus expugnabit pro te inimicos tuos,& eos euertet viriliter, noli citatus eſſe in lingua tua & inutilis & remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertēs domeſticos tuos & opprimens ſubiectos tibi. Non ſit porrecta man⁹ tua ad accipiēdū,& ad dādū collecta. His fultus ſcripturarū auctoritatibus ſemper ſta rectus & a via veritatis ne auertaris,vt gratiam dei ſemper acquiras,& bonorum hominum amicitia ſemper fruaris,tantoq; tua faciēs ab amore huius ſeculi mens exeat,quāto & impellitur dum vocatur. Nam vos & preſentes videre cupimus & abſentibus colloqui ſaltim per epiſtolā deſideramus. Vnde optamus, vt vos beat⁹ Petrus apoſtolorum princeps ad ſua limina feliciter perducat,quatin⁹ in omnipotētis gratia per/frui veſtra p̄ſentia mereamur. Data. iiii. nonas Februarii Aureliano,& Baſſo. iiii. cc. conceſſ.

¶ITEM EPISTOLA DIONISII PAPE AD SEVERINVM EPISCOPVM. i.ii.

¶EPISTOLA DIONISII PAPE.

A DIONISIVS EPISCOPVS SEVERO EPISCOPO SA
lutem. Olim & ab initio tantã percepimus a beato Petro apostolorum princi
pe fiduciã,vt habeamus auctoritatem vniuersali ecclesie auxiliante domino
subuenire,& quicquid noxiuũ est auctoritate apostolica corrigere & emenda
re. Ad hoc enim diuine dispensatiõis prouisio gradus & diuersos cõstituit or
dines esse distinctos,vt dum reuerentiã minores potioribus exhiberẽt, & po
tiores minoribus dilectionẽ impenderent vna concordie fieret ex diuersitate
contextio,& recte officiorum generetur administratio singulorum. Neqꝫ enim vniuersitas alia po
terat ratione subsistere,nisi huiusmodi magnus eã differentie ordo seruaret. Quia vero creatura in
vna eadẽqꝫ equalitate gubernari vel viuere non potest celestium militiarum exemplar nos instruit,
quia dum sint angeli,sint archãgeli liquet quia nõ equales sunt,sed in potestate & ordine sicut nosti
differt alter ab altero. Si ergo inter eos qui sine peccato sunt ista cõstat esse distinctio: quis hominũ
abnuat huic se libẽter dispositiõi submitteret? Hinc & enim pax & charitas mutua se vice cõplectũ
tur,& manet firma concordie in alterna & deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur vnũqdqꝫ
tunc salubriter completur officium cũ fuerit vnus ad quẽ possit recurrere prepositus. De ecclesiis
ergo parochianis vnde apostolicã sedem consulere voluisti,qualiter sint custodiẽde per corduben
sem prouintiã ac diuidende sacerdotibus,nichil tue charitati melius nobis videtur intimare, quãvt
sequaris qđ nos in romana ecclesia nuper egisse cognoscitur. Ecclesias vero singulas singulis pr̃by
teris dedimus,parochias & cymiteria eis diuisimus,& vnicuiqꝫ ius proprium habere statuimus,ita
videlicet vt nullus alterius parochie terminos aut ius inuadat,sed vnusquisqꝫ suis terminis sit contẽ
tus,& taliter ecclesiã & plebẽ sibi cõmissam custodiat,vt ante tribunal eterni iudicis ex omnib⁹ sibi
cõmissis rationem reddat,& non iudicium sed gloriã pro suis actib⁹ accipiat. Hanc quoqꝫ normã
charissime te & omnes episcopos sequi conuenit,& quod tibi scribitur omnibus quibuscũqꝫ potue
B ris notum facias,vt nõ specialis sed generalis fiat ista p̃ceptio. ¶ Crimina vero que episcopis impin
gere dicis per alios non sinas vllo modo fieri nisi per ipsos qui crimina intendunt. Si tamen ipsi di
gni & irreprehensibes apparuerint, & actis docuerint publicis omni se carere suspitione & inimi
citia,& irreprehensibilem fidem conuersationẽqꝫ ducere. Nemini enim de se confesso credi potest
super crimẽ alienum,quoniã omnis eiusqꝫ rei confessio periculosa est, & admitti non debet. Simili
ter alieni erroris socium vel a sui voluntarie propositi tramite recedentem,aut sacris patrum regulis
& constitutionibus inobediẽtem suscipere non possumus,nec debemus,nec impetere recte creden
tes vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus,quia infames omnes esse cen
semus,qui suam aut christianã p̃uaricantur legem,aut apostolicã vel regularem libenter postponũt
auctoritatem. Hec itaqꝫ frater charissime que pro affectu sacerdotalis nominis & honoris impendi
mus,tibi tuisqꝫ subditis & omnibus tenenda & aliis nuncianda atqꝫ predicanda mandamus,quib⁹
& pietas ad vtilitatem,& sit ad fructum dilectio. Vnde obiurgando hortando suadendo,blandien
do,consolando prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis
aculeus. Timidos retundat,iratos mitiget,pigros exacuat,disides hortando succendat,tefugienti
bus suadeat,asperis blandiatur,desperatos consoletur,vt quia doctores dicimur viam salutis gradiẽ
tibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes,aditum contra hostis insidias sollicíti muniamus.
Et si quando perditam ouem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas
dominicas reuocare contẽdamus, vt de pastoris nomine quod habemus non supplicium sed pre
mium consequamur. Quia ergo in his omnibus diuine gratie adiutorium opus est, omnipoten
tis dei assiduis precibus clementiam exoremus,quatinus ad hec nobis operanda & velle tribuat &
posse concedat,atqꝫ in ea nos via cum fructu boni operis quam se pastor pastorum esse testatus est
dirigat,vt sine quo nichil agere possumus per ipsum implere omnia valeamus. Data quinto idus
Septembris Claudio,& Paterno. iiii. cc. consul.

INCIPIVNT DECRETA
FELICIS PAPE.

¶ Charissimo

CHARISSIMO ATQVE DILECTISSIMO PA/ A
terno coepiſcopo felix epiſcopus in domino ſalutē. Gaudere me plurimum &
exultare in domino dilectionis tue ſcripta fecerunt,quibus euideter oſtēditur
quātum catholicā diligis fidem,& quātum hereticū deteſtaris errorem. Here
ſis quippe eſt nimis impia & euangelice veritatis inimica que non portionem
aliquā ledere,ſed ipſa chriſtiane religiōis conatur fundamēta cōuellere,Q uoſ/
cunq; enim rapit ad ſe,non ſolum in hocvitiū,ſed in multa alia vitia ruere facit,
& ipſo ſuadente antiquo hoſte non ſolum perſecutores eccleſie,ſed etiam ſacerdotum eius fiūt,Vna
igitur mente corrigere curem⁹& inſequamur tales, & ab hoſte ſuo eccleſiā eiuſq; fideles & ſacerdo/
tes dñi nitamur liberare,Preſtabit vires omnipotēs redēptor noſter charitati,atq; iuſtitie.Preſtabit
nobis longe a ſe poſitis vnitatem ſpiritus ſui. Ipſe cuius artificio quaſi in arche modū quattuor mū
di conſtructa lateribus atq; imputribiliū lignorum compage,& bitumine charitatis aſtricta,vt nul/
lius aduerſitate ſpiritus,nullius venietis exttinſecus tumore fluctus perturbetur eccleſia.Sed quēad
modum illius gubernāte gratia petendū eſt,vt nulla nos ſuperueniens exterius vnda conturbet ita
ex totis orandum eſt viſceribus frater chariſſime, vt ſue prouidentie dextera cumulū ſentine nobis
interioris exhauriat.Aduerſarius quippe diabolus qui contra humiles ſeuiēs ſicut leo rugiēs circuit
querens quē deuoret,non iam vt cernimus caulas circuiuit,ſed ita valide in quibuſdā eccleſie neceſ/
ſariis membris dentem figit,vt nulli ſit dubium, quia niſi vnanimiter fauente domino cunctorum
prouida paſtorū turba concurrat,omne(quod abſit)citius ouile dilaniet. ¶Q uapropter detracto/ B
res qui diuina auctoritate eradicādi ſunt, & fautores inimicorum ab epiſcopali ſubmouemus accu/
ſatione,Similiter ne ſummorū quiſpiā minorum accuſationibus impetatur, aut diſpereat, neq; in re
dubia certa iudicetur ſententia, nec vllum iudicium niſi ordinabiliter habitū teneatur.Si quis ſuper
quibuſlibet criminibus clericum pulſandum crediderit,in prouintia in qua conſiſtit ille qui pulſa/
tur ſuas exerceat actiones,nec eſtimet eū accuſator alibi aut longius pertrahendum ad iudiciū.Ille
vero qui pulſatus fuerit,ſi iudices ſuſpectos habuerit liceat appellare primates.Primates quoq; accu
ſatum diſcutientes epiſcopum non ante ſententiam proferāt damnationis quā apoſtolica freti auc/
ritate aut reū ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes & canonice examinatos regulariter teſtes con/
uincatur,irritā eſſe iniuſtā epiſcoporum damnationem,idcirco a ſynodo retractādā,Ita vt oppreſſis
ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis. Caueāt iudices eccleſie ne abſente eo cuius cauſa ventila
tur ſententiam proferāt,quia irrita erit qui etiam rationem pro actione fratrum in preſentia dabunt.
Proditorū vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorē amplius poteſt cognoſcere,
quā ille qui iniuriā eiuſq; ſuſtinuit nequitiā.Omnes ergo qui in chriſto volūt pie viuere neceſſe eſt,
vt ab impiis & diſſimilibus patiātur opprobria,& deſpiciantur tāquā ſtulti & inſani. Q ui preſen/
tia bona perdunt,vt inuiſibilia & futura acquirāt. Deſpectio tamen & irriſio taliū in ipſos retorque
bitur qui ipſos infeſtant, quia & abundātia eorum in egeſtatem,& ſuperbia trāſibit in confuſionem
Et quicquid iuſtis aduerſitatū vel malorum irrogatur,non eſt pena criminis,ſed virtutis examē. Et
ſicut aurum quāto plus excoquitur tāto melius efficitur,ſic iuſtus quāto plus tribulatur (ſi ipſam tri
bulationem patienter portauerit)multo purior & clarior deo redditur. Vnde ipſa per ſe veritas dicit.
Beati qui perſecutionem patiuntur ꝓpter iuſtitiā,quoniam ipſorum eſt regnum celorum. De tali/
bus dominus per eſayam loquitur dicens.Audite verbū dñi qui tremitis ad verbum eius, Dixerūt
fratres veſtri odiētes vos & abiiciētes ꝓpter nomē meum. Glorificetur dñs & videbimus in letitia ve
ſtra,ipi autē cōfundētur,Vox populi de ciuitate,vox de tēplo,vox dñi reddētis retributionē inimicis
ſuis,Antequā pturiret peperit anteq̄ veniret part⁹ eius peperit maſculū. Q uis audiuit vnq̄ tale,& qs
vidit huic ſimile? Nūquid parturiet terra ī die vna, aut parturietur gēs ſimul quia parturiuit & pepe
rit ſyon filios ſuos? Nūquid ego qui alios parere facio ipe nō pariā dicit dñs? Si ego qui generatio/
nē ceteris tribuo ſterilis ero ait dñs de⁹ tu⁹,Letamini cū Hieruſalē & exultate ī ea oēs qui diligitis eā,
gaudete cū eavniuerſi gaudio,q lugetis ſup eā,vt ſuggatis & repleami ab vbere cōſolatiōis ei⁹,vt mul
geatis,& delitiis affluatis ab oīmoda gloria ei⁹,ga hec dicit dñs. Ecce ego declinabo ſup eā quaſi flu/
uiū pacis,& q̄ſi torrētē inūdātē gloriā gētiū quā ſuggetis Advbera portabimi & ſup genua blādiētur
vobis Q uō ſi cui mater blādiatur ita ego cōſolaborvos& i iſralel cōſolabimi. videbitis& gaudebit cor
vim,& oſſavia ſicut herba germiabūt, Et cognoſcetur man⁹ dñi ſeruis & idignabitur iimicis ſuis, qa
ecce dñs ī ignevēiet & q̄ſi turbo q̄driga ei⁹ reddere ī idignatōe furorē ſuū, & icrepationē ſuā i flāma

ignis. Quia in igne dominus diiudicat,& in gladio suo ad omnē carnē, & multiplicabūtur interfecti a domino. Qui sanctificabātur & mundos se putabāt in ortis post ianuā intrinsec⁹,qui comedebāt carnē suillā,& abhominationem & murē simul consumentur, dicit dominus. Ego autē operā eorum & cogitationes eorū venio,vt congregem cum omnibus gentibus & linguis,& venient & videbunt gloriam meā,& ponā in eis signum. Et mittā ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in mari in affrica,in lidia,tenentes sagittā in italiā & greciā,ad insulas longe ad eos qui nō audierūt de me, & non viderunt gloriā meam,& annunciabunt gloriā meā gentibus,& adducent omnes fratresvestros de cunctis gentibus donū domino in equis & i quadrigis,& in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montē sanctū meū Hierusalē, dicit domin⁹. Quomodo si inferāt filii israel munus invase mundo in domo dñi,& assumā ex eis in sacerdotes & in leuitas,dicit domin⁹. Quia sicut celi noui, & terra noua que ego facio stare coram me dicit dominus.sic stabit semenvestrum & nomen vestrū. Et erit mensis ex mense & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit dominus. Egredientur & videbunt cadauera virorum qui preuaricati sunt in me,vermis eorū non morietur,& ignis eorum nō extinguetur,& erunt vsq; ad sacietatē visionis omni carni. Quid aliud detrahentes faciunt,nisi in puluerem flant,atq; in oculos suos terrā excitāt? Ei vnde plus detractionis perflāt inde magis nichil veritatis vident? Tales tamen frater charissime portādi sunt & corrigendi,quia ceci sunt & duces cecorum.His charissime respōdi breuiter consultis tuis que te & omnes episcopos regulariter tenere mandamus. Tuā tamen frater monemus prudentiā, vt pro statu ecclesie & sacerdotum eius pro viribus elaborare studeas,& ordinem sancte Romane & apostolice ecclesie per omnia teneas,& violari sanctorum decreta non permittas,sed omnes quoscunq; potueris instruas,vt fructuosos manipulos domino representes, Vale. Data nona Iunii. Claudio & Aureliano. iiii. cc. consess.

¶EPISTOLA FELICIS PAPE.

FELIX EPISCOPVS VNIVERSIS EPISCOPIS PER gallie ꝓuincias cōstitutis in dño salutē,

A Bonorū operū & spiritualiū studiorū deū auctorem esse non dubium est,qui eorū incitat mentes & adiuuat actiones, Vnde letari me fecerunt scripta vestra ex bono studio & ex integritate fidei deuotionis vestre, sed ex afflictione & contritione vestra magna ex parte tristauere. Tristis enim tristes legi litteras vestras,& scripta mesta merore debito ꝓcucurri,quia sicut nos ecclesiarū pax sacerdotūq; eius concordia & trāquillitas plebis audire facit gaudium celeste. Ita nos affligit & deiicit fraterna afflictio. Vos tamen nolite multum tristari,quia sicut ipsa per se veritas ait. Si de hoc mundo fuissetis,mundus quod suū erat diligeret, sed quia de hoc mundo nō estis, sed ego elegi vos de mundo.propterea odit vos mundus id est mundi amatores. Quicquid tamē hi loquātur aut aduersum vos agāt,vos tamen semper integrā seruate fidem,& purā habetote conscientiam,vt integer spiritus & anima seruetur in die dñi. Nos vero ad supplemētum vestrum fratres & coepiscopos nostros vocauimus amplius quā septuagintacum quibus hec que subter habētur inserta, regulariter tractādo decreuimus. Vestris enim epistolis in omniū audiētia perlectis que multas (vt nostis)querimonias & oppressiones in se cōtinebātvestras, decretisq; que sunt de accusationibus episcoporum sancta synodus dixit. Hec sunt que deinceps ꝓpter malorum hominū insidias qui in ecclesiam & in ecclesiasticos seuiunt viros indifferenter conseruare firmissime volumus in secula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt fuerit accusatus,postq̄ ipe ab eis charitatiue conuentus fuerit,vt ipsam causam emādare debeat, & eam corrigere noluerit,non olim, sed tunc ad summos primates causa eius canonice deferatur,qui in congruo loco infra ipsam prouintiā tempore congruo,id est autūnali vel estiuo conciliū regulariter cōuocare debebūt, ita vt ab omnibus eiusdem prouincie episcopis inibi audiatur. Quo & ipse regulariter conuocatus si eum aut infirmitas,aut alia grauis necessitas non detinuerit adesse debebit,quia vltra prouincie terminos accusandi ante licentia non est,quā audientia rogetur. Nam si suis fuerit aut ecclesie sibi commisse rebus expoliatus, aut(quod absit)quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus a sede propria eiectus, aut in detentione aliqua a suis ouibus fuerit sequestratus, tunc canonice anteq̄ in pristino restituatur eū omni priuilegio suo honore & sua omnia que insidiis inimicorū suorū ei ablata fuerunt legibus reintegrentur,nec conuocari,nec iudicari poterit,nisi ipe pro sua necessitate(minime tn iudicādus) aduenire

aduenire ſponte elegerit.Nullatenus ergo a quoquam reſpõdere rogetur antequam itegerrime oia que per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat poteſtati eius ab honorabili concilio legal' ordi ne redintegrentur,Preſul vero cum omni honore ſtatui priſtino reddatur,& ipſe diſpoſitis ordina/ tiſq; libere atq; ſecure diu ſuis tunc regulariter infra quatuor vel quinq; aut ſeptem menſes,iuxta qđ poſſibilitas ei fuerit,& nõ ante cõuocatus ad tẽpus cõcilio in legitimo & canonico veniat ad cauſam, & ſi ita iuſte videtur accuſantiũ,ppoſitionibus reſpondeat. Nam hoc ſummopere prouidẽdum eſt, ne anteq̃ hec omnia fiãt coactus reſpondeat,quia cõtentio ſemper vitanda eſt. Adimi nãq; epiſco/ po epiſcopatum anteq̃ cauſe ei⁹ exitus appareat nulli chriſtiano videri iure poteſt,quia talis p̃ſum/ ptio ſacrilegium eſt,& auctor talium ſacrilegus.Quod ſi egrotãs fuerit epiſcop⁹,aut aliqua eũ gra/ uis neceſſitas detinuerit pro ſe legatum ad ſynodũ mittat,nec a cõmunione ſuſpẽdatur cui crimen in tenditur,niſi ad cauſam ſuã dicendã electorum iudicium die ſtatuta litteris euocatus minime occur rerit,hoc eſt niſi alia preoccupatiõe neceſſitatis infra ſpaciũ predictorum mẽſiũ & eo amplius,prout cauſa dictauerit.Quod ſi ex vtraq; parte ad cãm dicendã venerint quia vnus abſq; altero audiri nõ debet. querendum eſt in iudicio cuius ſint conuerſationis & fidei atq; ſuſpitionis accuſatores, aut qua intentione hoc faciãt,quia ad hoc admitti nõ debent niſi bone conuerſationis & recte fidei viri, hi videlicet qui omni ſuſpitione careãt,& bona vita clareãt neq; infames exiſtãt, Quod ſi accuſatorũ perſone in iudicio epiſcoporũ culpabiles apparuerint,ad arguendũ non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere,non tamen criminales vel eccleſiaſticas voluerint. Infamis enim perſona nec procura/ tor põt eſſe nec cognitor. Abſente vero aduerſario non audiatur accuſator,nec ſentẽtia abſente parte alia a iudice dicta vllã obtinebit firmitatem, neq; abſens per alium accuſari aut accuſare poteſt. nec affinis teſtis admittatur ,Neminem ergo exhiberi de ꝓuincia ad prouinciã vel ad comitatum opor tet niſi ad relationem iudicis ad quem fuerit appellatũ,id eſt,vt actor ſempet rei forum ſequàtur, Si quis autem iudicẽ aduerſum ſibi ſenſerit vocem appellationis exhibeat,quam nulli oportet negari.
Peregrina vero iudicia generali ſanctione ꝓhibemus,quia indignum eſt vt ab externis iudicetur,q cõprouinciales & a ſe electos debet habere iudices. ¶Hec fratres ad veſtram & omnium coepiſco/ porum opem & defenſionẽ in ſynodo vnanimiter ſunt decreta,vt ſi forte aliqui ſtultorum vos accu/ ſare(qui diabolice deceptiõis errore decepti ſunt)voluerint,dũ iſta legerint vel audierint reſipiſcãt,& ad vnitatis cõcordiã reuertantur,& quod prius erat in vltionem trãſibit in gloriã. Nam ꝓculdubio multi ſunt qui ſecundum apoſtoli vocem prurientes auribus a veritate auditum auertũt,ad fabulas autem conuertũtur,& ad nocumẽta bonorum trãſeunt. Ait autem idem apoſtol⁹ de infidelitũ igno/ rantia,Si cognouiſſent nunquam dominum glorie crucifixiſſent. Similiter ſi hi dominum perfecte agnouiſſent & amaſſent nunquã ſeruos ei⁹ perturbaſſent,nec verbis aut factis perſecuti eſſent. Qđ vero idẽ apoſtol⁹ dicit, Si enim cũ inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per mortem filii eius,cur inſequimur fratres,cur perturbamus ſtatum eccleſie dei,& eos qui ei ſeruire debent affligim⁹? Mar tyres enim paſſi ſunt,non tamen anime eorum occiſe ſunt in corporis paſſione ore veritatis atteſtãte, Nolite timere eos qui occidũt corpus,animam autem non poſſunt occidere. Vbi agnoſci oportet ꝙ ſi anime martyrum corpore peremptо ſuppliciis extingui nõ poſſunt,nec anime predicatorũ & do ctorum perſequi debuiſſent aut perturbari & a dei famulatu auerti,quia cum corporibus nõ defici/ unt. Tales autẽ perturbatores eccleſie nõ ſolũ predicta agũt mala,ſed & memorias martyrum exe/ crãtur. Quapropter in prefata conſtituimus ſynodo,vobiſq; & omnibus eccleſiis tenendũ & agen/ dum mãdamus,vt ſuper memorias martyrum miſſe celebrãtur,ne memorie eorum a talibus extin gui aut veneratio poſſit ꝓhiberi. Vos vero fratres nolite multum turbari,nolite vexari,ſed conforta/ mini in dño,& in potentia claritatis eius. Habetote interim iſta ad ſuffragium veſtrum apoſtolica auctoritate decreta,& ſcitote nos ſemper paratos habere etiam(ſi neceſſe fuerit)vſq; ad mortẽ ad que cũque vobis neceſſaria fuerint domino opem ferẽte)perficienda. Illi tñ auctore deo peribunt & vos ſtabitis,ſi tamen labor veſter nõ fuerit inanis ſed plenus fide & charitate,Ve(inquit propheta)qui po tum dat amico ſuo mittens fel ſuũ,Et iterum ſapientiſſimus Salomon ait. Qui loquitur iniqua nõ poteſt latere nec preteriet illum correptiõis iudicium,in cogitationibus ergo impii interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad dominum perueniet,& ad correptionem iniquitatũ illius,quo/ niam auris zeli audit omnia,& tumultus murmurationum nõ abſcondetur. Hec enim ſi amplecti voluiſſent ꝓprio & ſano ſenſu,ad reprobum ſenſum miníme laberentur,ſed per dei timorem ſermõ num ſuorũ precauentes cuſtodiã,piã ſanctorum patrum diffinitionem ſine quadã nocumẽti p̃ſum

A

ptione vtiq; conseruassent,quoniã dicit sacrum eloquium,cõsilium bonum conseruabit te, & mẽs bonacustodiet te. Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem eterne vite pro/cedunt tales accusationes & detractiones,atq; ideo cõpetenter nos beatus Paulus apostolus premu/niens ait,nõ debere plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ in definitione pietatis perdurãtes. Qui enim hanc ptereunt,non tamen lesi sunt decidẽtes a corroboratione sua,sed in sipiẽ tie sue dereliquerũt domibus memoriã,vt in his in quib9 peccauerũt minime latere potuissent,Glo ria enim & cõtumelia in loquela,& in loquela lingue hominis casus illius est, Ideoq; conueniens est hanc quidem ostensionem reprehensionũ illorum nostris actibus inseri,ne vlterius iam talia patia/mini seminantibus eis zizania & scãdala,sed letari in officiis & dogmatibus vestris mereamini. Igi tur erubescant,ac talia & huiusmodi blasphemiam subtrahere festinẽt,si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari,& a totius christiani populi societate diuelli, Licet namq; de his plura & perneccssa ria que in decretis sedis apostolice,& ab apostolis eo rũq; successoribus nostris videlicet predecessori/bus statuta inueniũtur dicere & cõscribere potuissem9,tamen melius nobis visum est vt epistolã ora tione claudamus. ¶Deus omnipotens & huius vnigenitus filius,& saluator noster christus Iesus hoc vobis tribuat incitamentũ,vt omnibus fratribus & coepiscopis nostris quibuscũq; tribulationi/bus laborantibus totis succurratis viribꝰ,& cum eis cõpatientes crucẽ eiusdẽ domini saluatoris porte tis vt veri ipsius discipuli corã omnibus appareatis,vt & vos & qui vobiscũ sunt hic & in futuro melio ra possideatis que oculus nõ vidit ,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit que preparauit deꝰ diligentibus se,Per dominum nostrũ Iesum christum,per quem & cum quo omnipotenti deo glo ria in secula seculorum. Amen. Valere vos opto charissimi fratres. Data.v.idus Augusti Claudio,& Paterno.iiii.consulibus.conc̃ss.

ITEM EPISTOLA EIVS DEM AD BENIGNVM.

DILECTISSIMO FRATRI BENIGNO EPISCOPO

A Felix episcopꝰ in domino salutem. Suscipientes fraternitatis tue epistolas qui bus me super fidei documẽtis que ab aliis habebãtur aliter quã recte fidei con/tineant sacramẽta,prout dns dedit pro fraternitatis amore respõdere nõ resul/tauimus,Semper enim dubia & maiora negotia terminum ab hac sancta sede a tempore apostolorũ qui eam suis documentis instruxerũt accipere cõsueue/runt,& ideo tu recte fecisti quod huius sancte sedis consultis te ceteroscq; firma/ri & instrui voluisti. Cõtinebant enim littere tue fratrũq; tuorũ quod quidam dicũt filium nõ posse ꝓprie videre patrẽ,qa scriptũ est. Deũ enĩ nemo vidit vnquã,& alii fingũt. Ideo minor est patre filiꝰ quoniã pater illi phibet testimoniũ. Quidã autem garriunt quod ideo patre minor est,quia inuisi/bilis ipse dicitur,filius vero visibilis cõprobatur. ¶Hi enim ignorantes diuinarum scripturarum & apostolorũ iura,ex ꝓprio aut adulterino sensu talia fabricãt,& seducere corda fidelium querũt. Nos vero ad ipsius fontis originẽ redeamꝰ,ex quo filium patrẽ semper videre potuisse vel posse euidentio ribus testimoniis de veteris & noui instrumenti litteris doceamus,Salomone dicẽte. Est tecũ sapien tia que nouit opera tua,que affuit tibi cum faceres orbem terrarũ,& ipsa nouit quid sit placitum co/ram oculis tuis. Et dominus in euãgelio.Nemo nouit filium nisi pr̃,neq; patrem quis nouit nisi filiꝰ & cui voluerit filius reuelare. Et iterum.Nemo deũ vidit vnquã, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris,ipe narrauit,Et iterum iudeis dixit. Vos nõ nostis eũ,ego aũt noui eum,Quod si dixero quia nõ noui eum,ero similis vobis mẽdax,Item ibi,Qui ex deo est,hic nouit eum Et iterũ,Ego noui eũ quia ab ipso sum. ¶Ecce docuimus,quia videt semper filius patrem. Quomodo astruũt eũ patrẽ nõ posse videre,in cuius sinu noscitur pmanere,Si sereno sensu diuinas recenseas scripturas inueniesnõ solũ patrẽ filio testimoniũ perhibentẽ,sed totam simul inseparabilẽ trinitatẽ ipso dño protestante, qui ait. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso,& testimoniũ perhibet de me,qui misit me pater. Et iterum,Si ego testimonium perhibeo de meipso testimoniũ meũ verum est,quia scio vn/de venio et quo vado. Et de spiritu sancto,Cũ venerit paracletus spiritus veritatis ille testimoniũ per hibebit de me. intẽde queso, intende quoniam in quibus vna testificationis virtus ostenditur,nullus ab alio neq; potior neq; inferior iudicatur. Sepius ista iam diximus,quia secundũ hominis formã filius visibilis dicitur,secundum vero deitatis substãtiã inuisibilis ꝓdicatur paulo attestante apostolo.

O altitudo

O altitudo(inquit)sapientie & scientie dei,q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vie eius. Et in Esaya. Cui similẽestimatis eum cũ sit ipse inuisibilis? Et item apostolus, Michi autem mi mino omniũ sanctorum data est gratia hec in gẽtibus euangelizare inuestigabiles diuitias christi, & illuminare omnes que sit dispositio sacramenti absconditi a seculis in quibus omnia creauit,Item ipse,Qui est(ait)Imago dei inuisibilis. Et ad collossenses. Ego Paulus ministeꝛ qui nũc gaudeo in passionibus meis ꝓ vobis & suppleo que desunt tribulationũ christi in carne mea ꝓ corpore eius qđ est ecclesia, cuius factus sum ego ministeꝛ secũdum dispensationẽ dei in ministerium christi, quod absconditum fuit a seculis & a generationibus. Itẽ ibi vt cõsolentur corda eorũ in charitate in oẽs di/uitias adimpletionis intellectus in agnitionẽ mysterii quod est christꝰ,in quo sunt oẽs thesauri sapiẽ tie & scientie absconditi,& in psalmo septuagesimo sexto. In mari est via tua ,& semite tue in aquis multis,& vestigia tua nõ cognoscentur. Et in Salomone,Sapiẽtiã dei precedẽtem omnia quis inue/stigabit? Item ibi. Radix sapientie cui reuelata est,& astutias illius quis agnouit? Item ibi. Disci pli/na sapiẽtie cui manifestata est,& multiplicationẽ ingressus illius quis intellexit? Item ibi. Quoniam mirabilia sunt opera domini solius,& glorioſa & abscõsa, & opera illius inuisa hominibus. Ecce si/cut pater inuisibilis est,ita et iã & filius inuenitur. Quomodo ergo ab illis qui hoc dicũt quod man/dastis in eo quod nobis carnaliter se videri dignatus est patre inferior iudicatur? Talibꝰ nolite crede re vos & alios ab eorum sensu auertere docete,Vos ergo seruite dño in timore, & exultate ei cum tre/more. Apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. ¶Hec vero apostolorum est viua tradi/tio,hec vera charitas que predicãda est & veraciter diligẽda,ac fouenda,atq; fiducialiter ab omnibus tenẽda,Hec sancta & apostolica mater omniũ ecclsiarũ christi ecclesia que per dei omnipotentis gra tiam a tramite apostolice traditionis nunq̃ errasse probatur.nec ab hereticis nouitatibus deprauan/da succubuit, sed vt in exordio normã fidei christiane percepit ab auctoribus suis apostolorũ christi principibꝰ illibata fine tenus manet,secũdum ipsius domini saluatoris diuinã pollicitationẽ qui suo rũ discipulorũ principi in suis fatus est euangeliis Petre (inquiẽs)ecce sathanas expetiuit vt cribraret vos sicut qui cribrat triticũ. Ego autem pro te rogaui vt nõ deficiat fides tua,& tu aliquando cõuer/sus confirma fratres tuos. Consideret itaq; vestra excellens prudẽtia quã bonum sit persistere in di spẽsatione nobis credita,& in fide recta atq; hereticis & emulis christi repugnare,& nunquã a veri/tatis tramite declinare,quoniã dominus & saluator omniũ cuius fides est qui pro nobis mori nõ du bitauit,& ꝓprio nos suo redemit sanguine,qui fidem beati Petri nõ defecturã promisit,& confirma re eũ fratres suos admonuit quod apostolicos põtifices mee exiguitatis p̃decessores confidẽter fecisse semper cũctis est cognitũ. Quorum & pusillitas mea licet impar & minima ꝓ sucepto tamen di uina dignatione ministerio pedissequa cupit existere,Ve enim nobis erit,qui huius ministerii onus susceptũ habemꝰ,si veritatẽ saluatoris nostri Iesu christi,quã apostoli predicauerunt p̃dicare neglexe rimus. Ve erit nobis si silentio veritatem oppresserimꝰ,quã erogare nũmulariis iubemur .i. christia nos populos iuuare & docere. Quid in ipsius futuro christi dicturi sumus examine si sermonũ eiꝰ veritatẽ cõfundimur p̃dicare? Quid erit de nobis cum de cõmissis nobis animabꝰ,& de officio susce pto rationẽ iustus iudex xp̃s deus noster districtã exegerit? Ideo fratres hortor dilectionem vestrã obtestor & moneo,vt qua potestis & debetis sollicitudine vigiletis ad inuestigãdos hereticos & ini/micos sancte dei ecclesie,& a sanis mẽtibus ne pestis hec latiꝰ diuulgetur seueritate qua potestis ꝓ vi ribus extirpetis,quoniã vt habebit adeo digne remunerationis p̃mium qui diligentius quod ad sa lutẽ cõmisse sibi plebis pficiat fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentie se non poterit excusare quicũq; plebẽ suã contra sacrilege psuasionis auctores noluerit custodire. Data no/nas Februarii,Claudio & Paterno.iiii.cc.conces.

¶INCIPIVNT DECRETA EVTICIANI PAPE.

CHARISSIMIS FRATRIBVS IOHANNI ET OM/nibus per Beticã prouinciã constitutis episcopis Euticianus episcopus in dño salutem. Hortatur nos equitas postulationis desiderio fraternitatis tue gratan ter annuere,& consultis tuis breuiter respõdere. Et quãuis dilectionem tuam sciam ad oẽ opus omne bonum esse deuotam,vt tamen efficaciꝰ fiat ad illos q sane nõ sapiunt qualiter eos de incarnatiõe saluatoris nostri informare debeas mandamus. ¶Vnum igitur hoc immobile fundamentum,vna hec felix fidei petra Petri ore confessa. Tu es(inquit) christus filius dei viui tanta in se argumenta sustinens veri/

tatis quante peruersitatis questiones & infidelitatis calumnie mouebūtur,Iam in ceteris dispensatio
A voluntatis paterne sit. Ergo partus & corpus,postq; crux,mors,inferni,salus nostra est. ¶Humani enim generis causa dei filius natus ex virgine est,& spiritu sancto ipso sibi in hac operatione famulā te,& sua(dei videlicet)inumbrante virtute corporis sibi initia cōseuit & exordia carnis instituit,vt homo factus ex virgine naturam in se carnis acciperet,per quā huius admixtionis societatem sanctificatum in eo vniuersi humani generi corpus existeret. Et quemadmodū omnes in ipso per id quod corporeū se esse voluit conderentur,ita rursum in omnes ipse per id quod ei⁹ est inuisibile referretur Dei igitur imago inuisibilis pudorem humani exordii nō recusauit,& per conceptionem patrū vagitum & cunas,omnesq; nostre nature contumelias transcurrit. Quid tandē dignum a nobis tante dignationis affectu rependetur? Inenarrabilis ergo a deo originis vn⁹ vnigenitus de⁹ in corpis humani formā sancte virginis vtero insert⁹ accrescit, qui omnia cōtinet,intra quē & per quem cuncta sunt humani partus lege ,pfertur. Ad cuius vocē archangeli atq; angeli tremūt,celum & terra & oia huius mūdi resoluuntur elementa,vagitus infantie auditur. Qui inuisibilis & incōprehensibilis est nō visu,sensu,tactuq; moderandus cunis est obuolutus,hec si quis indigna deo recolit,tāto se maioris beneficii obnoxiū cōfitetur,quanto minus hec dei cōuenerunt maiestati. Non ille eguit homo effici per quem homo factus est ,sed nos eguimus vt deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est assumptione carnis vnus interna vniuerse carnis incoleret,Humilitas eius nostra nobilitas est,Contumelia eius honor noster est. Quod ille deus in carne consistens,hoc nos vicissim in deum ex carne renouati .Plane vitā suam nescit qui christū Iesum vt verū deum,ita & verum ignorat hominē,Et eiusdē periculi res est Iesum christum vel spiritum sanctum deum non credere,vel carnem nostri corporis denegare.Omnis ergo qui cōfitebitur me coram hominibus cōfitebor , & ego eū coram patre meo qui in celis est. Qui autē negauerit me corā hominibus ,negabo & ego eum corā patre meo qui est in celis.Hec verbum caro factum loquebatur & homo Iesus christ⁹ domin⁹ maiestatis docebat, me diator ipse in se ad salutem ecclesie constitutus,& ipso illo inter deū& homines mediatoris sacramēto
B vtrūq; vnus existens dū ipse ex vnitis in idipsum naturis,nature vtriusq; res eadē est,ita tñ vt neutro careret in vtroq;,ne forte de⁹ esse hō nascendo desineret,& hō rursum deus manendo non esset.Hec itaq; humane beatitudinis fides vera est deū & hominē predicare verbū & carnē cōfiteri,neq; deū nescire qd hō sit,neq; carnē ignorare qd verbū sit.Nat⁹ igitur vnigenit⁹ de⁹ ex virgine hō , & scdm plenitudinē tpm in semetipso ,futurus in deū hoiem hūc per oia euāgelici sermonis modū tenuit , vt se dei filiū credi doceret & hominis filiū predicaret & admoneret loquens & gerens hō vniuersa que dei sunt loquēs & gerēs,deinde de⁹ vniuersa que hois sunt,ita tñ vt in ipso illo vtriusq; gnis sermone nūq; nisi cū significatione hois locut⁹ & dei sit.Hec itaq; fallēdi simplices atq; ignorātes hereticis occasio est vt que ab eo scdm hoiem dicta sunt,dicta esse scdm diuine nature infirmitatē mētiātur. Et quia vnus atq; idē est loquens oia que loquitur de semetipso,oia eum de diuinitate locutū esse cōtendant. Nec sane negam⁹ totū illū q ei manet nature sue esse sermonē,Sed si iesus xps & hō& de⁹,& neq; cū hō sit,tūprimum de⁹,neq; tū cū & hō sit & de⁹,tum nō etiā & deus, neq; post hominē in deo non totus hō totus de⁹,vnū atq; idē necesse est dicatur ei⁹ esse scm quod generis. Et cū in eo scdm temp⁹ discernis hominē a deo,dei tnnc atq; hois discerne sermonē. Et cū deum atq; hoiem in tpe confiteris, dei tūc atq; hois in tpe dicta diiudica. Cū vero ex hoie & deo rursum totius hois totius iā dei tps intelligis,siquidē illud ad demonstrationē tpis dictū est,tēpori coaptatio que dicta sunt, vt cū aliud sit ante hoiem deus,aliud sit hō,& deus,aliud sit post hoiem & deū,tot⁹ hō & totus deus,nō cōfundas tpibus & gnibus dispēsationis scrm,cū pro qualitate gnm ac naturarū aliū cū scto hois necesse est sermonē fuisse nōnato,aliū adhuc morituro,aliū etiā eterno.Nostri igitur cā hec oia iesus xps gerens,& corpis nrihō natus scdm consuetudinē nature nostre locut⁹ est,non tñ omittens nature sue esse quod deus est . Nam tā&si in partu & passione & morte nature nostre rem pegerit,res tñ ipsas oēs virtute nature sue gessit. ¶Vides ne ita deū & hominē predicari vt mors homini , deo vero carnis excitatio deputetur non tamen vt alius sit qui mortuus est ,& alius sit per quem mortuus resurgit.
¶Spoliata enim carne christus est mortuus,& rursum christum a mortuis excitans,idem christus est carne se expolians. ¶Naturam dei in virtute resurrectionis intellige , dispensationem hominis in morte agnosce. Et cum sint vtraq; suis gesta naturis,vnum tamen christum iesum, eum memento esse qui vtrumq; est . ¶Hec igitur demonstranda a me paucis fuerunt , vt vtriusque nature formam tractari in domino nostro iesu christo meminissemus , quia qui manēs in forma dei

formā seruí

formā ſerui ſuſcepit ipſe diuinitatem nequaquā amiſit. ¶Ceterū fratres hortamur vos,vt moneatis eos cōuerti ad deum. Vnde ſcriptum eſt. Fili ne tardes cōuerti ad deum,& ne differas de die in diē. Subito enim veniet ira illius,& in tempore vindicte diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis nichil proderūt tibi in die obductionis & vindicte. Non ventiles te in omnē ventū,& non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in via dei, & in veritate ſenſus tui & ſcientia,& proſequatur te verbum pacis & iuſtitie. Eſto manſuetus ad audiendum verbum dei,vt intelligas & cum ſapientia fer reſponſum. Si eſt tibi intellectus reſpōde proximo,ſinautem ſit manꝰ tua ſuper os tuum ne capiaris in verbo indiſciplinato & cōfundaris. Honor & gloria in ſermone ſentati,lingua imprudentis ſubuerſio illius. Non appelleris ſuſurro, & lingua tua capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & penitētia,& denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori aūt odium & inimicitia & contumelia,iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiū enim & contumeliam malus hereditabit,& omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione anime tue velut taurus,ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam,& folia tua comedet & fructus tuos perdet,& relinqueris velut lignū aridum in heremo. Anima enim nequam diſperdit qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illum,& deducit in ſortem impiorum. Talibus vos exhortationibus fratres viciſſim monetote, & bona ſemper ſectamini,malaq; vitate. Magnis enim ſtudiis ſecūdū beatum apoſtolum precauēdum eſt,ne fides & diſciplina domini blaſphemetur, Et ſi illa nonnunquam ſinēda ſunt,que (ſi ceterorum conſtet integritas) ſola nocere nō valeant,illa tamen ſunt magnopere precauēda que recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt,ac ſi ea ipſa que nullo detrimento aliquotiens indulgenda credētur,vel rerum temporumq; cogit intuitus,vel accelerate ꝓuiſionis reſpectus accuſat,quanto magis illa ſunt nullatenus mutilāda que nec vlla neceſſitas nec eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas. Idcirco fratres iſta pretulimus vt he ſpecies quas non licet offerri ſuper altare iuxta conſtitutionem apoſtolorū eorumq; ſucceſſorum ad domum ſacerdotum deferantur,& a ſacerdotibus benedicantur & per ſimplicem benedictionem benedicta demum a populis ſumantur, fabe tantum & vue,& cetera que apoſtoli conſtituerunt ſuper altare offerantur. ¶Optamus igitur fratres chariſſimi & totis omnipotentem dominum precibus exoramus vt dilectionem veſtram in amoris ſui conſtantiam faciat magis magiſq; ferueſcere,atq; in pace eccleſie in vna vos concedat manere concordia. Admonemꝰ etiam fraternitatem veſtram,vt in commiſſis vobis animabus ſolerter inuigiletis, animarumq; magis lucris quam cōmodis vite preſentis intendatis. Incontinendis vero ac diſpōēdis rebus eccleſiaſticis diligentes cuſtodes exiſtatis, vt ex omni pte ſuſceptū vos condigne geſſiſſe paſtoris officium veturus iudex cum ad iudicandum venerit debeat approbare. Omnipotens autem deus ſua vos protectione cuſtodiat honorēq; a deo vobis collatum moribꝰ ſeruare cōcedat,atq; cum multiplici fructu animas vobis cōmiſſas ad paſcua eterna adducere ſibiq; cōdigne repreſentare adiuuet,voſq; inter ſanctos & electos ſuos collocare dignetur. Data.ii.idus aprilis Aureliano,& Marcello.iiii.cc.conceſſ.

¶ITEM EPISTOLA EVTICIANI PAPE VNIVERSIS EPISCOPIS PER CILICIAM CONSTITVTIS DIRECTA.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS EPI B
ſcopis per Ciliciam conſtitutis Euticianus, Benedictus deus & pater domini noſtri ieſu chriſti qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in celeſtibus in chriſto. ſicut elegit nos in ipſo ante mūdi conſtitutionem,vt eſſemꝰ ſancti & immaculati in cōſpectu eius in charitate, predeſtinans nos in adoptionem filiorum per ieſum chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſue in laudē glorie gratie ſue,in qua gratificatꝰ eſt nobis ī dilecto filio ſuo in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionē peccatorum,ſecundum diuitias gratie eius que abundauit in nobis, in omni ſapientia & prudentia,vt notum faceret nobis ſacramentum volūtatis ſue ſecundū beneplacitum eius,quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis tēporum inſtaurare oia in chriſto,que in celis & que in terra ſunt in ipſo,in quo etiam ſorte vocati ſumus predeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſue,vt ſimus in laudem & gloriam eius qui ante ſperauimꝰ in chriſto,in quo & vos cū audiſſetis verbum veritatis euangelium ſalutis veſtre in quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto,

qui est pignus hereditatis nostre in redemptionem acquisitionis in laudem glorie ipsius. Propter ea & ego audiens fidem vestram in domino iesu christo, & dilectionem in omnes sanctos non cesso gratias agens pro vobis memoriã vestri faciens in orationibus meis, vt deus domini nostri iesu christi pater glorie det vobis spiritum sapientie & reuelationis in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis que sit ipes vocationis eius, & que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis, & que sit supemminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credidim⁹ secũdũ operationẽ potẽtie virtutis ei⁹ quã operat⁹ est in christo suscitans illũ a mortuis, & cõstituẽs ad dexteram suã in celestib⁹ sup oẽm principatum, & potestatẽ, & virtutẽ, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur nõ solum in hoc seculo sed in tuturo. Et omnia subiecit sub pedibus ei⁹, & ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam que est corpus eius & plenitudo ei⁹ qui omnia in oĩbus adimpletur. Et vos cũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquãdo ambulastis secũdum seculum mũdi huius, secundum principem potestatis aeris hui⁹, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidẽtie, in quibus & nos aliquã do cõuersati sumus in desyderiis carnis nostre facientes voluntatẽ carnis & cogitationũ, & eram⁹ natura filii ire sicut & ceteri. Modo fratres quia ex filiis ire sua gratia & gratuita miseratione fecit nos deus filios suos, & nos qui digni serui nõ eramus nullis meritis p̃cedentibus, sed suavt diximus gratia facti sumus filii ei⁹, in quo clamamus abba pater sequentes eius exempla, simus filii misericordie & iustitie, atq; dilectionis, vt veri filii dei & dici & esse ipso auxiliãte valeamus. Deponentes igitur iuxta eundẽ apostolum oẽm malitiam, & omnẽ dolũ, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, & cetera. Hi vero qui talia agunt non filii dei sed potius filii nequã esse comprobantur sicut idẽ ait apostolus. Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio, immunditia: luxuria, ydolorum seruitus, veneficia, inimicitie. contentiones, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, cõmessationes, & his similia, que predico vobis sicut predixi, quoniã qui talia agũt regnum dei nõconsequentur. Graue fratres verbũ & horrẽdũ nimis (quod ait) quoniã qui talia agũt regnũ dei nõ consequẽtur. Et ipsa per se veritas dicit. Quid prodest homini vniuersum mũdum lucrari, anime vero sue detrimentum patiatur? Grauia sunt nimis que pretulimus & peualde cauẽda. Quib⁹ enim regnũ dei excluditur ꝑculdubio & ecclesia denegatur, de quibus dominus in euãgelio potestatem apostolorũ eorũq; succesorũ annũcians ait. Quorũ dimiseritis peccata dimittuntur eis, & quorũ alligaueritis alligata erũt. id est, quibus ecclesiã interdixeritis nisi reconciliati per satisfactionem fuerint ipis & ianua regni celestis clausa erit. ¶ Vnde ista precauẽtes & stultorum animos preuidentes cura pastorali cũ omnibus ep̃is & sanctẽ romane atq; vniuersalis ecclesie vtriusq; ordinis fidelibus statuimus nõ ita in ecclesiasticis agendũ esse negotiis sicut in secularibus. Nam in secularibus leg⁹ postquã vocatus quis venerit, & in foro decertare ceperit, non licet ei ante peractã causam recedere. In ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet si necesse fuerit, aut si se ꝑgrauari viderit. ¶ Accusationis vero ordinem talem & didicimus & seruari iubem⁹, id est, si quis clericorum in crimine impetitur non statim reus estimetur, quia accusari potuit ne subiectam innocentiam faciamus. Sed quisq; ille est qui crimẽ intendit, in iudiciũ veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinẽ habita tamen dignitatis estimatione patiatur, Nec fore sibi noue rit licentiam mẽtiendi cũ calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Heretici enim oẽs & suspecti, & excõmunicati, homicide quoq;, atq; malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint nullatenus ad accusationem sunt admittendi. Nulli infami vnquam atque sacrilego de quocũq; negotio liceat aduersus religiosum christianum, quamuis humilis seruilisque persona sit testimonium dicere, nec de qualibet re actione vel inscriptione christianum impetere. Omnibus quoque similiter accusandi vel testificandi licentia denegetur qui christiane religionis & nominis dignitatem & sue legis vel sui prepositi normam aut regulariter prohibita neglexerint, Similiter prohibemus vt nulle cause a iudicibus ecclesiasticis audiantur, que legibus non continentur, vel que prohibite esse noscuntur. Hec nõ solum ecclesiastice, sed & seculi leges obseruare precipiũt. Non enim passim vageq; sacerdotum accusatio debet fieri. Nam si facile admitteretur perpauci nimis inuenirẽtur quia omnes qui pie volunt viuere in christo persecutionem patiuntur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Vnde & ip̃a per se veritas ait. Pater manifestaui nomẽ tuũ hoibus quos dedisti michi de mũdo. Tui erãt & michi eos dedisti & sermonẽ tuũ seruauerũt. Nũc cognouerũt quia oĩa que dedisti michi abste sunt, qa verba que dedisti michi dedi eis & ip̃i acceperũt & cognouerũt vere quia

A

vere quia a te exiui & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo nō pro mundo rogo, sed ꝓ eis quos dedisti michi quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt,& clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo,& hii in mundo sunt,& ego ad te venio. Pater sancte serua eos i nomine tuo quos dedisti michi,vtvnum sint sicut & nos. Cum essem cū eis ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui,& nemo ex his periit nisi filius perditionisvt scriptura implea tur. Nunc autem ad te venio,& hec loquor in mundo vt habeāt gaudiū meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuum & mundus odio habuit eos,quia non sunt de mundo sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo,sed vt serues eos a malo,de mundo nō sunt sicut ego non sum de mundo,Sāctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est,sicut me misisti in mundū & ego misi eos in mūdū,& pro eis ego sanctifico me ipsum,vt sint & ipsi sanctificati in veritate, nō pro eis rogo tantū,sed & pro eis qui crediturí sunt per verbū eorū in me,vt omnes vnū sint sicut tu pater in me,& ego in te,vt & ipsi in nobis vnum sint,& mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quā dedisti michi dedi eis,vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Ego in eis & tu in me vtsint consummati in vnum, vt cognoscat mundus,quia tu me misisti & dilexi eos sicut me dilexi sti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi ego sum & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti michi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit ego autem te cognoui & hi cognouerūt quia tu me misisti,& notum feci eis nomē tuum & notum faciā,vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit & ego i ipsis. Et idē Iohānes apostolus & euā gelista in prima epistola sua loquitur dicens, Charissimi diligamus inuicē quia caritas ex deo est,& omnis qui diligit ex deo natus est & cognoscit deum. Qui non diligit non nouit deum, quia deus charitas est, In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniā filiū suum vnigenitum misit deus in mū dum vt viuamus per eum. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deum,sed quoniā ipse di lexit nos,& misit filium suū propiciationē pro peccatis nostris. Charissimi si deus dilexit nos & nos debem⁹ alterutrū diligere,deum nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē deus in nobis manet,& cha ritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligam⁹ quoniā in eo manemus & ipse in nobis,quoniam de spiritu suo dedit nobis,& nos vidimus & testificamur quoniā pater misit filium suum saluatorē mundi. Quisquis confessus fuerit quoniā Iesus est filius dei,deus in eo manet & ipe in deo. Et nos cognouimus & credidim⁹ charitati quā habet deus in nobis. Deus charitas est & qui manet in cha ritate in deo manet,& deus i eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicii,quia sicut ille est & nos sumus in hoc mūdo. Timor non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorē,quoniā timor penā habet. Qui autē timet nō est perfect⁹ in charitate. Nos ergo diligam⁹ deū quoniā de⁹ prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniā diligo deū,& fratrē suū oderit mē dax est. Qui autē nō diligit fratrē suū quē videt,deū quē nō videt quō pōt diligere? et hoc mādatū habemus a deo,vt qui diligit deum & diligat fratrē suū. Omnis qui credit quoniā Iesus est christus ex deo natus est,& omnis qui diligit eum qui genuit,diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cogno scimus quoniā diligimns natos dei,cum deum diligamus,& mandata eius faciamus,hec est enim charitas dei,vt mandata eius custodiamus,& mandata eius grauia non sunt. ¶ Et per prophetam A dominus monendo ne ledātur discipuli sui eorūq; successores inquit. Circundat angelus domini in gyro timentes eum & eruet eos. Gustate & videte quoniā bon⁹ est dominus. Beatus vir qui spe rat in eo. Timete dominū omnes sancti eius,quoniā non est inopia timentibus eum,leones indi guerunt & esurierunt,querētibus autē dominū non deerit omne bonum. Ambulate filii audite me, timorē domini docebo vos, Quis est vir qui velit vitā,diligit dies videre bonos? Custodi linguam tuā a malo,& labia tua ne loquātur dolum. Recede a malo & fac bonū,quere pacē & persequere eā. Oculi domini super iustos,& aures eius ad clamorē eorū, vultus autē domini in facientes malū, vt perdat de terra memoriā eorum. Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tri bulationibus eorum liberauit eos dominus. Iuxta est dominus contritis corde, & cōfractos spiritu saluabit. Multa mala iusto & ex omnibus illis liberauit eū dns. Custodit dns omnia ossa eius, vnū ex his nō confringetur. Intetficiet impiū malitia,& odientes iustum culpabuntur. Redimēt domi nus animas seruorū suorum;& liberabit eos. Vos ergo fratres super dominum ponite corda vestra, & ipse enutriet vos,quia non dabit in eternum fluctuationē iustis. Deus autem dns noster dedu cet inimicos nostros iuxta prophete vocē in puteū interitus,quoniā viri sanguinum & dolosi nō di midiabunt dies suos. Vos autem semper sperate in domino & fiduciam habetote in eo,quia ipse li

berabit nos,ipſe eſt enim benedictus a ſeculo vſq; in ſeculum,& regni eius non erit finis. Data. xiii. kaleñ. Octobris. Caro vero & carino. iiii. cc. conceſſ.

INCIPIVNT DECRETA GAII PAPE.

A DILECTISSIMO FRATRI FELICI EPISCOPO GAIVS.

Directas ad nos tue charitatis epiſtolas plenas catholice inquiſitionis ſollicitudine gratāter accepim⁹,benedicētes domini noſtri clemētiā,quia tales extremis mundi partibus dignatur ſuis ouibus prouidere paſtores, per quos & paſcuis valeant ſalutaribus abundare,& ab iniqui lupi rapacitate ſeruari,vt inſidias ne queant eius ſubreptionis incurrere. Vnde certum eſt quia promiſſe vos beatitudinis gratia ſubſequatur, quando a vobis celeſtium perfectio doctrinarum tam votiua ſciſcitatiōe perquiritur,ſcriptum eſt enim. Beati qui perſcrutantur teſtimonia eius, & in toto corde exquirūt eum. Hoc ergo frater chariſſime propoſitū tue conſultationis tota mente tractā tes, de te quoq; prouenire confidim⁹,qui regulā catholice fidei iiſdem ſtudes tenere veſtigiis,quibus eam in apoſtolica ſede cognoſcis eſſe fundatā. Et quāuis ſonus eorum toto orbe diffuſus, & vſq; ad fines orbis terre verba eorum diſtenſa dilectionis tue corda chriſto probauerunt eſſe fidelia,tamen ſi quid ex his in eccleſia que tue gubernationi domino auxiliante cōmiſſa eſt, nec dum plena luce claruerit,ad eūdē fontē de quo illa ſalutaris manarat limpha recurritis, id eſt quod debita charitate ſumus amplexi,quia fiducialiter de his vnde apud eos obſeruātiam eſſe dixiſtis ambiguā noſtra voluiſtis reſponſione firmari. Quapropter dilectionē tuā in domino ſalutātes,de ſingulis quid iuxta catholicā diſciplinam teneat apoſtolice ſedis auctoritas,ſubiectis aliquibus etiā ſanctarū capitulis regularum te credimus inſtruendum. Primo quidē ſcias paganos & hereticos non poſſe chriſtianos accuſare,aut vocem infamationis inferre,deinde nemo vnq; epiſcopū apud iudices ſeculares aut alios clericos accuſare preſumat. Et ſi quis epiſcopus preſbyter aut diaconus vel quilibet clerici apud epiſcopos (quia alibi non oportet a qualibet perſona,& que rite recipienda eſt) fuerint accuſati,quicūq; fuerit ſiue ille ſublimis vir honoris,ſiue vllius alterius dignitatis qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit,nouerit probationis documenta ſe debere inferre. Si quis ergo circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit,auctoritate huius ſanctionis intelligat ſe iacturam infamie ſuſtinere,vt dāno pudoris eſtimatiōis diſpēdio,diſcat ſibi alienē verecūdie impune inſidiari ſaltē de cetero nō licere. Nam qualiter ad concilium veniatur aut qualiter de ſuis rebus expoliatis, vel eiectis a ſedibus propriis,aut qui accuſatores ſunt recipiendi,qui ve non ſint,aut qualiter eiectis & expoliatis ſint omnia legibus reintegranda que eis ablata ſunt, quia priuſq; hoc factum fuerit nullū crimē eis obiicere poterit,& qualiter illis inducie poſt integrā reſtaurationem anniuerſarie vel ſex menſium indulgēde ſint,& qualiter ſua omnia licenter & pacifice abſq; vllius graui impedimēto diſponere,& ſuorū amicorum & eccleſiaſticorū patrum conciliis vti debeant ſufficienter ab apoſtolis ſuorūq; deceſſoribus ac noſtris predeceſſoribus ſtatutū eſſe putamus,ſuper his autem nō reor amplius nunc fore diſputandum,niſi ſi ſurrexerint talia que adhuc non ſunt manifeſta. Si eorū autē ſtatuta nō habueritis mittite fideliſſimos ſcriptores qui hec corā fidelibus teſtibus excíperevobiſq; reportare ſub ſtipulatione valeant.

B ¶ Ceterū vt ſatis faciā cōſultis tuis de verbo incarnationis & veritatis quicūq; illi ſunt ita obcecati & a lumine veritatis alieni, vt verbi dei a tempore incarnationis denegēt veritatem,oſtendant in quo ſibi chriſtianū nomen vſurpent,& cum euāgelio veritatis equa ratione concordēt. Si per virginis partum aut caro ſine deitate,aut deitas eſt orta ſine carne,Sicut enim negari non poteſt euangeliſta dicente quod verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ita negari non poteſt (beato apoſtolo Paulo predicante) quod deus erat in Chriſto mundū reconciliās ſibi,que autē recōciliatio poſſet eſſe qua humano generi repropiciaretur deus. ſi hominis cauſam mediator dei hominūq; non ſuſciperet? Qua vero ratione veritatē meditatoris impleret, niſi qui in forma dei equalis eſt patri in forma ſerui particeps eſſet & noſtri,vt mortis vinculū vni⁹ preuaricatione contractū,vni⁹ morte qui ſol⁹ morti nichil debuit ſolueretur? Effuſio enim iuſti ſanguis chriſti tā fuit diues ad preciū,vt ſi vniuerſitas captiuorū i redēptorē ſuū crederet,nullū diabolī vincula retinerēt,quoniā ſicut apoſtol⁹ ait vbi abundauit peccatū ſupabundauit & gratia. Et cū ſub pcti preiudicio nati poteſtatē acceperint ad iuſtitiā renaſcēdi,validi⁹ factū eſt donū libertatis,quā debitū ſeruitutis,quā itaq; ſibi i hui⁹ ſacramēti preſidio

pre ſidio ſpē relinquunt qui in ſaluatore noſtro negant humani corporis veritatem. Quis eſt vt ait apoſtolus q tradidit ſemetipm p nobis oblatione & hoſtiā deo in odorē ſuauitatis? Aut qd vnq ſacrificiū ſacratiꝰ fuit, quā qd verꝰ & eternꝰ pōtifex altari crucis pimolationē ſue carnis ipoſuit. Licet i cōſpectu dñi pciosa iuſtorū mors ſuit, nulliꝰ tñ iſontis occiſio redēptio fuit mūdi. Accepēt iuſti nō deberit coronas. De fortitudine fideliū exēpla nata ſunt patiētie nō dona iuſtitie, ſingulares qppe in ſingulis mortes fuerūt, nec alteriꝰ qſq debitū ſuo fine pſoluit, cū filiꝰ hois vnꝰ ſolꝰ dñs nr Ieſus xps q vere erat agnus imaculatꝰ extiterit, in quo oēs crucifixi, oēs mortui, oēs ſepulti, oēs ſunt etiā ſuſcitati. De qbus ipe dicebat cū exaltatus fuero a terra oia trahā ad me ipm. Fides eteni iuſtificās ipios & creans iuſtos ad hūanitatis retracta pticipiū i illo acquirit ſalutē in quo ſolus hō ſe inuenit inocētē, liberū hñs p gram dei de eius potētia gliari, q cōtra hoſtē hūani gnis in carnis nre humilitate cōgreſſus his victoriā ſuā tribuit i quorū corpe triūphauit, licet ergo in vno dño nro Ieſu xpo vero dei atq hois filio verbi & carnis vna pſona ſit, que inſepabiliꝰ atq indiuiſe cōes habeat actiōes, itelligēde tñ ſunt ipōrū operū qlitates. Et ſic vere fidei cōtēplatiōe cernēdū ē ad que puehatur hūilitas carnis, & ad que iclietur altitudo deitatis, quid ſit qd caro ſine verbo nō agit, & quid ſit qd verbū ſine carne nō efficit. Sine verbi eni potētia nec cōcipet virgo nec pareret, & ſine veritate carnis obuoluta pānis infantia nō iaceret. Sine verbi eni potētia nō adorarēt magi puerū ſtella indice declaratū, ſine veritate carnis nō iuberetur trāſferri in egyptū puer & ab herodis pſecutione ſubduci. Sine verbi potētia nō diceret vox pris miſſa de celo, hic eſt filius meus dilectus in quo michi complacui ipm audite. Et ſine veritate carnis non pteſtaretur Iohānes, ecce agnus dei, ecce q tollit pcta mūdi, ſine verbi potētia nō fieret reitegratio de biliū & viuificatio mortuorū, & ſine veritate carnis, nec cibus ieiuno; nec ſonus eēt neceſſariꝰ fatigato, poſtrēo ſine verbi potētia nō ſe dñs pri pfiteretur eqlē & ſine veritate carnis nō idē diceret prem ſe eē maiorē, cū catholica fides vtrūq ſuſcipiat vtrūq deffēdat, que ſcdm cōfeſſionē bti petri apli vnū xpm dei filiū & hoiem credit & verbū, Q uāuis itaq in illo ex quo in vtero virgis verbū caro factū ē nichil vnq in vtraq foīa aliqd diuiſiōis extiterit, & p oia icremēta corpea vniꝰ pſone fuerit totiꝰ tpis actiōes Ea ipa nāq (vt ita dicā) que iſepabiliꝰ facta ſunt nulla cōmixtiōe cōfundimꝰ. ſed qd cuiuſq foīe ſit ex operū qlitate ſentimꝰ. Dicāt ergo iſti hypocrite qui cecis mētibꝰ lumē nolūt recipe veritatis i qua foīa crucis ligno dñs maieſtatis xps affixus ſit, qd iacuerit in ſepulchro, & reuoluto lapide monumēti que tertia die caro reſurrexit? Et quia poſt reſurrec. ſuā nō credētes quoſdā diſcipli arguebat & heſitatiōnē cūctātiū cōfutabat cū diceret, palpate & videte quia ſpūs carnē & oſſa nō hēt ſicut me videbitis hre & apli Thome. Infer manū tuā i latꝰ meū & vide manꝰ meas & pedes & noli eē icredulꝰ ſed fidel, qa vtiq manifeſtatione corpis ſui iā hereticorū mēdacia deſtruebat, vt vniuerſa eccliа xpi innouāda doctrinis hoc nō ſibi dubitaret credēdū, qd apli ſuſceperāt pdicandū, ac ſi in tantā lucē veritatis tenebras ſuas heretica obturatio nō reliquit, oñdāt vñ ſibi ſpem vite polliceātur eterne, ad quā niſi p mediatorē dei & hoim hoiem Ieſum xpm nō pōt peueniri. Sicut ei ait btūs Petrꝰ apls nō ē aliud nomē datū hoibus ſub celo i quo oporteat nos ſaluos fieri nec ē redēptio captiuitatis hūane niſi i ſanguie eiꝰ q dedit ſemetipm redēptionē p oibꝰ, & qui ſicut pdicat apls Paulꝰ cū i foīa dei eēt nō rapinā arbitratꝰ ē eſſe ſe equalē deo, ſed ſemetipm exinaniuit formā ſerui accipiēs, i ſilitudinē hoim factꝰ & habitu iuētꝰ vt hō humiliauit ſemetipm factꝰ obediēs pri vſq ad mortē mortē aūt crucis, ppter qd & deꝰ exaltauit illū & donauit illi nomē qd ē ſup oē nomē vt i noie Ieſu oē genu flectatur celeſtiū terreſtriū & ifernorū, & oīs lingua cōfiteatur quia dñs ieſus xps i glia eſt dei pris. Cū ergo vnus ſit dñs Ieſus xps & vere deitatis vereq hūanitatis i ipo vna prſus eadēq pſona ſit, exaltatione tñ q illū (ſicut doctor gētiū dixit) exaltauit deꝰ & dōauit illi nomē qd ē ſup oē nomē ad eā itelligim ptiere formā que ditāda erat tāte glificatiōis augmēto. Informa qppe dei eqlis erat filius pri, & iter genitorē atq vnigenitū nulla erat i eſſentia diſcretio nulla i maieſtate diuerſitas nec p icarnatiōis miſteriū aliqd deceſſerat verbo, qd ei patris mūere redderetur. Foīa aūt ſerui p quā ipaſſibilis deitas ſacramētū magne pietatis ipleuit hūana hūilitas ē i glia diuie ptātis euecta ē, i tāta vnitate ab ipo cōceptu virgis deitate & hūanitate cōſerta, vt nec ſine hoie diuia nec ſine deo ageretur hūana. ¶ Propter qd ſicut dñs maieſtatis dicitur crucifixus A
ita q ex ſēpit emitate eqlis ē deo dr exaltatꝰ qa iſepabiliꝰ manēte vnitate pſōe, vnꝰ atq idē ē & totꝰ hois filiꝰ pp carnē, & totꝰ dei filiꝰ pp vnā cū pie deitatē. Q uicqd ei i tpe accepit xps ſcdm hoiem accepit, cui que nō habuit cōferrētur, nā ſcdm potētiā ditatis idifferēter oia q hēt pr ēt hēt filiꝰ, & qi foīa ſerui a pre accepit eadē foīa dei ēt ipe dōauit, ſcdm dei ei formā ipe & pr vnū ſūt. Scdm formā ſerui nō venit facere volūtatē ſuā, ſed volūtatē eius q miſit eū, ſcdm formā ſerui triſtis eſt aia eiꝰ vſq ad mortē. Et idē ipe ſicut apoſtolus predicat eſt diues & pauper, diues quia euāgeliſta dicente in principio erat verbum &

verbum erat apud deum & deus erat verbum,hoc erat in principio apud deum,omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nichil,pauper vero quia propter nos verbum caro factum est & habitauit in nobis. Que autem est exinanitio eius queve paupertas nisi forme seruilis acceptio per quam verbi maiestate reuelata dispēsatio humane redemptionis impleta est? Nam quia captiuitatis nostre resolui originaliavincula nō poterāt, nisi existeret homo nostri generis nostre que nature quem peccati preiudicia non tenerent,& qui immaculato sanguine suo cirographū letale dilueret,sicut ab initio erat diuinitus preordinatum,ita est in plenitudine temporis perfectum, vt multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum,nec posset esse ambiguum quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se versari hereticorum manifestat impietas, cum specie diuinitatis honorande humane carnis in Christo denegant veritatem, & religiose existimant credi si dicatur in saluatore nostro verum non esse quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula percurrētem mundus sit deo reconciliatus in christo,vt nisi verbum dignaretur caro fieri nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum christiane fidei magno vt heretici volunt decoloratur obscuro,si luxveritatis sub mendacio putatur latuisse fantasmatis,Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli, & predari ecclesiarum quique doctores qui ad martyrii coronam vel ad confessionis meruerunt gloriam peruenire in huius fidei lumine splenduerunt consonis vtique sententiis intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis & carnis vna sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine. qua diuinorum voluminum portione heretica impietas se estimat adiuuari,que veritatem negat corporis Christi,cum hanc non lex testificari, non propheta precinere non euangelia docere,non ipse destiterit Christus ostēdere? Querant per omnem seriem scripturarum quo tenebras fugiant,non quo verum lumen obscurent,& per omnia secula ita veritatē inueniūt coruscantem,vt magnum hoc mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum literarum nulla pars sileat sufficit quedam consona veritatis signa posuisse,quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & sincera intelligentia luce prospiciat quod in filio dei qui se incessabiliter filiū hominis & hoiem ꝓfitetur nō sit xp̄ianis erubescendū,sed cōstantissime gl̄iandū, quoniā sicut ait btūs apl̄s,magnū ē pietatis sacramētū quod manifestatū ē in carne iustificatū est in spū,apparuit angelis,p̄dicatū ē gētibus, creditum est
A in hoc mūdo assumptū ē in gloria. ¶De eporū vero & pb̄rorum diaconorūqꝫ & sequētiū clericorū ordinationib⁹ sctōs apl̄os & successores eorū ac p̄cipue anacletū & p̄terea alios sufficiēter statuisse cognoscimus,& idcirco nō est necesse nūc replicari nisi qđ illi nō statuerūt. Illud tn̄ nos statuētes vobis & oībus seruare mādamus,vt ad ordines eccl̄iasticos sic accēdāt in eccl̄ia q ordinari merētur.i.si quis eps esse mereretur sit prio hostiari⁹,deinde lector,postea exorcista,inde sacretur accolitus,demū vero subdiaconus,deide diacon⁹,& postea pb̄r,& exide,si meretur eps ordinetur, Et regiōes sicut in hac vrbe fecimus p singulas vrbes que populose fuerit diaconib⁹ diuidētur. Et quecūqꝫ difficiles questiones p singulas ꝓuincias exorte fuerit semp ad sedem apostolicam referantur, bene vale frater & ora pro nobis. Data,Kalen. Marcii,Diocletiano,& Constantio vero.iiii.cc.concess.

¶DECRETA MARCELLINI PAPE.

B MARCELLINVS EPISCOPVS SANCTE ECCLESIE catholice vrbis romāe Salomōi coep̄o i dño salutē,Quā laudabil̄r p catholice fidei veritate mouearis,& q̄ sollicite dn̄ico gregi deuotionē officii pastoris ip̄edas tradita nobis p diaconū tuū frnitatis tue scripta demōstrāt,qb⁹ noticie nr̄e insinuare curasti q errorū morbi in regiōib⁹ vr̄is mō exorti sunt. Nā epl̄e sermo & cōmonitorii series & libelli tui text⁹ eloqtur,qđ qdā errore decepti dicūt iō patrē maiorē filio eē, quia illi soli sacrificiū imolatur & qđ fili⁹ nullā cū p̄re cōiōis opam habeat,& qđ illud ꝓpheticū de solo p̄re dictū sit,Sciāt gētes quoniā nomē tibi de⁹,tu sol⁹ altissim⁹ sup oēm terrā,siue qđ ideo minor est fili⁹,qa ip̄e in cruce pēdēs dixit,de⁹ de⁹ me⁹ q̄re me dereliqsti. Quib⁹ cōpetēs & congruū reddatur rn̄sum,qa sicut p̄re ita etiā filio nō solū xp̄ianis tēporib⁹ verū etiā a prisc̄is tp̄ib⁹ sacerdotib⁹ variis ml̄tisqꝫ modis ꝓbam⁹ sacrificiū fuisse oblatū,Daniele ꝓpheta dicente.Nō ē loc⁹ (inqunt tres pueri) ad sacrificādū nobi tuo & inuenire misericordiā, sed in aia contrita & in spū humilitatis suscipiamur. Et sicut holocaustomata arietū & taurorū agnorūqꝫ pinguiū ita fiat sacrificiū nr̄m i cōspectu tuo hodie vt placeat tibi,& vt filiū fuisse agnoscas cui hi tres pueri sacrificiū se cōfessi sūt obtulisse,ex ip̄i⁹ regis ac

tyranni qui

tyranni qui eos in fornacem ignis mitti preceperat confessione addisce qui se cũ tribus quartũ in ipo estuãtis camini incẽdio sociatũ ꝓdidit conspexisse. Nonne inquit tres viros misimus in fornacẽ vin ctos? Et dixerunt ei, Vere rex, & dixit. Ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in me dio ignis, & aspect9 quarti similis filio dei est. Idem dei filius per prophetam loquitur dicẽs. Tibi offerẽt reges munera. Et vt hec de filio dei se dixisse doceret dixit, Reges tharsis & insule munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eũ omnes reges, oẽs gẽtes seruient ei. Et vt hec omnia superius designata xpo filio dei doceamus fuisse oblata. In natiuitate eiusdem dei que secundũ carnem facta est probamus fuisse completa euãgelio comprobante, Cum natus esset Iesus in Bethleem iude in diebus regis Herodis Ecce magi ab oriente venerunt hierosolimam dicentes, vbi est qui natus est rex iudeorum? Et infra, Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidẽtes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera Aurũ, Thus, Myrram. Sacrificium itaq; quod a christianis sacris altaribus admouetur non solum deo patri, sed etiã filio cõmuni deuotiõe offertur, quoniam nec pater sine filio põt offerri, neq; a filio sine pre sentiri.

¶Quod autem communem operam habeant pater & filius hoc modo docetur dum primi homi A
nis plasma deus ad imaginem dei communi operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicẽti. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item ibi, Descẽdamus & cõfundamus ibi linguam eorum. Et pluit dominus a dño ignem & sulphur super Sodomã. Et in euãgelio, Pater meus vsq; modo opatur & ego operor, Simil'r & opa que ego facio nõ sunt mea, sed ei9 q misit me pris, que oia nõ discretã pris & filii potẽtiã mõstrãt, sed vnã diuinitatis opationẽ annũciant. Et is qui paternum opus exequitur a paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex euangelio filium dei cognosceres altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans hoc de solo deo patre dictum poneres testimonium cum scriptum sit, Tu puer propheta altissimi vocaberis. Et vt filius cum patre indiscrete in altissimis habitasse credatur Salomonis testimonio cõprobatur, Ego sapientia (inquit) habitaui in altissimis & thronus meus in columna nubis, Et in psalmo nonagesimosecundo. Tu autem altissimus es in eternum domine, quoniã ecce inimici tui peribunt. Nam cum diabolus thronũ suum contra creatoris sui thronũ suũ in altissimis collocaret elatus superbia hec ausus est nefando ore depromere, ponam sedem meam ad aquilonem (inquit) ascẽdam super sydera celi, sedebo sup montes excelsos, & ero similis altissimo. Item i Salomone, Ne dixeris peccaui & quid accidit michi triste? Altissimus enim patiens est redditorum.

¶Si auditũ cordis tui scripturis non vis accõmodare diuinis, que filiũ doceant altissimũ nũcupatũ, B
vel diabolo crede qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare, Vt eum agnoscatis filiũ a patre (vt vos suspicamini) nõ fuisse penitus derelictum, hoc de se in euangelio posuit testimonium, Pater qui me misit mecum est & non reliquit me solum. quia que placita sunt ei facio semper. Vnde pro surreptione mandamus, vt omnis cura atque sollicitudo inuigilet, nec fides temeretur aut violetur. Iam nullus est ignorantie locus, nullus vtatur simplicitatis excusatione preterita. Scienti peccare necessaria est confusio, & quod errore contraxit scientia reformetur. Ista Frater tene & hec doce, Vtinam ad plenioris affatus sacietatem presentie tue nobis gaudia cõtigissent, vt gratularemur nos & colloquio & presentia tui frui quam sumus ante scripta complexi. Veruntamen probasti dilectissime frater quo christianam fidem veneraris affectu, dum ea que ad regulas patrum pertinent & ad mãdata catholica sine aliqua culpe transgressione seruare, & spreta erratica & nociua doctrina catholica & apostolica tenere precepta, & recte fidei regulas docere atq; seruare. Hec frater charissime & alia que patrum regulis continentur in labiis & cordibus nostris indiuisa retractatiõe meditemur, & sicut scriptum est narremus ea filiis nostris, vt ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in tinere, dormientes atque surgentes, quia beatus in domino qui in lege eius meditabitur die ac nocte. Hoc & magister gentium secutus discipulum suum instruens admonet, hec meditare, in his esto, subiiciens plenitudinem, attende doctrine tibi quoniam si fidelibus sine intermissiõe incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura diuino operi, hũano locũ nõ relinquit errori. Quod si ea que predicta sunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione recedi tur, & constanter questionibus obuiatur ac prauorum intentio cassatur, bonorumque fides & constãtia roboratur. Data. viii. Idus, Septẽbris Diocletiano & Cõstantino. c. cc. consulibus.

¶ITEM EPISTOLA MARCELLINI PAPE.

¶ EPISTOLA MARCELLINI PAPE.

A DILECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS EPIS-
copis per orientales prouincias cōstitutis Marcellinus episcopus, Quid tam dulce
sollicito quam quod michi de vobis innotescunt illa que cupio? Quid tam religio
sis cōueniens institutis quā vt inter se sacerdotes pacem (quam necesse est aliis pro
officio annunciare) conseruent? Plena fateor gratulatione suscepi quod votiua mi-
chi de caritate que iter vos est ecclesiarū pacem in litteris indicastis, spōte michi quic
quid hortari poterā, quicquid monere delatum est, confirmet hoc deus quod est operatus in nobis, &
que precepit pro animarum salute facienda, hec ipe qui precepit pro ea qua nos redemit pietate faciat
Et his tā bonis nunciis nos quoq; religiosam sanctorum vicem reddimus nunciorum. Quicquid
cum orientalibus quos ad ecclesie corpus vnitatēq; reuocatos dudum dei nostri ope litteris significa
uimus destinatis, denuo cum aptum fuerit repetitis vobiscum participamus indiciis. Mox pro no-
stro edicto ab orientalibus missa legatio ē, certa sperauit, certa consuluit, sed facimus de his que fuerūt
dicenda compendia. Ipsi potius ad instruendā noticiā vestram que a nobis sunt responsa dirigen-
tes, ne quid sibi sub spacio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet aut error assumat, cum ad rerum
fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem ad cōtinentiam nostrarum pertinet litterarum,
oportuit quidem desideria plenius expedire. Quapropter scitote vos a persecutione fratrum & ab oī
litigio abstinere debere, dicēte scriptura. Seruum dei nō oportet litigare, nec quicquā nocere, sed om-
nes persecutores ecclesie seruorumq; eius vestris redargutionibus corrigere, testante apostolo, argue
obsecra increpa. Quecunq; ergo contentiones inter christianos orte fuerint, ad ecclesiam deferan-
tur & ab ecclesiasticis viris terminentur, Maior autem non potest a minore iudicari, nec episcopi pon
tifici a quo consecrari probantur preiudicium inferre vllum possunt. Quod si presumptum fuisse co-
gnoscitur viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri, clericus
vero cuiuslibet ordinis absq; pōtificis sui permissu, nullum presumat ad seculare iudicium attrahere,
nec laico quēlibet clericum liceat accusare, detractiones tamen & accusationes atq; persecutiones inter
christianos oppido vitāde sunt, quia licet pauci simus in comparatione aliorum, si tamen vnanimes
fuerimus facilius aduersariis resistemus. Sanctus & enim prothomartyr Stephanus lapidabatur, sed
Iesus suscipiebat plagas. ideo vnicuiq; prouidēdum est, ne aliquem iniuste iudicet, aut puniat ne Ie-
sum iudicet, aut puniat. Et dominus in euangelio ait, nolite iudicare vt non iudicemini, in quo enim
iudicio iudicaueritis iudicabimini, Vnde & doctor gentium loquitur dicens, hoc igitur dico & testi
ficor in domino, vt iam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscura-
tum habentes intellectum, alienati a vita dei per ignorātiam que est in illis propter cecitatem cordis
ipōrum. Qui desperātes semetipsos tradiderūt impudicitie in operationē immūdicie, omnisq; aua
ricie. Vos autē nō ita didicistis christum, si tamen illum audistis & in ipo edocti estis sicut est veritas
in Iesu deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur se-
cundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mētis vestre & induite nouum hominē qui se
cundum deū creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponētes mēdacium loqui-
mini veritatē vnusquisq; cū proximo suo, quoniā sumus inuicem mēbra. Irascimini & nolite pecca-
re. Sol nō occidat sup iracundiā vr̄am, nolite locū dare diabolo, qui furabatur iam nō furetur, magis
autem laboret operando manibus suis quod bonū ē, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Oīs
sermo malus ex ore vr̄o nō procedat. Sed si quis bonus ē ad edificationem oportunitatis, vt det gra-
tiam audiētibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in diem redemptio-
nis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni ma-
licia. Estote autem inuicem benigni & misericordes donantes inuicem, sicut & deus in christo dona
uit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectiōe sicut & christus di-
lexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam deo in odorē suauitatis, Fornicatio
aūt & omnis īmūdicia, aut auaricia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos aut turpitudo, aut stul
tiloquium, aut scurrilitas que ad rē nō pertinet sed magis gratiarum actio, hoc enim scitote intelligē-
tes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quod ē idolorum seruitus non habet heredita
tē in regno xp̄i & dei, nemo vos seducat inanibus verbis, propter hec enim venit ira dei in filios diffi-
dentie: nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre nunc autē lux in dn̄o, vt fi
lii lucis ambulate, Fructus enim lucis ē in omni bōitate & iustitia & veritate, probantes quid sit be-
ne placitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redargui-

te.Q ue enī in occulto fiūt ab īpīs turpe ē dicere.Omnía autē que arguūtur a lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur lumen ē,propter quod dicit,Surge qui dormis,& exurge a mortuis & illuminabit te chriſtus. Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis non quaſi inſipientes,ſed vt ſapientes redimentes tempus,quoniam dies mali ſunt.Propterea nolite fieri īprudentes,ſed itelligentes que ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria,ſed implemini ſpū loquētes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu chriſti deo & patri ſubiecti inuicem in timore chriſti.Omne enim quod irreprehēſibile eſt catholica deffendit eccleſia,Nō licet ergo imperatori vel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra mandata diuina preſumere, nec quicquam quod euangelicis propheticiſque & apoſtolicis regulis obuiat agere. Iniuſtum enim iudicium & definitio iniuſta regis metu vel iuſſu a iudicibus ordinata non valeat,nec quicquā quod contra euangelice,vel prophetice,aut apoſtolice doctrine conſtitutionem ſucceſſorum ve eorum ſiue ſanctorum patrum actum fuerit ſtabit.Et quod ab infidelibus aut hereticis factū fuerit omnino caſſabitur.Vos autē ſtate in fide viriliter agite, & omnia veſtra cum charitate fiant,huius rei gratia vt ait apoſtolus flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu chriſti,ex quo omnis paternitas in celis& in terra nominatur,vt det vobis ſecundū diuitias glorie ſue virtutē corroborari per ſpiritū eius in interiore homine habitare chriſtum per fidem in cordibus veſtris in caritate radicati & fundati,vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis que ſit latitudo longitudo & profundum & altitudo,ſcire etiam ſupereminentē ſcientie caritatem chriſti,vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus ſecundum virtutem que operatur in nobis, ipſi gloria in eccleſia & in chriſto Ieſu in omnibus generationibus ſeculi ſeculorum,amen,Data.v.Idus Decembris Diocletiano.vi.& Maximo.viii.iiii.cc.conceſſ.

DECRETA MARCELLI PAPE.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS EPISCOpis per antiochenam prouinciam cōſtitutis Marcellus,Sollicitudinem omnium eccleſiarum iuxta apoſtolum circunferentes diuine circa nos gratie memores eſſe debemus,qui nos per dignationis ſue miſericordiam ob hoc ad faſtigium ſacerdotale prouexit,vt mandatis ipſius inherentes in quadam ſacerdotum eius ſpecula conſtituti prohibeamus illicita,& ſequenda doceamus. Vnde directis per bonifacium diaconum noſtrum litteris admonemus,vt que malle pullulant abſcindātur, & malefacta corrigantur,atq; bona ſectentur,& patrū noſtrorū exēpla & ſtatuta imitentur. Rogamus ergo vos fres vt non aliud doceatis,neq; ſentiatis quam quod a beato Petro apoſtolo & a reliquis apoſtolis & patribus accepiſtis. Ab illo enim primo inſtructi eſtis:ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem,& alteros ſequi,ipſe enim caput eſt totius eccleſie cui ait dominus, Tu es Petrus & ſuper hanc Petram edifi cabo eccleſiam meam. Et reliq̄. Eius enim ſedes primitus apud vos fuit que poſtea iubente domino Romam tranſlata eſt,cui adminiculante gratia diuina hodierna preſidemus die. Nec ab eius diſpoſitione nos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora eccleſiaſtica negocia diuina diſponente gratia iuſſa ſunt referenda,vt ab ea regulariter diſponantur a qua ſumpſere principia,ſi veſtra vero antiochena que olim prima erat Romane ceſſit ſedi,nulla eſt que eius non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes quaſi ad caput iuxta apoſtolorum eorumq; ſucceſſorum ſanctiones epiſcopi qui voluerit vel quibus neceſſe fuerit ſuffugere eamq; appellare debent,vt inde accipiant tuitionem & liberationem vnde acceperūt informationem atque conſecrationem, Quod omnibus minime cōuenit denegare epiſcopis,ſed abſque vlla cuſtodia aut excommunicatione,vel damnatione,vel expoliatione libere ire concedatur, Simulque idem inſpirāte domino conſtituerunt,vt nulla ſynodus fieret preter eiuſdem ſedis auctoritatem,nec vllus epiſcopus niſi in legitima ſynodo ſuo tempore apoſtolica auctoritate cōuocata,ſuper quibuſlibet criminibus pulſatus audiatur vel iudicetur: quia vt paulo ſuperius prelibatum eſt epiſcoporum iudicia & ſummarum cauſarum negocia ſiue cuncta dubia apoſtolice ſedis auctoritate ſunt agenda, & finienda, & omnia comprouincialia negocia huius ſancte vniuerſalis & apoſtolice eccleſie ſunt retractanda iudicio,ſi huius eccleſie pontifex preceperit.Nec cui liceat ſine pre

iudicio Romane ecclesie (cui in omnibus causis debetur reuerentia) custodire relictis his sacerdoti-
bus qui in eadem prouincia dei ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel
aliarum prouinciarum episcoporum iudicium experiri vel pati, sed omnibus eiusdem prouicie epis
congregatis iudicium auctoritate huius sedis terminetur, quod tamē (vt prefatum est) per eius vica
rios si libuerit erit tractandum, & quicquid iniuste actum est reformādum. Pastoralis ergo cura of-
ficii nos admonet, & destitutis succurrere, & cūcta neglecta vel male acta reformare, vt ignis ille quē
dominus veniens misit in terram motu crebro emendationis vel crebre meditationis agitatus sic ca-
lescat vt ferueat, & sic inflammetur vt luceat.

A ¶Sepe enim dicendum & agendum est, quia mala pullulantia fraterna charitate oportet resecari, vt
bona crescendi & augmentādi amplissimum locum inueniant. Nolite ergo (vt apostolus ait) plures
fieri magistri mei fratres, sciētes quoniammaius iudicium sumitis. In multis enim offendimus om-
nes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno circunducere totum corp⁹
Si autem equorum frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circū-
ferimus. Ecce & naues cum magne sint & a ventis validis minentur, circunferuntur autem a modico
gubernaculo vbi impet⁹ dirigētis voluerit, ita & lingua modicum quidem membrum est & magna
exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam siluam incendit, Et lingua ignis est, vniuersitas iniquita-
tis lingua constituitur in membris nostris, que maculat totum corpus & inflammat rotam natiuita-
tis noltre inflammata a gehenna. Omnes enim nature bestiarum & volucrum & serpentum etiam
ceterorum domantur, & domita sunt a Natura humana, Linguam autem nullus hominum do-
mare potest. Inquietum malum, plena veneno mortifero, In ipsa benedicimus deum & patrem, & in
ipsa maledicimus homines qui ad similitudē dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit & ma-
ledictio. Non oportet fratres mei hec ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem
& amaram aquam? Nunquid potest fratres mei Ficus oliuas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa
dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter nos? Ostendat ex bona conuersa-
tione opera sua in mansuedine sapientie. Quod si zelum animarum habetis & contentiones sunt in
cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem, non enim est ista sapientia de
sursum descendens, sed terrena animalis & diabolica, vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia &
omne opus prauum. Que ante de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifi-
ca, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, indicans sine dissi-
mulatione. Fructus autem iustitie in pace seminatur facientibus pacem. Propter quod succincti lum
bos mentis vestre sobrii perfecti sperate in eam que offertur vobis gratiam, in reuelatione Iesu chri-
sti quasi filii obedientie non configurati prioribus ignorantie vestre desyderiis, sed secundum eum
qui vocauit vos sanctum, vt & ipsi facti sancti in omni conuersatione sitis quoniam scriptum est. San
cti eritis quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iu-
dicat, secundum vniuscuiusque opus in timore incolatus vestri tempore conuersamini scientes quod
non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione pateme traditionis,
sed precioso sanguine agni quasi incontaminati & immaculati Iesu Christi precogniti quidem an-
te constitutionem mundi, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos qui per ipsum fi-
deles estis in deo, qui suscitauit eum a mortuis, & dedit ei gloriam vt fides nostra & spes esset in deo,
Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inui-
cem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum dei viui
& permanentis, quia omnis caro vt fenum & omnis gloria eius tanquam flos feni, exaruit fenum &
flos eius decidit, verbum autem domini manet internum, Hoc est autem verbum quod euangeliza-
tum est in vobis, deponentes quidem omnem malitiam & omnem dolum & simulationes, & inui-
dias & omnes detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo
crescatis in salutem si gustatis quoniam dulcis est dominus. At quem attendētes lapidem viuum ab
hominibus quidem reprobatum a deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides vi
ui superedificamini. domos spirituales, sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias acceptabiles
deo per Iesum Christū, propter quod continet scriptura. Ecce pono in syon lapidem summū angu-
larem & electum preciosum, & qui crediderit in eum non confundetur, vobis igitur honor credenti-
bus, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.
Et lapis offensionis & Petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos
autem gentes

autem genus electum,regale ſacerdotium,gens ſancta populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos reuocauit in admirabile lumen ſuum. Eſtote ergo chariſſimi prudentes & vigilate in orationibus,ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habētes quia charitas operit multitudinem peccatorum,hoſpitales inuicem ſine murmuratiõe vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes ſicut boni diſpenſatores multiformis gratie dei.Si quis loquitur quaſi ſermões dei. Si quis miniſtrat tãquam ex virtute quã adminiſtrat deus vt in omnibus honorificetur deus per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum amen. Data,kalen. Aprilis,Maxentio & maximo.iiii.cc.conceſſ.

ITEM EPISTOLA MARCELLI PAPE AD MAXENTIVM TYRANNVM.

MARCELLVS EPISCOPVS SANCTE ET APOSTOlice & catholice Vrbis Rome Maxentio. ¶Magiſtra bonorũ omnium charitas que nihil rapit extraneum,nichil agit aſperum,nichil confuſum,nichil factioſum,nichil quod honori diuino repugnet,anime proprie noceat, aut proximi commodo deroget, oblita ſui non que ſua ſunt ſed que dei vel proximi querens,nemini inuidens,omnibus conſulens, nõ ſeuiens ſed compatiens, nõ rapiens ſed largiens,non murmurans ſed omnia equanimiter tolerans, ſi in te perfecte habitaret, temperares animũ a malis, ſeuire deſineres dei eccleſiam ac ſanctos eius perſequi ceſſares,tyrannidi modum imponeres,furorem cohiberes,humanitati inuigilares, modeſtiam amplectereris.& bõis potioribus frui ſatageres,Charitas enim excercet corda,ſenſus coroborat,vt nichil graue,nihil difficile,ſed totum fiat dulce quod agitur,dum eius ſit proprium nutrire pacifica,ſeruare compoſita,diſſociata coniungere,praua dirigere, et virtutes reliquas perfectiõis ſue munimie ſoli dare. De ipſa ergo omnes monens apoſtolus ita loquitur dicens.Si linguis hominum loquar & angelorum charitatem autem non habeam factus ſum velut es ſonans aut cymbalum tinniens,& ſi habuero omnem prophetiam & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & habuero omnem fidem,ita vt montes tranſferam charitatem autem non habeam nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,& ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam,charitatem autem nõ habeã nichil michi prodeſt. Charitas patiens eſt,benigna eſt. Charitas non emulantur,non agit perperam,non inflatur,nõ eſt ambitioſa,non querit que ſua ſunt, non irritatur,non cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem veritati. Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit. ¶Quiſquis ergo in eius ſe radice inſerit, nec a viriditate deficit,nec a fructibus inaneſcit,quia amore fecunditatis opus efficax non amittit. Licet modo charitas in perſecutoribus eccleſie ſeruorum que dei arefacta ſit, viget tamen in amatoribus eius & in eos qui patiuntur propter iuſtitiam,de quibus ipſa per ſe veritas teſtatur dicens,beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,& alibi,ſi me perſecuti ſunt & vos perſequentur, potius enim nos & omnes domini ſacerdotes, qui eius videlicet ſunt veri ſacerdotes elegimus propter iuſtitiam, & veram fidem perſequi,& pro Chriſti nomine pati, quam multis diuitiis ditari,honoribuſque copioſiſſimus abundare,& celeſti regno carere. Iſta enim tpalia ſunt, illa eterna,iſta caduca & ad horam tranſeuntia illa vero perpetua & ſine fine manſura. Tu ergo qui nos ſuades cultum dimittere diuinum,& a recta fide recedere,diiſque immolare,melius tibi foret,vt tu prius mutabilẽ te preberes omneſque exhortareris fidei documenta & diuini cultus miniſteria ita tenere ſicut patres noſtri ſancti apoſtoli ſibi tradita predicauerunt & docuerunt. ¶Boni enim principis ac regis eſt eccleſias contritas atque ſciſſas reſtaurare,nouas edificare,& dei ſacerdotes honorare,atq; tueri. Vnde ſanctos apoſtolos eorumque ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones nec inferri fluctuatiões,nec inuidere laborãtibus in agro dominico, neque expellere eterni regis diſpẽſatores,ſed ſi qui expulſi fuerint aut ſuis rebus expoliati primo omnia legaliter reddi que eis ab inimicis aut a perſecutorib9 ablata ſunt,& ſedes proprias cum omnibus ad ſe pertinentibus regulariter reſtitui,& poſtea tempore congruo vocari ad ſynodum regulariter congregatã, nec liceat ei priuſquam fiant hec de ſe iuxta ſtatuta predictorum reſpõdere,aut de ſuis impetitiõibus ſi ſe viderit pre-

grauari reddere rõnẽ. Sed his rite pactis ſuiſq; oĩb⁹ libere diſpoſitis, ſi tũ iuſte videtur ſuis rñdeat ac⁄
cuſatorib⁹, & iducias ſi ei neceſſe fuerit accipiat nõ modicas, vt explorare valeat ea que obiiciũtur ei, ne
aliq̃ deluſus fraude inocẽter ruat, quoniã nõ oportet quẽq̃ iudicare vel dãnare priuſq̃ legitios hẽat pñ
tes accuſatores locũq; deffendẽdi accipiat ad abluẽda crimia. Vñ ait ꝓpheta, Priuſq̃ agnoſcas nõ iu⁄
dices quẽq̃. In hoc ergo qđ epi & reliqui ſerui dei ꝓſequuntur nõ tãtũ ipi ꝓſequũtur q̃tũ ille cuius vi⁄
ce funguntur ſicut ſcriptum eſt. Qui vos tangit tangit pupillam oculi mei. Et alibi, qui vos contri⁄
ſtauit me cõtriſtauit, & q facit iiuriã recipiet id qđ iniq; geſſit, vos ergo licet corpa nra poſſitis occide⁄
re animas tamen nõ poteſtis occidere, nec gradus nobis diuinitus collatos poteſtis aufferre. Synodũ
ergo abſq; huius ſancte ſedis auctoritate epiſcoporum, quamq̃ quoſdã epos poſſitis congregare, non
poteſtis regulariter facere, neq; vllum epiſcopum qui hanc appellauerit apoſtolicam ſedem damna⁄
re, antequã hinc ſententia finitiua procedat. Nam ſi ſeculares in publicis iudiciis libellis vtuntur ap⁄
pellatoriis quanto magis ſacerdotibus hec eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt⁄ de quibus dictũ eſt
Ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes, & ideo nullus epiſcopus niſi in legitima ſynodo ſuo tempore
apoſtolica, aut regulari auctoritate conuocata ſuper quibuſlibet pulſatus criminibus audiatur vel iu⁄
A dicetur, ne innocens damnetur aut perdat communionem. ¶ Quod laici aut ſuſpecti epiſcopos nõ
debeant accuſare, neque accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum ſit & a beato Cle⁄
mente ipſis eum inſtruentibus apoſtolis legimus deffinitum, & nos eadem firmamus, quoniam iidẽ
odio multociens incenſi recte viuentes, atque credentes perturbare nituntur. Propterea perſona, fi⁄
des vita, & conuerſatio atque ſuſpitio accuſantium enucleatim primo inquirẽda eſt, deinde que obii⁄
ciuntur fideliter ꝓtractanda, quia nihil ante fieri debet quã impetitorũ vita & ſuſpitio, atque odium
inquiratur. Et ſi bone cõuerſatiõis non fuerint, aut laici, vel manifeſti inimici aut odio reſperſi fuerint
nequaq̃ in epiſcoporum recipiãtur accuſatione. Hec vobis a quibus minis infeſte perſequimur ſcien
da mandamus, vt ab his vos caueatis, & ceſſetis perſequi eos, qui deo miniſtrant, quorum orationib⁹
& terrena bella ſedantur, & deus peccatoribus conciliatur, & ſi amplius nos elegeritis perſequi quam
deo placere, & nos magis eligimus ſuſtinere perſecutionem quam regulam confundi eccleſiaſticam
hortante nos ipſa veritatis voce, atque teſtante ita. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã au⁄
tem non poſſunt occidere, Et iterum. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipm & tollat crucem
ſuam & ſequatur me, qui enim voluerit animã ſuam ſaluam facere perdet eam. Qui autem perdide
rit animam ſuã propter me inueniet eam. Quid eni prodeſt homini ſi mundũ vniuerſum lucretur
aie vero ſue detrimẽtũ patiatur? Aut quã dabit hõ cõmutationẽ ꝓ aia ſua? Fili⁹ eni hoisvẽtur⁹ ẽ i gl'ia
pris ſui cũ angelis ſuis, & tũc reddet vnicuique ſcdm ei⁹ op⁹. ¶ Iſta vobis valde timẽda & cauẽda ſũt, a
qbus eccl'ia dei eiuſque miniſtri vexãtur & ꝓſequũtur, qb⁹ dñs ꝓ ꝓphetã minãdo loqtur dicẽs. Hõ i
honore nõ cõmorabitur aſſimilat⁹ iumẽtis exeq̃t⁹ ẽ. Hec ẽ via eorũ iſipiẽtia eorũ, & poſt eos iuxta os
eorũ curret, quaſi oues in iferno poſiti ſũt, mors paſcet eos, & ſubiiciẽt eos recti i matutino, & figura eo
rũ cõteretur i inferno poſt hitaculũ ſuũ, verũtn de⁹ redimet aiam meã de manu inferi cũ aſſumpſerit
me. Noli timere cum ditatus fuerit vir, cũ multiplicata fuerit gl'ia domus eius, neque eni moriẽs tollet
omnia nec deſcẽdet poſt eũ gl'ia ei⁹. Quia aie ſue in vita ſua bñdicet. Laudabũt te cũ bene fuerit tibi
Intrabit vſque ad generationẽ patrũ ſuorũ vſque in finem non videbit lumen, hõ cum in honore eſſet
non commouebitur aſſimilatus iumentis exequatus eſt, & alibi, quid gloriaris in malicia, potens mi⁄
ſericordia dei, tota die inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula acuta faciẽs dolum. Dilexiſti ma⁄
licia magis quã bonũ, mendaciũ magis quã loqui iuſticiã. Dilexiſti oia verba ad deuorandũ, lingua
doloſa. Sed de⁹ deſtruet te in ſempiternũ, terrebit & euellet te de tabernaculo, & eradicabit te de ter⁄
ra viuentiũ, Et videbũt iuſti & timebũt, & ſup eũ ridebũt. Ecce vir qui nõ poſuit deũ fortitudinẽ ſuã,
ſed ſpauit in multitudine diuitiarũ ſuarũ cõfortat⁹ ẽ in inſidiis ſuis. Ego aũt ſicut oliua virẽs i domo
dei ſperaui in mia dei in ſclm, & in eternũ cõfitebor tibi in ſeculũ quoniã feciſti, & expectabo nomen
B tuum quoniã bonũ in conſpectu ſctõrũ tuorũ. ¶ Iſta vobis oia ad interitũ, nobis ãt ad cõfortationẽ
ne peream⁹ dicta ſunt. Vobis ergo ideo hec ſcribimus qa debitores vobis ſumus dicẽte dño diligite
inimicos veſtros benefacite eis qui vos oderunt. Et alibi ſcriptura loquitur dicens. Si eſurierit inimi⁄
cus tuus ciba illum, ſi ſitit potũ da illi. Hoc eni faciẽs carbões ignis cõgregas ſup caput eius. His ful⁄
ti auctoritatib⁹ bellũ qđ aduerſũ nos excitatis adeo feliciter dextera dñi ꝓtegẽte nos atq; ꝓ nobis pu⁄
gnãte pacifice portare cupim⁹, vt triũphãte xpo oim verorũ fiat vna victoria ſacerdotũ, & choruſcante
lumine veritatis ſole erroris tenebre cum ſuis auctoribus pellantur, quiq; nõ eſt in hominis poteſtate
consilium dei

te consilium dei. Iustus est enim dominꝰ & omnia iudicia eius iusta sunt, atqꝫ oēs vie eius misericordia & veritas & iudiciū. In manu dñi potestas terre, cui execrabilis est oīs iniquitas, in manu dei potestas hominis: & super faciem scribe imponēt honorē suum. Perdidit deus memoriā superborū & inique agentium, & nō dereliquit memoriam humiliū & bonorum hominū. Hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit deum, quia si vita eius in probatione fuerit corroborabitur, & si in tribulatione liberabitur, Si vero in correptione fuerit, ad misericordiam perueniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatē facit deus tranquillitatē, & post lachrimationem & fletū exultationē infundit. Bn̄dictus dñs deus patrum nostrorum qui cū iratus fuerit miam faciet, & in tpe tribulationis pc̄ā dimittit. Magnus est dñs ineternū & ipse reget nos in secula, quoniā regnū eius pmanet in secula seculorū. Amen. Data. xvi. kal. februarii, Maxentio & maximo. iiii. cc. conſ.

¶INCIPIVNT DECRETA EVSEBII PAPE.

CHARISSIMIS FRATRIBVS DOMINO ET DEO dilectis episcopis omnibus per gallicanas ꝓuincias constitutis Eusebius. Scripta sanctitatis vestre cum magna gratiarum actione susceꝑi gauisus scilicet de A
vestra sospitate, sed contristatus nimis de vestra oppressione. Quod significastis enim quid de cōuersis hereticis fieri debuisset. Scitote nos eos qui in sancte trinitatis fide baptizati sunt per impositionem manus suscipere. De accusationibus vero clericorum super quibus mandastis, scitote a tempore apostolorum in hac sancta vrbe seruatum esse, accusatores & accusationes quas exteras consuetudinum leges nō ascisc̄unt a clericorum accusatione submotas. Similiter laicos non accusasse episcopos hactenus obseruatum & constitutū est, quia eiusdem non sunt conuersationis. Et oppido eis quidem infesti existunt, quippe cū vita & secreta eorum a laicorū actibus debeant esse remota, nec ab his impeti debeant, quorū castitatem & grauitatem nolūt imitari, maxime cū nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus. De ipsis vero suis videlicet agricultoribus atque ministris dominus laicis & cunctis eos persequentibus ait, Nolite tangere christos meos & in prophetis meis nolite malignari. Et ipsa sacra scriptura dicit, Qui vos tangit, tangit pupillā oculi mei. Talia enim & his similia sancti patres prouidentes pericula laicos seculo militantes ab accusatione sacerdotum prohibuere, similiter seruos & libertos, atqꝫ censibus publicis vel priuatis subiugatos, omneſqꝫ infames ab eadem accusatione vel tergiuersatione submouerūt. Non enim oportet vt permittantur carnales spirituales persequi, nec scelerib̄ irretiti, vel seculo militantes, episcopos infamare, vel lacerare, aut crimē opponere. Nam si hoc apostoli aut successores eorum permitterent perpauci remansissent, qui domino in sacerdotali ordine militassent. Idcirco & nos sequētes patrum vestigia, pro saluatione seruorum dei quascūqꝫ ad accusationem personas leges publice non admittūt, his impugnandi alterum & nos licentiam submouemus, & nulle accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis que legibus seculi ꝓhibentur, Quapropter illi quibꝰ indita est ad vnguem polita, perfectio talia silere debent, ita vt nec mutilētur nec preponantur, nec illi qui aut in fide catholica aut inimicitia suspecti sunt ad pulsationem predictorum admittantur, quia veritatis professores infidelitas & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt aut admittendi qui aliorum sponte crimina confitentur, & ideo replicanda est sollicite veritas, quam sponte prolata in illis vox habere non potest, hanc diuersis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exigere debet, vt dum penis corpora soluuntur que gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur. Vnde queso primū ad leges publicas deinde ad iudices ora cōuertite, qui possunt & volunt in deffensione omniū iuste loqui. Nos enim quos dei seruitiū post istarū rerum obiectionē fecit ingenuos, qui taliū insultationes, aut cōtumelias, aut despicimus, aut deridemꝰ quibus scriptū est de famulis & vulgi hoīb̄ per aplm. Memētote quia vester & aliorū dñs in celis est, ad hec seculi mala reuocabimur? Faciendū a nobis est qđ facientē alterū profanū esse contendimꝰ? Quod p ministeriū iussionis & manꝰ aliene incestaret aspectū nr̄o pagetur impio, nolite hāc p vniuersas ecclesias mētē rapaciū luporū more & natura seruare, qa postq̄ nos maculat forte ꝓ desyderiis eorū cruenta distussio, effectū in his quo tēdunt nō habebūt. dicēte nobis ꝓpheta, Ponamus circulū in naribus eorū, & frenū in labiis, & reducamus eos in viā rectā, quia eodē propheta asserēte impugnātur qui dicūt, erūt quasi nō sint, & pibunt viri q contradicūt nobis, Infames enim sunt proculdubio impugnatores episcoporū oēsqꝫ qui aduersus patres armantur, & conculcatores ecclesiarū sacerdotumqꝫ eius, & qui de publicis fugiunt preliis, & mādata dei contēnunt, & qui aliqua culpa infamie aspguntur macu-

lis nis omnibus impugnandi epiſcopos patrum ſequentes inſtituta,& nos licentiam ſubmouemus, quia ſic odit deus eos qui patres perſequũtur,vt patrũ inuaſores,qui in omni mũdo infamia notantur,& ideo iuſte & regulariter reſpuũtur.Nunc lõga nõ opus eſt admonitione,iã perditis odium debemus operire de quibus iã non ſupereſt quod dãnetur auctoribus de quibus dominus per prophetã loquitur dicẽs,Reprobãtes verbũ ſperaſtis in calũniã & in tumultũ,& eſtis in eo.Propterea erit vobis iniquitas hec ſicut interruptio,rurſus etiam de talib⁹ ꝓpheta clamat dicẽs. Accedite huc ſemen adulterii & fornicarii, Super quẽ luſiſtis,ſuper quẽ dilataſtis os & eieciſtis liguam:Nũquid nõ vos filii ſceleſti eſtis ſemẽ mendax:Ceſſent impii cõmentitia aduerſus ſimplices iã fraude mentiri.Cuſtodi(inquit ꝓpheta)linguam tuã a malo,& labia tua ne loquãtur dolum. Recede a malo & fac bonũ, quere pacem & perſequere eam.Oculi domini ad iuſtos,& aures eius ad clamorem eorũ.Vult⁹ autem domini ſuper facientes mala,vt perdat de terra memoriam eorũ, & paulopoſt,Interficiet impiũ malicia,& odientes iuſtum culpabuntur. ¶Nos quanquam multa patiamur a talibus,diligamus nos chariſſimi inuicem,quoniam charitas ex deo eſt. Et omnis qui diligit ex deo natus eſt & cognoſcit deum.Qui non diligit non nouit deũ,quia deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis,quoniã filiũ ſuum vnigenitum miſit deus in mũdum vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas non quaſi nos dilexerimus deum,ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum ꝓpiciationem pro peccatis noſtris.Chariſſimi ſi deus dilexit nos & nos debemus alterutrum diligere,Deum nemo vidit vnquam.Si diligamus inuicem deus in nobis manet,& charitas eius in nobis perfecta eſt, in hoc intelligimus quoniam in eo manemus & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis, & nos vidimus & teſtificamur quoniam pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi.Quiſquis cõfeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt filius dei deus in eo manet,& ipſe in deo,Et nos agnouimus & credimus veritati,quam habet deus in nobis. Deus charitas eſt,& qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo,In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum vt fiduciam habeam⁹ in die iudicii,quia ſicut ille eſt & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate,ſed perfecta charitas foras mittit timorẽ, quia timor penam habet.Qui autem timet non eſt perfectus in charitate.Nos ergo diligamus deũ quoniam deus prior dilexit nos,Si quis dixerit quoniam diligo deum,& fratrem ſuum oderit mẽdax eſt.Qui autem nõ diligit fratrem ſuũ quem videt deum,quem non videt quomodo poteſt diligere?Et hoc mandatum a deo habemus,vt qui diligit deum diligat & fratrem ſuum. Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt chriſtus ex deo natus eſt,& omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognouimus quoniam diligimus natos dei cum deum diligamus,& mãdata eius faciamus,hec eſt enim charitas dei,vt mandata eius cuſtodiamus. Et mandata eius grauia non ſunt,quia omne quod natum eſt ex deo,vincit mundũ. Et hec eſt victoria que vincit mũdum fides noſtra.Quis eſt qui vincit mundum niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius dei?Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus chriſtus,nõ in aqua ſolum,ſed in aqua & ſanguine. Et ſpirit⁹ eſt qui teſtificatur quoniã xp̃s eſt veritas,quoniã tres ſunt qui teſtimoniũ dant,ſpiritus ſanguis & aqua, & hii tres vnum ſunt. Si teſtimoniũ hoim accipimus teſtimonium dei mai⁹ eſt,quia teſtificatus eſt de filio ſuo.Qui credit in filiũ dei habet teſtimonium dei in ſe. Qui nõ credit filio mendacem facit eũ,quia non credit in teſtimonio q̃a teſtificatus eſt de filio ſuo de⁹. Et hoc teſtimoniũ eſt,quoniã vitã eternã dedit nobis de⁹, Et hec vita in ei⁹ filio. Qui habet filiũ habet vitã,qui non habet filiũ dei nõ habet vitã.Hec ſcribo vobis vt ſciatis quoniã vitã habebitis eternã,qui creditis in noie filii dei. Et hec eſt fiducia quam habemus ad eum,quia quodcũq; petierimus ſecundum volũtatem ei⁹ audiet nos, Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus.Scimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo,Qui ſcit fratrem ſuũ peccare peccatũ nõ ad mortem petat & dabitur ei vita peccanti nõ ad mortem. Eſt peccatum ad mortem nõ pro illo dico vt roget quis.Omnis iniquitas peccatum eſt & eſt peccatum ad mortem, Scimus quia omnis qui natus eſt ex deo nõ peccat ſed generatio dei cõſeruat eum,& malign⁹ non tangit eũ.Scim⁹ enĩ quoniam ex deo ſumus & mũdus tot⁹ in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam filius dei venit & dedit nobis ſenſum,vt cognoſcamus deum verum & ſimus in vero filio eius,hic eſt verus deus & vita eterna. Propter mala ſua multi potentes oppreſſi ſunt valde,& glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Benedictio autem dei in mercedem iuſti feſtinat,& in honore boni proceſſus illius fructificat. Beatus vir qui nõ eſt lapſus verbo ex ore ſuo,& nõ eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. ¶Scitote chariſſimi pro ea pietate que vobis dei famulis impendenda eſt,omnes ſuggeſtiones veſtras fidei catholice ꝓfuturas me dignãter ſuſcepiſſe, vt ipſarum quoq; opere &

opere & pax christiana reparari,& error impius possit aboleri. Et si amplius de talibus,aut his simi/
libus aliquid fuerit deliberandum celeriter ad nos relatio dirigatur,vt per tractata qualitate horū no
stra quid obseruari debeat sollicitudo cōstituat. Data. vi. kalen. Augusti. Constante con,

¶ITEM EPISTOLA EVSEBII PAPE AD EGYPTIOS.

EVSEBIVS ROMANE ET APOSTOLICE ECCLE/
sie episcopus dilectissimis in charitate christi vnanimis charitatis glutino cōne
xis tratribus p Alexandriam & egyptum dño militantibus & recta fidē tenen/
tibus in dño salutē. ¶Benedictus deus & pater domini nostri Iesu christi pa/ A
ter misericordiarū & deus totius cōsolationis qui cōsolatur nos in omni tribula/
tione nostra,vt possimus & ipi cōsolari eos qui in oi pressura sunt p exhortationē
q̄ exhortamur ipsi a deo quoniā sicut abūdāt passiones xp̄i in nobis ita & p xp̄m
abundat consolatio nostra. Siue aūt tribulamur p vestra exhortatione & salute siue exhortamur pro
vestra exhortatione & salute que opatur in tolerantiā earūdem passionū quas & nos patimur & spes
nostra firma est p vobis scientes quoniā sicut socii passionū estis,sic eritis & consolationis. Vetera di
lectissimi trāsierūt & ecce facta sunt noua. Oia aūt ex deo qui recōciliauit nos sibi per xp̄m & dedit
nobis ministeriū recōciliationis,quoniāquidē deus erat in xp̄o mundū recōcilians sibi non reputās
illis delicta ipsorū,& posuit in nobis verbum recōciliationis p christo ergo legatione fungimur tan
quā deo exhortante p nos. Obsecramus p christo recōciliamini deo. Eū qui nō nouerat peccatum p
nobis peccatū fecit vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Adiuuantes aūt exhortamur ne invacuum
gratiam dei recipiatis. Ait enim,tempore accepto exaudiui te,& in die salutis adiuui te. Ecce nunc
tempus acceptabile,ecce dies salutis nemini dātes vllam offensionem,vt nō vituperetur ministerium
nostrum,sed in oibus exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros in multa pacientia,in tribulationi/
bus,in necessitatibus,in angustiis, in plagis,in carceribus,in seditionibus,in laboribus, in vigiliis, in
ieiuniis,in castitate,in scientia,in lōganimitate & suauitate in spiritu sctō,in charitate nō ficta,in ver
bo veritatis,in virtute dei,p arma iustitie a dextris & a sinistris,p glām & ignobilitatē,p infamiam &
bonā famā,vt seductores & veraces,sicutq̄ ignoti & cogniti quasi morientes & ecce viuimus, vt casti/
gati & nō mortificati,quasi tristes semp aūt gaudētes,sicut egētes,multos aūt locupletātes, tanq̄ ni/
chil habētes & oia possidētes,Os nostrū patet ad vos charissimi cor nostrū dilatatū est. Nō angustia
mini in carnalibus,angustiamini aūt in spūalibus. Eandē aūt habentes remuneratione, tanquā filiis
dico dilatamini & vos. Nolite iugū ducere cū infidelibus,Que aūt participatio iustitie cū iniquitate
aut que societas luci ad tenebras? Que aūt cōuentio xp̄i ad belial? Aut que pars fideli cū infideli,quis
aūt cōsensus tēplo dei cū idolis? Vos enim estis tēplum dei viui sicut dicit dns. Quoniā inhabitabo
in illis & inambulabo & ero illorū deus,& ipsi erūt michi populus,ppter qd exite de medio eorū &
separamini de medio eorū dicit dns & immūdū ne tetigeritis,& ego recipiā vos & ero vobis in patrē,
& vos eritis michi in filios & filias,dicit dns ops. Has igitur habetes pmissiones charissimi mūdem⁹
nos ab oi inquinamēto carnis & spūs perficientes sctificationē in timore dei. Errorē vestrum corrigite fra
tres,& ab oi erroris macula vos custodire vt purū deo mun⁹ offerre valeatis. Seruos dei nolite psequi
Epos nolite infamare neq̄ accusare,quia de⁹ eos suo iudicio voluit reseruari. Q d enim nō ab hūanis
aut praue vite hoibus eos deprauari aut accusari voluit ipse dedit exemplū, qñ per seipsum & nō per
aliū negociātes eiecit sacerdotes de tēplo & mensas nūmulariorū pprio euertit flagello,& eiecit de tē
plo,& sicut alibi ait, De⁹ stetit i synagoga deorū in medio aūt deos discerint. Dei ergo ordinationē B
accusat,qui epos accusat vel cōdēnat,dū min⁹ spūalia q̄ terrena sectatur. ¶Causa enim fidei & dile
ctionis qbus salus xp̄iana cōsistit, multa me sollicitudine laborare cōpellit,metuētē ne prauitas que
in suis fuerat āputāda principiis ,pcessu tpis & ptinacior fiat & altior. Nā inimicū nimis est atq̄ incō
gruū eos q epos vel reliquos veros sacerdotes sua psecutione vexāt,catholicorū noibus sine discretiōe
misceri cū iā natā ipietatē nō deserētes ipi sua prauitate cōdēnantur,quos cōuenit pcelli ,p pfidia aut
liberare ,p venia,quia sicut plenū pietatis est oppressis charitatē dñicā reddi,ita iustū est oia pturban
tis auctoritatē amputari. Miror charissimi quare tā cito mouemini atq̄ a vestro sensu trāsferimini
cū scriptū sit , Post cōcupiscētias tuas nō eas & a voluntate tua auertere,Si prestes anime tue concu/
piscentias eius,faciet te in gaudiū inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec in modicis. Adest eni cō/
missio illorum. Ne fueris mediocris in cōtentione ex fenore,& non est tibi nichil in seculo. Eris enim
inuidus tue vite. Operarius ebriosus non locupletabitur,& qui spernit modica paulatim decidet.

vinum & mulieres apostatare faciũt sapientes,& arguunt sensatos,& qui se iungit fornicariis erit ne quam,putredo & vermis hereditabunt illum,& extolletur in exemplum mai⁹ & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito leuis corde est,& minorabitur,& qui delinquit in animam suam insup habebitur. Qui gaudet iniquitate denotabitur,& qui odit correptionem minuetur vita. Et q̃ odit loquacitatem extinguit maliciã. Qui peccat in animam suam penitebit,& qui iocũdatur in mali⸗ tia denotabitur.ne iteres verbum nequã & durum,& nõ minoraberis. Amico & inimico noli enar rare sensum tuum,& si est tibi delictum noli denudare,audiet enim te & custodiet te,& quasi deffen dens peccatum odiet te,& sic adherebit tibi semper. Audisti verbum aduersus proximum,cõmo⸗ riatur in te fidens quoniam non te disrumpet,a facie verbi parturit fatuus,tãquam gemit⁹ partus in fantis. Sagitta ifixa femori carnis,sic verbum in corde stulti. Corripe amicum ne forte cum fecerit in iuriam & non intellexerit dicat non feci,aut si fecerit ne iterum addat facere. Corripe proximum ne forte non dixerit. Et si dixerit ne forte iteret,Corripe amicum,sepe enim fit commissio,& non omni verbo credas. Est q̃ labitur inlingua sua,sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lin⸗ gua sua? Corripe proximum antequam cõminaris & da locũ timori altissimi,quia omnis sapientia & scientia timor dei,& in illa est timere deũ,& in omni sapiẽtia dispositio legis. Non est sapientia ne q̃ scientia,& non est cogitatus bonus nisi in illa, Peccatorũ prudentia est nequitia & in ipsa execra tio,& est insipiẽs qui imminuitur sapiẽtia. Melior est hõ qui deficit sapiẽtia & deficiẽs sensu in timo re quam qui abundat sensu & transgreditur legẽ altissimi. Est solertia certa, & ipsa iniqua,& est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se,& interiora eius plena sunt dolo. Et est iustus qui se inimium submittit a multa humilitate,& est iustus qui inclinat faciem & fin git nõ videre se quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare,si inuenerit temp⁹ malefaciendi malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enuntiant de illo. Est correptio mendax in ore con⸗ tumelioso,& est iudiciũ quod non probatur esse bonum,& est tacens & ipse est prudens. Quam bo num est arguere quam irasci,& confitentem in oratione non prohibere,Cõcupiscẽtia spadonis de⸗ uirginauit iuuenculam,sic qui facit per vim iudicium iniquũ. Quam bonum est correpto manife⸗ stare penitentiam,sic enim effugies volũtariũ peccatum. Est tacens qui inuenitur sapiens,& est odi⸗ bilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacẽs non habens sensum loquele,est & tacens tempus scies apti temporis. Homo sapiens tacebit vsq̃ ad tempus,lasciuus autem & imprudens non serua⸗ bit tempus. Qui multis vtitur verbis ledit animã suam,& qui potestatem sibi assumit iniuste odie tur. Est processio in malis viro indisciplinato,& est inuentio in detrimẽtum. Est datum quod nõ est vtile,& est datum cuius retributio duplex,sed propter gloriam minoratio,& est qui ab humilitate le⸗ uabit caput. Est qui multa redimat modico precio,& est restituens ea septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit,gratie autem fatuorum effundẽtur,datum insipientis nõ erit vtile tibi. Ocu li enim illius septemplices sunt. Exigua dabit & multa improperabit,& apertio oris illius inflãma⸗ tio est,hodie fenerat quis & cras expetit & odibilis homo huiusmodi,Fatuo nõ erit amicus,& nõ erit gloria bonis illius. Qui enim edũt panem illius, false lingue sunt quotiẽs & quãti irridebunt eum, neq̃ enim quod habendũ erat directo sensu distribuit,similiter & quod non erat habendũ. Lapsus false lingue quasi qui a pauimẽto cadẽs, sic casus malorũ festinanter veniẽt, Homo ingratus quasi fa bula vana in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola,nõ enim dicit il lam in tpe suo. Est qui vetatur peccare ab inopia & in requie sua stimulabitur,Est qui perdet animã suã p confusione,& ab imprudẽti persona pdet eam,persone autem acceptio ne perdet se. Est qui pre confusione ꝓmittit pro amico & lucratus est eũ inimicũ gratis,Opprobriũ enim nequã in homine mendaciũ,& in ore indisciplinatorum assidue erit. Laudat furẽ assiduitas virí mendacis,pditionem aũt ambo hereditabũt,Mores hoim mẽdaciũ sine honore,& cõfusio illorũ cum ipsis sine intermissio
A ne. ¶Vos fratres ãmonemus ꝓfutura hoibus inuicem indesinẽter sectari in charitate christi,simi⸗ liter obsecram⁹ vos in domino,vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cũ omni humilitate & mansuetudine,cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate,sollicíti seruare vnitatem spiritus in vincu⸗ culo pacis,vnũ corp⁹ & vn⁹ spũs,sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre vn⁹ dñs,vna fides,vnũ baptisma,vnus deus & pater oim qui sup oẽs & per oia & in oibus nobis. Vnicuiq̃ aũt nrm data est gratia,scdm mensurã donationis xpi,ppter quod dicit ascendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ de⸗ dit dona hoibus. Quod aũt ascẽdit quid est nisi quia & descẽdit primũ in iferiores ptes terre? Qui

descendit

descendit ipse est & qui ascendit super oēs celos vt adimpleret oia. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos,quosdam aūt prophetas,alios vero euāgelistas,alios aūt pastores & doctores ad cōsummationem sanctorūin opus ministerii in edificationē corporis xp̄i,donec occurram⁹ oēs in vnitatem fidei & agnitionis filii dei in virū pfectum,in mensurā etatis plenitudinis xp̄i. vt iā non lim⁹ paruli fluctuantes & circūferamur omni vēto doctrine in nequitia hoim in astutia ad circūuentionem erroris,de occultis enim cordis alieni temere iudicare iniquū est,& eū cuius nō videtur nisi opera bona,peccatū est ex suspitione reprehēdere. Oues ergo que pastori suo cōmisse sunt eū nec reprehendere (nisi a recta fide exorbitauerit) debēt,nec vllatenus accusare possunt,quia facta pastorū oris gladio ferienda nō A
sunt,quāq recte reprehēdenda videātur. ¶ Ideo ista dicim⁹ quia in scripturis vestris reperim⁹ quosdam episcopos nostris in ptibus a ppriis ouib⁹ accusatos,aliquos videlicet ex suspicioe,& aliquos ex certa ratione, Et idcirco quosdā esse reb⁹ suis expoliatos,quosdā vero a ppria sede pulsos. Quos scias nec ad synodū cōprouincialē nec ad gn̄alem posse vocare,nec in aliquid iudicare. anteq cuncta que eis sublata sunt legib⁹ potestati eorū redintegrentur. Pri⁹ ergo oportet oia illis legibus reditegrari,& ecclesias que ei sublate sunt cū omni p̄uilegio suo restitui,& postmodum non sub angusti tpis spatio sed tantū tpis spatium eis indulgeatur quantū expoliati vel expulsi esse videtur anteq ad synodum cōuocentur,& ab oibus quibusq sue ꝓuincie episcopis audiātur. Nā nec cōuocari ad causam nec di iudicari pōt expoliatus vel expulsus,quia nō est priuilegium quo expoliari possit iā nudatus, Vnde & antiquitus decretū est,vt oēs possessiones & omnia sibi sublata atq fructus cūctos ante litē contestatam p̄ceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptū habetur, Ille qui violentiā pertulit vniuersa in statu quo fuerāt recipiat,& que possedet securus teneat, Et alibi, In synodalibus patrū decretis & regū edictis legitur statutum. Redintegranda sunt oia expoliatis vel electis ep̄is presentialiter ordinatione pontificū,& in eorū vnde abscesserunt loca funditus reuocāda quacūq conditione tpis aut dolo,aut captiuitate,aut virtute maiorum,aut per qualecūq iniustas causas res ecclesie vel ꝓprias aut substātias suas pdidisse noscūtur,ante accusationē aut regularē ad synodum vocationem eorum, & reliqua, Est etiam in antiquis ecclesie statutis decretū,vt qui aliena inuadit nō exeat ipunitus, sed cū multiplicatione omnia restituat. Vnde & in euangelio scriptum est, Quod si aliquid defraudauit reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautū habetur. Qui rem subripit alienam,illi cuius res direpta est indecuplū que sublata sunt restituat. Et in lege diuina legitur. Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus. Amen. Talia ergo non presumantur absq vltione,nec exerceantur absq sua dampnatione, Pacem & non dānum aut iniustitiam alicuius sectamini inuicem & in omnes, Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput christus,ex quo totum corpus compactum & connexū per omnem iuncturam submini strationis secundum operationem in mensuram vnius cuiusq membri augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. De cetero charissimi gaudete & perfecti estote exhortamini. Idem sapite pacē habete & deus pacis & dilectionis erit vobiscū, dominus custodiat vos & nunc & in die eternitatis, Amen. Data. ix. kalēd. Octobris constante. cc. concess.

ITEM EPISTOLA EVSEBII PAPE EPISCOPIS TVSCIE ET CAMPANIE.

DILECTISSIMIS FRATIBVS VNIVERSIS EPISCOpis per Campaniam & Tusciam constitutis Eusebius. ¶ Benedictus domin⁹ deus noster qui per misericordiam suam Romanā ecclesiam beati Petri apostolorū principis sacerdotio ditauit,nobisq viam monstrandam circa nos propter vniuersalem curam que nobis propter priuilegium eiusdem ecclesie charitas indulsit,qui coherem⁹ firmitate fidei iungamur quoq votiua iocunditate colloquii,quo facilius dum per litterarum ministeria ad vos vsq pertēdimus,etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitem⁹,& dum dilectionis nostre spei reddimus velut quoddam debitum,plenum circa deum monstremus affectum. B

¶ Iungamus ergo dilectissimi fratres continuas & humiles preces,& deum nostrum oris & cordis lachrimis supplicantes iugi deprecatione poscamus, vt institutione & opere illi cuius esse membra cupimus hereamus nec vnquam ab illa via que christus est deuio tramite declinemus, ne ab eo iuste quem nos impie relinquimus deseramur infelices. ¶ Quod cum superni fauoris auxilio

ea nobis pōt ratione cōtingere,si aplica dogmata si patrū mandata seruamus, dicit enim dns noster Qui diligit me sermonē meū seruabit,& pater meus diliget eū,& ad eū veniem⁹ & māsionē apud eū faciemus. Et licet hec possint generaliter dicta sufficere,vt vel declinemus errata vel custodiamus catholica. ab apostolis tn eorūq; successoribus nouim⁹ constitutū criminationes aduersus doctores nō debere suscipere,nec peregrina iudicia fieri,nec quēq; alterius iudicis quē sui sentētia debere cōstringi. Caput enim ecclie xps est,christi aūt vicarii sacerdotes sunt,qui vice xpi legatione funguntur in ecclesia. Idcirco quicqd ad eorū sit iniuriā ad christū ptinet q dixit. Qui vos audit me audit,& qui
A vos spnit me spernit. Et qui spernit me spernit eū qui me misit. ¶Ista fratres terribilia sunt & oppido diligēter cōsyderanda & cauēda,& tā ppter eos qui seipsos aut cupiditate,aut auaritia, aut inuidia pdere moliuntur(ne in pfunda labantur aut in talia incidāt mala)quā ppter psecutores ecclesie seruorūq; eius,q iuxta veritatis vocē oculos habētes nō vidēt,& aures habētes nō audiūt,nec intelligunt que placent deo,sequētes in omnibus apostolicā regulā & pdicantes eius oia constituta ob custodiā eporum qui colūne ecclesie adeo dicti sunt & ceterorū verorū sacerdotū firmātes cana patrū statuta statuim⁹,iterū cū omnibus qui nobiscū sunt epis sicut dudū decretū reperim⁹ vt homicide, maleici,fures sacrilegi,raptores,adulteri,incesti,venetici,suspecti,criminosi,domestici,periuri & qui raptū fecerūt,vel falsum testimoniū dixerūt,seu qui ad sacrilegos,diuinosq; cōcurrerūt similesq; eorū nullatenus ad accusationē vel ad testimoniū erunt admittēdi,quia infames sunt & iuste repellendi, quia funesta est vox eorū. Vocē enim funestam in oibus interdici potiusq; audiri oportet,Periculū ergo qđ doctoribus imminet summope semp cauendū est & declinandū,& illi sunt a cunctis portandi
A & custodiēdi,dicente dño. Quod vni ex minimis meis feciſtis michi feciſtis. ¶Prima enim sal⁹ est recte fidei regulas custodire,& a cōstitutis patrū nullaten⁹ deuiare.Nec pōt dni nostri Iesu christi ptermitti sentētia dicētis. Tu es Petrus & sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam, & hec que dicta sunt rerū pbantur effectib⁹,quia in sede aplica extra maculā semp est catholica seruata religio.
¶Ideo charissimi & vos iuxta sctām scripturā discite bnfacere & mala declinare,& patrum regulis imbui sicut scriptū est. Fili si habes bene fac tecū & deo dignas oblationes offer, Memor esto quoniā mors nō tardat,& testamentū inferorū quia demonstratū est tibi. Testamētū hui⁹ mūdi morte morietur. Ante mortē benefac amico tuo,& scdm vires tuas exportigēs da pauperi, Non defrauderis a die bona & pticula boni doni nō te ptereat.Nōne aliis relinques dolores & labores tuos? In diuisiōe sortis da & accipe,& iustifica animā tuā. Ante obitū tuum opare iustitiā,quia nō est apud inferos inuenire cibū. Ois caro sicut fenum veterascet,& sicut foliū fructificās in arbore viridi. Alia gnantur & alia deiiciūtur,Sic gnatio carnis & sanguinis alia finitur & alia nascitur. Oē op⁹ corruptibile in fine deficiet,& qui illud opatur ibit cū ipso. Et oē opus electū iustificabitur,& q opatur illud honorabitur in illo. Beat⁹ vir q in sapiētia sua morabitur,Et qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circūspectionē dei. Qui excogitat vias illi⁹ in corde suo & in abscōsis illi⁹ intelligēs erit,vadens post illā quasi inuestigator,& in viis illi⁹ cōsistens. Qui respicit p fenestrā eius,& in ianuā illius audiens, Qui requiescit iuxta domū illi⁹,& in parietibus illis figens palū,Statuit casulā suam ad manus illius,& requiescūt in casula illi⁹ dona p euum.Statuet filios suos sub tegmine illius,& sub ramis illius morabitur,ptegetur sub ramis illi⁹ a feruore,& in gl'ia eius requiescet. Qui timet dnm faciet illud, & q cōtinēs est iustitie apprehēdet illā,& obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier a virginitate suscipiet illū. Cibabit illū pane vite & intellectus,& aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabitur i illo & nō flectetur,& cōtinebit illū & nō cōfundetur,& exaltabit eū apud pximos suos, & in medio ecclesie aperiet os ei⁹,& implebit eū spū sapiētie & intellectus,& stola gl'ie vestiet illū,iocundit atē & exultationē thesaurizabit sup illū,& noie eterno hereditabit illū. Hoies stulti non apprehendēt illā,& homines sensati obuiabūt illi,homines stulti nō vidēbūt illā. Longe enim abest a superbia & dolo. Viri mēdaces nō erūt illius,& viri veraces inuenientur in illa, & accessum habebunt vsq; ad inspectionē dei.Nō est specios laus in ore peccatoris,quoniā adeo perfecta est sapiētia. Sapiētia enim dei stabit laus,& in ore fideli abūdabit,& dnator dabit eā illi.Non dixeris per dnm abest,que odit nō feceris,nō dices ille me implātauit,Nō enim necessarii sunt illi hoies impii. Oē execramentū erroris odit de⁹,& nō erit amabile timētibus eū,De⁹ ab initio cōstituit hoiem,& reliquit illū in manu cōsilii sui,adiecit mādata & pcepta sua. Si volueris mādata cōseruabūt te,& in ppetuū fidē placitā facere, Appositi tibi aquā & ignē,ad qđ volueris porrigere manū,añ hoiem vita & mors,bonū & malū,qđ placuerit ei dabitur illi,quoniā multa patiētia dei,& fortis i patiētia vidēs oēs sine itermissiōe.

Oculi dni

Oculi dñi ad timẽtes eũ,& ipse cognoscit oẽm operã hominis. Nemini mãdauit impie agere,& nemini dedit spaciũ peccãdi.Nõ enim concupiscit multitudines filiorũ infideliũ & inutilium,Ne iocũ deris in filiis impiis si multiplicẽtur,nec oblecteris sup ipsos si nõ est timor dei cũ illis.Non credas vite illorũ,& nõ respexeris in labores eorũ.Melior est enim vnus timẽs deũ,quã mille filii impii. Et vtile mori sine filiis,quã reliquere filios impios.Ab vno sensato inhabitabitur patria,& a tribus impiis deseretur.Multa alia vidit oculus meus,& fortiora horũ audiuit auris mea,In synagoga peccantiũ exardebit ignis,in gente incredibili exardescet ira,Nõ exorauerũt p peccatis suis antiqui gygantes,q destruxerũt confidẽtes sue virtuti,& non pepercit pegrinationi illorũ,sed percussit eos & execratus est illos p superbia verbi illorũ.Nõ misertus est illis totã gentem pdẽs,& extollẽtes se in suis peccatis. Et sicut sexcenta milia peditum,qui cõgregati sunt in duricia cordis sui. Et si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis.Misericordia eni & ira est cũ illo potẽs exoratio,& effundẽs iram scdm misericordiã suam,Sic correptio illius homines scdm opera sua iudicabit.Nõ effugiet in rapina sua peccator,& nõ retardabit sufferentiã facientis miam . Omnis misericordia faciet locum vnicuiq; scdm meritũ operũ suorum,& scdm intellectũ pegrinationis.Nõ dicas a deo abscõdar,& ex summo quis mei memorabitur:in populo magno nõ agnoscar.Q ue est enim anima mea in tã immẽsa creatura:Ecce celũ & celi celorũ abyssus vniuersa terra & que in eis sunt in conspectu illius cõmouebũtur, mõtes simul & colles & fundamenta terre. Et cũ conspexerit illa deus tremore cõcutientur,& in oibus his insensatum est cor,Et omne cor intelligitur ab illo,& vias illius quis intelligit? Et procellam quã nec oculus vidit hominis.Nam plurima opera illius sunt in abscõsis,sed opera iustitie illius qs enarrabit aut quis sustinebit? Large enim est testamentũ a quibusdã,& interrogatio hoim in cõsumma tione est,Q ui minoratur corde cogitat mala,& vir imprudẽs & errans cogitat stulta, Ois ergo fratres sermo malus de ore vestro non pcedat,sed si quis bonus est ad edificationẽ oportunitatis, vt det gram audientib9. Et nolite cõtristare spiritũ sanctũ dei,in quo signati estis in die redẽptionis. Ois amaritudo & ira, & idignatio,& clamor,& blasphemia tollatur a vobis cũ omni malicia. Estote aũt inuicẽ benigni,misericordes,donãtes inuicẽ,sicut & deus in xpo donauit vobis.Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi,& ambulate in dilectione sicut & xps dilexit nos,& tradidit semetipsum p nobis oblationẽ & hostiam deo in odorẽ suauitatis.Fornicatio aũt & omnis immundicia,aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos aut turpido,aut stultiloquiũ,aut scurrilitas que ad rẽ non ptinet sed magis gratiarũ actio.Hoc enim scitote intelligẽtes qd omnis fornicator,aut immũdus,aut auar9 (qd est ydolorũ seruitus) non habet hereditatẽ in regno xpi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis,Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie.Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliqñ tenebre,nũc aũt lux in dño,vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in bonitate,& iustitia,& veritate.Probantes quid sit beneplacitũ deo,& nolite cõmunicare operibus infructuosis tenebrarũ,magis aũt redarguite.Q ue enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere.Oia autem que arguũtur a lumine manifestãtur:Oẽ enim qd manifestatur lumẽ est. Propter quod dicit: Surge q dormis & exurge a mortuis,& illuminabit te xps. ¶Videtote itaq; fratres quõ caute ambuletis nõ quasi insipientes,sed vt sapientes,redimentes tps quoniã dies mali sunt, pterea nolite fieri imprudẽtes sed intelligẽtes que sit volũtas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto loquẽtes vosmetipis in psalmis & hymnis in cordibus vestris dño gratias agentes semp pro oibus in nomine dñi nostri Iesu xpi deo & patri subiecti inuicm in timore christi.

¶Crucis ergo dñi nostri Iesu xpi que nup nobis gubernacula sancte romane ecclesie tenẽtibus quinto nonas maii inuẽta est in pdicto kalẽdarũ die inuẽtionis festũ vobis solẽniter celebrare mandam9. Similiter & hereticos oẽs quicũq; dei gra cõuertuntur in scte trinitatis noie credẽtes baptizati sunt Romane ecclesie regulã tenẽtes p manus impositionẽ reconciliari pcipimus.Manus impositionis sacramentũ magna veneratione tenendũ est;que ab aliis pfici non põt nisi a sũmis sacerdotibus. Nec tpe aplorũ ab aliis q̃ ab ipsis apostolis legitur aut scitur pacta eẽ,neq; ab aliis(sicut iã dictũ est)q̃ ab illis qui eorũ locũ tenẽt vnq̃ pfici põt,aut fieri debet.Nã si aliter psumptũ fuerit irritũ habeatur & vacuum,nec inter eccliastica vnq̃ reputabũtur scra.De cetero fratres gaudete & exultate in dño, vt scti spiritus gra illuminati & cõfortati,vos vestrosq; ad pascua eterne vite pueníre atq; pducere adminiculãte dño valeatis. Gra dñi nri Iesu christi & charitas dei,& cõmunicatio spũs sancti sit semper cum omnibus nobis.Amen. Data.viii.Kalen.Septembris,Constãte.c,consul.

A

¶INCIPIVNT DECRETA MELCHIADIS PAPE.

A ILECTSISIMIS FRATRIBVS MARINO, BENE dícto, Leoncío,& ceteris hyſpaniarũ ac íllís ín partíbus cõſtítutís epíſcopísMel chíadís, Apoſtolící precepti verba ſunt apud íudeos atq; gẽtiles ſine offenſione nos eſſe debere, hoc quíſq; chriſtíanus eſt tota anímí vírtute cuſtodít. Quod cum ita ſít, non parum periculí íllí manere poterít ante deũ, quí hoc detractat etíã fidelib9 exhíbere. Nam qualíter nos quí neminẽ p̃ire volum9 íſta cõtríſtẽt que auctorĩbus chriſtíanís percellunt anímos chriſtíanos, domínicus ín euan gelío ſermo teſtatur, Aít enim ípſe ſaluator quod expediat ſcandalízanti vnum de puſillís ín ma ris profundum demergí. Ideo que ſít eíus íam pena queramus cuí tale ſupplícium legímus expe díre. Quapropter íſta chariſſímí valde ſunt verba ponderanda & cauẽda, ne pro tẽporalíbus eter na, & p caducís mãſura, & p prauiſſímís tẽporalíbus perdantur (quod abſít) ppetua gaudía. Vnde vos rogamus & obſecram9 vt nullus alteri noceat, neq; ínfeſt9 aut nocẽs exíſtat, ſed íuxta apoſtolum alter alteri9 onera portet vt legẽ chríſtí adímpleat. & nolíte íudícare ínuícem, ſed íuxta eundẽ apoſto lum hoc íudícate magís, ne ponatís offendículũ fratrí vel ſcandalũ. Primo ſemper omnía dílígẽter ínquírite, vt cũ íuſtítía & vetítate definiatís. Neminẽ condẽnetís ante verũ & íuſtũ íudícíũ. Nullum ſuſpítionís arbítrío íudícetis, ſed primũ probate, & poſtea charitatíuam p̃ferte ſentẽtíam. Et qđ vo bís non vultís fíerí, alteri nolíte facere. Memẽtote ſermonís dñí ſemper quí aít, Nolíte íudícare, et nõ íudícabímíní. Nolíte condẽnare, vt nõ condenemíní, ín quo enim íudícío íudícaueritis íudícabímí ní. Epíſcopos nolíte íudícare, nolíte condẽnare abſq; ſedís huius auctorítate. Quod ſí feceritis írrí ta erũt veſtra íudícía & vos condẽnabímíní. Hoc enim príuílegíũ huíc ſancte ſedí a temporíb9 apo ſtolorũ ſtatutũ eſt ſeruare, quod íllesum manet vſq; in hodíernũ díẽ. Eꝑos ergo quos ſíbí dñs ocu los elegít & colũnas eccleſíe eſſe voluít, quíbus etíam lígãdí & ſoluendí dedít poteſtatem ſuo íudícío reſeruauít, hocq; príuílegíũ beato Clauígero Petro ſua vice ſolũmodo commíſít. Quod eíus íuſte prerogatíuũ ſuccreſcít ſedí futurís hereditandum atq; tenẽdum temporíb9, quonĩam & ínter beatos apoſtolos fuít quedam díſcretío poteſtatís. Et lícet cunctorũ par electío foret, beato tamen Petro con ceſſum eſt vt alíís p̃míneret eorũq; que ad querelã venírent cauſas & ínterrogatíones prudẽter díſpo neret. Quod deí ordínatíone taliter ordínatũ eſſe credím9, ne omnes poſterorũ cuncta ſíbí víndíca rent, ſed ſemp maíores cauſe ſícut ſunt eꝑorum & potíorũ cure negotíorũ ad vnã beatí príncípís apo ſtolorũ Petrí ſedẽ confluerent, vt índe ſuſcípíant fínem íudícíorũ, vnde acceperunt ínítíum inſtítu tíonũ ne quandoq; a ſuo díſcreparent capíte. Sí vero ſe víderít quíſquã veſtrum pregrauarí hanc ſe dem appellet, huc recurrat, vt ſemper ínſtítuta fuít cõſuetudo, quía & volũtarie eís cõpatíemur & lí benter p̃ut dñs dederít admínículũ feremus. Nec a quoq̃ fratres ínhíbeatur aut obíurgetur q noſtre conſors cõmunionís eſſe voluerít, ſed magís eí veníẽdí auxílíũ p̃ſtet, quía ſufficít vnícuíq; obíurga tío que fít a plurímís, vt íuxta ap̃lm magís donetís & cõſolemíní, ne forte abũdantíorí triſtítía abſor beatur q̃ ín anguſtía eſt, Propter qđ obſecro vos vt ípſe aít, vt confírmetís ín íllo charítatẽ, Eorũ enim os accuſandí ſacerdotes vel teſtífícãdí ín eos obſtruim9 quos non humanís ſed díuínís vocíbus mor tuos eſſe ſcím9, quoníã ínfidelís hõ mortuus eſt ín corpore víuẽte nec ín ſuſpítionẽ veníat hõ fídelís, vt dícat aut faciat ea que patí non vult. Sí quís fídelís eſt vídeat ne falſa loquatur, aut cuíquam ínſí días ponat. Facíle eſt ergo hominẽ fallere nõ tamen deum, Sapíens non eſt quí nocet. Et nichíl mali vult quí eſt fídelís, ín hís enim fídelẽ & ínfídelẽ hoíem cognoſcere poſſumus ínnocẽdo & adíuuãdo, vt ípſa verítas aít, Bonus hõ ex bono theſauro cordís ſuí p̃fert bona, & mal9 hõ ex malo theſauro cor dís ſuí p̃fert mala, ex abũdantía enim cordís os loquítur. Pro nobís enim dícít dñs per prophetam. Eos vero quí íudícãt vos, ego íudícabo. Et íterũ ad ſeruos díxít. Nolíte tímere opprobrium hoím & blaſphemías eorũ ne metuatís. De talíb9 quoq; p̃pheta canít dícẽs. Nõ ſíc ímpíí ſed tanq̃ puluís quẽ proíícít ventus, p̃ptere a nõ reſurgent ímpíí ín íudícío neque pc̃tõres ín cõgregatíone íuſtorũ. Quoníã nouít dñs víã íuſtorũ & íter ípíorũ p̃bít. Quare cõturbate ſunt gẽtes, & plebes medítabũ tur ínanía. Cõſurgẽt reges terre, & príncípes tractabũt pariter aduerſus dñm & aduerſus chríſtum eí9, Díſrũpamus víncula eorũ, & p̃íciamus a nobís íugum ípſorũ. Habítator celí rídebít, & domí nus ſubſannabít eos. Tũc loquetur ad eos ín íra ſua, & ín furore ſuo cõturbabít eos. Et alíbí díxít. Sce lus ímpíí ín medío cordís eí9 nõ eſt tímor deí ante oculos eius. Quoníã doloſe egít aduerſus eum ín oculís eíus, vt ínueníret ínícquítatem ad odíum. Verba orís eíus ínícquítas & dolus, ceſſauít co gítare vt benefaceret. Ínícquítatem cogítat ín cubílí ſuo, ſtabít ín vía non bona, malum non abíícíet.

Domine ín

Domine in celo miſericordia tua, fides tua vſque ad nubes, iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus multa. Homines & iuuenta ſaluos facies domine, quã precioſa miſericordia tua deus. Et filii Adã in vmbra alarũ tuarũ ſperabũt, Inebriabũtur de pinguedine domus tue & torrẽte deliciarum tuarũ potabis eos. Quoniã tecũ eſt fons vite & in lumine tuo videbimus lumẽ. Attrahe miſericor/diam tuã ſcientibus te, & iuſtitiã tuam rectis corde. Nõ veniat michi pes ſuperbie, & manus impio/rum non me cõmoueat, ibi ceciderunt operantes iniquitatẽ, expulſi ſunt, & non potuerunt ſurgere. Audiuimus a quibuſdã fratrib⁹ quib⁹ infeſti eratis nimis q⁹ iurgia & diſcordie ſint inter vos. Pro/pterea iſta ſcripſimus vobis mandantes, vt ita teneatis ſicut & ab apoſtolica ſede vobis tenenda man dantur. Vnde & dominus in euangelio militibus interrogãtibus reſpõdit dicẽs. Neminẽ concutia/tis neq⁹ calũniã faciatis, ſed cõtẽti eſtote ſtipendiis veſtris. Concutit enim hominẽ qui illum iniuſte conturbat, de his hec vobis interdum ſufficiant. Si autem maioríb⁹ indigueritis vita comite mittite & mittentur vobis. ¶De hisvero ſuper quib⁹ rogitaſtis vos informari, id eſt vtrũ maius eſſet ſacra/mẽtũ manus impoſitio epiſcoporum aut baptiſmus. Scitotevtrũq⁹ magnũ eſſe ſacramentũ. Et ſicut A
vnum a maioríb⁹ fit, id eſt a ſummis pontificibus quod a minoribus perfici nõ poteſt, ita & maiori veneratione venerandum & tenendũ eſt, ſed ita coniuncta ſunt hec duo ſacramenta vt ab inuicem niſi morte preueniente nullatenus poſſint ſegregari, & vnum ſine altero rite perfici nõ poteſt. Nam vnum preueniente morte ſaluare ſine altero poteſt, aliud autem nõ poteſt. Vnde ſcriptum eſt, In die bus illis dicit domin⁹ effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Aduertamus ſummas diuitias bonitatis dei. Quod i cõfirmandis neofitis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc ſpiritus ſan cti deſcenſio in credentium populos donauit vniuerſis. Sed quia dicimus quod manus impoſitio, & cõfirmatio, & qui iam regenerat⁹ in chriſto eſt, confirmare aliquid poſſit forte cogitet ſibi aliquis, Quid michi prodeſt poſt myſterium baptiſmatis myſteriũ confirmantiõis? Aut quantũ video nõ totum de fonte ſuſcepimus ſi poſt fontem adiectione noui generis indigemus. Nõ ita dilectiſſimi attendat charitas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, vt cum imperator quẽcunq⁹ in militum recepe/rit numerũ, nõ ſolũ ſignet receptũ, ſed etiam armis competẽtibus inſtruat pugnaturũ. Ita in baptiza to benedictio illa munitio eſt, Dediſti militẽ, da ei adiumẽtum militie. Nũquid prodeſt ſi quiſquã parentum magnã pupillo conferat facultatẽ niſi prouidere ſtudeat & tutorẽ. Itaq⁹ paradetus regene ratis in chriſto cuſtos & conſolator & tutor eſt. Ideo dicit ſermo diuinus. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Ergo ſpiritus ſanctus qui ſuper aquas baptiſmi ſaluti/fero deſcẽdit illapſu i fonte plenitudinem tribuit ad innocẽtiam, in confirmatione augmentum p̃ſtat ad gratiam, quia in hoc mundo tota etate victuris inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitã, poſt baptiſmũ cõfirmamur ad pugnã, In baptiſmo abluimur, poſt baptiſmũ roboramur, at ſi continuo trãſituris ſufficiant regeneratiõis beneficia, victuris autem neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiẽdos confirmatio autem armat & inſtruit ad agones mundi huius & prelia reſeruandos. Qui autẽ poſt baptiſmũ cum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortẽ confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortẽ, Hic ſi forte illud etiam requirerevelimus poſt paſſionem & reſurrectionẽ Chriſti, quid apoſtolis profuerit aduentus ſpiritus ſancti ipe dominus eis euidenter exponit. Que dico (inquit) vobis non poteſtis ea portare modo, cum autem venerit ille ſpiritus veritatis ipſe doce/bit omnẽ veritatem. Vides quia cum ſpiritus ſanctus infunditur cor fidele ad prudentiã & conſtan tiã dilatatur. Itaq⁹ ante deſcẽſionem ſpiritus ſancti vſq⁹ ad negationẽ apoſtoli deterrẽtur, poſt viſita tionem vero eius vſq⁹ ad martyrium contẽptu ſalutis armãtur, ſecundũ hoc per Chriſtũ redimimur per ſpiritũ vero ſanctũ dono ſapiẽtie ſpiritualis illuminamur, edificamur, erudimur, inſtruimur, con ſummamur, vt illã ſancti ſpiritus vocẽ audire poſſimus. Intellectũ tibi dabo & inſtruam te in via hac qua gradieris. De ſpiritu ſancto accipimus, vt ſpirituales efficiamur, quia animalis homo non perci pit ea que ſunt ſpiritus dei. De ſpiritu ſancto accipimus, vt ſa piamus inter bonum malumq⁹ diſcer/nere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malicie ac ſuperbie repugnemus, vt luxurie ac diuerſis illece/bris, & fedis indigniſq⁹ cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu ſancto accipimus vite amorem & glo/rie ardorẽ, vt ſuccenſi diuinitus erigere a terrenis mẽtem ad ſupna & diuina valeamus. ¶Ieiunium B
ergo dominici diei & quinte ferie nemo celebrare debet, vt inter ieiunium Chriſtianorũ & gẽtilium veraciter credẽtium atq⁹ infidelium & hereticorum vera & nõ falſa diſcretio habeatur, vnde ſcriptum eſt. Que pars chriſti ad belial? aut que pars fideli cum infideli? Que autem partícipatio iuſtitie cũ

iniquitate? Et iterum. Nolite iugũ ducere cum infidelibus, Decetero fratres videte ne quis vos decipiat in anibus verbis, neq; per philosophiã & inanẽ fallaciã secundũ traditionem hominũ, secundum elementa mundi, & non secundũ Christũ, quia in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis in circuncisione Christi cõsepulti ei in baptismo in quo resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illũ a mortuis. Etvos cũ mortui essetis in delictis & preputio carnis vestre cõuiuificauit cum illo, donãs vobis omnia delicta, delens quod aduersum vos erat cirographum decreti quod erat contrariũ nobis, & ipsum tulit de medio & affigens illud crucí, expolians principatus & potestates traduxit confidenter palã triumphãs illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut ī parte diei festi, aut neomenie, aut sabbatorũ que sunt vmbra futurorũ corp⁹ autẽ Christi. Nemo vos seducat volẽs in humilitate & religio nr angelorũ que non vidit ambulãs frustra inflatus sensu carnis sue, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexũ & coniunctionẽ subministratũ & cõstructum crescit in augmẽtũ fidei. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi quid adhuc tãq viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; contrectaueritis que sunt omnia in interitu ipso vsu secundũ precepta & doctrinas hominũ, que sunt rationẽ quidã habentia sapientie in superstitione & humilitate, & non ad parcendũ corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Igitur si cõsurrexistis cum christo que sursum sunt querite, vbi Christ⁹ ẽ in dextera dei sedẽs, que sursum sunt sapite nõ que sup terram. Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cum christus apparuerit vita vestra tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra que sunt super terrã, fornicationem, immunditiã, libidinem, concupiscentiam malã, & auaritiam que ẽ simulacrorum seruitus, propter que venit ira dei in filios incredulitatis. In quibus & vos ambulastis aliquando cum viueretis cum illis. Nũc autem deponite vos omnẽ irã, indignationem, malitiã, blasphemiã, turpẽ sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicẽ expoliantes vos veterẽ hominẽ cum actibus suis & induẽtes nouũ eum qui renouatur in agnitionem secundũ imaginem eius qui creauit eum. vbi non est iudeus & gentilis circuncisio & prepucium, barbarus & scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus christus. Induite ergo vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordie, benignitatẽ, humilitatem, modestiã, patientiam supportantes inuicẽ, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquã habet querelã. Sicut & christus donauit vobis ita & vos. Super autem omnia hec charitatem habentes quod est vinculum perfectionis. Et pax christi vigeat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore & grati estote. Verbum dei habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes & cõmonẽtes vosmetipsos psalmis hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcumq; facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri Iesu christi facite gratias agentes deo & patri per ipsum. Vos charissimi nolite deficere benefacientes. Quod si aliquis fuerit qui non obedierit verbis apostolicis hunc notate & non cõmisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare sed corripite vt fratrẽ, deus autẽ pacis det vobis idipsum sapere in alterutrum & in omnes, & ipse sit semper vobiscũ in omni loco Amen. Data kaleñ. Martias Volusiano & Rufino viris clarissimis consulibus.

DE PRIMITIVA ECCLESIA ET SYNODO NICENA.

AEMO QVI SCRIPTVRAS DIVINAS LEGIT ignorat, quod in principio nascentis ecclesie discipulis in vnum cõgregatis cũ multitudine credentium in quibus erat cor vnũ, & anima vna, quicq; vendẽtes predia & possessiones suas afferebãt, & diuidebatur singulis provt cuicq; opus erat. Futuram namq; ecclesiam in gentibus apostoli preuidebant, maximeq; quia dominus illis predixerat, euntes in mundũ vniuersum predicantes euãgelium, vel quia expellendi erant a iudea, nouerant se in gentibus dispergendos, ecclesiãq; cõgregãdam ex rudi populo. Idcirco predia in iudeã minime sunt adepti, sed precia tantũmodo ad fouendos egentes. At vero cum inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, eo vsq; peruenit vt non solum gentes, sed etiam Romani principes (qui pene totius orbis monarchiam

chiam tenebant) ad fidem Christi & baptismi sacramenta cõcurrerent. Et quibus vir religiosissimꝰ constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus licentiam dedit per vniuersum orbem suo degentes imperio non solum fieri christianos: sed etiam fabricandas ecclesias, & predia tribuẽda cõ stituit. Deniqꝫ idem prefatus princeps donaria immensa, & fabricã templi prime sedis beati princi pis apostolorum instituit, adeo vt sedem imperialẽ quã Romani principes possederant relinque⸗ ret, & beato Petro suisqꝫ presulibus profuturã cõcederet, Idemvero presidens in sancta synodo quẽ apud nicenũ congregata est, cum querelã quorũdam conspiceret coram se deferendã ait, vos a ne⸗ mine diiudicari potestis quia soluis dei iudicio reseruamini, dii & enim vocati estis, Idcirco non po testis ab hominibus iudicari. Ab illo & enim tẽpore & deincepsviri religiosissimi non solũ posses⸗ siones & predia que possederant, sed etiam semetipsos domino consecrarunt edificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorũ martyrũ per ciuitates ac monasteria innumera, in quibus cetus do mino seruientium conueniret. Deniqꝫ reges & presides ac magistratus non solum hanc licentiã tri buere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per vniuersa regna terrarũ, vnde alerẽtur egentes qui nichil in mundo possidebant, ecclesieqꝫ dei fabricarentur atqꝫ restaurarentur, deoqꝫ & ecclesie eius rite fa⸗ mulantibus seruisqꝫ illius supplementa (vt absqꝫ necessitate essent) tribuerentur, vt hec accipientes possent secundũ monita apostoli orationes postulationes obsecratiões gratiarũqꝫ actiones facere ꝓ omnibus hominibus pro regibus, & qui in sublimitate sunt, vt quietã & trãquillã vitam habeant. Et hoc bonum & acceptum esse coram deo idem magister gentiũ protestatur cui sollicitudo om⸗ niũ ecclesiarum incumbit, quiqꝫ episcopos regere per spiritum sanctũ constituit ecclesiã dei. Qui⸗ bus ait, Pascite qui in vobis est gregem dei prouidentes non coacte sed sponte secundũ deum, neqꝫ turpis lucri gratia, sed voluntarie. Cum enim dicat, Nemo militãs deo implicat se negociis secularí bus, que enim sunt negocia secularia sancti canones manifestant & inhibent perspicue, quod quidã qui in clero videntur electi propter lucra turpia conductores alienarum possessionũ fiant, & secula⸗ ria negotia sub cura sua accipiant domini quidẽ ministerium paruipendentes, secularium vero di⸗ scurrentes domos, & propter auaritiã patrimoniorũ sollicitudinem sumentes decreuit sancta syno⸗ dus nullũ deinceps clericũ aut possessiões cõducere, aut negotiis secularib⁹ se miscere, ꝓter pupillorũ & orphanorũ, aut si forte eps ciuitatis ecclesiasticarũ rerũ sollicitudinẽ habere ꝓcipiat. vbi liquido pa tet quia alia sunt negocia secularia alia ecclesiastica. Nõne moyses in seculo erat cum crebro taberna⸗ culum intraret & exiret, qui intus contemplatione raptus foris infirmãtiũ negotiis vrgebatur, intus dei archana considerans foris onera carnalium portabat? Cuius typũ sacerdotes in ecclesia agere de⸗ bent, vt dum foras exeunt ad execrenda negotia pro necessitatibus subditorũ, intus ad se redeãt per contẽplationem mandatorũ, sicut paulus qui celestibus secretis inseritur, & tamẽ per condescẽsionis viscera carnalium cubile perscrutatur, Sic & Iacob ascendentes & descendentes angelos vidit, quia videlicet rectores ecclesie non solum deo contẽplando superna appetunt, sed deorsum quoqꝫ ad mẽ⸗ bra illius miserando descendunt. Et dum sacerdotes horũ facta imitantur & se custodiunt, & subdi torum onera portant, & vidẽtur tales esse quales idem egregius predicator dicit, vt qui vtuntur hoc mundo tãq̃ non vtãtur, & qui gaudent tãq̃ non gaudentes, & qui emunt tãq̃ non possidentes.

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITA A tis patris scilicet & filii, & spiritus sancti imperator Cesar. Flauius cõstantinus in Christo Iesu vno ex eadem trinitate sancta saluatore domino deo nostro fi⸗ delis, mansuetus, beneficus, alemanicus, gothicus, sarmaticus, germanicus, bri⸗ tãnicus, vnicus, pius, felix, victor, ac triumphator semper augustus, sanctissimo ac beatissimo patri patri Siluestro vrbis Romane episcopo & pape, atqꝫ om⸗ nibus eius successoribus qui in sede beati Petri vsqꝫ in finem seculi sessuri sunt pontificibus, nec non & omnibus reuerentissimis, & deo amabilibus catholicis episcopis eidem sa⸗ cro sancte Romane ecclesie per hanc nostram imperialẽ cõstitutionẽ subiectis in vniuerso orbe ter⸗ rarum nunc & in posteris cunctis retro temporibus constitutis gratia, pax, charitas, gaudium, lon⸗ ganimitas, misericordia a deo patre omnipotẽte & Iesu Christo filio eius, & spiritu sancto cũ om⸗

nibus vobis. Ea que saluator & redemptor noster dominꝰ noster Iesus christus altissimi patris filiꝰ per suos sanctos apostolos Petrum & Paulū interueniēte patre nostro siluestro summo pontifice & vniuersali papa mirabiliter dignatus est operari, liquida narratione per huiꝰ nostre imperialis institutionis paginā ad cognitionē omniū populorum in vniuerso orbe terrarum studuit propagare nostra mansuetissima serenitas. Primū quidem nostrā fidem quā a prelato beatissimo patre & oratore nostro silu estro vniuersali pōtifice docti sumus intima cordis confessiōe ad instruēdas omniū vestrū mētes proferētes, & ita demum dei misericordiā supvos diffusam anncIātes. Nosse enī vos volumꝰ sicut per anteriorē nostram sacrā pragmaticā iussionē significauimus nos a culturis idolorū, simulacris mutis & surdis manufactis, diabolicis cōpositiōibꝰ atq; ab oibꝰ sathane pōpis receSSisse, & ad integrā xp̄ianorū fidē que ē vera lux & vita perpetua pueniSSe credētes iuxta id qd nos idē almificꝰ summꝰ pater & doctor noster siluester instruxit pōtifex in deū patrē omnipotētē factorem celi & terre visibiliū omniū & inuisibiliū. Et in Iesum christū filium eius vnigenitū dominū nostrum, per quē creata sunt omnia. Et in spiritū sanctum dominū & viuificatorē vniuerse creature. hos patrē & filiū & spiritum sanctum cōfitemur ita, vt in trinitate perfecta & plenitudo sit diuinitatis & vnitas potestatis, pater deus, filus deus, & spiritus sanctꝰ deus, & tres vnum sunt in Iesu Christo. Tres itaq; forme sed vna potestas. Nam sapiens retro semper deus edidit ex se per quod semper erant gignenda secula verbū. Et quando eodē solo sue sapientie verbo vniuersam ex nichilo formauit creaturam cum eo erat cuncta suo archano componēs mysterio, Igitur perfectis celorū virtutibus, & vniuersis terre materiis pio sapientie sue nutu ad imaginem & similitudiē suam primū de limo terre fingens hominem hunc ī paradiso posuit voluptatis. Quē antiquus serpens & hostis inuidens diabolus per amarissimum ligni vetiti gustum exulē ab eisdem fecit gaudiis, eoq; expulso non desinit sua venenosa multis modis protelare iacula, vt a via veritatis humanū abstrahens genus idolorum culture videlicet creature, & non creatori deseruire suadeat, quatinus per hos eos quos suis valuerit irretire insidiis, secum eterno afficiat cōcremādos supplicio. Sed deus noster misertus plasmatis sui dirigēs sanctos suos prophetas per quos lumen future vite aduentum videlicet filii sui domini dei & saluatoris nostri Iesu christi annunciās misit eundem vnigenitum filiū sum & sapientie verbum. Qui descendēs de celis propter nostrā salutem natꝰ de spiritu sancto ex Maria virgine, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non amisit quod fuerat, sed cepit esse quod non erat, Deū perfectū & hominem perfectum, vt deus mirabilia perficiens, & vt homo humanas passiones sustinēs, itaverbum hominē & verbum deum predicante patre nostro siluestro summo pontifice intelligimꝰ, vtverum deum verum hominē fuisse nullo modo ambigamꝰ. Electisq; duodecim apostolis miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruscauit. Confitemur eundē dominum Iesum christū adimpleSSe legē & ꝓphetas, passum, crucifixū secundū scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse assumptū in celos, atq; sedentē ad dexterā patris. Inde vēturū iudicare viuos & mortuos, cuiꝰ imperii nō erit finis, Hec ē enī fides nostra catholica orthodoxa a beatissimo patre nostro siluestro summo pōtifice nobis prolata. A ¶ Exhortātes idcirco omnē populū & diuersas gentium nationes hāc fidem tenere, colere, & predicare, & in sancte trinitatis nomine aptissime gratiā consequi, & dominū nostrum Iesum christum saluatorē, qui cū patre & spiritu sancto per infinita secula viuit & regnat. Quē siluester beatissimus pater noster vniuersalis predicat pōtifex corde deuoto adorare. Ipse enim dominus noster misertus michi peccatori misit sanctos suos apostolos ad visitandum nos, & lumen sui splendoris infulsit nobis, & abstractum a tenebris ad veram lucē & agnitionem me venisse gratulamini. Nā dum valida squalloris lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorum cōueniētium cura adhiberetur, nec vllius quidem cura promeruissemus salutem. Ad hoc venerunt sacerdotes capitolii dicentes michi debere fieri fontem in capitolio & compleri hunc innocētium sanguine, & in eo calente loco me posse mundari. Et secundū eorum dicta aggregatis pluribus innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos mactari, & ex eorum sanguine fontem repleri, cernēs serenitas nostra lahcrimas matrum eorum, illico exhorrui facinꝰ miseratusq; eas proprios illis restitui precepimꝰ filios suos, datisq; vehiculis & donis concessis gaudentes B ad propria relaxauimꝰ. ¶ Eadem igitur transacta die nocturna nobis facta silentia dum somni tempus aduenisset, assunt apostoli sanctus Petrus & Paulus dicentes mihi. Quoniam flagitiis posuisti terminum, & effusionem sanguinis innocentis horruisti missi sumus a Christo domino deo nostro dare tibi sanitatis recuperande consilium. Audi ergo monita nostra, & fac quodcumq; indicamus tibi.

tibi. Siluester episcopus huius ciuitatis ad montē foracte persecutiones tuas fugiens in cauernis pe
trarum cum suis clericis latebrā fouet, hunc ad te cum adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostēdet,
in qua dum te tertio merserit, omnis te valitudo ista deseret lepre. Quod dum factum fuerit hancvi
cissitudinem tuo saluatori compensa, vt omnes iussu tuo per totum orbem restaurentur ecclesie. Te
autem ipsum in hac parte purifica vt relicta omni superstitione idolorum deum viuum & verū, qui
solus est & verus adores, & excolas, vt ad eius volūtatem attingas. Exurgens igitur a somno proti⁄
nus iuxta id quod a sāctis apostolis admonitus sum peregi, aduocatoq; eodem precipuo & magni
fico patre & illuminatore nostro siluestro vniuersali papa omnia a sanctis apostolis michi precepta
dixi verba, Percontatiq; sumus ab eo qui isti dii essent Petrus & Paulus, Ille vero nō eos deos vere
dici, sed apostolos saluatoris nostri domini dei Iesu christi respondit. Et rursum interrogare cepim⁹
eundem beatissimū papā, vtrum istorum apostolorū imagines expressas haberet, vt ex pictura di⁄
sceremus hos esse quos reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorūdem aposto
lorum per diaconē suum exhiberi precepit, quas dum aspicerē & eorum quos in somno videram fi⁄
guratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus ingenti clamore coram omnibus satrapis meis A
confessus sum eos esse quos in somno viderā. ¶ Ad hec beatissimus idem siluester pater nostervrbis
Rome episcopus indixit nobis penitētie tempus intra palatium nostrum lateranense, in vno cilicio,
vt omnia que a nobis impie peracta atq; iniuste dispositā fuerant, vigiliis ieiuniis atq; lachrimis &
orationibus apud dominū nostrum Iesum christū saluatorē impetraremus. Deide per manus im⁄
positionem clericorū, vsq; ad ipsum presulē veni, ibiq; renuntians sathane pompis & operibus eius,
vel vniuersis idolis manufactis credere me in deum patrē omnipotentem factorem celi & terre, visi
bilium & inuisibilium, & in Iesum christum filium eius vnicū dominū nostrū, qui natus est de spi⁄
ritu sancto ex maria virgine spontanea voluntate corā omni populo ꝓfessus sum. Benedictoq; fon
te illic me trina mersiōe vnda salutis purificauit. Positoq; me in fontis gremio manū de celo me cō⁄
tingentē propriis oculis vidi. De qua mundus exurgēs ab omni me lepre squallore mundatū agno
scite, leuatoq; me de venerabili fonte indutus vestibus candidis septiformis gratie sancti spiritus con
signationem adhibuit beati chrismatis vnctione, & vexillū sancte crucis in mea fronte liniuit dicēs.
Signat te deus sigillo fidei sue, In nomine patris & filii, & spiritus sancti in consignatione fidei. Cun
ctusq; clerus respondit amen. Et adiecit presul, pax tibi, Prima itaq; die post perceptum sacri baptis
matis mysterium, & post curationem corporis mei a lepre squallore agnoui nō esse aliū deū nisi pa
trem & filium & spiritū sanctū, quē beatus Siluester papa p̄dicat, trinitatem in vnitate vnitatem in
trinitate. Nam omnes dii gentiū quos vsq; hactenus colui demonia, opera hominū manufacta cō⁄
probātur. Et enim quantā potestatem idem saluator noster suo apostolo beato Petro contulerit in
celo ac terra lucidissime nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatiōe
inueniens ait. Tu es petrus & super hāc petram edificabo ecclesiam meam & porte inferi nō p̄uale
bunt aduersus eam. Aduertite potentes & aure cordis intendite, quid bonus magister & dominus
suo discipulo adiunxit inquiens. Quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum & in celis. Mirum
est hoc valde & glorioſum in terra ligare & soluere, & in celo ligatum & solutū esse. Et dum hec p̄di
cante beato Siluestro agnoscerem & beneficiis ipsius beati Petri integerrime sanitati me comperi re
stitutum. ¶ Vtile iudicauimus vna cum omnibus nostris satrapis & vniuerso senatu, optimatibus B
meis, etiam & cuncto populo Romane glorie imperii subiacēti, vt sicut in terris vicarius filii dei esse
videtur constitutus etiam & pontifices qui ipsius principis apostolorum gerūt vices principatus po
testatem amplius quā terrena imperialis nostre serenitatis mansuetudo habere videtur concessam a
nobis nostroq; imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principē apostolorum vel eius vicarios fir⁄
mos apud deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia eius sacrosanctā Roma
nam ecclesiam decreuimus veneranter honorare & amplius quā nostrum imperiū & terrenū thro⁄
num sedem sacratissimā beati Petri glorioſe exaltari, tribuētes ei potestatem & glorie dignitatē atq;
vigorem & honorificētiam imperialem, atq; decementes sancimus, vt principatum teneat tam su⁄
per quattuor precipuas sedes Antiochenā, Alexandrinā, Constantinopolitanā, & Hierosolimitanā
quāq; etiam superomnes in vniuerso orbe terrarū dei ecclesias. Et pōtifex qui pro tēpore ipsi⁹ sacro
sancte Romane ecclesie extiterit, celsior & princeps, cunctis sacerdotibus totius mūdi existat, & eius
iudicio queq; ad cultum dei vel fidei christianorum stabilitatem procurandam fuerint disponātur,
iustum quippe est, vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor salua⁄

tor noſter beatum Petrum apoſtolatus obtinere precepit cathedram,vbi & crucis patibulū ſuſtinēs beate mortis ſumpſit poculum,ſuiq; magiſtri & domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro chriſti nominis confeſſione colla flectant,vbi eorum doctor beatus Paulus apoſtolus pro chriſto extēſo collo martyrio coronatus eſt,illic vſq; in finē querant doctoremvbi ſanctū doctoris quieſcit corpus, & ibi proni ac humiliati celeſtis regis dei ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti famulētur officio, vbi ſuperbi terreni regis ſeruiebant imperio. Interea noſſe volumus omnem populum vniuerſarum genrium ac nationum per totū orbem terrarum,cōſtruxiſſe nos intra palatiū noſtrum lateranēſe eidem ſaluatori noſtro domino Ieſu Chriſto eccleſiam a fundamentis cum baptiſterio & duodecim nos ſciatis de eius fundamentis ſecundū numerum duodecim apoſtolorum cophinos terre onuſtatos propriis aſportaſſe humeris,quā ſacroſanctā eccleſiam caput & verticem omnium eccleſiarum vniuerſo orbe terrarum dici coli venerari ac predicari ſancimus, ſicut per alia noſtra imperialia decreta conſtituimus. Conſtruximus itaq; eccleſias beatorum Petri & Pauli primorū apoſtolorum quas auro & argento locupletauimus, vbi & ſacratiſſima eorum corpora cum magno honore recondentes,thecas ipſorum ex electro cui nulla fortitudo preualet elemētorum conſtruximus,& crucē ex auro puriſſimo & gēmis precioſiſſimis per ſingulas eorum thecas poſuimus,& clauis aureis confiximus. Quibus pro cōcinnatione luminariorum,poſſeſſionū predia contulimus, & rebꝰ diuerſis eas ditauimꝰ, & per noſtrā imperialē iuſſionem ſacrā,tam in oriente quā in occidente vel etiā ſeptētrionali & meridiana plaga videlicet i Iudea, Grecia,Aſia,Thracia,Africa,& Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate eis conceſſimus, ea prorſus ratione vt per manus beatiſſimi patris noſtri Siluestri pontificis ſucceſſorumq; omnia diſponantur. Gaudeat enim vna nobiſcum omnis populus & gentium nationes vniuerſo orbe terrarum exhortantes omnes, vt deo noſtro & ſaluatori Ieſu Chriſto immenſas vna nobiſcum referatis gratias,quoniam ipſe deus in celis deſuper,& in terra deorſum,qui nos p ſuos ſanctos apoſtolos viſitans ſanctum baptiſmatis ſacramentum percipere & corporis ſanitate dignos effecit,pro quo concedimus ipſis ſanctis apoſtolis dominis meis beatiſſimis Petro & Paulo & per eos etiam beato Siluestro patri noſtro ſummo pōtifici,& vniuerſalis vrbis Rome pape,& omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus qui vſq; in finem mundi in ſede beati Petri erūt ſeſſuri,atq; de p̄ſenti concedimus palatium imperii noſtri lateranenſe quod omnibus in toto orbe terrarū preferatur atq; precellit palatiis deinde diadema videlicet coronā capitis noſtri ſimulq; pallium,vel mitram frigium,nec non & ſuperhumerale videlicet lorum quod imperiale circundare aſſolet collū, verum etiā & clamidē purpureā atq; tunicam coccineā,& omnia imperialia indumenta,ſeu & dignitatem imperialiū preſidentiū equitum , conferentes etiā & imperialia ſceptra,ſimulq; & cuncta ſigna atq; banna etiam & diuerſa ornamenta imperialia,& omnē proceſſionem imperialis culminis & gloriā poteſtatis noſtre. ¶Viris enim reuerendiſſimis clericis diuerſis ordinibus eidem ſacroſancte Ro
A mane eccleſie ſeruientibus illud culmē ſingularitatem potentiam & precellentiam habere ſancimꝰ cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari,id eſt patricios atq; cōſules effici,nec nō & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgātibus decorarī. Et ſicut imperialibꝰ militia, ita & clerū ſancte Romane eccleſie ornari decernimus. Et quēadmodum imperialis potentia officiis diuerſis cubiculariorum nempe hoſtiariorum,atq; omnium excubiarum ornatu,ita & ſanctam Romanā eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſſimepontificale decus prefulgeat,Decernimꝰ& hocvt clerici eiuſdē ſancte Romane eccleſie manipulis & linteaminibꝰ,id eſt cādidiſſimo colore decorari equos & ita equitari. Et ſicut noſter cenatus calciamētis vtitur cum vdonibus,id eſt cādido linteamine illuſtrati,vt ſicut celeſtia ita & terrena ad laudem dei decorentur,Pre omnibus aūt licentiam tribuentes ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Siluestro vrbis Rome epiſcopo & pape, & omnibꝰ qui poſt eū in ſucceſſum & perpetuis temporibus aduenerint beatiſſimis pōtificibus pro honore & gloria chriſti dei noſtri in eadem dei magna catholica & apoſtolica eccleſia ex noſtro iudicio quē placatus proprio cōſilio clericare voluerit,& in numero religioſorū clericorum cōnumerare nullum ex omnibus preſumentem ſuperbe agere. Decreuimus itaq; & hoc vt idē venerabilis pater noſter ſilueſter ſummꝰ pontifex,vel omnes eius ſucceſſores pontifices diadema videlicet coronā quā ex capite noſtro illi cōceſſimus ex auro puriſſimo & gēmis precioſis vti debeant, & eorum capite ad laudem dei pro honore beati Petri geſtare,ipſe vero beatiſſimus papa ſuper coronā clericatus quā gerit ad gloriam beati petri omnino ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona, frigiū quoq; candido nitore ſplendidam reſurrectionem dominicā deſignās eiꝰ ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus,& tenētes frenū

equi illius

equi illius pro reuerētia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuim⁹,ſtatuētes eodē phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem imperii noſtri. ¶Vnde vt pontificalis apex nō vileſcat,ſed magis ampli⁹quā terreni imperii dignitas& glorie potētia decoretur,ecce tam palatium noſtrum, vt predictum eſt quamq; Romane vobis, & omnes italie ſeu occidentalium regionum prouincias loca & ciuitates prefato beatiſſimo pontifici noſtro ſilueſtro vniuerſali pape concedimus atq; relinquimus, & ſucceſſorum ipſius pontificū poteſtati & ditioni firma imperiali cenſura per hanc diualē noſtrā ſacrā poteſtatē & pragmaticū cōſtitutū decernim⁹diſpōendū atq; iuri ſancte Romane eccleſie concedimus permāſurum. Vnde congruum proſpeximus noſtrū imperium & regni poteſtatem orientalibus tranſferri ac tranſmutari regionibus,& in bizantie prouincie in optimo loco nomini noſtro ciuitatē edificari,& noſtrū illic conſtitui imperiū,quoniam vbi principatus ſacerdotum & chriſtiane religionis caput ab imperatore celeſti conſtitutum eſt,iuſtum nō eſt vt illic imperator terrenus habeat poteſtatem,hecvero omnia que per hanc noſtram imperialem ſacrā,& per alia diualia decreta ſtatuimus atq; confirmauimus,vſq; in finem mundi illibata & incōcuſſa permnaēda decernimus. Vnde corā deo viuo qui nos regnare precepit,& coram terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrū imperiale conſtitutū omnes noſtros ſucceſſores imperatores vel cunctos optimates ſatrapas etiam ampliſſimū ſenatum & vniuerſum populum in toto orbe terrarū nunc & in poſterū cūctis retro tēporibus imperio noſtro ſubiacētem nulli eorū quoquomodo dolicere hec que a nobis imperiali ſanctione ſacroſancte Romane eccleſie vel eius omnibus pontificibus cōceſſa ſunt refragari aut cōfringerevel in quoq; cōuellere,Si quis autē (quod non credimus) in hoc temerator aut contēptor extiterit eternis cōdēnationibus ſubiaceat innodatus:& ſanctos dei principes apoſtolorum Petrū & paulū ſibi in preſenti & futura vita ſentiat contrarios, atq; in inferno inferiori cōcremat⁹ cum diabolo & omnib⁹deficiat impiis. ¶Huius vero imperialis decreti noſtri paginā propriis manibus roborantes ſuper venerādum corpus beati Petri principis apoſtolorū poſuimus, ibiq; eidē cū apoſtolo ſpondentes nos cuncta inuiolabiliter cōſeruare,& noſtris ſucceſſoribus imperatoribus cōſeruanda in mandatis reliqui patri noſtro ſilueſtro ſummo pontifici & vniuerſali pape,eiuſq; cunctis ſucceſſoribus pontificibus domino deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto annuēte tradimus perhemniter atq; feliciter poſſidenda. Et ſubſcriptio imperialis,diuinitas vos cō ſeruet per multos annos ſanctiſſimi ac beatiſſimi patres. Datū rome ſub tertio die kaleñ. aprilīū domino noſtro Flauio conſtantino Auguſto quarto & Gallicano. iiii. viris clariſſimis conſulibus. A

¶Quo tempore actum ſit nicenum concilium.

CAnones generalium conciliorum a temporibus cōſtantini ceperunt. In precedentibus nāq; annis perſecutione feruente docendarū plebiū niſi que a Romana proceſſerunt ſede minime dabatur facultas. Inde chriſtianitas in diuerſas hereſes ſciſſa eſt,quia nō erat licentia epiſcopis in vnū conuenire niſi tempore ſupradicti imperatoris,ipſe enim dedit facultatem chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiā ſancti patres in cōcilio niceno de omni orbe terrarum cōuenientes iuxta fidem euangelicam & apoſtolicam ſecundū poſt apoſtolos ſimbolum tradiderunt. B

INCIPIT PREFATIO NICENI CONCILII.

BEATISSIMO SILVESTRO IN VRBE ROMA APOſtolice ſedis antiſtite Cōſtantino auguſto & licinio ceſare, conſulatu paulini & Iuliani virorum clariſſimorū,ab alexādro milleſimo triceſimo ſexto anno mēſe Iulio. xiii. kaleñ. Iulii. propter inſurgētes hereſes fides catholica expoſita eſt apud niceam bithinie quā ſancta & reuerendiſſima romana cōplectitur &veneratur eccleſia,quippe quā trecenti decem & octo patres mediantibusvictore atq;vincentio Religioſiſſimis romane ſedis preſbyteris inſpirante deo,ad obſtruēda arrii venena protulerunt. Nam & nōnulle regule ſubnexe ſunt quas memorata ſuſcipiens confirmauit eccleſia. Sciēdum eſt ſane ab omnibus catholicis,quoniam ſancta eccleſia romana nullis ſynodicis decretis prelata eſt,ſed euāgelica voce domini & ſaluatoris noſtri primatū obtinuit. vbi dixit beato Petro apoſtolo. Tu es petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. & porte inferi non preualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celorum, & quecūq; ligaueris ſuper C

terram erunt ligata & in celo, & quecūqꝫ ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in celo. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſſimi apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui vno die vnoqꝫ tempore glorioſa morte cum Petro ſub principe nerone agonizans coronatus eſt, & ambo pariter eccleſiam ſanctam Romanā Chriſto domino conſecrauerunt,aliiſqꝫ omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua preſentia,atqꝫ venerādo triumpho pretulerunt. Et licet pro omnibus aſſidua apud dominū omniū ſanctorum fundatur oratio, his tamē verbis Paulus beatiſſimus apoſtolus Romanis proprio cirographo pollicetur dicens. Teſtis enim michi eſt deus cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filii eius quod ſine intermiſſione memoriā veſtri facio in orationibus meis. Prima ergo ſedes celeſti beneficio Romane eccleſie,quā beatiſſimi Petrus atqꝫ Paulus ſuo martyrio dedicarunt. Secūda autem ſedes apud alexandriam beati Petri nomine a marco eius diſcipulo atqꝫ euāgeliſta conſecrata eſt,quia & ipſe in egypto primus verbum veritatis directꝰ a Petro predicauit,& glorioſum ſuſcepit martyrium. Cui venerabilis ſucceſſit abilius. Tertia vero ſedes apud anthiochiam eiuſdem beati Petri apoſtoli habetur honorabilis,quia illic priuſq̄ Romā veniret habitauit & ignatium epiſcopum conſtituit,& illic primum nomen chriſtianorum nouelle gentis exortum eſt. Nam & hieroſolimitanus epiſcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis. Maxime quod illic primus beatiſſimus Iacobus qui dicebatur iuſtus qui etiā ſecundū carnem frater domini nūcupatus eſt,a Petro,Iacobo,& Iohanne apoſtolis eſt epiſcopus ordinatus,itaqꝫ ſecundū antiquorū patrum diffinitionem ſedes prima in hieroſolimis eſſe minime dicitur,ne forte ab infidelibus aut idiotis ſedes domini noſtri Ieſu Chriſti(que in celo eſt)in terra eſſe putaretur. Et enim ſedes eius celum terra autem ſcabellum pedum eius,quoniam ipſe eſt per quem omnia facta ſunt,& ſine quo factum eſt nichil,quoniam ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia,ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amē.

¶ Apud epheſum vero beatiſſimus Iohannes apoſtolus & euangeliſta multo tempore poſt domini reſurrectionē et aſcentionē in celos diuina inſpiratiōe euāgeliū cōſcripſit,atqꝫ requieuit. Et ob hoc
A eps epheſinꝰ pro tanti apoſtoli & euāgeliſte memoria ceteris epiſcopis metropolitanis in ſynodis honorabiliorē obtinet ſedē. ¶ Sed quoniā de concilio niceno differendū eſt,quehec fecit cauſa, vt poſt illā apoſtolorū glorioſā p̄dicationē que īoēm terrā mirabiliter diffuſa eſt ſub cōſtātino auguſto tāti cōgregarētur epiſcopi. Rufini nobis decimꝰ liber qui cōiūctꝰ eſt nouē libris eccleſiaſtice hiſtorie quos vir eruditiſſimus Euſebius ceſarienſis edidit neceſſario ꝑfertur ad medium,vt parua que eius inter initia de arrii peruerſitate conſcripta ſunt memorentur,quia dubium non eſt ideo trecentos decem & octo ſanctiſſimos patres ex vniuerſo orientali orbe in niceā bithinie cōgregatos,vt arrii impium dogma Chriſti auxilio funditus damnaretur. Et ſalubri prouidentia conſtituerent quid in ſancta catholica eccleſia debeat obſeruari. Item ad locum ex libro decimo rufini. Igitur cum apud alexandriam poſt achillem qui petri martyrio ſucceſſit,ſuſcepiſſet alexander ſacerdotium, quia pax noſtris & quies a perſecutionibus erat,atqꝫ eccleſiarum gloria confeſſorum meritis gaudebat, proſperitas rerum noſtrarum domeſtica contetione turbabātur. Et enim preſbyter quidā apud alexādriā nomine Arrius,vir ipe & forma magis quāvirtute religioſus,ſed glorie laudiſqꝫ & nouitatis improbe precupidus,praua quedā de chriſti fide proferre & que arte inquiſitiōis inuenerat cepit. Abſcindere enim ac ſeparare ab illa eterna & ineffabili dei patris ſubſtantia vel natura filium conabatur. Que res in eccleſia plurimos conturbabat,& a dulci mentis tranquillitate dimouebat, Sed cū alexander epiſcopus natura lenis,& quietus,aſſidue cōmonitionibus arriū cuperet a prauo incepto & aſſertionibus impiis reuocare,nec tamen res ex ſententia procederet,& quod pleroſqꝫ quodam contagio peſtifere aſſertionis infecerat, non ſolum apud alexandriam verū & per alias prouintias que diſperſeratvrbes pernitioſum fore credens ſi diſſimularet a talibus, plurimis conſacerdotibus ſuis rē indicat. Queſtio laicis innoteſcit. Sermo vſqꝫ ad aures religioſi principis(quippe qui omni ſtudio & diligentia curaret que noſtra ſunt) peruenit. Tum ille ex ſententia ſacerdotum apud vrbem niceā epiſcopale concilium conuocat, trecētis ibiqꝫ arrium decem & octo epiſcopis reſidentibus adeſſe
B iubet,ac de eius propoſitionibus & queſtionibus iudicare. ¶ Sed in eo concilio admirabile factum principis nō puto reticēdum. Etenim cum ex omnibus pene locis epiſcopi cōueniſſent,& (vt fieri ſolet)diuerſis ex cauſis inter ſe quedam iurgia detuliſſent interpellabatur frequenter a ſingulis. offerebantur libelli, culpe proferebātur,& magis ad hec quā ad id pro quo fuerat ventū animos dabāt. At illevidēs qđ per huiuſmodi iurgia cauſa ſummi negocii fruſtraretur,diē certū ſtatuit quovnuſquiſqꝫ epiſcoporū (ſi quid querimonie habere videretur)defertet. Cū reſediſſet,ſuſcepit a ſingulis libellos.

Quos

Quos ſimul omnes in ſinu ſuo continens nec in eis quod contineretur aperiens ait ad epiſcopos. Deus vos conſtituit ſacerdotes,& poteſtatem vobis dedit de nobis quoq; iudicandi. Et ideo nos a vobis recte iudicamur vos autem nō poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod dei ſolius inter vos expectate iudicium,vt & veſtra iurgia quecūq; ſunt ad illud diuinum reſeruētur examē,vos & enim nobis a deo dati eſtis dii. Cōuenies non eſt,vt homo iudicet deos,ſed ille ſolus de quo ſcriptū eſt. Deus ſtetit in ſinagoga deorum in medio autem deos diſcernit. Et ideo his omiſſis alia que ad fidem dei pertinent abiq; vlla animorū contētione diſcutite. Cum hec dixiſſet omnes querimonia rum libellos iuſſit exuri,ne innoteſceret illi odiū & ſuggillatio ſacerdotum. ¶Verum cum per dies A
multos in epiſcoporū concilio de fide queſtio verteretur,& nōnulli diuerſa ſentirent ac vehementer ceptis arrii fauerent,plures tamen erant qui impium execrarētur inceptum. Cumq; in eodem con/cilio eſſet confeſſorū magnus numerus ſacerdotū,omnes arrii nouitatibus aduerſabantur,Fauebant vero ei viri in queſtionib⁹ callidi,& ob id ſimplicitati fidei aduerſabātur. Quātā vero habeat virtutē fidei ſimplicitas,etiā ex his que ibi geſta ſunt cognoſcimus. Et enim cum pro ſtudio religioſi impe ratoris ex omni terra ſacerdotes dei cōueniſſent,opinione cōmoti philoſophi quoq; & dialecticival/de nobiles & opinatiſſimi conuenerunt. In quibus quidam inſignis in arte dialectica per dies ſingu los conflictū ſummi certaminis cum epiſcopis noſtrisviris eque in dialectica non improbiliter eru/ditis mouebat. Et fiebat ingens ſpectaculum cōuenientibus ad audiendum doctis & litteratis vi/ris. Nec tamen vllo genere philoſophus concludi a quodā poterat aut conſtringi. Tanta enim dicē di arte obiectis quel tionibus occurrebat,vt vbi maxime putaretur aſtrictus velut anguis lubric⁹ ela beretur. Sed vt oſtenderet deus,quia non in ſermone regnum dei,ſed in virtute conſiſtit. Quidam ex confeſſoribus ſimpliciſſime nature vir & nichil aliud ſciens niſi Chriſtum Ieſum,& hunc crucifi xum inter ceteros auditores epiſcopos aderat. Qui cumvidiſſet philoſophū inſultantem noſtris,& callida ſe diſputationis arte iactātem,poſcit ab omnibus locum velle ſe paucis cum philoſopho ſer/mocinari, Tum vero noſtri qui ſimplicitatem viri & imperitiam in ſermone dūtaxat noſſent, paue re & velut pudorem quēdam pati ne forte apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplici/tas. Perſtitit tamē ſenior & hinc mouit ſermonis exordiū, In nomine inquit Ieſu chriſti philoſophe audi que vera ſunt. Deus vnus eſt qui fecit celum & terram,quiq; homini quē de limo terre forma/uerat ſpiritum dedit,vniuerſa que videntur ſibi virtute verbi ſui creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatiōe firmauit,hoc verbum ac ſapientia quā nos filium dicimus humanos miſeratus errores exvirgine na ſcitur,& per paſſionem mortis a perpetua nos morte liberauit,ac reſurrectione ſua eternā nobis con/tulit vitam, quem expectamus iudicem omnium que egerimus eſſe venturum. Credis hec ita eſſe philoſophe? At ille ac ſi nunq̄ vllum ſermonē contradicendi didiciſſet ita obſtupefactus virtute di/ctorum mutus ad omnia hoc ſolum potuit reſpondere. Ita ſibi videri nec aliud verum eſſe quā di/xerat. Tunc ſenior hec(inquit)ſi ita eſſe credidiſti ſurge & ſequere me ac dominicū & huius fidei ſi/gnaculū ſuſcipe. Et ita philoſophus chriſtianus effectus tandē ſe gratulatus eſt victum. ¶In illo B
etiam concilio fuit paſnutius homo dei epiſcopus egipti, in quo tanta virtute inerat gratia,vt ſigna per eum non minus quā dudum per apoſtolos fierēt. Quo etiam in tempore & ſpiridion cyprius epiſcopus inſignis habebatur. Tales igitur in illis adhuc temporibus multi viri in eccleſiis domini refulgebant,ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Interea per dies ſingulos agitabatur conuen/tus,nec facile aut temere tāta ſtatuere audebāt, Et vocabatur arrius frequēter in concilium & aſſiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebātur, & quod aduerſum hec tenere deberent ac ſtatui ſumma cum deliberatione querebant. Verum poſt diuitinū multūq; tractatum placuit omnibus ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur omouſion cōſcribi debere, id eſt eiuſdē cū patre ſubſtātie filiū cō fiteri. Atq; firmiſſima omniū ſententia pronunciatur. Decem & ſeptem ſoli tunc fuiſſe dicuntur quibus arrii magis fides placeret extrinſecus creatum dei filium ex nullis ſubſtātibus,& non ex ipſa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad conſtantinum ſacerdotalis concilii ſenten/tia,ille tāquā adeo prolatam veneratur. Cui ſi quis temptaſſet obniti velut contra diuina ſtatuta ve/nientem in exilium ſe proteſtatur acturum,

¶Explicit prefatio.

¶INCIPIVNT CAPITVLA NICENI CONCILII.

i ¶De eunuchis qui se ipsos ascindunt.
ii ¶De his qui post baptisma statim ad cle/rum applicantur.
iii ¶De subintroductis mulieribus.
iiii ¶Qualiter episcopi debeant ordinari.
v ¶De excommunicatis clericis vel laicis.
vi ¶De primatibus episcoporū metropolita norum.
vii ¶De honore episcopi hierosolimitani.
viii ¶De nouatianis
ix ¶De presbyteris sine examinatione con/stitutis.
x ¶De lapsis clericis ordinatis.
xi ¶De his qui sponte lapsi sunt qualiter de/beant penitere.
xii ¶De excommunicatis a seculo exeuntibus
xiii ¶De cathecuminis lapsis.
xiiii ¶De diaconibus ne corpus christi tradant presbyteris,vel ante presbyteros cōmunicēt.
xv ¶De clericis temere ab ecclesia recedētib⁹
xvi ¶De presbyteris & diaconibus vel clericis qui ad alias ciuitates transeunt
xvii ¶De clericis alienis sine cōniuētia proprii episcopi ab alio in sua ecclesia nō ordinādis
xviii ¶De clericis vsuram vel ampliationē acci/pientibus
xix ¶De paulianistis & catafrigis rebaptizan/dis.
xx ¶De diebus dominicis & penthecostes,vt in eis stantes oremus.

¶Expliciunt capitula.

INCIPIVNT CANONES NICENI CONCILII QVOD ACTVM EST SVB CONSTAN/TINO IMPERATORE PAVLINO ET IVLIANO CONSVLI/BVS ERA. CCC. LXIII. III. KALENDAS. IVLII.

A CVM CONVENISSET HOC SANCTVM ET MA/gnum concilium apud niceā ciuitatem prouincie bithinie, statuta sunt ab eis hec que infra scripta sunt ex greco in latinum versa sermonem.

Capitulum primum.

B ¶Si quis in egritudine vel a medicis sectus est, vel a barbaris castratus, pla/cuit vt iste permaneat in clero. Si quis autē sanus seipsum abscindat etiam si est in clero cessare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his qui vel affectauerint hec vel ausi sunt seipsos abscidere hec que dicimus statuta sunt. Ita si qui a barbaris vel a dominis suis secti & probabilis vite sint, tales suscipit ecclesiastica regula in clerum.

Capitulum secundum

C ¶Quoniam multa siue per necessitatem siue ex quacunq; causa contra regulam gesta sunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instituti statim ad spiritualem baptismum ve/nissent, & continuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopatum, vel ad p̄sbyteriū prouecti sunt, Recte igitur visum est de cetero nichil tale debere fieri. Nam & tēpore opus est, vt sit cathecuminus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens namq; est apostolicum preceptū dicens. Non neo/phitum ne forte elatus in iudicium incurrat & laqueum diaboli. Si vero procedente tempore ali/quod peccatum admiserit, & conuictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset a clero qui huiusmo di est. Si quis vero preter hec facit tāq̄ contraria statutis sancti concilii gerens ipse periclitabitur de statu sui cleri.

Capitulum tertium

D ¶Omnimo⁹ modis interdixit sancta synodus neq; episcopo, neq; presbytero, neq; diacono, neq; vlli clericorum omnino licere habere secū mulierē extraneā, nisi forte mater aut soror aut auia aut amita vel matertera sit. In his nāq; solis personis & harum similibus omnis que ex mulieribus est suspitio declinatur, qui autem preter hec agit periclitatur de clero.

Capitulum quartum.

E ¶Episcopum oportet ab omnibus episcopis si fieri potest qui sunt in prouincia eius ordinari. Sive ro hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certe tres episcopi debent in vnum esse congregati, ita vt etiam ceterorū qui absentes sunt consensum litteris teneant, & ita fa/ciant ordinationem. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropo/litanum episcopum.

Capitulum quintum

¶Seruetur & ista sententia,vt hi qui ab aliis excõmunicantur ab aliis ād cõmunionẽ nõ recipiātur, Requiratur sane si forte aliqua indignatiõe aut contẽtione aut qualibet cõmotiõe episcopi sui excõ A
micati sint,Vt ergo digna hec possint examinatiõe perquiri recte visum ẽ per singulos annos in sin gulis prouinciis bis in anno episcoporũ conciliũ fieri,vt simul in vnũ conuenientes ex cõmuni ,puin tia huiusmodi examinẽt questiones,vt ita demũ hi qui ob culpas suas episcoporũ suorũ offensas me rito contraxerunt digne etiã a ceteris excõmunicati similiter habeantur,quousq; in cõmuni vel ipsi episcopo suo visum fuerit hũaniorẽ circa eos ferre sentẽtiã.Habeatur aũt semel cõciliũ ante dies qua dragesime,vt oib9 si que sunt simultatib9 amputatis mũdũ solẽne deo munus possit offerri.Secũdũ vero agatur circa tempus autumni. Capitulum sextum

¶Mos antiqu9 perduret in egypto,vel libia,& pentapoli,vt alexãdrinus episcop9 horũ omniũ ha/ B
beat potestatẽ quoniam quidẽ,& Romano epõ parilis mos est.Similiter autẽ & apud antiochiã cete rasq; ,puincias honor suus vnicuiq; seruetur ecclesie.Per oia autẽ manifestũ est qđ si quis preter volun tatẽ & cõscientiã metropolitani epi fuerit ordinat9,hũc conciliũ magnũ & sanctũ censuit nõ debere esse episcopũ.Sane si cõmuni omniũ cõsensu rationabiliter ,pbato secundũ ecclesiasticã regulã duo vel tres animositate ducti per cõtẽtionẽ cõtradicãt obtineat plurimorũ sententia sacerdotum.

Capitulum septimum

¶Quoniã mos antiquus obtinuit,& vetusta traditio,vt elie id est hierosolymorũ episcopo honor C
deferatur,habeat consequẽter honorem manente,tamẽ metropolitane ciuitatis propria dignitate.

Capitulum octauum.

¶Si qui voluerintvenire ad ecclesiã catholicã ex nouatianis,placuit sancto cõcilio vt ordinẽtur & sic D
maneãt i clero.Ante oia autẽ hanc habeãt cõfessionẽ quã per scripturã exigi oportet,vt fateãtur se cõ muni cõsensu catholice ecclesie statuta obseruaturos,id est cõicaturos se & his qui forte secũdas nupti as experti sunt,vel his qui persecutionis tẽpore lapsi sunt, quib9 tamẽ lapsis penitentie modus & tẽ/ pus ascriptum est,vt in omnibus sequãtur ea que in ecclesia catholica obseruãtur,Et sicubi iidẽ ipi fue rint inuẽti siue in vicis seu i vrbibus clerici ordinati a catholicis sic etiã in clero persistãt,vnusquisq; ta mẽ in suo ordine.Si vero epus vel pbyter catholice ecclesie fuerit ad quẽ aliqui ex his accedunt, certũ est qđ epus quidẽ catholicus suã habeat dignitatẽ. Similiter aũt pbyteri & diaconi habeãt, Hi vero qui ab istis veniũt si forte epus fuerit habeat sacerdotii dignitatẽ,nisi forte placeat epo catholico conce dere ei ẽt episcopalis nominis honorẽ. Si vero nõ placuerit iueniat ei locũ,vt sit i parochia coepiscop9 aut in clero presbyter,vt i ciuitate vna nõ videãtur duo episcopi esse, & ille omnimode i clero perma nere videatur. Capitulum nonum

¶Si quis sine examinatione ,pmoti pbyteri sunt,& postea examinati cõfessi sunt peccata sua,& cũ E
cõfessi fuissent cõtra regulãvenientes homines manus eis temere imposuerũt, hos ecclesiasticus ordo non recipit,In omnibus enim quod irreprehensibile est defendit ecclesia.

Capitulum decimum

¶Quicũq; ex lapsis per ignorãtiã sunt ordinati,vel contemptũ eorum qui eos ordinauerunt, hoc F
non preiudicat regule ecclesiastice,cum enim compertum fuerit deponantur.

Capitulum vndecimum

¶Placuit sctẽ synodo licet indigni sint mie,tñ aliquid circa eos humanitatis ostẽdi. Si quos ergo ex G
aio penitet trib9 annis inter penitẽtes habeãtur.Si tñ fideles sũt,septẽ annis aliis iter penitẽtes sint,duo bus aũt annis idẽ sine oblatiõe i oratiõe sola participẽt populo.Si quis vero p dei gratiãvocati primo qđẽ ostẽderũt fidẽ suã deposito militie cingulo,Post hec autẽ ad,ppriũvomitũ reuersi sunt,vt & pecu nias darẽt & ambirẽt redire rursum ad militiã isti decẽ annis sint inter penitẽtes. post primũ trien/ niũ quo fuerit inter audiẽtes,ab oibusvero illud pcipue obseruetur,vt anim9 eorũ & fruct9 penitẽtie obseruetur.Quicũq; enī cũ omni timore & lachrimis perseuerãtib9 & operib9 bonis conuersationẽ suã nõ verbis solis,sed opere & veritate demõstrãt,cũ tẽp9 statutũ etiã ab his fuerit impletũ,& oratio nib9 iam ceperũt cõmunicare licebit etiã episcopo humani9 circa eos aliquid cogitare.Qui vero in/ differẽter habuerint lapsum & sufficere sibi qđ ecclesiã introierũt arbitrãtur,isti omnimodo tẽpora statuta cõplebunt. Capitulum duodecimum.

¶De hisvero q recedũt ex corpore antique legis regula obseruabitur etiã nũc,itavt si forte quis rece H
dit ex corpore necessario vite sue viatico nõ defraudatur,qđ si desperat9 aliquis recepta cõmuniõe su peruixerit sit inter eos q sola oratiõe cõmunicãt,De oib9 tamẽ his qui a corpore recedũt i tradẽdo eis

cõmunionẽ & cũra & ꝓbatio ſit epiſcopi. Capitulum decimumtertium

A ¶Placuit hoc ſctõ & magno cõcilio de cathecuminis qui lapſi ſũt,vt trib⁹ annis iter audiẽtes verbũ ſint tãtũmõ poſt hecvero orẽt cũ cathecuminis Capitulum decimumquartum

B ¶Peruenit ad ſanctũ cõciliũ qđ i locis quibuſdã & ciuitatib⁹,ꝑſbyteris ſacramẽta diaconi porrigãt, hoc neqꝫ regula neqꝫ cõſuetudo tradidit vt hii q offerẽdi ſacrificii nõ habẽt poteſtatẽ his q offerũt corpus chriſti porrigãt.ſed & illud innotuit qđ quidẽ diacones etiã ante eꝑos ſacramẽta ſumũt,Hec oĩa amputẽtur &accipiãt ſecũdũ ordinẽ poſt preſbyteros ab eꝑovel a ꝑſbytero ſacrã cõmunionẽ.Q đ ſi nõ fuerit i preſenti vel epiſcopus vel preſbyter tũc ipſi,ꝓferãt & edãt.Sed nec ſedere quidẽ licet i me dio preſbyterorũ diacões.Si quis autẽ nõ vult his ſufficiens eſſe poſt hanc,diffinitionẽ ceſſet eſſe dia conus. Capitulum decimumquintum.

C ¶Propter multas perturbationes & frequẽtes tumult⁹ſeditionũ que fieri ſolẽt, placuit oĩmodo iſtã abſcindi cõſuetudinẽ, que cõtra regulã eſt ſicubi tñ ſit, id eſt ne de ciuitate ad ciuitatẽ trãſeat vel eꝑs, vel preſbyter,vel diacon⁹.Si qs vero poſt hec ſtatuta ſcti hui⁹ cõcilii tale aliqd agere tẽptauerit, infrin getur omni genere huiuſcemodi conat⁹ & reſtituatur,ꝓprie eccleſie i qua ordinat⁹ eſt. Capi.xvi.

D ¶Si q vero tiorẽ dei añ oc̃los nõ hñtes,neqꝫ eccl̃iaſtica ſtatuta cuſtodiẽtes,receſſerit ab eccl̃ia ſua ſiue ꝑſbyter ſiue diacon⁹ vel i quocũqꝫ eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint,nõ debẽt ſuſcipi i alia eccleſia, ſed cũ omni neceſſitate cogantur vt redeant ad eccleſiam ſuã,quod ſi permanſerint excõmunicare eos oportet. Capitulum decimumſeptimum

E ¶Sí qs auſ⁹fuerit aliquẽ q̃ ad alterũ ꝓtinet ordinare i ſua eccl̃ia,cũ nõ hẽat cõſenſũ eꝑi ipſius a quo receſſit cleric⁹,irrita erit hmõi ordinatio. Capitulum decimumoctauum

F ¶Quoniã mlti clerici auaricie cã turpia lucra ſectãtes oblíti ſũt diuini ꝑcepti,qđ dictũ ẽ,q pecuniã ſuã nõ dedit aduſurã,fenerãtes cẽteſimas exigãt,ſtatuit hoc ſãctũ cõciliũ ſi qsiuẽt⁹fuerit poſt hãc diffi nitionẽ vſuras accipere vl̃ ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari,vel etiã ſpẽs frumẽtorũ ad ſextu plum dare,omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad queſtũ deiiciatur a clero,& alien⁹ ab eccleſiaſtico habeatur gradu. Capitulum decimumnonum.

G ¶Sí qs cõfugit ad eccl̃iam catholicã de paulianiſtis & catafrigis ſtatutũ ẽ rebaptizari eos debere.Sí q̃vero clerici erãt apud eos ſi qdẽ ĩculpati fuerit & irrep̃hẽſibiles,rebaptizati rurſus etiã ordinẽtur ab eꝑo eccl̃ie catholice.Sivero examinati min⁹fuerit apti deꝑhẽſi,deponi eos oportet.Simil̃r aũt& circa diacones & de oĩb⁹ q ĩ eodẽ clero iueniũtur eadẽ forma ſeruabitur.Cõmemorauim⁹aũt diaconiſſas que i hoc ordine inuẽte ſũt,que nec man⁹ impoſitionẽ aliquã habeãt,vt oĩmodo inter laicas habeãtur Similiter autẽ diaconiſſe que i catholico canone nõ habẽtur ſimili loco, id eſt laice & tã q̃ non conſe crate deputẽtur. Capitulum vigeſimum.

H ¶Quoniã ſunt i die dñica quidã ad orationẽ genua flectẽtes & i dieb⁹ pẽthecoſtes, ꝓpterea ẽ itaqꝫ ſtatutũ a ſctã ſynodo quoniã cõſona & cõueniẽs per oẽs eccl̃ias cuſtodiẽda cõſuetudo eſt,vt ſtãtes ad orationẽ dño vota reddamus. ¶Símbolum eiuſdem Nicení concilii.

CRedim⁹ i vnũ deũ patrẽ oĩpotẽtẽ viſibiliũ & inuiſibiliũ cõditorẽ. Et i vnũ dñm Ieſum xp̃m fi liũ dei natũ de p̃evnigenitũ hoc ẽ de ſubſtãtia p̃ris deũ de deo,lumẽ de lumie, deũ verũ de deo vero,natũ nõ factũ,cõſubſtãtialẽ p̃ri id ẽvni⁹ſubſtãtie cũ p̃re(qđ greci omouſiõ dicũt)ꝑ quẽ oĩa facta ſunt que i celo & i terra,Qui ꝓpter nos hoies & ꝓpter noſtrã ſalutẽ deſcẽdit de celis,& incarnatus ẽ atqꝫ hõ fact⁹paſſus mortu⁹eſt,& reſurrexit tertia die, aſcẽdit ad celosvẽtur⁹ iudicare viuos & mortu os. Et i ſpirttũ ſanctũ,Eos aũt q̃ dicũt erat qñ nõ erat & añ q̃ naſceretur nõ erat & qđ ex nullis exiſtẽ tib⁹ fact⁹eſt,aut ex aliqua ſubſtãtia vl̃ natura,eũ dicẽtes eſſe mutabilẽ & cõuertibilẽ filiũ dei ꝓhibẽdo hos anathematizat & cõdẽnat catholica & apoſtolica eccl̃ia.Hec ẽ fides quã expoſuerũt p̃es primũ quidẽ aduerſus arriũ blaſphemũ, dicẽtẽ creaturã eẽ filiũ dei,& aduerſ⁹ omnẽ hereſim,Sabellii fotini, pauli,ſamoſatẽni.manichei,valẽtini,martionis,& aduerſ⁹ omnẽ oĩno hereſim,ſi qua inſurrexerit con tra catholicã & apoſtolicã eccleſiã quã oẽs cõdẽnauerũt nicea cõgregati epiſcopi trecẽti decẽ & octo.

¶Fides gregorii maioris.

VNus de⁹ principiũ & paterverbi viuẽtisſapiẽtie exiſtẽtis & virtutis& imaginis,ꝓprie ꝑfect⁹ꝑfecti genitor,&vn⁹ dñs ex vno pater filii vnigeniti & vn⁹ dñs ex vno. de⁹de deo,figura ſubſtãtie pa tris,imago dei,de⁹ verbũ mundi & toti⁹ſubſtãtie opifex ſapiẽtia cõtinẽs oĩa que exiſtũt,filiusver⁹de ꝑfecto iuiſibilis de iuiſibili icorruptibilis de icorruptibili,imortalis de imortali,& ſẽpitern⁹de ſẽpiter no,& vn⁹ſpũsſanct⁹ꝑfect⁹ꝑfectavitaviuẽtiũ ſctitas & fõs ſctitatis & edificatiõis miniſtrator ꝑ quẽ de⁹i oẽs credẽtes & ſup oẽs & fili⁹ q̃ p oẽs. Trinitas ꝑfecta gl̃ia & regnũ ſempiternũ indiuiduũ & i aliena bile.Neqꝫ igitur creatũ aliquid, & ſeruũ ſeu famulũ in trinitate, neqꝫ aduẽtitiũ,vel ſub introductum

tãq̃ qđ ante nõ extiterit & nouissimũ subintrauerit, neq; enim desinit aliquãdo filius patri aut filio spiritus sanctus sed immutabilis & inconuertibilis hec eadẽ trinitas semper.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII ANCIRANI.

i ¶De presbyteris lapsis in persecutione
ii ¶De diaconibus qui immolauerunt,
iii ¶De clericis siue laicis quorũ manus alii cũ iniuria sup idolorũ sacrificia posuerunt.
iiii ¶De his q in tẽplis idolorũ cenauerunt. de quibus supra.
v ¶De his q timore rit⁹ gentiliũ pegerunt.
vi ¶De his q in locis idolorũ mãducauerũt
vii ¶De his q frequẽter idolis ĩmolauerunt.
viii ¶De his q̃ coacti vi idolis immolauerunt
ix De his qui aliis sacrificãdi cãm attulerunt.
x ¶De diaconibus.
xi De despõsatis puellis & ab aliis corruptis.
xii De his q añ baptismũ sacrificauerũt idolis
xiii ¶De coepiscopis.
xiiii ¶De presbyteris a carne se abstinentibus.
xv ¶Nõ debere pbros ecclĩastica iura vẽdere,
xvi ¶De his qui irrationabiliter vixerunt.
xvii ¶De his qui sicut muta aĩalia vixerunt.
xviii De episcopis qui ordinati non suscipiũtur.
xix ¶De his qui virginitatem profitentur.
xx ¶De adulteris.
xxi De mulieribꝰ que fornicate ptus suos nẽcãt
xx ¶De his qui volentes homicidiũ fecerunt
xxiii ¶De his qui more gentilium viuunt.
xxiiii ¶De eo qui sororem sponse sue viciauit.

¶INCIPIT CONCILIVM ANCIRANVM

ISti quidẽ canones seu regule priores sunt Nicenis, sed ideo niceni canones priores scribũtur propter auctoritatẽ magni & sancti cõcilii apud Niceã habiti, cõuenerũt aũt in synodum memoratã Anciram ciuitatem hi qui infra scripti sunt. Marcellus ancíranus, Agricolaus cesariensis Lupꝰ tharsensis, Vitalio antiochẽsis, Basilius amasenus, Philadelphꝰ iuliopolitanus, Testulus, nichomedẽsis, Heraclius zolonẽsis, Petrus iconiensis, Muneciꝰ laodicensis, Pergianus antiochenus phisidie, Narcissus nerodiensis. A

Capitulum primum.

DRESBYTEROS QVI IMMOLAVERVNT ET POST ea iterũ certamẽ inierũt, si hoc ipsum ex fide & nõ aliquo argumẽto sibimet p̃parãtes egerũt, vt iterũ teneri viderẽtur aut tormẽtis subiici putẽtur tãq̃ inuiti si ex fide ergo luctati sunt & nõ ex cõpacto ad ostentationẽ vt offerrẽt ipsi fecerunt, hos placuit honorẽ quidẽ sedis ꝓprie retinere, offerre aũt illis & sermonẽ ad populũ facere aut aliquibus sacerdotalibus officiis fingi non liceat. B

Capitulum secundum.

¶Diacones similiter qui immolauerunt postea aũt iterũ reluctati sunt, illos quidem honore carere oportet, cessare vero debere ab omni sacro ministerio ita vt nec panẽ nec calicẽ offerãt nec ꝓnũcient nisi forte aliqui eꝑorũ cõscii sint laboris eorũ & humilitatis & mãsuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere vel a dimere, penes ipsos ergo de his erit potestas. C

Capitulum tertium

¶Qui fugiẽtes timore ꝓsecutionis cõprehẽsi sunt vel a familiaribꝰ seu a domesticis traditi & vel bona ꝓpria amiserunt, vel sustinuerũt tormenta, vel etiã carceribꝰ incluſi sunt. Et tñ ꝓclamauerũt se esse xp̃ianos, quin etiã ꝓseuerãte violẽtia ad id vsq; ꝓducti sunt, vt manꝰ eorũ apprehensas & violẽter attractas sup̃ sacrificia ponerent, illis. s. ꝓseuerantibꝰ in fide & xp̃ianos se esse vociferãtibus hoc ergo qđ eis iuitis & aliis cogentibus contigit, si luctu & merore animi acerbe se ferre demõstrãt, ipsiq; hũili ꝑ bonã cõuersationẽ habitu incedẽtes dolere se qđ iuiti coacti sunt doceãt, hos tanq̃ inculpatos a cõione nõ vetari. Si aũt iã ꝓhibiti sunt ab aliquibꝰ a cõione maioris diligẽtie iquisitionis cã, aut ꝑ aliquorũ ignorãtiã statũ recipi oporterehoc aũt obseruari oportet & de clericis & de laicis oibꝰ. Laicos sane qui in similẽ necessitatis cãm inciderũt, tãq̃ si nichil peccauerit, maxime si eos ꝓbabilis vita cõmendet ad ordinationem recepi placuit. D

Capitulum quartum.

¶De his qui sacrificare coacti sunt insup̃ in tẽplis idolorũ cenauerũt si q eorũ cũ habitu cultiore ad tẽpla ꝓducti sunt, atq; ibi p̃cioſiori veste adhuc mutata cene participes facti sunt, idolorum indifferẽter sumẽtes oia que fuerãt appoſita, placuit inter audiẽtes vno anno cõstitui, tribus aũt aliis ãnis agere pnĩam, sed ex ipso triẽnio ꝑ bienniũ tãtũmodo orationi communicare, tertio aũt anno reconcilia re sacramentis. E

Ccapitulum quintum.

¶Quotquot aũt ascenderũt templa cũ veste lugubri, & recũbentes inter alios manducauerit flentes si cõpleuerint penitentiã triennii temporis sine oblatione suscipientur ad communionem, id est vt ipsi oblationem non offerant, Si aũt perducti ad templa nõ mãducauerint biennio maneãt in pnĩa, Tertio vero cõmunicent sed sine oblatione vt dictum est, in quarto iã anno perfectionem suam re- F

cipiant. ¶Episcopum autem hāc habere licentiam oportet vt pro his peccata singulorum consyderet,& prout viderit conuersationē,normam,regulāq; conuersationis attribuat,id est vt humani9 agens secundū vite modū tempus alicui breuiare aut etiā prolixius quod correctionis necessarium viderit addere. Discutiatur autem omniū horum & p̄cedens vita & posterior & ita circa eos sacerdotalis humanitas moderetur.

Capitulum sextum.

A ¶De his qui minis tantū cesserint,aut bonorū ablatione,aut transportationis pena deterriti sacrificauerunt,& nūc vsq; non penituerūt neq; conuersi sunt,modo aūt,id est tpe huius synodi se obtulerunt cōuersionis sue consilium capientes,placuit eos vsq; ad magnū diem inter audiētes suscipi,penitentiam aūt agere triēnio,& post duos alios annos sine oblatione cōicare,& ita demū sex annis completis ad pfectū peruenire. Quod si aliqui ante hoc cōcilium suscepti sunt ad penitentiā ex illo tempore imputabitur eis initiū sexennii cōstituti. Quod si alicui horū quodlibet mortis periculum aut ex egritudine aut ex aliqua causa acciderit his communionem propter viaticum suum non negari.

Capitulum septimum.

B ¶De his qui festis diebus paganorū in remotis eorū locis cōuiuiis interfuerunt, & suas nichilominus epulas ibidē portauerūt & comederūt,Placuit vt post biēnii penitentiam suscipiantur,ita tamē vtrū aut cū oblatione recipiēdi sint an ad solē cōmunionem admitti debeant vnusquisq; ep̄oporum examinet vitam eorum,& preterita ac presentia habita consideratione perpendat.

Capitulum octauum.

C ¶Hi aūt q; secūdo vel tertio sacrificauerūt vi coacti quatuor annis sese ad penitentiā submittāt,duobus aūt aliis sine oblatione communicent,septimo anno perfectionem recepturi cōmunionis.

Capitulum nonum.

D ¶Quotquot autem non solum a fide dominica deuiarūt sed etiam insurrexerunt in alios,& fratribus persuaserūt & rei facti sunt p̄suasionis,hi per triēniū quidem inter cathecuminos habeantur,per aliud autē sexenniū penitentie recipiant locum,alio vero anno id est decimo cōmunionem sine oblatione recipiant,vt completo decennio perfectione fruantur,Ideo autem ip̄o tempore etiam vita eorū & conuersatio consyderanda est.

Capitulum decimum.

E ¶De diaconis quicūq; cū ordinantur si in ipsa ordinatione p̄testati sunt dicētes velle se habere vxores nec posse se cōtinere. Hi postea si ad nuptias venerint maneāt in ministerio, propterea quod his episcopus licentiā dederit. Quicūq; sane tacuerūt & susceperūt manus impositionem professi continentiam si postea ad nuptias cōuenerint a ministerio cessare debebunt.

Capitulum vndecimum.

F ¶Desponsatas puellas & postea ab aliis corruptas placuit eruí & his reddi quibus fuerant desponsate. etiam si eas a raptoribus florem pudoris amisisse constiterit.

Capitulum duodecimum.

G ¶Eos qui ante baptismum sacrificauerūt & postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinē p̄ moueri tanquam ab omni crimine lauacri salutaris sanctificatione purgatos.

Capitulum decimumtertium.

H ¶Vicariis ep̄orū quos greci coep̄os vocant nō licere vel pb̄ros vel diaconos ordinare. Sed nec pb̄is ciuitatis sine ep̄i p̄cepto aliquid imperare,nec sine auctoritate litterarū eius in vnaquaq; parochia aliquid agere.

Capitulum decimumquartum.

I ¶De his q̄ in clero sunt pb̄ri vel diaconi & abstinēt se a carnibus hoc placuit statui, vt non eas tanq̄ immūdas contēnant sed cōtingāt,A quibusquidē q̄ se abstinere volūt,habeāt potestatē ita tn̄ vt si qn̄ cū oleribus coquūtur eadē tāq̄ carnib9 polluta nō iudicēt sed ex his cibū assumant,q̄is a carnibus se abstineant. Q d̄ si intantū eas immūdas & abominabiles iudicauerint, vt nec olera que cū carnibus coquūtur estimēt comedēda tāq̄ nō cōsentiētes huic regule cessare eos oportet & a ministerio & ordine suo,Si quis aūt hui9 regule monitis nō obedierit sed carnesvt dictū est immūdas,& abominādas existimauerit cessare debet ab ordie suo.

Capitulum decimumquintum.

K ¶Si qua de rebus eccl̄ie cum ep̄s non est pb̄ri vendiderit,placuit rescisso contractu ad ius eccl̄iasticū reuocari,In iudicio aūt erit ep̄i si cōstitutū precium debet recipi nec ne,propter quod sepe cōtingit distractarum rerū redditus ampliorem summam pro accepto precio reddi.

Capitulum decimumsextum.

L ¶In hoc titulo verba greca hec sunt, περὶ τῶν ἀλογῶς διαγον τῶν ἢ διάγονται, quencs lati-

ne possumus dicere de his qui irrationabiliter versati sunt siue versantur, Sensus autem in hac sentē/
tia duplex esse pōt, qui ex subiectis cōiicitur aut de his q cū pecoribus coitu mixti sunt aut more pe/
cudū incesta cū ꝓpinquis sanguinū cōmiscuerūt Quotquot igitur añ. xx. etatis sue annū tale crimē
admiserint. xv. annis in pnia pactis oīoni tantū incipiāt cōicare. Et quinquēniū alterū in cōione oīo
nis solius pdurātes. Post vigesimū cū oblatione ad cōionem suscipiantur, discutiatur aūt & vita eorū
qualis fuerit tpe pnie. Et iuxta hāc humanitatē cōsequantur. Quod si quis pseuerantius abus⁹ fuerit
hoc crimine prolixius tempus, id est viginti annorū penitētiam suscipiat. Qui vero exacta viginti
annorū etate & vxores habetes in hoc crimen inciderint post viginti & quinq; annos penitētia acta
ad cōionem orationū admittantur, in qua cōmunione orationū altero quinquēnio, perdurantes ple
nam cōmunionē cū oratione recipiant. Quod si aliqui & vxores habētes & excedentes quinquage/
simū etatis sue annum in hoc ꝓlapsi sunt icelere, ad exitum tantum vite cōmunionē mereantur.

Capitulum decimumseptimum.

¶Hos eosdē sane nō solū leprosos crimine huiuscemodi factos, sed & alios isto morbo replentes pla A
cuit inter eos orare qui tēpestate iactantur qui a nobis energumini intelliguntur.

Capitulum decimumoctauum.

¶Si qui epi suscepti non sunt a sua diocesi in qua fuerant denominati, compellātur ad eandē iudi/ B
cis edicto redire. Qđ si voluerint alias ecclesias occupare, & vim facere aliis epis quos ibi inuenerint
seditiones excitando aduersus eos, hos segregare oportet. Quod si volunt in pbyterio in ecclesia vbi
prius fuerāt tanq̄ presbyteri residere, non repellantur a ꝓpria dignitate. Quod si etiam ibi seditio/
nes concitare ꝓbantur, episcopis ibidem cōstitutis, segregari eos necesse est & nichilominus presbyte
rii dignitate priuari. Capitulum decimumnonum.

¶Quotquot virginitatē pollicitā preuaricate sunt, ꝓfessione contēpta inter digamos, id est quiad se C
cundas nuptias transierūt, haberi debebunt, Virgines aūt puellas que tanq̄ sorores cū nonnullis viris
hītare volūt. ab eorū cōsortio ꝓhibem⁹. Capitulum vigesimum.

¶Si quis adulteriū cōmiserit septē annis in penitentia cōpletis pfectioni reddatur secundū pristi/
nos gradus. Capitulum vigesimumprimum.

¶De mulieribus que fornicātur & ptus suos necāt, sed & de his que agunt secū vt vtero conceptus E
excutiatur antiqua quidē definitio vlq; ad exitū vite eas ab ecclesia remouet, humani⁹ aūt nunc de/
finimus vt eis decem annorum tempus penitētie tribuatur.

Capitulum vigesimumsecundum.

¶Qui voluntarie homicidiū fecerint, ad penitētiā quidē iugiter se submittāt. Circa aūt exitū vite F
cōione digni habeātur. Eos vero qui nō volūtate, sed casu homicidiū fecerint prior regula post septē
annorū penitentiā cōioni sociauit scdm gradus cōstitutos, Hec vero humanior diffinitio quinquen
nii tempus tribuit. Capitulum vigesimumtertium.

¶Qui auguria vel auspicia siue somnia vel diuinationes quaslibet scdm morē gentiliū obseruant, G
aut in domos suas hmōi homines introducūt in exquirēdis aliquib⁹ arte malefica, aut dom⁹ lustrāt
confessi quinquennio penitentiā agant secundū antiquas regulas constitutas,

Capitulum vigesimumquartum.

¶Si quis spōsam habēs sorori ei⁹ forsitā intulerit vitiū eiq; inhesrit tanq̄ sue & sibi expetendā esse H
cōiunctionē hac aūt decepta postea vxorē duxerit desponsatā. Illa vero que vitiū passa est si forte ne
cem sibi intulerit oēs hii qui huius facti sunt cōscii decem annis in penitentiā redigantur scdm cano
nes constitutos. ¶Explicit concilium Anciranum,

¶INCIPIVNT CAPITVLA NEOCESARIENSIS CONCILII.

i ¶De pbyteris qđ vxorē ducere nō debeāt.
ii ¶De muliere duobus fratrib⁹ nubere non licere
iii ¶De his qui multis nuptiis cōicauerunt.
iiii ¶De cōcupiscentia non consummata.
v ¶De cathecuminis peccantibus.
vi ¶De pregnantibus baptizandis.
vii ¶Presbyteros in secūdis nuptiis non debere orare.
viii Vxoris adulterevirū clericū fieri nō debere.
ix ¶De pbyteris corpali pcto poccupatis.
x ¶De diaconib⁹ corpali pcto poccupatis.
xi ¶De presbytero min⁹ triginta annorum minime ordinando.
xii ¶De his qui in egritudine sunt baptizati.
xiii De presbyteris alterius regionis.
xiiii De diaconibus septem.

FINIVNT CAPITVLA.

¶INCIPIT CONCILIVM NEOCESARIENSE.

A ET hi quidem canones secundi sunt eorum qui in achira & cesarea expositi sunt Nicenis vero priores inueniuntur. Conuenerunt autem in synodum memoratam Neocesarienſe ciuitate hi qui infra scripti sunt.

Vitalis, Germanus, Sedus, Hystrius, Lupus, Gerontius, Salamnus, Leontius, Sanctꝰ basilius, Valentinus, Stephanus, Gregoriꝰ, Longinus, Narcissus, Decasiꝰ, Leontius. Heraclius, Alipius, A quibus regule prolate sunt que infra scripte sunt.

Capitulum primum.

B PRESBYTER SI VXOREM DVXERIT AB ORDIne illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit vel adulterium commiserit extra ecclesiam abiici & ad penitentiam inter laicos redigi oportet,

Capitulum secundum.

C ¶Mulier si duobus nupserit fratribus abiiciatur vsq; ad diem mortis. Sed ꝓpter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet, ita tamē vt si forte sanitatem recuperauerit matrimonio soluto ad penitentiam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in huiusmodi consortio constituta difficilis erit penitentia remanēti, que sententia tam viros quam mulieres tenere debet.

Capitulum tertium.

D ¶De his qui frequenter vxores ducunt & de his qui sepius nubunt tempus quidem his constitutū manifestum est, sed conuersatio & fides eorum tempus abbreuiat.

Capitulum quartum.

E ¶Si quis concupita mulıere etiam si concubitus eius desyderiū habet, non autem subsequatur effectus, manifestum est hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum.

Capitulum quintum.

F ¶Cathecuminus, id est audiēs qui ingreditur in ecclesiam, & stat cū cathecuminis, si peccare fuerit visus figēs genua audiat verbū vt se abstineat ab illo peccato quod fecit, Quod si in eo perdurat abiici omnino debere.

Capitulum sextum.

G ¶De pregnātibus quod oportet eas baptizari qñ volūt, nichil enim in hoc sacramēto cōe est pariture & illi q de eius vtero fuerit editꝰ, quia vniuscuiusq; in illa cōfessione libertas arbitrii declaratur.

Capitulum septimum.

H ¶Presbyterū cōuiuio secularium nuptiarū interesse nō debere, maxime cū ꝓcipiatur secundis nuptiis penitentiam tribuere quis erit presbyter qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis.

Capitulum octauum.

I ¶Si cuius vxorē adulteriū cōmisisse cū esset laicus fuerit cōprobatū, hic ad ministeriū ecclesiasticū admitti non pōt. Qđ si in clericatu iā constituto eo adulterauit, dato repudio dimittere eā debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Capitulum nonum.

K ¶Qui admiserit corporale peccatū & hic postea ꝑsbyter ordinatꝰ est, si cōfessus fuerit quod ante ordinationē suā peccauerit non quidē offerat, maneat aūt in aliis officiis ꝓpter eius studii vtilitatē. Nā cetera peccata censuerūt plurimi etiam ordinatione priuari. Quod si de his nō fuerit cōfessus nec ab aliquibus potest manifeste conuinci huic ipsi de se potestas est cōmittenda.

Capitulum decimum.

L ¶Similiter & diaconus si in eodem culpe genere fuerit inuolutus, sese a ministerio cohibebit.

Capitulum vndecimum.

M ¶Presbyter ante trigínta annorum etatē non ordinetur q̄is sit ꝓbabilis vite, sed obseruetur vsq; ad prefinitum tempus, dominus enim trigesimo anno baptizatus est, & tunc predicauit.

Capitulum duodecimum.

N ¶Si quis in egritudine cōstitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari nō debet. Nō enim fides illius volūtaria sed ex necessitate est nisi forte postea ipsiꝰ studiū & fides ꝓbabilis fuerit aut hominum raritas cogat.

Capitulum decimumtertium.

O ¶Presbyteri qui conregionales nō sunt in ecclesia presentibꝰ epīs vel presbyteris ciuitatis offerre nō possunt nec dare panem sanctificatū nec calicē porrigere. Quod si absentes sunt ciuitatis sacerdotes, & fuerint

& fuerint inuitati ad dandā orationē ſoli debebunt dare,vicarii aūt epiſcoporum quos greci coēpos vocant cōſtituti ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta ſeniorū,Sed tanquam conſacerdotes pro/pter ſollicitudinem & ſtudium quod in pauperes agunt offerant,& honorabiles habeantur.
¶Diaconi ſeptē eſſe debent ſcdm regulā quāuis magna ſit ciuitas,regule tñ auctoritas iſta eſt,qđ & liber actuum apoſtolorum inſinuat.

¶Explicit concilium Neoceſarienſe.

¶INCIPIVNT CAPITVLA GANGRENSIS CONCILII.

ca.i. ¶De his qui nuptias damnant
ii ¶De his qui carnes manducantes dānant.
iii ¶Non debere ſeruum occaſione religionis dominum contemnere.
iiii ¶De oblatione preſbyteri coniugati
v ¶Orationes eccleſie nō debere contemni.
vi ¶Non debere extra eccleſiam congregari.
vii ¶De fructibus in eccleſiā & nō alibi dādis
viii ¶De his que in vſus pauperum cōferūtur
ix ¶Virginitati ſtudentem non debere nuptias execrari.
x ¶De his qui pro virginitate ſuperbiunt.
xi ¶Agapem fratrum non debere contemni.
xii ¶De continentibus & vſu palliorum.
xiii ¶Non debere mulierē continentie cauſa virilem habitum vſurpare.
xiiii ¶Non debere condemnātem nuptias a viro diſcedere.
xv ¶Non debere quēquam continentie cauſa filios ſuos negligere.
xvi ¶Ne filii occaſione religionis parētes ſuos deſpiciant.
xvii ¶Caput tondere mulieri non licere.
xviii ¶Non debere die dominico ieiunare.
xix ¶Non licere communia ieiunia ſoluere.
xx ¶Communicandum in baſilicis martyrū.

¶INCIPIT CONCILIVM GANGRENSE.

OMINIS HONORABILIBVS CONSACERDO/tibus in Armenia conſtitutis epiſcopis. Euſebius, Alpius, Philetus, A
Eulalius, Pappus, Baſilius, Bithinicus, Heratius, Ipatius,
Baſſus, Eugenius, Gregorius, Elianus, Preſſius, Eugenius,
Qui conuenerunt in Gangrenſe concilium in domino ſalutem. ¶Quoniā conueniens ſancta ſynodus epiſcoporum in eccleſiam Gangrenſem propter quaſdam eccleſiaſticas & neceſſarias cauſas inquirendas,& ea que ſecundū Euſtachium geſta ſunt dinoſcenda inuenit multa fieri indecēter ab his qui eundem Euſtachium ſecuti ſunt,neceſſario ſtatuit palam omnibus factis amputare vniuerſa que ab eodē male commiſſa ſunt.
¶Declaratū eſt enim hos eoſdē nuptias accuſare & docere quod nullus in coniugali poſitus gradu B
ſpem habebat apud deum,vnde factū eſt vt mulieres multe ſeducte relictis ꝓpriis viris,& viri vxo/ribus deſtitutis vinculum coniugale diſſoluerēt continentiā profitentes,quam cum retinere nō poſſent adulterium cōmiſerunt. Inuēti enim ſunt diſſenſiones ac ſeparationes in dominicis eccleſiis docere,id eſt traditiones eccleſiaſticas & ea que in eccleſiis agūtur debere contēni, priuatiſq; conuēticulis inſtitutis atq; ad imitationē eorum que in domo dei aguntur omnia p̄ſumere celebrare. Adhuc etiā veſtibus cōibus ſpretis nouos & inſolitos habitus aſſumpſiſſe. Primitias quoq; fructuū & oblationes eorū quas veterū inſtitutio eccleſiis tribuit,ſibimet vindicaſſe,id eſt propria ratione doctrine tanq̄ ſanctis ſibi eas offerri debere,apud ſe & inter ſe diſpenſendas,ſeruos a dominis recedentes per hunc inuſitatū religionis ſue habitū ſub ſpecie ſue religionis dños contēpſiſſe. Mulieres quoq; p̄ter conſuetudinē,& ſui ſexus ornatū hinc ſe iuſtificare credētes virilē habitū ſuſcepiſſe,pluresq; earū occaſione religionis tōſas genuini decoris comas penit9 amputaſſe. ¶Ieiunia que in eccleſia p̄dicātur cō C
tēnenda aſſeruiſſe. Nonnullos etiā cibos carniū tanquam illicitos reputaſſe,in domibus cōiugatorū nec orationes quidē debere celebrari p̄ſuaſiſſe,in tantū vt eaſdē fieri vetēt,& oblationib9 que in domibus facte fuerint minime cōicandū eſſe decernāt. ¶Preſbyteros vero qui matrimonia contraxerūt ſperni debere dicūt,nec ſacramēta que ab eis cōficiūtur attingi,Loca ſctōrum martyrū vel baſilicas cōtēnere,& oēs qui illuc cōueniunt & ſcra conficiunt reprehēdere. ¶Diuites fideles qui nō oībus renūciant que poſſidēt ſpem apud dominum non habere,Et multa alia que enumerare nulli poſſibile eſt, ſingulos quoq; eorum pro ſuo arbitrio conſtituere,vnuſquiſq; enim eorum per talem inſtitutionem ab eccleſiaſtico canone receſſit,tanquam proprias leges ſibimet condidiſſe preſumens.
¶Sed nec cōmunis his omnibus & vna ſententia eſt,Singuli enim prout videtur & libet accuſationem eccleſie nitendo tanquam rector non ſit vel adidit decreta vel minuit. ¶Propter hoc ergo co/

actum est hoc concilium in Gāgrensi ecclesia habitum canones istos exponere quibus ꝓbantur memorati extra ecclesiam esse. Quod si per penitentiā condēnauerint omnia hec que male senserunt tā quam a se nō bene prolata acceptabiles fiant, atq; ad eos singula que debent condemnare synod⁹ credidit exponenda. Quod si quis renuerit hec que hodie constituta sunt tanqnā hereticus anathema tizatus & damnatus abiiciatur. Et erit non solum incōmunicatus, verūetiam ab ecclesia abiiciatur extorris, donec deprecetur episcopus & de vniuersis que penes eos deprehensa atq; detecta sunt proui derit quid horum susceperit obseruandum.

Capitulum primum.

A ¶Si quis nuptias in accusatione duxerit, & mulierem fidelem ac religiosam cū viro suo dormientē abominandā crediderit, aut etiam accusandam tanquam non posse coniugatos in regnū dei ingredi, Anathema sit.

Capitulum secundum.

B ¶Si quis carnem manducantem ex fide cum religione preter sanguinem & ydolo immolatum & suffocatum crediderit condemnandū tanquā spem non habentē quod eas māducat, Anathema sit.

Capitulum tertium.

C ¶Si quis seruum alienū occasione religionis doceat dominum suū debere contēnere & eius ministeriū destituere, ac potius nō docuerit suo domino bona fide & cum omni honorificētia deseruire, Anathema sit,

Capitulum quartum.

D ¶Si qs discernit p̄sbyterū coniugatū tanq̄ occasione nuptiarū offerre nō debeat. & ab eius oblatiōe ideo se abstineat, Anathema sit.

Capitulum quintum.

E ¶Si quis docet domū dei contēptibilē esse debere & congregationes que in ea fiunt, Anathema sit.

Capitulum sextum.

F ¶Si qs extra ecclesiā priuantim populos congregans contēnat ecclesiasticas sanctiones aliter ea que sunt ecclesie voluerit vsurpare nō conueniente p̄sbytero iuxta decretū episcopi, ipsamq; ecclesiā apud se sine consilio episcopi cum presbytero agat, Anathema sit.

Capitulum septimum.

G ¶Si quis oblationes fructuū vel primitias eccl'ie debitas voluerit extra ecclesiā accipere aut dare, preter cōscientiā ep̄i vel hui⁹ cui hmōi officia commissa sunt & nō magis cū consilio eiusdē hec agenda putauerit, Anathema sit.

Capitulum octauum.

H ¶Si quis dederit vel acceperit fructuū oblationes p̄ter episcopum vel eum qui cōstitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, qui dat & qui accipit, Anathema sit.

Capitulum nonum.

I ¶Si quis virginitatem vel continentiam ꝓfessus tanquā abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum quod continentie & virginitatis bonum sanctum propositum est, Anathema sit.

Capitulum decimum.

K ¶Si quis ꝓpter dominū virginitatē professus in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, Anathema sit.

Capitulum vndecimum.

L ¶Si quis contēnendos duxerit agapem facientes, & preter honorem domini fratres pauperes conuocantes noluerit cōicare vocationibus eorum tanquam nichili' quod sit ducens, Anathema sit.

Capitulum duodecimum.

M ¶Si quis virorū putauerit sc̄tō ꝓposito. i. cōtinentie conuenire, vt pallio vtatur tanq̄ ex eo iustitiam habitur⁹, & reprehēdat vel iudicet alios qui cū reuerētia biris vtuntur & alia veste communi que in vsu est, Anathema sit

Capitulum decimumtertium.

N ¶Si qua mulier suo proposito vtile iudicās, vt virili veste vtatur ad hoc vt in viri habitum mutatur, Anathema sit.

Capitulum quartumdecimum.

O ¶Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo coniugali nuptias condemnando, Anathema sit.

Capitulum decimumquintum.

P ¶Si quis dereliquerit proprios filios suos & non eos aluerit & quod pietatis est necessaria non prebuerit sed sub occasione continentie negligendos putauerit, Anathema sit.

Capitulum decimumsextum.

Q ¶Si q̄ filii parētes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus, hoc iustū iudicāte esse, & nō potius debitū honorē parentib⁹ reddiderit, vt hoc ip̄um in eis venerētur q̄d fideles sunt, Anathema sit.

Capitulum decimum septimum.

¶Quecūq;

¶Quecunque mulier religioni iudicans conuenire comam sibi amputauerit, quam deus ad velamen eius,& ad memoriam subiectionis illi dedit tanq̃ resoluens ius subiectionis anathema sit. A

Capitulum decimumoctauum.

¶Si quis tanq̃ hoc cõuenire iudicans die dominico,ieiunauerit in eiusdem diei contemptum anathema sit. B

Capitulum decimumnonum.

¶Si quis eorum qui proposito sunt cõtinentie preter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia totius ecclesie putauerit contempnenda perfectam in sua scientia vindicans rationem,anathema sit. C

Capitulum vigesimum.

¶Si quis per superbiã tãq̃ pfectũ se existimãs cõuentus q̃ p̃ loca & basilicas sanctorũ martyrum fiũt vel accusauerit,vel etiã oblatiões que ibidẽ celebrãtur spernẽdas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas,anathema sit. D

Capitulum vigesimumprimum.

¶Hec autem scripsimus non abscindentes eos qui in ecclesia dei secundum scripturas sanctum propositum continentie eligunt,sed eos qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos qui simplicius viuunt.Sed & hos condempnamus qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua introducunt precepta,& nos autem virginitatem cum humilitate admiramur,& continentiam cum castitate & religione deo acceptissimam dicimus, & renunciationem secularium negociorum atque actuum cum humilitate approbandam laudamus, & nuptiarum vinculum quod secundum castitatẽ secum perdurat honoramus,& diuites cum iustitia & operibus bonis non abiicimus,& parsimoniam cum veste humili non reprobamus,sicut etiam ornatũ preter corporis diligentiam intucatum laudamus. ¶Dissolutos autem & fractos in vestibus incessus non recipimus,& domos dei honoramus & conuentus qui in his fiunt tanquam sanctos & vtiles recipimus, proprietatem in priuatis domibus non concludẽtes,& omnem locum in nomine dei edificatum honoramus,& congregationẽ in ecclesia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opa que iuxta vires in fratres pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia que cõueniunt traditionibus aplicis & sctãrum scripturarum preceptis in eccl̃ia fieri exoptamus. E

¶Explicit Concilium Gangrense.

INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SARDICENSIS.

¶Capitulum primum,Episcopum non debere ad aliam ciuitatem transferti.

ii ¶Episcopum de prouicia ad p̃uincias nõ tranlire nisi fuerit inuitatus.

iii ¶De duobus episcopis vnius p̃uincie iter se contentionem habentibus.

iiii ¶De episcopo adiudicato.

v ¶De episcopis a synodo depositis.

vi ¶De quibus supra.

vii ¶De episcopis accusatis.

viii ¶Vt episcopi passim ad comitatũ nõ p̃gãt.

ix ¶De quibus supra.

x ¶De quibus supra.

xi ¶De quibus supra.

xii ¶De quibus supra.

xiii ¶Vt ne ex laico quilibet ep̃s ordinetur.

xiiii ¶Vt ep̃s in aliena prouincia nõ imoretur.

xv ¶De episcopis in aliena p̃uincia possessiones habentibus.

xvi ¶De clericorum excommunicatione.

xvii ¶Licere clericis si iniuste fuerint excommunicati vicinos adire episcopos.

xviii ¶Non licere episcopo alterius clericum in sua ecclesia ordinare.

xix ¶De quibus supra.

xx ¶Vt extrãei clerici ap̃d thessalõicã nõ tardẽt

xxi ¶Clerici vim passi aut persecutionem si ad aliam accesserint ciuitatem non vetentur ibi morari quamdiu potuerint redire.

¶Explicium capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM SARDICENSE TRECENTORVM EPISCOPORVM.

ANNO SEXTO CONSTANTINI IMPERATORIS Leontio & sallustio consulibus era.cccIxxi.Sardicensis synodus congregata est,vbi omnes per orientem Arriani epcscopi condempnati sunt.qui conuẽti ad concilium occurrere reatus conscientia noluerunt, in quo concilio inter cetera he regule pro disciplina ecclesiastica institute sunt. F

Capitulum primum.

A OSius eps dixit,non minus mala cõsuetudo quam pernitiosa corruptela fundítus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de ciuitate sua ad aliam ciuitatem transire. Manifesta est enim causa qua hoc facere temptant,cum nullus in hac re inuentus sit episcopus qui de maiore ciuitate ad minorem transiret,vnde apparet auaritie eos ardore inflammari,& ambitioni seruire,& vt dominationẽ exerce ant. Si ergo omnibus placet vt huiusmodi pernities austerius vindicetur nec laicam communionem habeat qui talis est,vniuersi dixerunt,placet etiam si talis aliquis extiterit temerarius vt forsitan excu/ sationem afferat,quod populi litteras acceperit cum manifestum sit premio & mercede paucos qui sinceram fidem nõ habent potuisse corrũpi,vt clamarent in ecclesia & ipsum petere viderentur episco pum,omnino has fraudes remouendas esse damnamus,ita vt nec laicam communionem in finẽ ac/ cipiat talis,quod si vobis omnibus placet statuite,vniuersi dixerunt placet.

Capitulum secundum.

B ¶OSius episcopus dixit illud quoq; statutum sit vt episcopus de sua prouincia ad aliam prouinciã in qua sunt episcopi non transeat,nisi forte a fratribus inuitatus,ne videamur ianuam charitatis clau/ dere.

Capitulum tertium.

C ¶OSius episcopus dixit,prouidendum est etiam vt si in aliqua prouincia forte aliquis episcopus cõ tra fratrem suum episcopum litem habuerit, ne vnus e duobus ex alia prouincia aduocet episcopos ad iudicium.

Capitulum quartum.

D ¶OSius eps dixit q; si aliqs eps adiudicatus fuerit in aliq̃ causa,& putat se bonã causam habere vt ite rũ iudiciũ renouetur,si vobis placet sancti Petri apostoli memoriã honoremus,vt scribatur vel ab his qui examinauerunt,vel etiam ab aliis episcopis qui in prouincia propinqua morantur Romano epis copo. Et si iudicauerit renouandum esse iudicium renouetur & det iudices. Si autem probauerit ta/ lem causam vt ea non refricẽtur que acta sunt que decreuerit Romanus episcopus confirmata erunt, si ergo omnibus placet statuatur,synodus respondit placet.

Capitulum quintum.

E ¶Gaudentius episcopus dixit,addendum est si placet huic sententie quam plenam sanctitate pro/ tulistis,vt cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio qui in vicinis commo/ rantur locis,& proclamauerit agendum sibi negocium in vrbe Roma, Alter episcopus in eadem ca/ thedra post appellationem eius qui videtur esse depositus omnino non ordinetur,nisi causa fuerit in iudicio Romani episcopi determinata.

Capitulum sextum.

F ¶OSius episcopus dixit,si contigerit in vna prouincia in qua fuerint plurimi episcopi vnum for/ te remanere episcopum,ille vero per negligentiam noluerit ordinare episcopum & populi conuene/ rint eos vicine prouincie,debent illum prius cõuenire episcopum qui in eadem prouincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse vt & ipsi veniant & cum eo ordinẽt epm,quod si cõuentus litteris tacuerit & dissimulauerit nichilq; responderit,tunc satisfaciẽdum esse populis,vt veniant ex vicinis prouinciis & ordinent epm. Iterũ licẽtia ordinandi epm danda passim non est,si enim subito aut vicus aliquis aut modica ciuitas cui satis est vnus pbr voluerit sibi epm or/ dinari ad hoc vt vilescat nomen epi & sumi honoris auctoritas,nõ debẽt illi ex alia ꝓuicia inuitati face re epm,nisi aut in ciuitatibus que epos habuerũt aut si qua tam populosa est ciuitas vel locus qui me/ reatur hre epm,synodus rndit placet.

Capitulum septimum.

G ¶OSius eps dixit,& hoc placuit,vt si eps accusatus fuerit,& oes iudicauerint congregati epi regionis ipsius,& de gradu suo eiecerint eũ,si appellauerit qui deiectus videtur, & confugerit ad beatissimum Romane ecclesie epm,& voluerit se audiri,si iustũ putauerit vt renouetur examen scribere epis digne tur Romanus episcopus his qui infinitima & propinqua altera ꝓuincia sunt,vt ipsi diligẽter oia req/ rant, & iuxta fidẽ veritatis omnia definiant, quod si is qui rogat causam suam iterũ audiri deprecatione sua mouerit epm romanũ,vt de latere suo pbros mittat,erit in potestate ipius quid velit & quid estimet, & si decreuerit mittẽdos esse qui presentes cũ epis iudicẽt vt habeãt etiã auctoritatẽ persone illius a quo destinati sunt,erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere epos cõprouiciales vt negotio terminum imponant,faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

Capitulum octauum.

B RELIGIOSO ET DEO AMABILI CONSACERDOti Nestorio Cyrillus,vel quicũqꝫ sunt apud epheſi synodum. Cum saluator noster aperte pronunciet,qui diligit patrem aut matrem super me non est me dignus,& qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus,quid nos patiemur qui deposcimur a tua religione,vt te super christum saluatorem omniũ diligamus? Quid enim nobis in die iudicii proderit aut quam satisfactionem reperire poterimus propter tam diuturnũ silentium de prolatis a te contra eũ blasphemiis? Et si quidem te tantũmodo lederes docens ista vel sentiẽs,sollicitudo nobis minor existeret. Cum vero totam scandalizaueris ecclesiam,& fermẽtum insolite prauitatis & noue heresis miscueris in populis,nec tantum ibidem positis sed vbiqꝫ consistentibus. Nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt,p nostro silẽtio que ofo vltra vel excusationis sermo sufficiat? Aut quo modo non necesse sit meminisse christi dñi sic dicentis,non putetis qđ venerim pacem mittere in terra,nõ veni pacẽ mittere sed gladiũ,veni enim separare hoiem aduersus patrẽ suũ,& filiã aduersꝰ mrem suã. Nã cũ leditur fides,parẽtum reuerẽtia velut inutilis & piculosa despicitur,& amor erga filios frangitur,ad postremum etiam super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, vt meliorem resurrectionẽ (sicut scriptum est) cõsequãtur. Ecce itaqꝫ te simul cũ sancta synodo qui apud amplam vrbem Romam congregata est,psidente sanctissimo & reuerẽtissimo patre & cõsacerdote nostro celestino episcopo his scriptis synodicis te etiam tertio conuenimus consilium dãtes vt a tam prauis abstineas dogmatibus que & sentire cognosceris & docere. Recipias vero fidem rectam ecclesiis pbeatissimos apostolos & euangelistas ab initio traditam,qui & oculis inspexerũt & ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit iuxta dilationẽ litteris prefinitam sanctissimi & reuerentissimi cõsacerdotis nostri Romane presulis ecclesie Celestini scias te nullam sortem habere nobiscum,nec locũ aut cõuiuium cũ dei sacerdotibus & episcopis obtinere. Non enim fas est conteri nõ solum ecclesias ita turbatas & scandalizatas populis,fidẽqꝫ rectissimam violatã dissipatamqꝫ quin etiam gregem quẽ custodire debueras,si quidem iuxta nos amator recti dogmatis extitisses sanctorum patrũ vestigia pia consectans. C ¶Omnes itaqꝫ quos propter fidem tua religio a communione remouit,aut ab ordine suo deposuit laicos & clericos in nostram cõmunionem recipimus,non enim iustum est eos tuis decretis opprimi qui nouerunt recta sentire. Qui etiam benefacientes tibi prudẽtissime restiterunt,hoc idem namqꝫ in epistola quam misimus ad presulem ample Rome sanctũ & coepiscopum nostrum Celestinum significare curasti. Non autẽ sufficit vel tue religioni tantum modo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus spiritu sancto largiente,& venerando & magno concilio apud niceam congregato. ¶Hoc enim non intellexisti nec recte interpretatus es quinimmo peruerse,licet sono vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est etiam iureiurãdo fateri te q̃ anathematizes quidẽ tua polluta & prophana dogmata,sentias autem & doceas que nos vniuersi per orientem seu per occidentem episcopi & magistri ,presulesqꝫ populorum credimus & docemus. Epistolis autẽ ab alexandrinia tue religionis directis ecclesia consensum prebuit tam ea que apud vrbem Romanã conuenit sancta synodus, quam etiam nos omnes velut recte irreprehensibiliterqꝫ conscriptis ,subdidimus autem his nostris que sentire oporteat & docere,& a q̃bus abstinere conueniat,hec est enim fides catholice ecclesie,cui cuncti cõsentiunt orthodoxi per oriẽtem occidentemqꝫ põtifices.

C Redimꝰ in vnũ deũ patrẽ oipotentem,omnium visibiliũ & inuisibiliũ cõditorem,& in vnum dominum

dominum nostrū Iesum christū filiū dei natum de patre vnigenitū hoc est ex substātia pris, deum ex deo,lumē de lumine,deum verum ex deo vero,natū nō factū omousion patris,hoc est vnius cum patre substantie,per quem oia facta sunt in celo & in terra, q ꝓpter nos hoies & propter nram salutē descendit de celis,& incarnatus est,& homo factus passus est & resurgens, Tertia die ascendit in ce/los,inde venturus iudicare viuos & mortuos,& in spiritū sanctum. Eos aūt qui dicūt erat tempus, quando nō erat,& anteq̄ nasceretur non erat,& quia ex nullis existentibus factus est,aut ex alia sub/stantia vel essentia esse dicunt,aut conuertibilē vel commutabilem dei filium anathematizat catholi/ca & apostolica ecclesia. Sequentes itaq̄ omnium sanctorū patrū cōfessiones quas loquente in eis san cto spiritu ꝓtulerunt,& intentioni que est in eorum intellectibus equis vestigiis inherentes atq̄ iter ambulantes regium,ꝓfitemur quod ipsum vnigenitum dei verbum natū ex ipsa patris essentia de deo vero deus verus,lumen de lumine,per quem omnia facta sunt,siue in celis siue in terra salutis no stre causa descendens ad exinanitionē sese dignatus est inclinare,natus autem & homo factus id est carnem de virgine sancta suscipiens,eamq̄ propriam faciens natiuitatem nostrā ex vulua sustinuit, homo de muliere procedens,nec quod erat abiiciēs. Nam licet factus sit in assumptione carnis & san guinis,tamen etiam quod erat deus natura scilicet & veritate perfistens. Nec carnem itaq̄ dicim⁹ in naturam deitatis esse conuersam nec in substantiā carnis inseparabilem dei verbi essentiam commu tatem. ¶Incōuertibilis est enim & incōmutabilis idemq̄ ipse iuxta scripturas iugiter permanens. A Visus est autē& paruulus,positusq̄ in cunabulis & sinibus genitricis virginis constitut⁹ vniuersam creaturā replebat,vt deus genitori suo indiuisus existeret. Quod diuinum est enim sine quantitate, & sine mole cognoscitur. Nec vllis terminis continetur verbū dei secūdū substistentiā confitentes,vnū adoramus filium & dominū Iesum christum non seorsum ponētes,& determinātes hominem deū velut inuicem sibi dignitatis & auctoritatis vnitati coniunctum,hoc enim nouitas vocis est & nichil aliud,nec item christum specialiter nominātes dei verbum quod ex deo est,nec alterū similiter chri/stum specialiter qui de muliere natus est, sed vnum solummodo christum dei patris verbum cum propria carne cognoscimus. Tunc enim etiam iuxta nos vnctus est, quamuis spiritum dignis ipse contulerit & non ad mensuram sicut beatus Iohannes euangelista asseruit. Sed nec illud dicim⁹ qđ dei verbum velut hominem communem qui de sancta virgine natus est habitauerit,nec deum ho/mo christ⁹ habitatorem possidere credatur. Quāuis enim habitauerit in nobis & dictum sit in chri sto habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter,attamen intelligimus verbum quod caro fa ctum est,non sicut in sanctis habitare dicitur,nec talem in ipso habitationem factam diffinire tem/ptabimus, sed vnus iuxta naturam nec in carnē penitus commutatus talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Vnus igitur est christus & domi/nus non velut coniunctione qualibet in vnitate dignitatis& auctotitatis hominis habentis ad deum Non enim potest vnire naturam sola dignitatis equalitas, deniq̄ Petrus & Ioannes equalis sunt ad alterutrum dignitatis, propter quod apostoli & sancti discipuli esse monstrantur verumtamen vterq̄ non vnus est. Nec iuxta collationem vel cōnexionem modum cōiunctionis aduertimus,hoc enim ad vnitatem nō sufficit naturalē,nec secundū participationis effectum nos etiam sicut adherē/tes domino vnus cū eo spiritus sumus,immo potius coniūctionis nomen euitamus tanquam non existens idoneum quod significet vnitatis archanum. ¶Sed neq̄ deum aut dominum christi ver bum dei patris asserimus,ne iterum manifestius in duo diuidamus vnum christū filium & domi/num,& in crimen sacrilegii recidamus deum illi seipsum facientes & dominum. Vnitus quippe si/cut superius diximus deus verbum carni secundum substantiam deus quidem est omnium & do/minator vniuersitatis. Verūtamen nec seruus est sibi ipsi nec dominus,quoniam ieptum est vel poti us impium hoc sentire vel dicere. Quamuis enim dicat deum suum patrem cum sit deus & de substātia eius,tamen nullatenus ignoramus quod manens deus,homo quoq̄ factus sit, qui sub deo debitam legē nature humanitatis assumeret, ipse vero sibi quomodo vel de⁹ poterit esse vel domin⁹ ergo sicut hō quantū decenter exinanitionis mensure cōgruit sub deo esse nobiscū esse decreuit. Hoc etiam quomodo sub lege factus est quamuis ipse ꝓmulgauerit legē & legislator vt deus existeret, ca uemus de xp̄o dicere. Propter assumentē veneror assumptū. Et ꝓpter inuisibilem adoro visibilem. Horrēdū vero sup hoc,est etiā illud dicere is qui susceptus est cū eo q̄ suscipit nuncupatur deus. Qui ei hec dicit diuidit iterū in duos xp̄os eū qui vn⁹ est,hoiem seorsum in pte & deū similiter in pte cō/stituēs. Euidenter enim denegat vnitatē scdm quā nō alter cū altero coadoratur,aut nūcupatur de⁹,

ſed vnus intelligitur chriſtus Ieſus filius dei vnigenitus,vna ſeruitute cū propria carne venerandus.
¶ Conſitemur etiā quod idem ipſe qui ex deo patre natus eſt ūlius vnigenitus deus licet iuxta naturam ſuā expers paſſionis extiterit ꝓ nobis tn̄ ſcdm ſcripturas carne percuſſus vel ppeſſus ſit, & erat in crucifixo corpore proprie carnis impaſſibiliter ad ſe referens paſſionē. Gratia vero dei pro omnibus guſtauit mortem tradēs & propriū corpus quāuis & naturaliter ipſe vita ſit, & reſurrectio mortuorū. Nā vt mortē ineffabili potentia ꝓculcaret ac prius in ſua carne primogenitus deus licet iuxta naturam ſuā mortis expers ex mortuis fieret primitie dormientiū viamq; faceret humane nature ad incorruptionis recurſum gratia dei ſicut ſupra dictū eſt pro hominib⁹ guſtauit mortē & tertia die reſurgens expoliauit infernū. Idcirco quāuis dicatur quod per hoiem facta ſit reſurrectio mortuorū, tamen intelligim⁹ hoiem factum verbum quod ex deo eſt, & per ipſum mortis imperium fuiſſe deſtructum. ¶ Veniet autem tēporibus prefinitis ſicut eſt vnus filius & dominus in gloria patris vt iu
A dicet orbem terrarū in equitate ſicut ſcriptura teſtatur. ¶ Neceſſarie igitur & hoc adiicimus. Annunciantes enim ſicut ſecūdum carnem mortē vnigeniti filii dei.i. Ieſu chriſti & reſurrectionem ei⁹, & in celis aſcenſionem pariter confitentes incruētam celebramus in eccleſiis ſacrificii ſeruitutem. Sic etiam ad myſticas benedictiones accedimus & ſanctificamur ꝓticipes ſancti corporis & precioſi ſanguinis chriſti omnium noſtrū redemptoris effecti,non vt cōmunem carnem percipientes(quod abſit nec vt viri ſanctificati & verbo coniuncti ſecūdum dignitatis vnitatem aut ſicut diuinam poſſidētes habitationē,ſed vere viuificatricē & ipſi⁹ verbi propriā factam. Vita enim naturaliter vt deus exiſtens quia proprie carni vnitus eſt viuificatricem eā eſſe ꝓfeſſus eſt, Et ideo q̄is dicat ad nos, Amē amē dico vobis niſi manducaueritis carnē filii hois & biberitis eius ſanguinem,non tn̄ eā vt hominis vnius ex nobis exiſtimare debemus,quomodo enim iuxta naturā ſuā viuificatrix eē caro poterit hominis? ſed vt vere ꝓpriam eius factam qui ꝓpter nos filius hominis eſt factus & vocatus. Eas autem voces quas ſaluator in euangeliis ꝓtulit nō in duabus ſubſtātiis aut perſonis omnino partimur, Nō enim duplex eſt vnus chriſtus & deus ſolus,q̄is ex duabus diuerſiſq; rebus ad vnitatem cognoſcitur indiuiduam cōueniſſe,ſicut homo quoq; ex anima cōſtat & corpore non duplex vnus ſed poti⁹
B eſt ex vtroq;. ¶ Humanas ergo & diuinas inſuper voces ab vno chriſto dictas animaduertentes recte ſentimus. Cum enim de duobus digniſſime loquitur de ſeipſo qui me videt videt & patrem, & ego & pater vnum ſumus,diuinam eius intelligimus ineffabilemq; naturā,ſecundum quā vnus eſt cum patre ſuo propter vnam eandēq; ſubſtantiam imago & caracter ſplēdor glorie eius exiſtens. Cum vero humane nature menſuram nullatenus ignorans iudeos alloquitur,nunc me queritis occidere hominem qui veritatem locutus ſum vobis,Item non minus eum qui in ſimilitudinē & equalitatem patris eſt deum verū etiam in mēſuris humanitatis eius agnoſcim⁹. Si autem neceſſario creditur quod natura deus exiſtens factus ſit caro,imo potius homo animatus anima rationali que cauſa eſt vt in eius quilibet vocibus erubeſcat,ſi eas hoie dignas effat⁹ eſt? Quod ſi ſermones homini cōgruentes abiicit iuxta nos hominem fieri quid coegit? Cum vero ſe propter nos ad exinanitionem ſpontaneā miſericorditer inclinauerit,quā ob cauſam dignos exinanitione ſermonis effugerit? Vni igitur pſone cuncta eius in euangelio aſcribimus,vni ſubſtātie verbi ſcilicet incarnati,quia vn⁹ eſt dominus Ieſus chriſtus vt ſcriptū eſt. Appellatum vero ab apoſtolo pontificem confeſſionis noſtre tanquam ſacrificantē deo & pri fidei noſtre cōfeſſionem que a nobiſipſis ipſi deo patri inceſſanter offertur,iterū ipſum eſſe dicimus ex deo ſcdm naturā filiū vnigenitum,nec homini preter eum alteri ſacerdotii nomē & officiū deputamus,factus eſt enim mediator dei & hominū & reconciliator ad pacē ſemetipſum deo & pri ꝓ nobis offerens in odorē ſuauitatis,Ideoq; dicebat. Sacrificiū & oblationem noluiſti,Holocauſta pro peccato nō tibi placuerunt,corpus aūt pfeciſti michi,tūc dixi ecce venio, In capite libri ſcriptū eſt de me vt facerē deus voluntatē tuam. Obtulit enim ꝓprium corpus non pro ſe ſed ꝓ nobis in odorē ſuauitatis. Nam qua pro ſe vel oblatione vel ſacrificio indigeret, omni pctō liber vt de⁹ exiſtens? Q d̄ ſi oēs peccauerint & egent gloria dei ſcdm hoc quod ſum⁹ ad mutabilitatis exceſſum ꝓniores effecti pctis egrotauit humana natura,Ipſe vero nō ita. Ideoq; nos glīa eius egem⁹? Cur erit vltra iā dubiū quod agnus verus ꝓ nobis ſit immolatus? Qui aūt dicit quia ſeipſum tā ꝓ ſe q̄ pro nobis obtulerit,nullatenus impietatis crimē effugiet,cum nichil prorſus iſte deliquerit nec vllum fecerit omnino peccatum,Q ua igitur egeret oblatione nullo ſuo exiſtente facinore? pro quo ſi eēt
C ſatis ad modum conuenienter offerret. ¶ De ſpiritu quoq; cum dicit ille me darificabit,hoc rectiſſime ſentientes,vnum chriſtum dominum & filium non velut alterius egentem gloria confite-

mur ab

mur a ſpíritu ſancto gloríam cõſecutum,quía eius ſpíritus nec melíor nec ſuperíor ípſo eſt.Sed quía humana opera faciens ad demõſtratione ſue deitatis virtute ꝓprii ſpiritus vtebatur ab ipſo glorifica ri dicitur,quod virtus ſua vel diſciplína quelíbet vnũ quẽq; clarificet.Q uãuis enim in ſua ſit ſubſtã tia ſpíritus eius & intelligatur in perſona ꝓprietas iuxta id quod ſpirit⁹ eſt & nõ filius,attamen alie nus ab illo non eſt.Nam ſpíritus appellatus eſt veritatis,& veritas chriſtus eſt,vnde & ab iſto ſimili⁊ ter ſicut ex deo patre ꝓcedit.¶Deniq; hic & ípſe ſpiritus etiam ꝑ ſanctorum manus apoſtolorum miracula glorioſa ꝑficiens dominũ glorificauit Ieſum chriſtũ poſtq̃ aſcendit in celum. Nam credit⁹ eſt chriſtus natura deus exiſtens per ſuum ſpíritũ virtutes efficiens , ideoq; dicebat,de meo accipiet & annunciabit vobis.Nequaq̃ vero participatione alterius idem ſpíritus ſapiens aut potens dicitur, quía per omnia ꝑfectus eſt & nullo prorſus índigens bono.Nãpaterne virtutis& ſapientie.i.filii ſpi ritus creditur,& ideo ípſe re & ſubſiſtente virtute virtus & ſapientia cõprobatur,Igitur quia deũ car⁊ ne vnitũ iuxta ſubſiſtẽtiam ſctã virgo corporaliter peperit,idcirco eam dei genitricẽ eſſe ꝓfitemur, non quod verbí natura exiſtendi príncipium de carne ſortita ſit.Erat enim in príncipio verbum, & deus erat verbum,& verbum erat apud deum, & ípſe cõditor ſeculorum patri coeternus & vniuer⁊ ſitatis cõditor,ſed quod ſuperius diximus iuxta ſubſiſtentiam ſibimet vniens humanã naturam na tiuitatem ſuſtineret ex ipſa vulua corporea.Non quod eguerit neceſſario propter ſuã naturam nati⁊ uitate que eſt in extremis ſeculí facta temporibus,ſed vt ipſas benediceret ſubſtantie noſtre primí⁊ tías. Et dũ deum carne vnitum mulier edidiſſet,illa que aduerſus omne genus humanũ maledictío fuerat prolata deſineret,nec iam morti noſtra corpora deſtinaret,Illud quoq; qđ dictum eſt in triſtí tia paries filíos ípſe diſſoluens verum eſſe mõſtraret quod prophete voce ꝑdixerat abſorpta eſt mors ín victoría. Et iterum. Abſtulit deus oẽm lachrymam ab omní facie.¶Propter hanc enim cauſam dicímus eũ diſpenſatorie & ipſis tunc benedixiſſe nuptiis cũ ín chana galilee cũ ſanctís vocatus fuit apoſtolís hec ſapere edocti ſumus tã a ſanctís apoſtolís quã euangeliſtis,& ab omní ſcríptura diuíni tus inſpirata,necnõ & a beatis patrũ confeſſionibus veritate ſubnixis.Hís omnibus etiã religionem tuã concordare & preter aliquẽ dolum cõſentire cõuenit,Q ue vero huic religioní tue anathematiza re neceſſe eſt huic epiſtole noſtre ſubiecta ſunt.

Capitulum primum.

A SI quis nõ confitetur deũ eſſe veraciter Emanuel,& ꝓpterea dei genitricem ſanctã virginem pe⁊ perit enim ſecundũ carnem,carnem dei factumverbũ ſecundum quodſcríptum eſt,verbum caro factum eſt,Anathema ſit.

Capitulum ſecundum.

B ¶Sí quis non cõfitetur carní ſecundũ ſubſtantiam vnitum dei patris verbũ,vnũq; eſſe chriſtum cũ propria carne eundẽ ſcilicet deum ſimul & hominem,Anathema ſit.

Capitulum tertium.

C ¶Sí quis ín vno chriſto diuidit ſubſtantias poſt vnitatẽ ſola eas connexione coniungens ea que ſecũ dũ carnis dignitatem ſit,vel etiam auctoritatem & poteſtatem ac non potius cõuentu qui per vnita⁊ tem factus eſt naturalẽ,Anathema ſit.

Capitulum quartum.

D ¶Sí quis pſonis duabus vel ſubſiſtentiís eas voces que in apoſtolícis ſcríptís continentur & euange⁊ lícis diuidit,vel que de chriſto dicuntur a ſanctís vel ab ípo,& aliquas quidẽ ex hisvelut homini qui preter dei verbũ ſpecialiter intelligatur aptauerit,illas aũt tanq̃ dignas deo ſolí dei patrís verbo depu tauerit,Anathema ſit.

Capitulum quintum.

E ¶Sí qs audeat dícere hominẽ chriſtũ theophorõ.i. deiferum ac nõ potius deũ eſſe veraciter díxerit, tanq̃ filium ꝑ naturam ſecundũ quod verbũ factum eſt caro,& cõmunicauit ſimiliter vt nos carní & ſanguíní,Anathema ſit.

Capitulum ſextum.

F ¶Sí quis dícit deũ eſſe vel dñm chriſti dei patrís verbũ & non magis eundẽ ípſum confitetur deũ ſimul & hominem ꝓpterea quod verbum caro factum eſt ſecundũ ſcripturas,Anathema ſit.

Capitulum ſeptimum.

G ¶Sí q̃s velut hoíem Ieſum operante deo verbo dícit adiutũ & vnígeníti gloríam tanq̃ alterí preter ípſum exiſtẽti tribuit,Anathema ſit.

Capitulum octauum.

H ¶Sí qs audet dícere aſſumptũ hoíem coadorandũ deo verbo & conglorificandũ & cõnuncupandũ deũ tanq̃ alterum cũ altero.Nam cũ ſyllaba ſuperadiecta hec cogit intelligí,ac non potius vna ſuppli catione veneratur Emmanuel vnãq; eí glorificationem dependit iuxta quod verbũ caro factum eſt, Anathema ſit.

Capitulum nonum.

A ¶Si quis vnum dominum Iesum christum glorificatum dicit a spiritu sancto tanquam qui alie⸗na virtute per eū vsus fuerit,& ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere,ac non potius proprium fatetur eius spiritum per quem diuina signa expleuit,Anathema sit.

Capitulum decimum.

B ¶Pontificem & apostolum confessionis nostre factum esse christū diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum ꝓ nobis in odorem suauitatis deo & patri.Si quis ergo pontificē & apo⸗stolum nostrū dicit factum nō ipsum dei verbū,quādo caro factum est & hō iuxta nos homines sed velut alterum preter ipsum specialiter hominem ex muliere,aut qui dicit quod ꝓ se obtulisset semet ipsum oblationem & non potius pro nobis solis,non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nesciuit,Anathema sit.

Capitulum vndecimum.

C ¶Si quis nōconfitetur carnem domini viuificatricē esse & propriam ipsius verbi dei patris,sed ve⸗lut alterius preter ipsum coniūcti eidem per dignitatem aut quasi diuinā habentis habitationem ac non potius viuificatricem esse quia facta est ꝓpria verbi viuificare valentis,Anathema sit.

Capitulum duodecimum.

D ¶Si quis non cōfitetur dei verbum passum carne,& crucifixum carne,& mortem carne gustasse fa⸗ctum primogenitum ex mortuis secundū quod vita est,& viuificator vt deus,Anathema sit.

Capitulum decimumtertium.

E ¶Ait igitur magna & sancta synodus ipsum qui est ex deo patre naturaliter natus filium vnigeni⸗tum deum de deo vero,lumen de lumine,per quem & cum quo omnia fecerit pater,hūc descendisse, incarnatum esse,& hominem factum,passum esse,& resurrexisse tertia die,ascendisse rursus in celos. Hec nos sequi verba debemus,his nos conuenit obtemperare dogmatibus, cōsiderantes quid sit in carnatum esse & hominem factum dei verbum. ¶Non enim dicimus quod dei natura conuersa vel immutata sit,sed magis quod carnem animatā anima rationali sibi copulauerit,verbumq; substātia⸗liter ineffabiliter & incōprehensibiliter factus sit hō,& nuncupatus sit etiam filius hominis non nu⸗da tantummodo volūtate,sed nec assumptione sola persone,sed quod diuerse quidem nature in vnū conuenerunt,vnus tamen ex ambobus christus & filiꝰ non euacuata vel sublata diuersitate naturarū per cōiunctiones,sed quia simul nobis effecerūt, vt vnum deum & christum & filium.i.diuinitas & humanitas per archanam illam ineffabilemq; copulationem ad humanitatem. ¶Itaq; is qui an⸗te secula omnia est natus ex patre,etiam ex muliere carnaliter est procreatus. Non quia diuina ipsiꝰ natura de sacra virgine sumpsit exordium,nec propter seipsum opus habuit secūdo nasci post illā na⸗tiuitatem quam habebat ex patre. Est enim ineptum & stultum hoc dicere quod is qui ante omnia secula & consempiternus patri secunde generationis eguerit vt esse inciperet,sed quia propter nostrā salutem naturam sibi copulauit humanam,& processit ex muliere,idcirco dicitur esse natus carnali⸗ter.Neq; enim primū natus est homo cōmunis de sancta virgine & tunc demum inhabitauit in eo verbum,sed in ipsa vulua vteroq; virginali secum carnem cōiunxit & sustinuit generationem carna⸗lem carnis sue natiuitatē faciens. ¶Sic illum diximus passum esse & resurrexisse,non quia deus ver⸗bum in sua natura passus sit aut plagas,aut clauos,& transfixiones,aut alia vulnera susceperit, Deus nāq; incorporalis & extra passionem est.Sed quia corpus illud quod ipsius proprium factū est hoc sustinuit. Ideo hec omnia pro nobisipsis dicitur passus,inerat enim in eo corpore qđ patiebatur deꝰ, qui pati nō poterat.Similimodo & mortem ipsius intelligimus, immortale enim & incorruptibile est naturaliter & vita & viuificās deus verbū,sed quia corpus ipsius proprium gratia dei iuxta Pauli vocem ꝓ omnibus mortē gustauit,Idcirco ipse dicitur mortē passus pro nobis,Non quod ipse mor⸗tem esset expertus, quantū ad ipsius naturam pertinet,insania enim est hoc vel sentire vel dicere, sed qđ (vt diximus)vera caro ipsius mortē gustauit, ita & resurgente carne ipsius rursus resurrectionem dicimus,nō quia in corruptionem ceciderat(quod absit)sed quia eius resurrexit corpus,ita christum vnū & dnm cōfitemur,non tanq̄ hoiem cū verbo coadorātes vt diuisionis quedā species inducatur, sed vnum iā & eundem adorantes, quia non est alienum a verbo corpus suum cum quo ipse etiam assidet patri,nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus,sed vno cū carne per vnitatē,quia si⸗talem copulationē factam ꝓ substantiam aut quasi prepassibilem aut quasi parum decoram volueri⸗mus accipere in id incidemus vt duos filios esse dicamus,Necesse est enim discernere & dicere homi⸗nem separatim

nem ſeparatim fuiſſe,ſola filii appellatione honoratum, & rurſus verbū quod eſt ex deo in homine in veritate filium dei. Sed diſcernere in duos filios non debemus vnum dominum Ieſum chriſtum. Neq; enim adiuuat rectam fidei rationē,licet nonnulli copulationem neſcio quam perhibeant perſonarū. Non enim dicit ſcriptura verbum dei perſonam ſibi hominis aſſumpſiſſe,ſed carnem factum eſſe,id autem eſt oſtendere dei verbum ſimiliter ac nos principium habuiſſe carnis & ſanguinis,& corpus noſtrum proprie ſuum feciſſe,& hominē ex muliere proceſſiſſe non abiecta vel depoſita deitate,vt generationem illam amitteret quam habebat ex patre,ſed manſiſſe etiam in aſſumptione carnis deum quod erat. ¶Hoc itaq; recte fidei ratio ꝓteſtatur, In tali ſenſu ſanctos patres fuiſſe cōperimus,ideoq; illi nō dubitauerunt ſanctam virginem dicere theotochon non quia verbi natura deitaſq; in ſancta virgine ſumpſit exordiū. Sed quod ex ea natum ſit ſacrum illud corpus animatū anima rationali cui ſubſtantialiter adunatū dei verbum carnaliter natum eſſe dicitur. ¶Hec igitur ꝓ charitate in chriſto ſcribo tibi querens tanq̄ fratrem & cōteſtans corā deo & electis eiꝰ angelis,vt hec nobiſcum ſentias ſimul & doceas,vt eccleſiarū pax ſaluetur & concordie charitatiſq; vinculum indiſſolubile maneat ſacerdotibus. ¶Explicit concilium Epheſinum

¶INCIPIT CONCILIVM CALCEDONENSE .D.CXXX.EPIſcoporum Valentiniano.vi. & Ahino conſulibus,era.cccc.lxix. aduerſus Euticem & Dioſcorum.

ONSVLATV PIISSIMI ET AMATORIS CHRIſtiflauii martiani ꝑpetui auguſti die idus Octobris ſynodus facta in calcedonēſi ciuitate metropoli prouicie Bithinie ex decreto ſynodorū & fideliſſimorū verborū impatorū Valentiniani & Martiani,cōueniētibus in eccleſia ſancte ac triū phatricis martyris leufemie glorioſiſſimis pricipibus.i.magnificētiſſimo & glorioſiſſimo magiſtro militū exp̄fecto & excōſule prīcio anatholio & magnificētiſſimo& glorioſiſſimo p̄fecto ſacri p̄torii p̄fecture palladio,& magnificētiſſimo prefecto vrbis Taciano, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo magiſtro diuini officii vincemalo, & magnificētiſſimo & gl'ioſiſſimo magīo Martiali,& glorioſiſſio & magnificētiſſio comite domeſticorū Sporatio,& magno comite rerū priuatarū Genetholio appoſitis etiā exgl'ioſo ſenatu.i.magnificētiſſimo & gl'ioſiſſimo exp̄fecto p̄torii ſexies excōſule ordinario & prīcio floretio & magnificētiſſimo & gl'ioſiſſimo excōſule ordinario & prīcio ſenatore,& magnificētiſſimo & gl'ioſiſſimo mgīo excōſule ordinario patricio nomo,& magnificētiſſimo & gl'ioſiſſimo exp̄fecto & excōſule ordinario & patricio ꝓtogenio,& magnificētiſſimo & glorioſiſſimo magiſtro exp̄fecto zoilo,& magno & glorioſo exp̄fecto vrbis apollonio,& magnificētiſſimo ex p̄poſito vrbis artaxerſe,cōcilio aūt totius orbis ſecūdum diuinū preceptum in calcedona ciuitate cōgregato.i.paſchaſino & lucentio epīs, & Bonefacio p̄lbytero,conuenientibus legatis venerabilis & ſancti archiepiſcopi antique Rome leonis,cōuenientе & ſancto anatholio archip̄o magnificentiſſimo & conſtantinopolitano noue Rome & reliquis ſanctiſſimis & reuerendiſſimis ſexcentis triginta epīs. ¶Ecce aduenientibus omnibus ante cancellos ſcti altaris cū magnificentiſſimo & eximio ſenatu aduenientе etiam piiſſimo imperatore martiano in ſupradicta ſāctiſſima baſilica. Preſente etiā zelo diuino calore fidei accēſa piiſſima & fideliſſima regina auguſta pulcherrima ſanctā ſynodum allocutus eſt hec. Cumprimum per electionem in regnū de ſecreto dei prouecti ſumus inter tātas publicas vtilitates nullum magis nos conſtrinximus ad negociū quā rectam & veram fidem chriſtianorū que ſancta & veneranda cōſiſtit indubitatam omnibus declarare. Manifeſtū eſt ei qđ ex auaricia vel vano ſtudio hii q p̄cedentibus tpibus diuerſa ſapuerūt & docuerūt populo ꝓut eis placuit,non ꝓut cōuenit,neq; qđ veritas aut doctrina patrū exq̄rit multi ad errorē ſeducti ſunt,vnde ſanctā ſynodū.ſ.ad iſtā fieri p̄fectionem ꝓperamus,& laborē vobis arbitrati ſum⁹ iponere,vt omni errore caliginis deterſo ſcđm q ipſa diuinitas hoibus ſe fieri manifeſtā eē voluit,& patrū demōſtrauit doctrina, ſic fides nr̄a que pura & ſctā cōſiſtit in oim igrediens aias ꝓprie veritatis effulgeat luce. De cetero audeat nemo de natiuitate dn̄i & ſaluatoris nr̄i Ieſu xp̄i aliud diſputare,p̄ter qđ ap'licū proemiū.ccc.xviii.ſctōrum patrū conſonans huic doctrine tradidiſſe noſcitur,ſicut ſanctiſſime pape leonis q ap'licū gubernat thronū ad ſctē memorie flauianū regie vrbis cōſtantinopolitane quondā ep̄m teſtātur l're,nos enim ad cōfirmādā fidē nō ad oſtēdendā virtutem exēplo impatoris cōſtātini adeſſe ſynodo excogitauim⁹,ne i poſterū multitudo populi inſtōni nib⁹ prauis attracta iueniatur diſſentiēs,facile ei ſimplicitas quorūdē cōmētis ſeu locuti ſum⁹ vſq̄nūc deluſa eſt,quoniam manifeſte diuerſorum prauis doctrinis diſcordie & hereſes oſtenſe ſunt.

A

B

¶Nobis autem oē studium adhibendum est vt populum ꝑpter veram sanctamq; doctrinā idipm sentientem vni recte applicare ecclesie, & ideo veram fidem catholicamq; etiam exponere secūdum patrum doctrinam concordantibus animis vestris vestra properet reuerentia,vt qualiter in Nicena synodo vsq; in hoc tempore absciso errore vera fides est hominibus cognita,sic & nunc per hanc sanctam synodum deposita nebula que in eis paucis annis(vt superius diximus)ex prauitate & auaritia quorundem visa est exoriri semper seruentur que statuta sunt. Erit quidem diuine prouidētie quod pie fieri volumus in secula hoc conseruare firmissime. ¶Et post regis hec verba,omnes episcopi clamauerunt martiano nouo constantino,multi anni regi,multi anni regine,orthodoxis multi anni,martiani amatoris christi regnum in secula permaneat, digni orthodoxe fidei amatoris christi.Sit a nobis procul inuidia,& post hec Etius archidiaconus cōstātinopolitane noue Rome& primicerius notariorum dixit,nutu superne gratie zelo diuino serenitatis vestre piissimi quibus a deo omne regnū concessum est,imperatores circa sanctionem vestram congregata,hec sancta & magna totius mundi synodus,sicut cū plurima multorum dierum vocatione & diuina diligentia omnem quidē in preterito quomodo exorta est contra rectam & inuiolabilem catholicā nostram fidem verbo veritatis discordiam effugauit,oēm abigendo innouationem, sicut in scriptis per secula que sub sequuntur acta demōstrant. Terminū vero simplicem statuit diuinarū scripturarū virtute munitū, & sanctorum ac beatissimorū in ipso conseruat sentētiam,ad verā quidem scientiam sincere legentium,& ad longeuam coronā vestri imperii. Et habeo ipsum pre manibus,& si videtur nutui vestre serenitatis perlegā. Piissimus & fidelissimus imperator dixit perlege. Etius archidiaconus perlegit, Sancta & magna & venerabilis synodus que secundū gratiam dei ex decreto piissimorū imperatorum Valentiniani & Martiani augustorū cōgregata est in calcedonēsi ciuitate metropoli prouincie Bithinie in basilica sancta ac triumphatricis martyris eufemie statuit que subter cōprehensa sunt.

A DOminus & saluator noster Iesus christus fidei agnitione,pprios confirmās discipulos ait,Pacē meā do vobis,pacē meā relinquo vobis,vt nulla fidei dissentio in ꝓximos oriatur, sed ex equo veritatis predicatio ostendatur. Sed quia nō desinit malignus in ipsis pietatis seminib9 zizania sua inserere,& noui aliquid aduersꝰ veritatē semper excogitare,idcirco dns noster humano generi solito cupiens ꝓuidere,piissimū hunc & fidelissimum imperatorē erexit ad zelum, qui vndiq; sacerdotū pontifices ad se cōuocauit,vt gratia domini nostri Iesu christi cooperante oēm mendacii pestilentiā ab ouibus christi remoueat easq; veritatis germinibus reficiat. Quod ex cōmuni decreto peregrinas erroris quidē sectas abiciētes,& patrum rectā fidem renouantes trecentorū decem & octo symbolum omnibus p̄dicantes. Et velut horum domesticos centum quinquaginta patres qui constanti nopolim cōuenerunt huic piissimo titulo ascribim9,quoniam & ipsi eandem fidem subsignauerunt, Statuimus igitur ordinē & omnes fidei formulas custodiētes etiam sanctam synodū ephesi factam, cuiꝰ auctores fuerunt venerabilis memorie celestinus Romane vrbis & cyrillus Alexandrine ecclesie sacerdotes,vt prefulgeat quidem recte & inculpabilis fidei expositio trecentorū decem & octo sanctorum patrum qui in nicea sub constantino pie memorie imperatore conuenerunt ,contineatur & centum quinquaginta sctōrum patrum in vrbe constantinopolitana decretū ad perēptionem quidem sectarū tunc pullulantium confirmationē vero ipsiꝰ catholice atq; apostolice nostre fidei.

¶Symbolum Niceni concilii.

B CRedimus in vnum deū patrem oīpotentem omniū visibiliū & inuisibiliū cōditorem. Et in vnum dn̄m Iesum christum filiū dei de p̄e natrū vnigenitū,hoc est de substātia patris,deū verum de deo vero,natū non factū omousion patris,hoc est eiusdem cum patre substantie, ꝑ quem oīa facta sunt que in celo & que in terra,qui propter nos & ꝓpter nostram salutem descendit, & incarnatus est,Homo factꝰ passus est,&resurrexit tertia die,& ascendit in celos,inde venturus est iudicare viuos & mortuos,& in spiritum sanctū. Eos autem qui dicunt erat quando nō erat,& anteq̄ nascere tur non erat,& quia ex nullis existentibus factus est,aut ex alia substistentia vel substantia dicunt esse, aut cōuertibilem filium dei anathematizat catholica & apostolica ecclesia,& idipsum centū quinquaginta patrum symbolum.

C ¶Credimus in vnū deum patrē oīpotentē, factorē celi & terre,visibiliū & inuisibiliū conditorem. Et in vnū dn̄m Iesum christum filiū dei vnigenitum,ex patre natū ante oīa secula,deū de deo,lumē de lumine,deum verum de deo vero, natum nō factū omousiō p̄ri .i.eiusdē cum patre substātie per quē oīa facta sunt,q ꝓpter nos & propter nostrā salutē descendit,& incarnatus est de spiritu sancto ex

mariavirgine,& homo factꝰ passus est sub pōtio pylato,sepultus est,tertia die resurrexit a mortuis,ascēdit in celos, sedet ad dextera dei patris, iterū venturus iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritū sanctū dominum & viuificantem,ex patre procedentē,cum patre & filio adorandum & glorificādū,qui locutus est per prophetas, vnā catholicā & apostolicā ecclesiā. Confitemur vnū baptisma in remissionē omnium peccatorum. Expectamus resurrectionē mortuorum,& vitam futuri seculi. Amen.

SVfficeret quidem ad plenissimam pietatis agnitionem & confirmationem cautissimum & salutare diuine gratie symbolum, de patre enim & filio. & spiritu sancto doctrinam perfectam edocet,& incarnationem dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniā hii qui p̄dicationem veritatis destruere conātur quasdam propríe hereseos nouitates parturiunt,quidam enim mysterium pro nobis actū diuine dispensationis audent corrūpere,& vocem illam diuini patris sanctam ad virginem denegant,Alii temperamentū confusionemq; inducentes, & vnam esse naturā carnis & deitatis insensate componētes,passibilem vnigeniti diuinā naturam tali confusione prodigiose diuulgant,idcirco omnē aduersus veritatem opponēdam ab ipsis machinationēvolens excludere sancta & magna vniuersalis synodus hanc predicationē immobilem docens statuit,precipue trecentorū decem & octo sanctorū patrum fidem incōtaminatā manere. Et propter eos qui spiritui sancto aduersantur,centū quinquaginta patrū paulo posteriore tempore in vrbe constātinopolitana cōuenientium de substantia spiritus sancti traditā doctrinā corroborat, quā etiam illi omnibus insinuauerunt,non quod in precedentibus aliquid deesset adiicientes,sed de spiritu eorūdē intellectum aduersus eos qui deitatis eius dominationē nitūtur demergere scripturarū testimoniis pleniꝰ manifestantes. ¶Propter eos sane qui dispēsationis mysterium temptāt corrumpere,& purum hominē esse qui ex sancta maria virgine natus ē impudenter diuulgāt,beatissimi quōdā cyrilli alexādrine ecclesie sacerdotis synodicas epistolos tam adnestorium qua ad ceteros per orientē congruas & sibi cōsentientes suscepit ad confutationē quidem nestoriane amentie, & ad interpretatione eorū qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum. Quibus & epistolā sancti ac beatissimi prime sedis archiepiscopi leonis scriptam ad flauianū sancte recordationis archiepiscopum ad perimēdam euticetis malignitatē, quecꝫ magni petri cōfessioni concordātē cōmunē quādam pugnam cōsistentē contra eos qui non recte glorificant ad confirmationē catholice religionis euidenter subiūxit. Nā eos qui in duos filios dispēsationis dominice mysterium scindere molīūtur execrati,& eos qui passibilem diuinitatē vnigeniti filii audent asserere de concilio sacerdotum repellit, & eis qui in duabus naturis christi permixtionē vel confusionem argumentātur aduersatur. Et qui celestem aut alterius cuiuscꝫ substantiam existere formā serui quā ex nobis assumpsit insaniendo asserunt, procul abiicit. Et eos qui duas ante adunationē naturas domini delirant,vnam vero post adunationē confingunt anathematizat. Consentientes sanctis patribus vnum eundēcꝫ filium confiteri dominum nostrum Iesum christū consona voce edocemus pariter perfecum eūdem in deitate deum,& hominem verum eūdem ex anima rationali & corpore,secundū diuinitatēvnius cum patre nature,secundum humanitatem eūdem vnius nature nobiscum,per omnia simílē nobis absq; peccato,ante secula quidē ex patre natum secundū diuinitatem,in nouissimis vero dieb⁹ eūdem propter nos & propter nostrā salutem hominem factum,hunc vnum eūdēcꝫ christum filium dominū vnigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter,indiuise,inseparabiliter,cognoscēdū,i nullo naturarū differētias propter vnitatem perimēdas,magis autē salua vtriuscꝫ nature ꝓprietate & in vna coeunte persona, vnocꝫ statu concurrente nō in duabus personis partiendumvel diuidendum,sedvnū eundēcꝫ filium vnigenitum deum verbum dominum Iesum christum,sicut ab exordio ꝓphete de eo & ipe nos erudiuit & nobis tradidit symbolū. His itacꝫ cū omni vndicꝫ subtilitate & diligentia a nobis ordinatis statuit sancta & vniuersalis synodus aliā fidē nulli licere profiteri, aut scribere,aut docere aut dicere aliter. Qui autē audent exponere aliam fidē aut proferre aut docere aliud symbolū, volētibus conuerti ad scientiam veritatis ex gētilibus ex iudeis vel hereticis quibuscūcꝫ,si quidē episcopi aut clerici fuerint alienos eē episcopos ab episcopatu & clericos a clero. Si vero monachi vel laici fuerint anathema fieri.

¶INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM CALCEDONENSIS CONCILII.

I ¶De canonibus vniuſcuiuſq; concilii cõſeruãdis.

II ¶Quod non oportet clericos aut monachos predia ſecularia vel cauſas ſuſcipere.

III ¶Qđ nõ oporteat epiſcopos aut quoſlibet ex clero per pecunias ordinare.

IIII ¶De honore monachis competente,& vt nullus eorũ tẽptet eccleſiaſtica aut ſecularia inquietare negocia,nec alienũ ſeruũ preter conſcientiam domini eius ſuſcipere.

V ¶Quod nõ liceat epiſcopo aut cuilibet ex clero de alia ad aliã tranſire ciuitatem.

VI ¶Quod non oportet abſolute quoſlibet ordinari.

VII ¶De clericis & monachis in ſuo propoſito non manẽtibus.

VIII ¶De clericis qui ſunt in prochiis monaſteriis atq; martyriis que ſub poteſtate epiſcoporum vniuſcuiuſq; ciuitatis exiſtunt.

IX ¶Quod non oporteat clericis ptermiſſo epiſcopo ad ſecularia iudicia cõmeare.

X ¶Quod non liceat clericos in duabus eccleſiis miniſtrare.

XI ¶Qđ oporteat egenis epiſtolã tribui,honeſtiores autem cõmendatitiis litteris approbare.

XII ¶Quod nequaquã duobus metropolitanis prouincia diuidatur.

XIII ¶Quod non oporteat extraneos clericos ſine cõmendatitiis litteris miniſtrare.

XIIII ¶Quod non liceat clerico vxorem ſectẽ alterius accipere,niſi forte ſpõdeat ſe ad veram fidem venire.

XV ¶De diaconiſſis mulieribꝰ quod nõ liceat niſi quadragenarias ordinari.

XVI ¶De monachis vel puellis deo dicatis qđ non liceat eis nuptiis iungi.

XVII ¶De eccleſiis in parochiis per triginta annos ab epõ habitis vel renouatis vrbibus.

XVIII ¶De conſpiratione clericorum quod greci fratrias dicunt.

XIX ¶Quod oporteat per prouintias bis in anno concilia fieri

XX ¶Quod minime clericis in aliam ciuitatẽ tranſmigrare liceat niſi eis qui propter ſecutione proprias amiſerint ciuitates

XXI ¶De epiſcoporũ aut clericorũ accuſatoribus quales debeãt ſuſcipi i accuſationem.

XXII ¶Quod non liceat clericis poſt mortẽ ſui epiſcopi res ad eum pertinentes diripere

XXIII ¶De clericis & monachis excõmunicandis, qui preter voluntatem ſui epiſcopi ad vrbem regiam veniunt.

XXIIII ¶Quod non liceat monaſteria que conſecrata ſunt diuerſoria ſecularia fieri

XXV ¶Quod non oporteat poſt obitum epiſcopi ordinationem alterius differre epi.

XXVI ¶De economis id eſt diſpenſatoribꝰ ſingulis eccleſiis habendis

XXVII ¶De his qui ſibi rapiunt vxores.

Expliciunt Capitula

INCIPIVNT DECRETA CONCILII CALCEDONENSIS.

Capitulum primum.

A LEGVLAS A SANCTIS PATRIBVS IN VNAQVAQVE ſynodo vſq; nunc prolatas proprium robur obtinere ſtatuimus.

Capitulum ſecundum

B ¶Si quis epiſcoporũ accepta pecunia ordinationẽ fecerit,& ſub preciũ deduxerit impreciabilẽ gratiã, atq; ordinauerit per pecunias epiſcopum ſiue coepiſcopũ, ſiue preſbyterum,ſiue diaconũ aut quẽcũq; alium qui cõnumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinauerit economum,id eſt defenſorẽ ſiue paramonarium,quicũq; ergo hec meditatuſfuerit ſiue cõuictus fuerit ipe quidẽ ſubeat gradus ſui periculũ,& qui ſic ordinatus fuerit nullum habeat fructũ ex huiuſmodi mercimonio & creatione probroſa,ſed ſit alienꝰ & dignitatis, & ſollicitudinis eius quã per pecunias intrauit,ſed & ille qui tam turpibꝰ & illicitis interceſſor apparuit,ſiquidẽ clericus fuerit, de proprio diſcedat gradu.Si vero laicus ſiue monachus fuerit, anathema ſit.

Capitulum tertium

C ¶Peruenit in ſanctã ſynodum quia de his qui in clero cõnumerãtur quidã,ppter turpis lucri gratiã maiorũ poſſeſſionũ cõductiões & cauſas ſeculares ſuſcipiũt.& ſeipſos quidẽ a miniſteriis;ſanctis p deſidiã ſeparãt,ad domos autẽ ſeculariũ cõcurrũt & ſubſtãtiarũ eorũ gubernationes auaritie cauſa ſuſcipiũt, Decreuit ergo ſãcta & magna ſynodꝰ neminẽ deincepseorũ hoc ẽ nõ epm,ſiue clericũ aut monachum

monachū cōducere posseſſiōes,aut míscerí seculariბ procurationiბ,níſi forte quí legiბ ad minorū tutelas etatū ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur,aut cui ipſius ciuitatis epiſcopᵒ eccleſiaſticarū rerū cōmíſerit gubernacula vel orphanorū,aut víduarū que indeffenſe ſunt,aut earū perſonarū que maxime eccleſiaſtico indigēt adminículo,ꝓpter timorē dei.Si quisvero trāſgreſſus fuerít ſtatuta cor reptioní eccleſiaſtice ſubiaceat. Capitulum quartum.

¶Qui vere & pure ſolitariā elígunt vitā dígní ſunt conueniēti honore. Quía tamen quidē mona chi habitu vtentes índifferēter per ciuitates nec non & monaſteria ſeipſos propria p̄ſumptione cō/ mendant. placuit neminē aut edificare,aut cōſtituere monaſteria,aut oratorii domū ſine conſcien/ tia ipſiᵒ ciuitatis epiſcopí. Eos vero qui per ſingulas ciuitates ſeu poſſeſſiōes ī mōaſteriís ſunt,ſub/ iectos eſſe debere epiſcopo & quieti operā dare,atq; obſeruare ieiunia & orationes in locís in quíbus ſemel deo ſe deuouerunt permanētes,& neq; cōmunicare eccleſiaſticas neq; ſeculares aliquas attre/ ctare actiones relinquētes propria monaſteria,niſi forte iubeātur ꝓper vrgentes neceſſitates ab ipſiᵒ ciuitatis epiſcopo,& neminē ſeruorum ſuſcipi in monaſteriumvt ſit cum eis monachᵒ,níſi cum dñí proprii conſciētia,pretereūtē vero hec decreuimᵒ extra cōmunionē eſſe, ne nomen domini blaſphe/ metur,Conuenit ergo ciuitatis epiſcopo curā ſollicitudinēq; neceſſariā monaſteriís exhibere. A

Capitulum quintum

¶Propter eos epiſcopos ſiue clerícos qui de ciuitate ad ciuitatē trāſeunt placuit definitiones datas a ſanctis patribus habere ꝓpriā firmitatē. Capitulum ſextum B

¶Neminē abſolute ordinari preſbyterū vel diaconū nec quēlibet in eccleſiaſtica ordinatione cōſtitu tum,níſi manifeſte in eccleſia ciuitatis ſiue poſſeſſionis,aut ī martyrio,aut in monaſterio hic qui or/ dinatur mereatur ordinatiōis publicare vocabulū. Eorū qui abſolute ordinātur decreuit ſancta ſyno dus vacuā habere manus impoſitionem & nullū tale factū valere ad iiuriā eius qui eum ordinauit. C

Capitulum ſeptimum.

¶Eos qui ſemel in clero taxati fuerūt ſiue in monaſteriís deputati,decreuimᵒ neq; ad mílitiā,neq; ad honores ſeculares venire. Eos autē qui hoc auſi fuerint facere & nō actum rei penitere maluerint vt ad hoc idem reuertātur quod ante obtētum dei propoſuerunt ſibi anathematizari. D

Capitulum octauum.

¶Clerící in parochiís monaſteriís aut martyriís cōſtituti ſub poteſtate ſint eius qui in ea eſt ciui/ tate ep̄s ſecundū traditionē ſanctorū patrum nec per p̄ſumptionē recedant a ſuo ep̄o. Eos vero qui auſi fuerint reſcindere huiuſmodi inſtitutionē quocūq; modo vel ſi noluerint ſubiacere proprío ep̄o ſi quidē fuerint clerící pro perſonarū ordinatiōe ſubiaceāt condēnationiბ canonū. Sí vero monachí ſeu laící fuerint cōmunione priuentur. E

Capitulum nonum

¶Sí clericus aduerſus clericū habeat negocium nō relinquat ſuū epiſcopum & ad ſecularía iudícia cōcurrat,ſed prius negociū agitetur apud ꝓpriū epiſcopū(vel certe ſi fuerit iudiciū ipſius ep̄ī)apud arbitros ex vtraq; parte electos audiatur negotiū. Sí quisvero cōtra hec fecerit,canonū ſubiaceat cor reptionibus,Et ſi clericᵒ aduerſus ſuū vel aliū epiſcopū habeat cauſam apud audientiā ſynodí prouín cie cōqueratur. Sí vero cōtra ipſius prouincie metropolitanū epiſcopū epiſcopus ſiue clericᵒ habeat cōtrouerſiam pergat ad ipſius dioceſis primatē,aut certe ad cōſtātinopolitane regie ciuitatis ſedē,vt eorum ibí ꝓpriū negotiū exquiratur. F

Capitulum decimum

¶Nō licere clericū in eccleſiís duarū ciuitatum ordinari, ſed in ea ī qua ab initio ordinatᵒ eſt,& cuiᵒ expetitio erat ante profugiū. Et ſi ꝓpter vane glorie deſideriū contigerit vt poſt ad maiorē eccleſiam cōfugerit eū indubitāter reuocarí debere ad eā in qua ab exordio ordinatus eſt,& ibí tātūmodo mí/ niſtrare. Sí quis vero iam trāſlatus eſt ab alia in aliā eccleſiam nichil habeat cōmune cū priore eccle/ ſia,ſiue ſub eccleſia cōſtitutis martyriís, ſiue in parochiís vel xenodochiís,aut eorū negotiís. Eos vero qui auſi fuerint poſt ordinationē huius magne &vniuerſalis ſynodí agere que prohibita ſunt ſtatuit ſancta ſynodᵒ cadere de proprío gradu. G

Capitulum vndecimum

¶Omnes pauperes & indigētes eccleſiaſticís auxiliís cū proficiſcūtur ſub probatiōe epiſtolíi,ſiue pa cis que dicūtur eccleſiaſtice tātūmodo cōmēdarí ſtatuimᵒ& nō cōmēdatitiís epiſtolis, quía cōmen/ datitias epiſtolas quas dicimus eos tantum accipere cōuenit qui in opere ſunt clariores vt eis tātū/ modo prebeantur. H

Capitulum duodecimum.

¶Peruenit ad nos eo qđ quidā preter eccleſiaſticos ordines affectātes potētiā per pragmaticā for/ mā vnā prouintiam in duas diuidāt,ita vt ex hoc inueniātur duo metropolitani epiſcopi tn eadem I

vna esse prouincia. Statuit ergo sancta synodus deinceps nichil tale attemptari a quolibet episcopo. Eos vero qui tale aliquid tẽptauerint de proprio gradu cadere. Si que vero ante ciuitates per pragmaticã imperialẽ metropolitani nominis honore decorate sunt nomine solo perfruãtur,& qui ecclesiam eius regit episcopus, priuilegio metropolitano episcopo iure proprio reseruato.

Capitulum decimumtertium

A ¶Extraneum clericũ & lectorẽ extra ciuitatẽ suam sine cõmandatitiis litteris proprii episcopi nusq̃ penitus liceat ministrare. Capitulum decimũquartum.

B ¶Quia in quibusdã prouinciis conceditur psalmistis & lectoribus vxores accipere, statuit sancta synodus prorsus nõ licere cuiquã ex his alterius secte accipere vxorẽ. Si quis vero preuenit & habet iam de tali cõnubio filios si forte p̃uenerit eos iam apud hereticos baptizari. debet eos offerre sancte ecclesie catholice, vt ibi cõmunicẽt. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in heretica ecclesia baptizari nec in matrimonio iungi heretico, iudeo, vel pagano, nisi forte spoponderit se venire ad orthodoxã fidẽ, dum cõiungitur spõse orthodoxe. Si quis vero hanc diffinitionẽ sancte synodi preterierit regularum condemnationibus subiaceat.

Capitulum decimũquintum

C ¶Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari & hoc cum diligenti probatione. Si vero susceperit ordinationẽ & quãtocũq; tempore obseruauerit ministeriũ & postea se nuptiis tradiderit iniuriã faciens dei gratie hec anathema sit, cum eo qui in illius nuptiis conuenit.

Capitulum decimũsextum

D ¶Si qua virgo se dedicauerit deo similiter monachus, non licere eis iungi nuptiis. Si vero inuenti fuerint hoc facientes maneãt excõmunicati. Statuimus vero posse in eis facere humanitatẽ si ita pbauerit loci episcopus. Capitulum decimumseptimum

E ¶Per singulas ecclesias rusticanas parochias siue possessiones manere immobiles apud eos qui eas retinẽt epõs,& maxime qui eas sine violẽtia iam per triginta annos tenentes gubernauerũt. Si vero intra triginta annos iã facta fuerit aut fiat de his altercatio licere eis qui se dixerũt lesos ꝓpter eas mouere apud synodũ ꝓuincie certamẽ. Si quis vero putauerit se a proprio metropolitano grauari apud primatẽ dioceseos, aut apud cõstãtinopolitane ciuitatis sedẽ agat iudiciũ sicut dictũ est. Si vero quelibet ciuitas per auctoritatẽ imperialẽ renouata est, aut si renouetur in posterũ ciuilib⁹ & publicis ordinationibus etiam ecclesiarum parochianarum sequatur ordinatio.

Capitulum decimũoctauum.

F ¶Coniurationũ & cõspirationũ crimẽ qđ apud grecos dicitur fratrea publicis etiã legibus certum est penit⁹ inhiberi, hoc multo magis in sancta dei ecclesia (ne fiat) cõuenit abdicari. Si quivero clerici vel monachi inuẽti fuerit cõiurãtes aut fratreas vel factiões cõponẽtes aliquas suis episcopis, aut aliis clericis omnino cadãt de proprio gradu. Capitulum decimũ nonum

G ¶Peruenit ad aures nostras qđ in prouinciis cõstituta episcoporũ concilia minime celebrẽtur. Ex hoc ꝓbatur quod multe que correctiõe opus habeãt ecclesiastice res negligãtur. Statuit igitur sancta synod⁹ hec scđm patrũ regulas bis in anno in vnũ cõuenire per singulas prouincias epõs, vbi singula que emerserint corrigãtur. Qui vero noluerint cõuenire epi cõstituti, in suis ciuitatib⁹ & hoc maxime cũ sui corporis sanitate cõsistẽtes etiã omnib⁹ aliis vrgẽtib⁹ & inexcusabilib⁹ negotiis liberi sunt, licere eos fraterne charitatis admõitiõib⁹ corripi. Capitulum vigesimum.

H ¶Clericos i suis ecclesiis cõstitutos sicut iã definiuim⁹ nõ licere in alteri⁹ ciuitatis ecclesiis ordinari, sed adquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerũt, exceptis illis qui ꝓprias ciuitates perdiderunt & ex necessitate ad alias ecclias migrauerũt, si vero quicũq; episcop⁹ post diffinitionẽ istã ad aliã epm pertinẽtẽ clericũ susceperit, placuit sãcte synodo & hũc qui suceperit & eũ qui susceptus est tãdiu excommunicatos manere quãdiu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam.

Capitulum vigesimumprimum

I ¶Clericos siue laicos q accusauerit epm aut clericos temere, atq; indifferẽter non debere suscipi in accusationẽ nisi pri⁹ eorũ opio fuerit pscrutata Capitulum vigesimũsecundum.

K ¶Non licere clericis post mortem episcopi rapere pertinentes ad eum res sicut iam precedentibus regulis statutum habetur. Si vero hec fecerint periclitari se nouerint a proprio gradu.

Capitulum vigesimũtertium

L ¶Peruenit ad aures sancte synodi, quia clerici quidã & monachi nichil sibi habẽtes iniũctũ a ꝓprio

episcopo,

Capitulum decimumseptimum.

H ¶Vt cum oibus omnino clericis extranee femine non cohabitent. sed sole matres auie & matertere
amite sorores & filie fratrū aut sororū, & quecūcꝫ ex familia domestica necessitate etiā antequam or
dinarentur iam cum eis habitabant, vel si filii eorum iam ordinatis parentibus vxores acceperūt, aut
seruis non habētibus in domo quas ducant aliūde ducere necessitas fuit.
Capitulum decimumoctauum.

I ¶Vt episcopi presbyteri & diaconi non ordinentur priusq̄ omnes qui sunt in domo eorū christia/
nos catholicos fecerint. Capitulum decimumnonum.

k ¶Placuit vt lectores cum ad annos pubertatis venerint cogātur aut vxores ducere, aut cōtinentiam
profiteri. Capitulum vigesimum.

L ¶Placuit vt a nullo episcopo vsurpentur plebes aliene, nec aliquis episcoporū supergrediatur in dio
cesi suum collegam.
Capitulum vigesimumprimum.

M ¶Vt clericum alienum nisi concedente eius episcopo nemo audeat vel retinere vel promouere in ec
clesia sibi credita, clericorum autem nomen etiam lectores & psalmiste & hostiarii retinent.
Capitulum vigesimum secundum.

N ¶Vt nullus ordinetur clericus non probatus vel episcoporum examine vel populi testimonio.
Capitulum vigesimumtertium.

O ¶Vt nemo precibus vel patrem ꝑ filio vel filiū ꝑ patre nominet, & cū ad altare assistitur semper ad
patrem dirigatur oratio, & quascūcꝫ sibi preces aliquis describit, nō eis vtatur nisi pri⁹ eas instructio
nes fratribus contulerit. Capitulum vigesimumquartum.

P ¶Vt in sacramētis corporis & sanguinis dñi nichil amplius offeratur quam ipse dominus tradidit
hoc est panis & vinū aque mixtum, nec amplius in sacrificiis offeratur quam de vuis & frumentis.
Capitulum vigesimumquintum.

Q ¶Vt clerici vel cōtinentes ad viduas vel virgines nisi iussu vel permissu eꝑorum & pbrorum non ac
cedant, Et hoc nō soli faciant sed cū clericis vel cū his cū quibus episcopus iusserit vel pbr, Nec episco
pi aut pbri soli habeāt accessum ad hmōi feminas, nisi aut clerici p̄sentes sunt aut graues aliq xp̄iani.

¶Vt prime

Capitulum vigesimumsextum.

¶Vt prime sedis epūs non appelletur princeps sacerdotum,aut summ⁹ sacerdos, aut aliquid hmōi, A
sed tantum prime sedis episcopus. Capitulum vigesimumseptimum.

¶Vt clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediatur,nisi peregrinationis necessitate cō⁄ B
pulsi. Capitulum vigesimumoctauum.

¶Item placuit, vt episcopi trans mare non ꝓficiscantur,nisi consulto prime sedis episcopo siue cuiusC
cunq; prouincie primate,vt ab episcopo precipue possit sumere formatam vel cōmendationem.

Capitulum vigesimumnonum.

¶Vt sacramēta altaris non nisi a ieiunis hoībus celebrentur,excepto vno die anniuersatio quo cena D
domini celebratur. Nam si aliquorum meridiano tēpore defunctorū siue episcoporum siue cetero⁄
rum cōmendatio facienda est,solis orationibus fiat si illi qui faciunt, iam pransi inueniantur.

Capitulum trigesimum.

¶Vt nulli episcopi vel clerici in ecclesia cōuiuentur,nisi forte transeūtes hospitiorum necessitate illic E
reficiant,Populi etiam ab huiusmodi cōuiuis quantum fieri potest prohibeantur.

Capitulum trigesimumprimum.

¶Vt penitētibus secūdū peccatorum differentiā,episcopi arbitrio penitentie tempora decernātur. F

Capitulum trigesimumsecundum.

¶Vt presbyter incōsulto episcopo nō reconciliet penitentē nisi absente ep̄o necessitate cogente cuiusG⁄
cūq; penitentis publicum & vulgatissimū crimen est, quod vniuersam ecclesiam cōmouerit,ante ab⁄
sidam manus ei imponatur. Capitulum trigesimumtertium.

¶Vt virgines sacre si a parentibus a quibus custodiebantur priuate fuerint,episcopi prouidētia vel H
presbyteri vbi episcopus absens est in monasterio virginum vel grauioribus feminis commendentur
vt simul habitantes,inuicem se custodiant,ne passim vagātes ecclesie ledant opinionem.

Capitulum trigesimumquartum.

¶Vt egrotantes si pro se respondere nō possunt cū voluntatis eorū testimonium sui dixerit baptizē I
tur,similiter & de penitentibus agendū est. Capitulum trigesimum quintum.

¶Vt scenicis atq; histrionibus certisq; huiusmodi personis vel apostaticis conuersis vel reuersis ad K
dn̄m gratia vel reconciliatio non negetur. Capitulum trigesimumsextum.

¶Vt presbyter inconsulto episcopo virgines non cōsecret,chrisma vero nunquam conficiat. L

Capitulum trigesimumseptimum.

¶Vt clerici in aliena ciuitate nō immorētur,nisi causas eorū iustas episcopi loci vel presbyteri loco⁄ M
rum peruiderint. Capitulum trigesimumoctauum.

¶Illud aūt suggerimus mandatum nobis, quod etiam in capuēsi plenaria synodo videtur statutū, N
quod nō liceat fieri rebaptizationes & reordinationes vel translationes ep̄orum. Nā Cresconius vil⁄
le regiensis episcopus plebe sua derelicta tiburnensem inuasit ecclesiam,& vsq; hodie cōmonitus se⁄
cundū quod statutum fuerat relinquere eandem quā inuaserat plebē contēpsit,aduersus statuta que
ꝓnuntiata fuerant,cōfirmata quidem audiuim⁹,sed petimus scd̄m quod nobis mandatum est,vt di⁄
gnemini dare fiduciā,quo necessitate ipsa cogēte liberū sit nobis rectorem ꝓuincie scd̄m statuta glo⁄
riosissimorū ptincipū aduersus illū adire,vt qui miti admonitioni vestre acqescere noluit & emenda⁄
re illicitū,auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius ep̄s dixit,seruata forma disciplīne non
estimabitur appetitus,si vestra caritate modestius cōuentus recedere detractauerit,cū fuerit suo con⁄
temptu & cōtumacia faciente etiā auctoritate iudiciaria cōuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi
dixerunt,hoc enim omnibus placet, ab vniuersis episcopis dictum est,iustum est,placet.

Capitulum trigesimumnonum.

¶Honoratus & Vrbanus ep̄i dixerunt, & illud nobis mandatū est,vt quia proxime fratres nr̄i mi⁄ O
midie duo ep̄i ordinare p̄sumpserunt pontificē nō nisi a duodecim censeatis ep̄orū celebrari ordina⁄
tiones. Aurelius ep̄s dixit,forma antiqua seruabitur,vt nō minus q̄ tres sufficiāt q̄ fuerint a metro⁄
politano directi ad ep̄m ordinandum,propterea quia in tripoli forte & arguze interiacere vidētur
barbare gentes. Nam in tripoli vt asseritur episcopi sunt quinq; tantummō & possunt forte de ipso
numero vel duo necessitate aliqua occupari,difficile est enim vt de quolibet numero omnes possint
occurrere. Nunquid debet hoc ipsum impedimento ecclesiastice esse vtilitati? Nam & in hac ecclesia
dignata est sanctitas vestra humaniter conuenire crebro ac pene per diem dominicam ordinandos

habemus.Nūquid nam frequenter potero duodecim vel decē vel multominus aduocare epiſcopos, ſed facile eſt michi duos adiungere mee paruitati epiſcopos vicinos quapropter cernit mecum ca/ ritas veſtra hoc ipſum obſeruari nō poſſe. Capitulum quadrageſimum.

A ¶Et illud eſt ſtatuendum,vt quādo ad eligendum epiſcopū cōuenerimus ſi qua cōtradictio fuerit oborta,quia talia facta ſunt apud nos nō preſumant ad purgandum eum qui ordinat⁹ eſt tres iam, ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorū duo vel rres,& in eadem plebe cui ordinandus eſt diſcu tiatur,Primo perſone cōtradicētiū,poſtremo illa etiā que obiiciuntur pertractētur,& cum purgatus fuerit ſub cōſpectu publico ita demū ordinetur ſi hoc cū veſtre ſanctitatis animo concordat robore/ tur veſtre dignitatis reſponſione,ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt,placet ſatis.

Capitulum quadrageſimumprimum.

B ¶Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt,quoniā de concilio quedam tractata noſcuntur,adiici/ mus etiam de die paſche nobis eſſe mādatum,vt de eccleſia ſemper Carthaginēſi (ſicuti predictum eſt)inſtruamur,& non ſub auguſto temporis ſpatio,Aurelius epiſcopus.Si ſanctitate veſtre videtur quoniam nos ſpopōdiſſe iā ſuperius meminim⁹,vt ſingulis quibuſq; annis ad tractandum conue/ niamus,& cū cōuenerimus in vnum tunc diuulgabitur ſanctus paſche dies per legatos qui fuerunt in cōcilio Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerūt,nūc de preſenti cetu petimus vt litteris prouin/ ciam noſtrā de hac die informare dignemini Aurelius epiſcopus dixit,ita fiat neceſſe eſt.

Capitulum quadrageſimumſecundum.

C ¶Epigonius epiſcop⁹ dixit,multis in cōciliis hoc ſtatutū eſt a cetu ſacerdotali vt plebes que in dio ceſibus ab epiſcopis ordinātur que epiſcopos nunq̄ habuerunt,nō niſi cū voluntate eius ep̄i a quo te nentur ꝓprios accipiāt rectores.i.epiſcopos,at vero quia nōnulli quodā dominatu adepto cōionem fratrū abhorrēt,vl̄ certe cū eleuati fuerint quaſi in quadā arce tyrannicā ſibi dn̄ationem vindicant,qđ pleriq; ſtolidi aduerſus ep̄os ſuos ceruices erigunt pb̄ri,vel conuiuiis ſibi cōciliantes plebem vt pſua/ ſu maligno & illicito eoſdē velint ſibi collocare rectores,quodquidē inſigne mētis tue tenemus votū frater religioſe Aureli,quia hec ſepe oppreſſiſti nō curando tales petitiones,ſed ꝓpter eorū malos co/ gitatus & praue cōcinnata cōcilia hoc dico nō debere rectorē accipere eā plebem que in dioceſi ſemp ſubiacuit,nec vnq̄ ꝓprium ep̄m habuit,quapropter ſi vniuerſo ſctiſſimo concilio cōplacet hoc qđ ꝓſe cutus ſum cōfirmetur,Aurelius epiſcopus fratris,& cōſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me feciſſe,& facturum eſſe confiteor. Capitulum quadrageſimumtertium.

D ¶Circa eos ſane qui fuerint concordes nō ſolū circa eccleſiā Carthaginenſem ſed circa omne ſacer/ dotale conſortiū,ſunt enim pleriq; cōſpirātes cū ꝓpriis plebibus quas decipiūt (vt dictum eſt) earū ſcalpētes aures ad ſeducendū vicioſe vite hoies,vel certe inflati & ab hoc cōſortio ſeparati,qui putant ꝓprie plebi incubandū,& nōnunq̄ cōuenti ad concilium venire refugiūt & detrectāt ſua forte ne p/ dantur flagitia metuētes,dico ſi placet contra hos nō tantū dioceſes non eſſe ſeruandas,verumetiam & de ꝓpria eccleſia que illis male fuerit oīno amittendum, vt etiam auctoritate publica reiiciantur atq; ab ipſis principalibus cathedris remoueantur,oportet enim vt qui vniuerſis fratribus ac toti con cilio inheſerit non ſolū ſua iure integro ſed & dioceſes poſſideat,at vero qui ſibimet putāt plebes ſuas ſufficere fraterna dilectiōe contēpta nec tātū dioceſes amittāt,ſed vt dixi etiam ꝓpriis publica careāt auctoritate,vt rebelles Honorat⁹ & Vrbanus dixerūt ep̄i,ſumma ꝓuiſio ſanctitatis tue coheſit men/ tibus ſingulorū & puto omnium reſponſione ea que ꝓſequi dignatus es ꝓbanda ,vniuerſi epiſcopi dixerunt,placet placet. Capitulum quadrageſimnmquartum.

E ¶Epigonius ep̄s dixit,in multis cōciliis hoc ſtatutū eſt etiā nūc hoc cōfirmatū eſt vra prouidentia fratres beatiſſimi vt clericū alienum nullus ſibi preripiat ep̄s preter eius arbitriū cuius fuerit clericus, dico aūt iulianum qui ingratus eſt dei beneficiis per meam paruitatem in ſe collatis ita temerarium & audacē extitiſſe vt eū qui a me baptizatus eſt cū eſſet puer egentiſſimus michi ab eodē cōmenda/ tum,cumq; multis annis a me aleretur atq; increſceret.hunc vt dixi baptizatum in eccleſia mea p ma num puitatis mee conſtat,idē in dioceſi appabenſi lector eſſe ceperat,immo annis ferme duobus le/ gerat,neſcio quo cōtēptu humilitatis mee idem iulianus arripuit,quē dicit quaſi propriū ciuem ſui loci nazaritani me incōſulto vſurpare,nā & diaconū illū ordinauit hoc.ſ.pareat hec licentia vobis bea tiſſimi fratres,ſin minus tā impudens cohibeatur nec ſe miſceat cōioni cuiuſq̄.Numidi⁹ ep̄s dixit, ſi nō poſtulata neq; conſulta tua dignatione id videatur feciſſe Iulianus,iudicamus omnes inique fa/ ctū atq; indigne,quapropter niſi idē Iulianus correxerit errorē ſuū,& cum ſatiſfactione eundem cle/

ricum quem

ticum quẽ fuit ausus ordinare reuocauerit tue plebi,cõtra statuta concilii faciens cõtumacia sua sepa/
ratus a nobis excipiet iudiciũ. Epigonius episcopus dixit,etate pater& ipsa ꝓmotione antiquissim⁹
vir laudabilis frater & collega noster victor vult hanc petitionẽ generalem omnibus effici.

Capitulum quadragesimumquintum,

¶Aurelius epꝰ dixit,sermonem meũ admittite fratres, cõtingit nõnunq̃ vt postulentur ab ecclesiis A
que prepositis egent vel epis vel pbris,& tamen memor statutorum id sequor vt conueniã epm eius,
atq; ei inculcem quod eius clericus a qualibet ecclesia postuletur, sed forte in hodierno non reluctati
sunt,& ne qñ contingat vt reluctentur cum fuerit a me in hac causa postulati quẽ scitis multarũ eccle
siarum & ordinandorũ cãm sustinere,Iustũ est ergo vt quẽlibet conlacerdotũ conueniã cũ duobus e
cõsortio nostro vel tribus testibus,si vero indeuotus extiterit,quid censet caritas vestra faciẽdum,ego
enim cunctarũ ecclesiarum dignatiõe dei(vt scitis fratres)sollicitudinẽ sustineo.Numidi⁹ epꝰ dixit,
Fuit hec semp licẽtia huic sedi,vnde vellet & de cuius nomine finisset conuẽtus ꝓ desiderio cuiusq; ec
clesie ordinaret epm. Epigonius episcopus dixit,bonitas sequestrat possibilitatẽ.Minus enim presu
mis frater,& cũ te bonum & clementem oĩbus reddis,habes enim hoc in arbitrio ,satis est vt satisfiat
psone vniuscuiusq; epi,in prima tantũmodo cõuentione,Si aũt quodlibet huic sedi vindicandũ fue
rit sibi arbitratus,necesse habes tu oẽs ecclesias suffulcire ,Vnde tibi nõ potestatẽ damus sed etiã assi
gnamus vt liceat volũtati tue semp tenere quẽ voles,vt ꝓpositos plebibus vel ecclesiis constituas q po
stulati fuerint, & vnde voles. Posthumianus epꝰ dixit,deinde qui vnum habuerit,nunquid debet ei
vnus presbyter ipse auferri? Aurelius epꝰ dixit,sed episcopus vnus esse potest per quem dignatione
diuina pbri multi cõstitui possunt,vnus aũt episcopus difficile inuenitur cõstituẽdus , quapropter si
necessarium epatuit quis habet pbrm,&vnũ vt dixisti frater habuerit,& ipsum ad promotionem da
re debebit. Posthumianus episcop⁹ dixit,ergo si habet alius abundãtes clericos debet michi alia plebs
subuenire,Aurelius epꝰ dixit ,sanequõ ecclesie alterius tu subueneris,psuadebitur illi q plures habet
clericos,vt vnum tibi largiendũ largiatur. Capitulum quadragesimumsextum.

¶Honoratus & Vrbanus epi dixerunt,audiuimus cõstitutũ vt dioceses nõ mereãtur episcopũ ac/ B
cipere,nisi cum consensu eius sub quo fuerint cõstitute,sed in prouincia nostra cũ aliqui forte in dio/
cesi cõcedente eo epo in cuius potestate fuerant cõstitute ordinati sunt epi,etiã dioceses sibi vindicãt,
hoc & corrigi caritatis vestre iudicio &inhiberi de cetero debet. Epigonius epꝰ dixit,singulis episco
pis seruatũ est qd decebat,vt ex massa dioceseum nulla caperetur,vt ꝓprium episcopum habuisset,ni
si ipse cõsensum adhibuisset concedendi,sufficiat enim si cõsenserit vt eadem dioceseis permissa pro/
prium tãtum epm habeat,& ceteras sibi nõ vindicet dioceses,que exẽpta de fasce multarũ sola meruit
honorem aplatus suscipere. Aurelius episcopus dixit,nõdubito caritati vestre oĩum placere eum qui
in dioceseis concedẽte episcopo qui matricẽ tenuit solam eandem retinere plebẽ in qua fuit ordinatus.

Capitulum quadragesimum septimum.

¶Itẽ placuit vt ꝑter scripturas canonicas nilchil in eccl̃ia legatur sub noĩe diuinarũ scripturarũ. Sũt C
aũt canonice scripture.i.prim⁹, Geneseis,scds exod⁹,tertius lentic⁹,quartus numeri,quintus deutero.
sext⁹ iesunaue,septimus iudicũ, octauus ruth,nonus regũ lib.iiii. Paralipomenon libri duo,Iob vn⁹
psalteriũ dauiticũ,Salomonis libri.v.libri duodeci ꝓphetarũ,Esaias,Ieremias,Ezechiel,Daniel, To
bias,Iudich,Hester,Esdre, libri.ii. Machab.lib.ii.Noui aũt testamenti.xxvii. Euangeliorũ libri.iiii.
Actuũ apl̃orum liber vn⁹,Pauli apl̃i epl̃e.xiiii.eiusdẽ ad Hebreos vna,Petri apl̃i due. Ioannis apo/
stoli tres,Iude apostoli vna,& Iacobi vna,Apocalipsis Ioãnis liber vnus qui sunt.xxvii,hoc etiam fra
tri & consacerdoti nostro bonefacio,vel aliis earũ ptium epis ꝓ confirmando isto canone innotescat,
quia a pribus ista accepimus in eccl̃ia legẽda,liceat etiã legi passiones martyrũ cum anniuersarii dies
eorum celebrentur. Capitulum quadragesimumoctauum.

¶Placuit vt cõsulam⁹ fratres & cõsacerdotes nros siritiũ & simplicianũ de solis infantibus q̃ bapti/ D
zantur penes eosdẽ ne qd suo nõ fecerint iudicio cũ ad eccl̃iam dei salubri ꝓposito fuerint cõuersi pa
rentũ illis error ipediat ne ꝓuehãtur sacri altaris ministri,q̃b⁹ isertis Honorat⁹ & Vrban⁹ epi legati ꝓ
uincie Mauritanie sitifensis dixerũt,iã dudũ cũ apud sctitatẽ vram allegarem⁹ scripta dilati sum⁹ ea
cõtẽplatione qd fres nri aduenire possent de numidia legati, sed quia nõ puidies sunt q̃bus expectati
minime venerũt vltra ptermittere que nobis mãdata sunt a nris coepis non oportet,at q̃ ideo fratres
sugestionẽ nram libenter admittite,de fide ei niceni tractat⁹ audiuim⁹,verũ & de sacrificiis inhibẽdis
post prãdiũ,vt a ieiunis sicut dictũ est offerãtur,& tunc & nũc confirmatũ est. Cap.xlix.

A ¶Placuit vt episcopi presbyteri diaconi,vel quicūqꝫ clerici qui nichil habentes ordinantur,& tēpore episcopatus vel clericatus sui agros vel quecūqꝫ predia nomine suo comparant tanquā rerum diui/narum inuasionis crimine teneantur,nisi admoniti ecclesie eadē ipsa contulerint.Si autem ipsis pro/prie aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis venerit,faciant inde quod eorum proposi/to cōgruit,Quod si a suo ꝓposito retrorsum exorbitauerint honore ecclesiastico indigni tanquā re/probi iudicentur.

Capitulum quiquagesimum.

B ¶Aurelius episcopus dixit,quoniam igitur vniuersa arbitror fuisse tractata,si omnia cū animo ve/stro cōuenerunt,sermone vestro cuncta roborate ,vniuersi ēpi dixerint, oibus hec placuerunt & hec nostra subscriptione firmamus, & subscripserunt Aurelius episcopus ecclesie carthaginēsis huic de/creto cōsensi,& relecto subscripsi,Epigonius episcopus bulēsis regiōis subscripsi,Augustinus episco/pus plebis ippone subscripsi,Similiter & omnes episcopi.xliiii.numero subscripserunt.

¶Explicit concilium Carthaginense.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII QVARTICARTHAGINENSIS.

¶Qualiter debeant episcopi ordinari.
i ¶Qualiter consecrentur episcopi.
ii ¶Qualiter presbyteri ordinentur.
iiii ¶Quemadmodū diacones constituātur
v ¶Quēadmodūsubdiaconi ordinentur.
vi ¶Quemadmodum acoliti ordinentur.
vii ¶Qualiter exorciste constituantur.
vii ¶Qualiter lectores fiant.
ix ¶Qualiter hostiarii ordinentur.
x ¶Qualiter psalmiste
xi ¶Qualiter virgines sanctimoniales.
xii ¶Qualiter vidue vel sanctimoniales ad baptisterium ordinentur.
xiii ¶Qualiter sponsi & spōse benedicantur.
xiiii ¶De cellula sacerdotis.
xv ¶Devictu & habitu sacerdotis.
xvi ¶Vt episcopus libros gentiliū non legat.
xvii ¶Vt episcopus indigentium curam per presbyteros & diacones agat.
xviii ¶Vt episcopus per testamentum tuitionē non suscipiat.
xix ¶Vt episcopi ꝓ rebus secularib⁹ nō litigēt
xx ¶Vt episcopus tantum diuinis vacet.
xxi ¶Vt episcopus egrotans pro se legatū ad synodum mittat.
xxii ¶Vt episcopus sine testimonio clericorū & plebis clericos non instituat.
xxiii ¶Vt ēps causas clericis p̄sentib⁹ audiat
xxiiii ¶Vt qñ ēps verbum facit null⁹ discedat,
xxv ¶De discordantibus episcopis.
xxvi ¶Vt episcopus dissidentes concordare cō pellat.
xxvii ¶De episcopo vel clerico in alio loco non transferendo.
xxviii ¶De damnatione episcoporū a synodo tractanda.
xxix ¶De episcopo qui alicui crimē obiecerit.
xxx ¶Quod irrita sit snia episcoporum in absentē.
xxxi ¶Qualiter res ecclesie ab episcopo habe/antur,
xxxii ¶De irritis distractionibus episcoporū,
xxxiii ¶De episcopis vel presbyteris vt a cuius cunqꝫ ecclesia in ordine suo recipiantur.
xxxiiii ¶De primatu consessus presbyterorum cum episcopo.
xxxv ¶De consessu presbyterorum in ecclesia cum episcopo.
xxxvi ¶Vt presbyteri parochiani aut per se aut per alios qui sacra tractant chrisma ab epi/scopo petant.
xxxvii ¶De obedientia diaconorū erga pbr̄os.
xxxviii ¶Vt diacon⁹ eucharistiam iussu presby/teri ministret,
xxxix ¶Vt diaconus iubente presbytero sedeat.
xl ¶Vt diaconus coram presbyteris interro/gatus respondeat.
xli ¶Vt diaconus tempore tantum officii albam induat.
xlii ¶De clericis qui ꝓ fide tentati sunt.
xliii ¶De his qui pro fide ab infidelibus per/secutiones passi sunt
xliiii ¶De tonsura clericorum.
xlv ¶De habitu clericorum.
xlvi ¶De continentia clericorum.
xlvii ¶De incessu clericorum.
xlviii ¶De clericis qui extra necessitatem ad nundinias vadunt.
xlviii ¶De vigiliis clericorum.
l ¶De clericis ab officio continentibus
li ¶De clericis vt artificio victum querant.
lii ¶De clericis qualiter sibi victum & vesti/tum querant.
liii ¶Vt legant clerici qui orare non possunt.

liiii ¶De clericis inuidis.
lv ¶De clericis accusatoribus.
lvi ¶De clericis maledicis.
lvii ¶De clericis adulatoribus, & proditoribus.
lviii ¶De clericis frequenter litigantibus.
lix ¶De clericis discordantibus.
lx ¶De clericis turpiloquis,siue vagis.
lxi ¶De clericis per creaturas iurātibus.
lxii ¶De clericis inter epulas cantantibus.
lxiii ¶De clericis sanis ieiunia polluentibus.
lxiiii ¶De his qui studiose dominico die ieiunant.
lxv ¶De pascha suo tempore celebrando.
lxvi ¶Vt clericus ab episcopo iniuste dāpnatus recurrat ad synodum.
lxvii ¶De seditionariis,aut vsurariis, ne clerici fiant.
lxviii ¶Vt ex penitentibus ordinatus clericus deponatur.
lxix ¶Vt episcopus vidue,vel repudiate maritū ad clerum promouens deponatur.
lxx ¶Vt clericus hereticorū conuiuia vel cōsortia fugiat.
lxxi ¶Quod hereticorum cetus non ecclesia,sed conciliabulum sit.
lxxii ¶Quod cum hereticis nec orandum sit, nec psallendum.
lxxiii ¶Vt cum excommunicatis communicans vel orans excommunicetur.
lxxiiii ¶De penitentium lege.
lxxv ¶De negligentioribus penitentibus.
lxxvi ¶De poscentibus penitentiam,si postea obmutescant.
lxxvii ¶De penitentib⁹,vt in morte viaticū accipiant.
lxxviiii ¶De penitentibus si post viaticum superuiuant.
lxxix ¶De penitentibus, si casu aliquo moriantur.
lxxx ¶De manus impositione sup penitētes.
lxxxi ¶Vt penitentes mortuos efferant & sepeliant.
lxxxii ¶Vt penitentes semper genua flectant.
lxxxiii ¶De senibus honorandis.
lxxxiiii ¶Vt fideles pro audienda ratione,in ecclesia vsque ad missam stent.
lxxxv ¶Vt qui baptizandi sunt nomen dent, & a vino,& a carne abstineant.
lxxxvi ¶Vt nuper baptizati caste,& continenter viuant.
lxxxvii ¶De catholicis qui causam apud infideles proponunt.
¶De his q ecclīa p̄termissa ad spectacula pergunt.
lxxxviii ¶De his qui auguriis,vl incantationibus,vel iudaicis superstitionibus seruiūt.
lxxxix ¶De inerguminis.
xc ¶Item de inerguminis.
xci ¶De victu inerguminorum.
xcii ¶Vt oblatiōes discordātiū n̄ recipiātur.
xciii ¶Vt oppressorum pauperum oblatiōes non suscipiantur.
xciiii ¶De his qui oblationes defunctorum ecclesiis fraudant.
xcv ¶De accusatore,& accusato.
xcvi ¶De eo qui religiosis feminis preficitur,vt probetur.
xcvii ¶Vt laicus presentibus clericis nō doceat
xcviii ¶Vt mulieres publice docere non presumant.
xcix ¶Vt mulieres baptizare nō presumant.
c ¶De viduis,adolescentibus,& infirmis.
ci ¶Ne clericividuarum familiaritate afficientur.
cii ¶De viduis, que ecclesie stipendiis sustentantur.
ciii ¶De viduis que professe continentiam preuaricate sunt.
¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM QVARTVM CARTHAGINENSE HABITVM AB EPISCOPIS.CC.XIIII.ERA.CCCC.XXXVI.

A VGVSTO HONORIO.IIII.ET EVTICIANO CONsulibus,vi.Idus Nouembris,cum Aurelius episcopus in concilio vniuersali carthagine in secretario cum omnibus consacerdotibus suis consedisset, placuit cū eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta synodo constituere hec que ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplinis,ibi in principio cōstitutum est qualis ordinari debeat episcopus. Capitulum primum. A

¶Cum episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens,si docibilis,si moribus temperatus,si vita castus,si sobrius,si semper sui negotii cauens,si humilis, si affa- B

bilis,si misericors,si litteratus,si in lege dñi instructus,si in scripturarũ sensibus cautus,si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus,& ante oĩa,si fidei documẽta verbis duplicib⁹ asserat,i. patrẽ & filiũ,& spiritum sanctũ vnum deum esse confirmans,totamq; trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem,& coeternalem,& coomnipotentem predicans, si singulas quasq; in trinitate personas plenum deum,& totas tres personas vnum deum, si incarnationem diuinam non in patre neq; in spiritu sancto factam sed in filio tãtum credat,vt qui erat in diuinitate dei patris filius ipse fieret in hoie hois matris filius deus verus ex patre,homo verus ex matre,carnem ex matris visceribus hñs,& animam hũanam rationalem simul in eo vtriusq; nature,id est deus & homo,vna psona,vnus filius,vnus christus, vnus dominus,creator omnium que sunt,& auctor,dominus & rector,cum patre & spũ sancto omnium creaturarum,qui passus sit vera carnis passione,mortuus vera corporis sui morte,resurrexit vera carnis sue receptione,& vera anime resumptione in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Querẽdum etiam ab eo si noui & veteris testamenti,id est legis & prophetarum,& apostolorum vnum eũ demq; credat auctorem & dominum,si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus,querendũ etiã ab eo,si credat huius quã gestamus,& nõ alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum,& recepturos singulos pro his que in carne gesserunt,vel penas vel p̃mia,si nuptias nõ ꝓhibeat,si scda mrimonia nõ dãnet,si carniũ ꝓceptionẽ nõ culpet, si penitẽtib⁹ reconciliatis cõmunicet,si in baptismo omnia peccata,id est tam illud originale contractum q̃ illa que voluntarie admissa sunt dimittãtur,si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus fuerit inuentus plene instructus, tunc cum consensu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouincie episcoporum maximeq; metropolitani,vt auctoritate,vl' presentia ordinetur episcopus suscepto in nomine christi episcopatu,nõ sue delectationi,nec suis motibus,sed his patrũ diffinitionibus acquiescat. De hinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinantur.

Capitulum secundum.

A ¶Episcopus cum ordinatur,duo episcopi ponant & teneant euangeliorum codicem super caput & ceruicẽ eius,& vno super eum fundente benedictionem,reliqui omnes episcopi qui assunt manibus suis caput eius tangant. Capitulum tertium.

B ¶Presbyter cum ordinatur episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente,etiam omnes pbri qui presentes sunt manus suas iuxta manus episcopi super caput illius teneant.

Capitulum quartum.

C ¶Diaconus cum ordinatur solus eps qui eum benedicit manus super caput illius ponat, quia non ad sacerdotiũ,sed ad ministeriũ consecratur. Capitulum quintum.

D ¶Subdiaconus cum ordinatur solus episcopus quia manus impositionem non accepit,patenam de episcopi manu accipiat vacuam & calicem vacuum,de manu vero archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile,& manutergium. Capitulum sextum.

E ¶Accolitus cum ordinatur,ab episcopo quidem doceatur qualiter se in officio suo agere debeat, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo,vt sciat se ad accẽdenda ecclesie luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis christi.

Capitulum septimum.

F ¶Exorcista cum ordinatur accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi dicente sibi episcopo,accipe,& commenda memorie,& habeto potestatem imponẽdi manus super inergumenũ,siue baptizatum,siue cathecuminũ. Capitulum octauum.

G ¶Lector cum ordinatur,faciat de illo verbum episcopus ad plebem indicans eius fidem, ac vitam atque ingenium,post hec spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est dicens ad eum,accipe,& esto lector verbi dei,habiturus si fideliter & vtiliter impleueris officium partem cum eis qui verbum dei ministrauerunt. Capitulum nonum.

H ¶Hostiarius cum ordinatur postq̃ ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo dei debeat conuersari,ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claues ecclesie de altario dicens, sic age quasi redditurus domino rationem pro his rebus que his clauibus recluduntur.

Capitulum decimum.

I ¶Psalmista,id est cantor potest absq; scientia episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi,dicente sibi presbytero,vide vt quod ore cantas,corde credas,& quod corde credis,operibus cõprobes. Capitulum vndecimum.

¶Sanctimonialisvirgo cum ad consecrationem sui episcopo offertur,in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est professioni, & sanctimonie aptis. A

Capitulum duodecimum.

¶Vidue vel sanctimoniales que ad ministerium baptizandarum mulierum eligũtur,instructe sint ad officium,vt possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres tempore quo baptizande sunt,qualiter baptizatori interrogate respondeant,& qualiter accepto baptismate viuant. B

Capitulum decimumtertium.

¶Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote,a parentibns suis,vel a paranymphis offerãtur qui cum benedictionem acceperint,eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. C

Capitulum decimumquartum.

¶Vt episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat. D

Capitulũ decimumquintum.

¶Vt episcopus vilem supellectilem, & mensam ac victum pauperem habeat,& dignitatis sue auctoritatem fide & vite meritis querat. E

Capitulum decimumsextum.

¶Vt episcopus gentilium libros non legat,hereticorum autem pro necessitate & tempore. F

Capitulum decimumseptimum.

¶Vt episcopus gubernationem viduarum,& pupillorum ac peregrinorũ nõ p se ipsum,sed per archidiaconum,aut per archipbrm agat. G

Capitulum decimumoctauum.

¶Vt episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. H

Capitulum decimumnonum.

¶Vt episcopus non prouocatus,pro rebus transitoriis litiget. I

Capitulum vigesimum.

¶Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed vt lectioni & orationi & verbo predicationis tantummodo vacet. K

Capitulum vigesimumprimum.

¶Vt episcopus ad synodum ire non sine satis graui necessitate inhibeatur,sic tamen vt in sua persona legatum mittat suscepturus salua fidei veritate quicquid synodus statuerit. L

Capitulum vigesimumsecundum.

¶Vt episcopus sine concilio clericorum suorum clericos non ordinet,ita vt ciuium assensum & consentiam & testimonium querat. M

Capitulum vigesimumtertium.

¶Vt episcopus nullius causam audiat absq; presentia clericorum suorum,alioquin irrita erit sententia episcopi,nisi clericorum presentia confirmetur. N

Capitulum vigesimumquartum.

¶Sacerdote verbum faciente in ecclesia,qui egressus de auditorio fuerit,excommunicetur. O

Capitulum vigesimumquintum.

¶Dissidentes episcopos,si non timor dei,synodus recõciliet. P

Capitulum vigesimumsextum.

¶Studendum est episcopis,vt dissidentes fratres,siue clericos, siue laicos ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur. Q

Capitulum vigesimumseptimum.

¶Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat. nec quisquam inferioris ordinis clericus, sane si pro vtilitate ecclesie faciendum poposcerit decreto pro eo clericorum, & laicorum episcopis porrecto in presentiam synodi transferatur,nichilominus alio in loco eius episcopo subrogato,inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare. R

Capitulum vigesimumoctauum.

¶Irritam esse iniustam episcoporum damnationem idcirco a synodo retractandam. S

Capitulum vigesimumnonum.

¶Episcopus si clericovel laico crimẽ imposuerit deducatur ad probationem in synodum. T

Capitulum trigesimum.

¶Caueant iudices ecclesie ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit, immo & causam in synodo pro facto dabunt. V

Capitulum trigesimumprimum.

¶Vt episcopus de rebus ecclesie tanq̃ commendatis non tanquam propriis vtatur. X

Capitulum trigesimumsecundum.

A ¶Irrita erit donatio episcoporum, vel venditio,vel commutatio rei ecclesiastice absq; conniuentia & subscriptione clericorum. Capitulum trigesimumtertium.

B ¶Episcopi vel presbyteri si causa visitande ecclesie alterius episcopi ad ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur,& tam ad verbum faciendum,q̄ ad oblationem consecrandam inuitentur. Capitulum trigesimumquartum.

C ¶Vt episcopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur. Capitulum trigesimumquintum.

D ¶Vt episcopus in ecclesia in consessu presbyterorum sublimiorum sedeat,intra domum vero collegam se presbyterorū esse cognoscat. Capitulum trigesimumsextum.

E ¶Presbyteri qui per dioceses ecclesias regūt nō a quibuslibet episcopis sed a suis,nec per iuniorē clericum,sed omni anno aut per se ipsos, aut per illum qui sacrarium tenet ante pasche solempnitatem, chrisma petāt. Capitulum trigesimumseptimum.

F ¶Vt diaconus,ita se presbyteri vt episcopi ministrum esse cognoscat. Capitulum trigesimumoctauum.

G ¶Vt diaconus presente presbytero eucharistiam corporis Christi populo (si necessitas cogit) iussus eroget. Capitulum trigesimumnonum.

H ¶Vt diaconus quolibet loco iubente presbytero sedeat. Capitulum quadragesimum.

I ¶Vt diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur. Capitulum quadragesimumprimum.

k ¶Vt diaconus tempore oblationis tantum,vel lectionis alba induatur. Capitulum quadragesimumsecundum.

L ¶Clericum inter tentationes officio suo incubantem gradibus sublimandum. Capitulum quadragesimumtertium.

M ¶Christianum catholicum qui pro catholica fide tribulationes patitur honore omni a sacerdotibus honorandum, etiam & per diaconum ei victus ministretur. Capitulum quadragesimumquartum.

N ¶Clericus nec comam nutriat,nec barbam radat. Capitulum quadragesimumquintum.

O ¶Clericus professionem suam,& in habitu,& in incessu probet,& ideo nec vestibus,nec calciamentis decorem querat. Capitulum quadragesimumsextum.

P ¶Clericus cum extraneis mulieribus non habitet. Capitulum quadragesimumseptimum.

Q ¶Clericus per plateas,& andronas nisi certa,& maxima officii sui necessitate non ambulet. Capitulum quadragesimumoctauum.

R ¶Clericus qui non pro emendo aliquid,in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur. Capitulum quadragesimumnonum.

S ¶Clericus qui absq; corpusculi sui inequalitate vigiliis deest, stipendiis priuatus excommunicetur. Capitulum quinquagesimum.

T ¶Clericum inter tētationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem ab officio suo removendum. Capitulum quinquagesimumprimum.

V ¶Clericus quātūlibet verbo dei eruditus artificio victum querat. Capitulum quinquagesimumsecundum.

X ¶Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo,vel agricultura absq; officii sui duntaxat detrimēto preparet. Capitulum quinquagesimumtertium.

Y ¶Omnes clerici qui ad operandum validi sunt,& artificiola,& litteras discant. Capitulum quinquagesimumquartum.

Z ¶Clericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur. Capitulum quinquagesimumquintum.

& ¶Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet, & si emendauerint vitium,recipiat eos ad communionem,non ad clerum. Capitulum quinquagesimumsextum.

A ¶Clericus qui adulationi,& proditionibus vacare apprehēditur ab officio degradetur.

¶Clericus

Capitulum quinquageſimum ſeptimum.

A ¶Clericus maledicus maximeq; in ſacerdotibus cogatur ad poſtulandam veniam,ſi noluerit,degradetur,nec vnq̃ ad officium abſq; ſatiſfactione reuocetur.

Capitulum.lviii.

B ¶Clerici qui frequenter litigat, & ad cauſandum facilis eſt teſtimonium nemo abſq; grandi examine recipiat.

Capitulum.lix.

C ¶Diſcordantes clericos epiſcopus, vel ratione vel poteſtate ad concordiam trahat,inobedientes ſynodus per audientiam dampnet.

Capitulum.lx.

D ¶Clericum ſcurrilem & verbis turpibus iocularem ab officio retrahendum.

Capitulum.lxi.

E ¶Clericum per creaturas iurantem a crimine obiurgandum,ſi perſtiterit in vitio excommunicandum.

Capitulum.lxii.

F ¶Clericum inter epulas cantantem ſupradicte ſententie ſeueritate coercendum.

Capitulum.lxiii.

G ¶Clericum qui tempore indicti ieiunii abſq; ineuitabili neceſſitate ieiunium rumpit minorem habendum.

Capitulum.lxiiii.

H ¶Qui dominico die ſtudioſe ieiunat non credatur catholicus.

Capitulum.lxv.

I ¶Paſche ſolemnitas vno die, & tempore celebranda.

Capitulum.lxvi.

k ¶Clericus qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat,recurrat ad ſynodum.

Capitulum.clxvii.

L ¶Seditionarios nunq̃ ordinandos clericos,ſicut nec vſurarios,nec iniuriarum ſuarum vltores.

Capitulum.lxviii.

M ¶Ex penitentibus (quamuis ſit bonus) clericus non ordinetur.

Capitulum.lxix.

N ¶Si per ignorantiam epiſcopi factum fuerit deponatur a clero,quia ſe ordinationis tempore non p̃didit fuiſſe penitentem,ſi autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem etiam ipſe ab epiſcopatu ſui ordinandi duntaxat poteſtate priuetur.

Capitulum.lxx.

O ¶Simili ſentẽtie ſubiacebit epiſcopus,ſi ſciens ordinauerit clericum eum qui viduã, aut repudiatam vxorem habuit,aut ſecundam.

Capitulum.lxxi.

P ¶Clericus hereticorum,aut ſciſmaticorum tam conuiuia q̃ ſodalitates euitet equaliter.

Capitulum.lxxi.

Q ¶Quod hereticorum cetus non eccleſia,ſed conciliabulum ſit.

Capitulum.lxxiii.

R ¶Cum hereticis nec orandum,nec pſallendum.

Capitulum.lxxiiii.

S ¶Qui communicauerit vel orauerit,cum excommunicato,ſiue clericus ſiue laicus excõmunicetur.

Capitulum.lxxv.

T ¶Vt ſacerdos penitentiam imploranti abſq; perſone acceptione penitentie leges iniungat.

Capitulum.lxxvi.

V ¶Vt negligentiores penitentes tardius reconcilientur.

Capitulum.lxxvii.

X ¶Is qui penitentiam in infirmitate petit,ſi caſu dum ad eum ſacerdos inuitatus venit oppreſſus infirmitate obmutuerit,vel in phreneſim verſus fuerit dent teſtimoniũ qui eũ audierũt, & accipiat penitentiam,& ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius euchariſtia,ſi ſuperuixerit admoneatur a ſupradictis teſtibus petitioni ſue ſatiſfactum, & ſubdatur ſtatutis penitentie legibus,quoniam diu ſacerdos qui per penitentiam dedit probauerit.

Capitulum.lxxviii.

Y ¶Penitentes qui in infirmitate ſunt viaticum accipiant.

Capitulum.lxxix.

Z ¶Penitentes qui in infirmitate viaticum euchariſtie acceperint non ſe credant abſolutos ſine manus

impoſitione ſi ſuperuixerint. Capitulum.lxxx.

A ¶ Penitentes qui attente leges penitentie exequuntur ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, vbi eis ſubueniri non poſſit,memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.
Capitulum.lxxxi.

B ¶Omni tempore ieiunii manus petentibus a ſacerdotibus imponantur.
Capitulum.lxxxii.

C ¶Mortuos eccleſie penitentes efferant & ſepeliant. Capitulum. lxxxiii.

D ¶Venientes etiam diebus remiſſionis genua flectant. Capitulum.lxxxiiii.

E ¶Pauperes & ſenes eccleſie plus ceteris honorandos. Capitulum.lxxxv.

F ¶Vt epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam,& audire verbum dei,ſiue gentilem, ſiue hereticum,ſiue Iudeum vſque ad miſſam cathecuminorum.
Capitulum.lxxxvi.

G ¶Baptizandi nomen ſuum dent,& diu ſub abſtinentia vini & carnium,ac manus impoſitione,crebra examinatione baptiſmum percipiant. Capitulum.lxxxvii.

H ¶Neophyti aliquãdiu & lautioribus epulis & ſpectaculis,vel coniugibus abſtineant.
Capitulum.lxxxviii.

I ¶Qui cauſam ſuam catholicus ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam ad iudicium alterius fidei iudicis puocat excommunicetur.. Capitulum.lxxxix.

k ¶Qui die ſolẽni pretermiſſo ſolẽni eccleſie conuentu ad ſpectacula vadit excommunicetur.
Capitulum.c.

L ¶Auguriis vel incantationibus ſeruientem a conuentu eccleſie ſeparandum, ſimiliter & ſuperſtitionibus iudaicis,vel feriis inherentem. Capitulum.ci.

M ¶Omni die exorciſte inergumini manus imponant.
Capitulum.cii.

N ¶Pauimenta domorum dei inergumini verrant.
Capitulum.ciii.

O ¶Inergumini in domo dei aſſidentibus victus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur. Capitulum.ciiii.

þ ¶Oblationes diſſidentium fratrum neq; in ſacrario neq; in gazophilatio recipiantur.
Capitulum.cv.

Q ¶Horum qui pauperes opprimunt dona a ſacerdotibus refutanda.
Capitulum.cvi.

R ¶Qui oblationes defunctorum,aut negant eccleſiis, aut cum difficultate reddunt tanq̃ egentium necatores excommunicentur. Capitulum.cvii.

S ¶Querendum in iudicio,cuius ſit conuerſationis & fidei is qui accuſat,& is qui accuſatur.
Capitulum.cviii.

T ¶Qui religioſis feminis preponendus eſt ab epiſcopo loci probetur.
Capitulum.cix.

V ¶Laicus preſentibus clericis niſi ipſis rogantibus docere non audeat.
Capitulum.cx.

X ¶Mulier quamuis docta & ſancta viros in conuentu docere non preſumat.
Capitulum.cxi.

Y ¶Mulier baptizare non preſumant. Capitulum.cxii.

Z ¶Vt vidue adoleſcentes que corpore debiles ſunt,ſumptu eccleſie cuius vidue ſunt ſuſtententur.
Capitulum.cxiii.

& ¶Ad reatum epiſcopi pertinet,vl' pbĩ qui parochie preeſt ſi ſuſtentande vite preſentis cauſa adoleſcentiores vidue,vel ſanctimoniales aliquorum familiaritatibus ſubiiciantur.
Capitulum.cxiiii.

A ¶Vidue que ſtipendio eccleſie ſuſtentantur tam aſſidue in dei opere eſſe debent,vt & meritis & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent. Capitulum.cxv.

B ¶Sicut bonũ caſtitatis p̃miũ,ita & maiori obſeruantia & p̃ceptione cuſtodiendũ eſt,vt ſi que vidue quãtũlibet adhuc in minoribus annis poſite & matura etate a viro relicte ſe deuouerunt domino &

veste laicali abiecta sub testimonio episcopi & ecclesie religioso habitu apparuerint,postea vero ad nu ptias seculares transierunt,secundum apostolum damnationem habebunt,quoniam fidem castita/ tis quam domino vouerunt irritam facere aussunt,tales ergo persone sine christianorum commu/ nione maneant, que etiam nec in conuiuio cum christianis communicent, nam si adultere cõiuges reatu sunt viris suis obnoxie,quanto magis vidue que religiositatem mutauerunt,crimine adulterii notabuntur,si deuotionem quam deo sponte obtulerunt libidinosa corruperint voluptate, atq; ad se/ cundas nuptias transitum fecerint,que & si violentia irruẽte ab aliquo prerepte fuerint, ac postea de/ lectatione libidinis permanere in coniugium raptori, vel violento viro consenserint damnatione su/ perius conprehensa teneantur obnoxie,de talibus ait apostolus,cum luxuriate fuerint nubere volunt habentes damnationẽ,quia primam fidem irritam fecerunt,Aurelius episcopus ecclesie carthaginen sis subscripsi,donatianus taleprensis prime sedis subscripsi,Augustinus ippone regien̄. subscripsi.Si/ militer omnes episcopi subscrixserunt.

¶Explicit concilium carthaginense quartum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII QVINTI CAR/ THAGINENSIS.

¶De clericis ad testimonium non pulsandis. Capitulum primum.
¶De clericis pro crimine suo dãpnatis,vt a quolibet non defensentur. Capitulum secundum.
¶De sacerdotibus & leuitis,vt ab vxoribus se contineant. Capitulum tertium.
¶De rebus ecclesie sine consilio metropolitani epi non alienandis. Capitulum quartum.
¶Vt nullus episcopus relicta cathedra in diocesi resideat. Capitulum quintum.
¶De his qui nullo testimonio se baptizatos nouerunt vt baptizentur,similiter de consecratione ec desiarum faciendum est. Capitulum sextum.
¶De tempore paschali,seu concilii. Capitulum septimum.
¶De intercessoribus ne cathedram morientis episcopi diu retineant, sed infra annum sacerdotem prouideant. Capitulum octauum.
¶De deffensore ecclesiarum a principe postulando. Capitulum nonum.
¶Vt episcopi ad diem concilii occurrant. Capitulum decimum.
¶Vt lapsis sacerdotibus,manus sicut laicis non imponatur. Capitulum vndecimum.
¶De clericis excommunicatis quãdiu eis asserere liceat innocẽtiã suã. Capitulum duodecimum.
¶De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis. Capitulum tridecimum.
¶De basilicis que sine martyrum reliquiis dedicate sunt. Capitulum quadricimum.
¶De idololatriis destruendis. Capitulum quindecimum

¶Finiunt Capitula.

INCIPIT CONCILIVM QVINTVM CARTHAGINENSE HABITVM AB EPISCO/ PIS.LXXIIII.ERA.CCCC.XXX.VIII.

POST CONSVLATVM PLACVIT VT DIE SEX/ A
ta kalendas Iunii carthagine in secretario basilice restitute subter inserta statue/ rentur, cum Aurelius eposcopus vna cum episcopis suis consedisset astantibus diaconibus constituta sunt hec que in sequente concilio definita sunt.

Capitulum primum.

¶In principio statuendum est,vt qui forte in ecclesia quãlibet causam iure apo B
stolico ecclesiis imposito agere voluerit,& fortasse discissio clericorum vni par/ ti displicuerit,nõ liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum,qui cognitor vel presens

fuit,& nulla ad teſtimonium dicendum eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur.

Capitulum ſecundum.

A ¶Et illud ſtatuẽdum,vt ſi quis cuiuſlibet honoris clericus iudicio epiſcoporum quocũq; crimine fuerit damnatus,non liceat eum ſiue ab eccleſiis quibus prefuit ſiue a quolibet homine defenſari,interpoſita pena damni pecunie atq; honoris,quo nec etatem,nec ſexum excuſandum eſſe precipimus.

Capitulum tertium.

B ¶Propterea,cum de quorundem clericorum quãuis ergavxores proprias incõtinẽtia referretur,placuit epiſcopos,& pbros, & diaconos ſecundum propria ſtatuta etiam ab vxoribus continere,quod ni ſi fecerint ab eccleſiaſtico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi,ſed ſecundum vniuſcuiuſq; eccleſie conſuetudinem obſeruari debere.

Capitulum quartum.

C ¶Placuit etiam,vt rem eccleſie nemo vendat, quod ſi aliqua neceſſitas cogit hanc inſinuandam eſſe primati prouintie,vt cum ſtatuto numero epiſcoporum, vtrum faciendum ſit arbitretur quod ſi tanta vrget neceſſitas eccleſie vt non poſſit ante cõſulere,ſaltem poſt factũ curioſitatem habeat & vicinis epiſcopis hoc ante indicare,& ad concilĩ referre eas eccleſie neceſſitates,quod ſi non fecerit reus concilii vẽditor teneatur.

Capitulum quintum.

D ¶Placuit vt nemini ſit facultas relicta principali cathedra,ad aliquam eccleſiam in dioceſi conſtitutã ſe conferre, vel in re propria diutius quam oportet conſtitutum curam vel frequentationem propríe cathedre negligere.

Capitulum ſextum.

E ¶Placuit de infantibus,quotiens non inueniuntur certiſſimi teſtes qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur,neq; ipſi ſunt per etatem idonei de traditis ſibi ſacramentis reſpõdere abſq; vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos,ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari,huic enim legati maurorum fratres noſtri cõſuluerunt,quia multos tales a barbaris redimunt,ſimiliter & de eccleſiis(quotiens ſuper earum conſecratione heſitatur)agendum eſt,id eſt vt ſine vlla trepidatione conſecrentur.

Capitulum ſeptimum.

F ¶Placuit vt dies venerabilis paſche formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur,dies vero concilii vndecimo kalendas Nouembris ſeruetur,& ſcribendum ad ſingularum quarũq; prouinciarum primates,vt quando apud ſe concilium congregant iſtum diem non impediant.

Capitulum octauum.

G ¶Item conſtitutum eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedram cui interceſſor datus eſt quibuſlibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus retinere,ſed dare operam,vt intra annum eiſdem epiſcopum prouideat quod ſi neglexerit anno exempto interuentor alius tribuatur.

Capitulum nonum.

H ¶Ab imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum propter afflictionem pauperum,quorũ moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, vt defenſores eis aduerſus potentias diuitum cum epiſcoporum prouiſione delegentur.

Capitulum decimum.

I ¶Item placuit,vt quotienſcunq; congregandum eſt concilium,epiſcopi qui neq; etate, neq; egritudine,neq; alia grauiori neceſſitate impediuntur competenter occurrãt, primatibuſq; ſuarum prouintiarum intimetur,vt de vniuerſis epiſcopis vel due vel tres fiant turme, ac de ſingulis turmis viciſſim quotquot electi fuerit ad diem concilii inſtantiſſime occurrant,quod ſi nõ potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractatoria ſubſcribant,vel ſi poſt aduentum tractatorie alique neceſſitates repente forſitan orte fuerit (niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum primatem reddiderit) ab eccleſie communione debere eſſe contẽptos.

Capitulum vndecimum.

k ¶Item confirmatum eſt , vt ſi quando pbri , vel diaconi in alia grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a miniſterio neceſſe fuerit remoueri,non eis manus tanq̃ penitentibus,vel tanq̃ fidelibus laicis ipponatur,neq; vnq̃ permittendum vt rebaptizati ad dericatus gradum promoueantur.

Capitulum duodecimum.

L ¶Rurſus conſtitutum eſt , vt quotiens clericis conuictis , & confeſſis in aliquo crimine , vel propter eorum quorumverecundie parcitur,vel propter eccleſie opprobrium,aut inſolẽtem inſultationem hereticorum atq; gentilium,ſi forte cauſe ſue adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam afferere intra annũ excommunicationis hoc faciant,ſi vero intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorũ vox poſtea penitus audiatur.

Capitulum decimum tertium.

item placuit

¶Item placuit,vt si quis de alterius monasterio repertum vel ad clericatū ꝓmouere voluerit, vel in A
suo monasterio maiorem monasterii constituere,episcopus qui hoc fecerit,a ceterorum communio⁊
ne seiunctus sue tantum plebis cōmunione contētus sit,& ille neq; clericus neq; prepositus ꝓsideret.

Capitulum decimumquartum.

¶Itē placuit vt altaria que passim ꝑ agros aut vias tanq̄ memorie martyrū cōstituūtur,in qbus nullū B
corp⁹ aut reliqe matrū cōdite ꝓbātur,ab epīs q eisdē locis p̄sūt (si fieri pōt) euertātur,Si autē hoc ꝓpter
tumult⁹ ꝓbare nō sinitur,plebes tñ admoneātur ne illa loca frequētēt,vt q recte sapiūt nulla ibi superſti
tiōe deuincti teneantur, Et omno nulla memoria martyrū ꝓbabiliter acceptetur, nisi vbi corpus,aut
alique certe reliquie sunt, aut origo alicuius habitationis vel possessiōis, vel passionis fidelissima origi⁊
ne traditur. Nā que ꝑ somnia & ꝑ inanes quasi reuelationes quorūlibet hoium vbiq; constituuntur
altaria, omnimodo reprobentur. Capitulū decimū quintū.

¶Item placuit ab imperatoribus glorioſissimis peti,vt reliquie non solum in simulachris,sed i qui⁊ C
buscunq; locis vel lucis,vel arboribus omnimodo deleantur. Aurelius episcopus ecclesie carthaginis
supra cōprehensis in nostro cōcilio statutis subscripsi,Similiter septuagita duo episcopi subscripserūt.

¶EXPLICIT CONCILIVM CARTHAGINENSE QVINTVM.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SEXTI.

i. ¶Allocutio aurelii epī sācti ad synodū.
ii. ¶Responsio faustini epī legati romane ecclesie de his que i ecclesia partim cano⁊ ne partim consuetudine sunt firmata.
iii. ¶De cōmonitorio romāi pape recitato.
iiii. ¶Alippii episcopi responsio ꝓ veris ex⁊ emplaribus niceni concilii perquirendis.
v. ¶Vbi faustinus epūs dixit,vt romano pa pe synodus pro inquirenda nicene syno⁊ di veritate innotescat.
vii ¶De sententia sardicēsis concilii recita⁊ ta a postulante nouato episcopo.
viii. ¶Vbi augustin⁹ epūs cū synodo nicenū concilium seruare promittit.
ix ¶Vbi faustinus episcopus pro dubietate recitati capli romano pape petit scribēdū
x ¶Vbi synodus exemplaria niceni conci⁊ lii magis ab oriētalib⁹ cōpetēda decreuit.
xi ¶Professio fidei niceni concilii.
xii ¶Rescriptum episcopi rome alexādrie constantinopolitani cum exemplaribus niceni cōcilii africane synodo cōstitutis.
xiii ¶Scripta africani episcopi ad Bonefaciū vrbis Rome episcopum.
xiiii ¶Scripta africani cōcilii ad celestinum vrbis rome episcopum.

¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM CARTHAGINENSE SEXTVM, GE⁊ STVM AB EPISCOPIS. CC. XVII. ERA. CCCC. LVII.

IN HOC CONCILIO ACTVM EST VT NICENVM D
concilīū ab epīs orientalibus peteretur,cui synodo interfuit legatio ecclesie roma
ne,faustinus,episcopus philippus & asellus presbiteri.

¶Post consulatū gloriosissimorū imperatorū honorii duodecimi, & theodosii octauū augustorū, octauo kalendas iunii,scripta hec sunt carthagine in secreta⁊ rio basilice fausti,cum aurelius papa vna cū valentino prime sedis numidie,& faustino ecclesie potentine prime sedis prouintie italie piceni legato ecclesie ro⁊ mane,sed & legatis diuersarū ꝓuinciarū africanarū, id est numidiarū duarū,bizācene,mauritanie siti fensis,& mauritanie cesariēsis,sed & tripolis & vincētio culisitano,fortunatiano & ceteris epīs ꝓuincie procōsularis,ducentis decē & septē,necnon philippo & asello pbīris romane ecclesie,cū consedissēt astā tibus diaconib⁹ aurelius epūs dixit. Capitulū primum.

¶Post diē prestitutā cōcilii vt recordamini fratres beatissimi multa flagitata sunt perexpectātes fres E
nostros qui nūc ad pñtem synodū legati aduenerūt que gestis necesse est consociētur,Q ua de re dño
nostro de tante cōgregationis cetu gratias referim⁹, superest vt tam exemplaria niceni cōcilii que nunc
habem⁹,& a patribus cōstituta sunt,quā etiā hic a decessorib⁹ nostris eandē firmātes synodū vel que
scdm eam formā per oēs clericorū gradus a summo vsq; in vltimū salubriter ordinata sunt in mediū
proferātur,ab vniuerso cōcilio dictū est, ꝓferātur. Daniel notari⁹ recitauit,niceni cōcilii fidei ꝓfessio
vel statuta sic se habent. Capitulum secundum.

¶Et cum legisset faustinus epūs plebis potētine ꝓuintie italie piceni legatus romane ecclesie dixit, F

A Iniuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis cum ve-
stra beatitudine retractanda, sicut & gestis superioribus meminimus hoc est, de nicenis canoni-
bus vt conseruentur, & constitutio eorum & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, ali-
qua consuetudine firmata, sunt de his ergo si placet beatitudini vestre tractemus, & postea cetera que
acta vel inchoata sunt, inserta firmabūtur, vt ad sedem apostolicam rescriptis vestris intimare possitis,
atqvos nos admonuisse apud venerabilem papam euidenter pateat, licet capitula actionum iam in-
serta sint gestis, de ipsis ergo (vt dictum est superius) quid vestre beatitudini placeat agere debemus,
veniat ergo cōmonitorium in medium vt scire possit vestra beatudo quid in eo contineatur, vt ad
singula respondeatur, Capitulum tertium.

B ¶Aurelius episcopus dixit, proferatur commonitorium quod fratres & cōsacerdotes nostri actis nu
per allegauerunt, & cetera que acta sunt vel que agenda sunt subsequantur. Daniel notarius recitauit
commonitorium fratri Faustino & filiis philippo & asello presbyteris, zosimus episcopus, Vobis cō-
missa negotia non latent, vos ita vt nostra immo quia nostra ibi in vobis presentia est, cuncta pera-
gite, maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, & verba canonum que in pleniorem
firmitatem huic commonitorio inscripsimus, ita enim dixerūt dilectissimi fratres in concilio niceno,
cum de episcoporum appellatione decernerent, placuit autem vt si episcopus accusatus fuerit, & iu-
dicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse episco-
pus videatur, & cōtugerit ad beatissimum ecclesie Romane episcopum, & voluerit audiri & iustum
putauerit vt renouetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua proui
tia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant & iuxta fidem veritatis definiant, quod si is qui rogat cau-
sam suam iterum audiri deprecatione sua mouerit episcopum Romanum vt e latere suo presbyte-
rum mittat, erit in potestate episcopi romani quid velit & quid existimet, & si decreuerit mittendos
esse qui presentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem ei⁹ a quo destinati sunt, erit in suo
arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos vt negotio terminum imponant, faciat quod sapiētissi-
mo consilio suo iudicauerit. Capitulum quartum.

C ¶Et cum recitaret, alippi⁹ episcopus tagastensis legatus prouintie numidie dixit, de hoc iam supe-
rioribus etiam litteris cōcilii nostri rescripsimus, & id nos seruaturos profitemur quod in niceno cō-
cilio constitutum est, adhoc tantum me mouet, quoniā cum inspiceremus greca exemplaria huius
synodi nicene ista ibi nescio qua ratione minime inuenim⁹, vn̄ petimus venerationem tuam sancte
papa aureli. Vt quia hoc auctenticum concilium nicenū in vrbe dicitur esse constantinopolitana ali-
quos cum scriptis tue sanctitatis mittere digneris, & nō solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum
constantinopolitanum episcopū, sed etiā ad alexandrinum & anthiochenum venerabiles sacerdotes
qui hoc nobis cōciliū substipulatione litterarū suarum dirigāt, vt ois postmodum ambiguitas aufe-
ratur, quia nos ita vt frater faustinus attulit minime inuenimus ista. Nos tn̄ tanti sper seruaturos, vt
antea dixi donec integra exemplaria veniant profitemur, petēdus est autem litteris nostris & venera
bilis ecclesie romane episcopus bonefaci⁹, vt ipse quoqꝫ dignetur ad memoratas ecclesias aliqnos mit
tere, qui eadem exēplaria predicti niceni concilii secūdū eius possint scripta proferre, nunc autem me
morati concilii niceni qualia exemplaria habeamus his gestis sociemus.

Capitulnm quiutum.

D ¶Faustinus episcopus legatus ecclesie romane dixit, nec vestra sanctitas preiudicat ecclesie romane
siue de hoc capitulo siue de aliis, quia dicere dignat⁹ est frater noster & coepiscopus Alippius dubios
esse canones. Sed hec ipsa ad sanctum & beatissimū papam nostrū scribere digneminivt ipse inte-
gros canones inquirēs cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem
vt & ipse beatissimus episcopus vrbis rome sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquirat,
ne contentio inter ecclesias nasci videatur, sed magis charitate fraterna deliberare possitis ipso rescribē
te quid melius obseruari debeat Aurelius episcopus dixit, preter ista que promisimus actis necesse
est, vt etiam nostre paruitatis litteris sancto fratri & consacerdoti nostro bonefacio singula que tracta
mus plenissime intimemus, ergo si omnibus placet prosecutio nostra ore omnium condiscam⁹. vni-
uersum concilium dixit placet. Capitulum sextum.

E ¶Nouatus episcopus legatus mauritanie sitifensis dixit, nunc meminim⁹ in hoc presenti cōmonito
rio lectū etiā de pbris siue diaconib⁹ cōtieri qualiter ab ep̄is suis vel a finitimis audiri debeāt, quod in
niceno cōcilio minie legim⁹. Vn̄ hoc ipsū iubeat sctitasvra nobis recitari, aureli⁹ ep̄s dixit, recitetur ad

locum

locum etiam hoc quod depoſcitur, daniel notarius recitauit,de appellationib9 autē clericorum ,id eſt minoris loci reſtat ipſius ſynodi certa reſponſio, de qua re quid acturi ſitis credim9 iſerēda,quod taliter dictum eſt ex ſardicenſi concilio. Oſius epiſcopus dixit,Quid adhuc moueat reticere nō debeo ſi epiſcop9 forte iracūdus(qđ eſſe nō debet)cito aut aſpere cōmoueatur aduerſus pbīm ſiue diaconum ſuum & exterminare eum de eccleſia voluerit, puidendū eſt ne inocēs dānetur, aut perdat cōmunionem,habeat poteſtatē eiectus vt finitimos interpellet epiſcopos,vt cauſam ſuā audiant,& diligēter tractent,quia non oportet negari audientiā roganti,& ille epiſcopus qui aut iuſte aut iniuſte eiecit patienter accipiat,vel negotium diſcutiatur, aut probetur eius aut emendetur ſententia &c.

Capitulum ſeptimum.

¶Cumq; recitaretur,auguſtinus eccleſie ypponis regienſis legatus puintie Numidie dixit,Et hoc A nos ſeruaturos profitemur ſalua diligentiore inquiſitione concilii niceni , Aurelius epūs dixit,ſi hoc etiam omniū veſtre charitati placet,reſponſione firmate, vniuerſum cōcilium dixit,omnia que in niceno concilio ſtatuta ſunt nobis omnibus placēt,iocundus epūs eccleſie ſuffitule legatus puintie bizancene dixit. Quod ſtatutum eſt in niceno concilio violari a quoquam nullatenus poteſt.

Capitulum octauum.

¶Fauſtinus epūs legatus eccleſie romane dixit,adhuc ſecūdum pfeſſionē ſanctitati veſtre tam ſancti B alippii quā & fratris noſtri iocūdi aliqua firmari credo,aliqua firmari debeant, cū iā in dubiū ipſi canones venerint. Ergo vt placet & vobis& beatitudini veſtre ad ſanctum & venerabilē eccleſie romane boneracīū epūm veſtra ſcribere dignetur ſanctitas,vt & ipſe quod ſanct9 Auguſtin9 ſtatuere dignatus eſt,deliberare poſſit,vtrū& hoc cōcedēdū ſit an reticendū hoc eſt,de appellationib9 inferioris gradus,ſi ergo adhuc in dubium venit de hoc capitulo,iuſtū eſt vt beatiſſime romane ſedis epūs informari debeat,ſi tn̄ in approbatis canonibus hoc inueniri poſſit.

Capitulum nonum.

¶Aurelius epūs dixit,etiam que dudum veſtre charitati intimauimus, non patimini exemplaria ſta C tutorum niceni concilii, ſed& que hic ſalubriter a noſtris deceſſoribus ſecundū eiuſdem cōcilii normā formata ſunt vel que nunc ordinata ſunt a nobis recitari et geſtis inſeri , omne conciliū dixit , Exēplaria fidei & ſtatuta nicene ſynodi que ad noſtrū conciliū que per beate recordatiōis olim predeceſſorē tue ſanctitatis qui interfuit cecilianum epūm allata ſunt,ſed & que patres exēplaria ſequentes hic conſtituerunt,vel nunc cōmuni tractatu ſtatuim9,his geſtis eccleſiaſticis inſerta manebūt,ita vt ſuperius dictum eſt,venetabilibus viris antiochene &alexandrine,ſed& conſtantinopolitane eccleſiarū epiſcopis ſcribere veſtra beatitudo dignetur,vt exemplaria veriſſima cōcilii niceni ſub ſtipulatiōe litertarum ſuarū dirigāt,quo clara veritas ea capitula que in cōmonitorio preſens frater & coepiſcop9 noſter fauſtinus,& cōpresbīi philipp9 & aſellus ſecū attulerunt aut ibidē reperta a nobis firmabitur, aut ſi non inueniuntur collecta ſynodo de hoc in ſequenti tractabimus. Daniel notarius niceni concilii profeſſionē fidei vel eius ſtatuta recitauit, in concilio africano.

Symbolum nicenū. Cap. decimum.

¶Credimus in vnū deum patrē omnipotentē omnium viſibiliuum & inuiſibiliū conditorē,& in D vnum dominū ieſum xp̄m filium dei, natum de patre vnigenitum,hoc eſt de ſubſtantia patris,deū de deo lumen de lumine,deū verū de deo vero natū non factum, vnius ſuſtantie cū patre quod greci dicunt omouſion,per quam omnia facta ſunt, ſiue que in celis ſiue que in terris,q̄ ppter nos homines & propter nr̄am ſalutē deſcendit & incarnatus eſt de ſpiritu ſctō,& homo factus paſſus eſt,& reſurrexit tertia die , aſcendit in celos ſedet ad dexterā patris,inde vēturus iudicare viuos & mortuos,& in ſpiritū ſanctū. Eos autē qui dicunt erat quando nō erat,& priuſq̄ naſceretur nō erat,& qa ex nullis exiſtētib9 factus eſt,vel alia ſubſtantia,vel natura dicentes mutabilem & cōuertibilē filiū dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

¶EPISTOLA AFRICANI CONCILII AD BONEFACIVM PAPAM. E

DOMINO BEATISSIMO ET HONORABILI FRAtri bonefacio aurelius valentinus prime ſedis prouintie numidie, & ceteri qui preſentes affuimus numero ducenti decem & ſeptem ex omni concilio Africe. Quoniā deo placuit, vt de his que vobiſcum egerumt ſancti fratres noſtri coepiſcopus fauſtin9 & cōpreſbyteri philipp9 & aſellus,nec nō beate mēorie ep̄o zozimo a quo ad nos mādata & lr̄as attulerūt, ſed tue veneratioi qui in eius locō es diuina prouidētia cū rei xp̄iane felici puentu conſtitutus,humilitas noſtra reſcriberet,ea breuiter inſinuare debem9

que vtrorũq; cõcordia terminata ſunt,nõ ea que prolixis geſtorũvoluminib⁹ cõtinentur,in quib⁹ſal-
ua quidẽ charitate non tñ ſine paruo altercationis labore demorati ſumus ,ea geſtis deliberantes
que nunc ad cauſam pertinẽt,q̃q̃ & illeſi adhuc eſſet in corpore acciperet gratius quod videret pa-
catius terminatum. Domine frater Apiarius preſbyter de cuius & ordinatione & excõmunicatione,
ac vocatione fuerat exortum,non ſolum ſiccenſi , verumetiam toti affricane eccleſie non leue ſcanda-
lum de omnibus erroribus ſuis veniam petens cõmunioni eſt reſtitutus,prior autem coepiſcopus
noſter ſiccenſis vrbanus. quod in eo corrigendum viſum eſt ſine vlla dubitatione correxit,quia ve-
ro paci & quieti eccleſie non tantum ad preſens,ſed etiam in poſterũ proſpiciendum fuit,quoniam
multa talia preceſſerant,vt vel ſimilia,vel etiam grauiora, deinceps precaueri oporteret,placuit no-
bis, vt de ſiccenſi eccleſia retento ſcilicet honore grad⁹ ſui preſbyter remoueretur apiarius,& accepto
epiſtolio vbicunq; alibi vellet & poſſet, preſbiterii munere fũgeretur,quod eidem ipſi per litteras pro
prias poſtulanti ſine difficultate cõceſſimus. Sane priuſq̃ hec cauſa iſto termino clauderetur inter alia
que diuturnis diſceptationibus verſabamus,quia rogatio ipſa poſcebat,vt apud acta eccleſiaſtica a no
ſtris fratribus ſauſtino coepiſcopo & philippo atq; aſello,compreſbyteris quereremus,vt promerent
quicquid eis nobiſcũ agendũ fuiſſet iniunctũ,non nulla quidem,ſine vllo ſcripto proſecuti ſunt ver
bis,ſed cum id potius flagitaremus quod in literis ferrent cõmonitorium protulerunt, quod recita-
tum nobis etiam geſtis que ſecum ad vos deferrent eſt allegatum ,in quo eis quatuor quedam no-
biſcum gerenda mandata ſunt,vnum de appellationibus epiſcoporum ad romane eccleſie ſacerdo-
tẽ. Alterum ne ad comitatum epiſcopi,importune nauigent .terciũ de retractandis pbrorũ & dia-
conorum cauſis apud finitimos eps ſi a ſuis excommunicati leuiter,vel culpabiliter fuerint. Quar-
tum de vrbano epiſcopo excommunicando,vel etiam romam euocando,niſi ea que videbantur cor-
rigenda corrigeret,quorum omnium de primo & tertio,id eſt vt romã liceat epiſcopis prouocare &
vt clericorũ querele apud ſuarum prouintiarum epiſcopos finiantur,iam priore anno etiã litteris no-
ſtris ad eundem venerabilis memorie zoſimum epiſcopum datis inſinuare curauimus,vt ea ſerua-
re ſine vlla ei⁹ iniuria pauliſper ſineremus,vſq; ad inquiſitionẽ ſtatutorum niceni concilii & nunc de
tua poſtulamus ſanctitate, vt quemadmodum ea apud niceam a patrib⁹ acta vel conſtituta ſunt ſic
ea a nobis facias cuſtodiri,& ibi apud vos que in cõmonitorio attulerunt,facias exerceri,id eſt ſi epi-
ſcopus accuſatus fuerit & iudicauerint congregati epiſcopi regionis ipſius,& deiecerint eum de ſuo
gradu,& appellaſſe videatur & confugerit ad beatiſſimũ romane eccleſie epiſcopũ, &voluerit audi-
ri,& iuſtũ putauerit,vt renouetur examẽ ſcribere his epis dignetur qui intrinitima & ꝓpiqua ꝓuin
tia ſunt,vt ipſi diligẽter requirant oia & iuxta fidem veritatis definiant,quod ſi is qui rogat cauſam
ſuam iterũ audiri,deprecatione ſua mouerit epiſcopũ romanũ,vt a latere ſuo pbrm mittat,erit in po
teſtate epi qui velit & quid exiſtimet & ſi decreuerit mittendos eſſe qui preſentes cũ epis iudicent
habentes auctoritatem eius a quo deſtinati ſunt,erit in ſuo arbitrio, ſi vero crediderit ſufficere eps
vt negotio terminũ imponãt faciet quod ſapientiſſimo ſuo cõſilio iudicauerit. Si quis epũs iracũ dus
quod eſſe non debet cito aut aſpere cõmoueatur aduerſus pbrm ſiue diaconũ ſuũ,& exterminare eũ
de eccleſia voluerit prouidendũ eſt ne innocens damnetur aut ꝓdat cõmunionẽ,habeat poteſtatẽ eie
ctus,vt finitimos iterpellet epiſcopos,& cauſa eius audiatur,& diligenti⁹ tractetur quod nõ oportet
ei negare audiẽtiam roganti,& ille epiſcopus qui aut iuſte,aut iniuſte reiecit patienter accipiat nego
tium,vt diſcutiatur,aut ꝓbetur ei⁹ aut emẽdetur ſentẽtia,hec vtiq; ad aduẽtũ veriſſimorũ exẽplario-
rum niceni concilii inſerta geſtis ſunt,que ſibi q̃admodũ ipſo quod apud nos fratres ex aplica ſede
directi allegauerunt cõmonitorio cõtinerẽtur de eorum ordine ,vel apud vos in Italia cuſtodirẽtur,
nullomodo nos talia qualia cõmemorare iã volumus,vel tolerare cogeremur,vel intolerabilia patere
mur,ſed credimus adiuuãte miſericordia domini dei noſtri quod tua ſanctitate romane eccleſie pre
ſidenti non ſum⁹,iam iſtũ typum paſſuri,& ſeruabuntur erga nos ea que nobis etiã non differen-
tibus cuſtodiri debeãt cũ fraterna charitate que ſcdm ſapientiã & iuſtitiã quã tibi donauit altiſſimus
etiã ipſe ꝓſpicis eſſe ſeruãda,ſi forte aliter habẽt canones niceni concilii,Quamuis enim plurimos co
dices legerimus ſed nuſq̃ in niceno concilio latinis in codicibus legimus quemadmodũ in ſupradicto
cõmonitorio mihi directa ſunt,eatamẽ quia hic in nullo greco codice potuim⁹ inuenire ex orietalib⁹
eccleſiis vbi perhibentur eadẽ decreta poſſe etiã auctentica reperiri magis nobis deſideram⁹ afferri,
pro qua re tuam quoq; veneratiõnẽ obſecramus,vt ſcribere etiã ipſe digneris ad illarũ partiũ ſacedotes
hoc eſt eccleſie anthiochene,alexandrine conſtantinopolitane,& ſi aliis etiam placuerit tue ſanctitati,

vt inde

vt inde ad nos iidem canones apud Niceā ciuitatē a patribus constituti veninat,te potissimum hoc beneficium cūctis occidentalibus ecclesiis in dñi adiutorio cōferēte,Quis enim dubitet exemplaria esse verissima cōcilii in grecia nicene synodi cōgregate,que tam de diuersis locis & de nobilibus grecis ecclesiis allata& cōparata concordāt?Quod donec fiat,hec que in cōmonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellationibus eporum ad Romane ecclesie sacerdotē& de clericorum causis apud suarū ꝓuinciarum episcopos terminandis nos vtiqꝫ ad ꝓbationem seruaturos esse profitemur,beatitudinem tuā ad hoc nos adiuturā in dei voluntate cōfidimus,cetera vero que in nostra synodo gesta vel firmata sunt, quoniā supradicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus pbri secum ferunt,si dignatus fueris tue nota faciant sanctitati,Et alia manu,Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat beatissime frater.Amen.Aurelius episcopus carthaginis,Alippius,Augustinus,Possidius,Marinus,ceteri episcopi ducenti quattuordecim subscripserunt.

¶Incipiunt rescripta ad concilium africanū Cyrilli alexandrini episcopi,vbi auctentica Niceni cōcilii translata de greco per Innocentium presbyterū transmisit,que & epistole cum cōcilio Niceno per memoratum presbyterum Innocentium & Marcellum subdiaconum ecclesie carthaginensis sancto Bonefacio episcopo Romane ecclesie,die sexta kalen.Decembris sunt directa. A

¶Dominis honorabilibus sanctis fratribus & coepiscopis Aurelio & Valētiniano, sed & omni sancte cōgregationi in carthaginēsi synodo cōgregate Cyrillus salutās in dño charitatēvestram,Scripta venerationis vre multam habentia querimoniā cū omni letitia ꝓ filium nostrū Innocentium pbrm suscepi,quibus a nobis ꝑatis,vt de scrinio nre ecclesie verissima exemplaria ex auctētica synodo apud niceam ciuitatem metropolim bithinie a sanctis patribus cōstituta atqꝫ firmata sub nostre fidei professione vestre dilectioni dirigamus, vnde dñi honorabiles fratres salute preeūti necesse habui ꝓ harum latorem filium nostrū Innocentium pbrm fidelissima exemplaria ex auctētica synodo in nicea ciuitate bithinie habita vestre charitati dirigere, quod & in ecclesiastica hystoria inquirentes inuenietis,de pascha vt scripsistis nunciamus vobis.xvii.Kalen.Maii nos futura indictione celebrare,Et alia manu,Deus & domin⁹ noster sanctam virginē congregationem vestram custodiat,quod optamus charissimi fratres. B

¶EPISTOLA ATTICI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI AD EOSDEM.

DOminis sanctis merito beatissimis fratribus & coepis,Aurelio Valentino,vel ceteris carissimis in synodo apud carthaginem habita cōstitutis Atticus episcopus,Per filium nostrū Marcellum subdiaconum nostrū scripta dilectionis vre cū omni gratiarum actione suscepi,dño gratias agēs qđ merui tantorū fratrū benedictione perfrui dñi beatissimi fres,Scripsistis sane vt verissimos canones apud niceā ciuitatem metropolim bithinie a pribus cōstitutos sub astipulatiōe dirigam,Et quis est qui cōmunem fidem vel statuta a patribus firmata suis fratribus deneget?Qua de re ꝓ eūdem filium meū Marcellum subdiaconū nostrū nimium festinantē sicut statuti sunt in nicea ciuitate a patribus canones integros(vt iussistis) direxi,petens vt ꝓ me plurimum vestra sancta congregatio orare iubeat,Et alia manu,Dñs noster sanctitatem vestrā custodiat,quod optamus sanctissimi fratres. C

¶Explicit epistola.

¶INCIPIVNT EXEMPLARIA NICENI CONCILII DIRECta africano concilio a memoratis pōtificibus post consulatum glorioſissimorum imperatorum Honorii.xii.& Theodosii.vii.cons.sexto kalend.Decembris,Symbolum.

CRedimus in vnū deū patrem oipotentem,visibiliū necnon inuisibiliū cōditorem,& in vnum dñm nostrum Iesum xp̄m filiū dei,natum ex p̄re vnigenitum hoc est ex substantia patris,deū ex deo,lumen ex lumine,deum verū ex deo vero,natū nō creatum,eiusdē cum p̄re substantie ꝓ quem oia facta sunt celestia & terrena,Qui ꝓpter nos homines & propter nostram salutē descendit, & incarnatus est,& homo factus passus est,& resurrexit tertia die. Ascendit in celum venturus inde iudicare viuos & mortuos,& in spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt,erat tempus quando non erat,& quia ex nichilo factus,vel ex alia substantia vel essentia esse,aut mutabilem, aut conuertibilem filium dei dicunt,anathematizat catholica & apostolica ecclesia. D

¶HVIC SYMBOLO FIDEI ETIAM EXEMPLARIA STATVtorum eiusdem concilii niceni annexa sunt de greco in latinum translata a Teilone & Theariſto cōstantinopolitano.

¶INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM NICENI CONCILII.

Capitulum primum.

i ¶De eunuchis qui seipsos abscindunt.
ii ¶De his qui ex gentibus post baptismū ad clericatus ordinem promouentur.
iii ¶De cōmanentibus cum mulieribus.
iiii ¶De ordinatione episcoporum.
v ¶De excommunicatis.
vi ¶De priuilegiis que quibusdam ciuitatibus competunt.
vii ¶De episcopo Elie,idest hierosolymorum
viii ¶De his qui dicuntur Cathari.i. mundi.
ix ¶De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt.
x ¶De lapsis ignoranter ordinatis,
xi ¶De his q negauerunt,& habētur in locis,
xii ¶De his qui abrenuntiāt,& iterum ad seculum sunt reuersi.
xiii ¶De his qui in exitu cōionem requirunt.
xiiii ¶De cathecuminis lapsis.
xv ¶De clericis ne de ciuitate ad aliam transeant.
xvi ¶De his qui in ecclesiis in quib9 prouecti sunt minime perdurauerunt.
xvii ¶De clericis qui vsuras accipiunt.
xviii ¶De priuilegiis presbyterorum.
xix ¶De his qui a paulo samosatheno ad ecclesiam veniunt.
xx ¶De flectendo genu.
xxi ¶De obseruatione niceni concilii, vt nulla de reliquo varietas oriatur in ecclesiis.

¶Expliciunt capitula.

Capitulum primum.

A SI QVIS PER LANGVOREM A MEDICIS SECTVS est,aut a barbaris abscissus est,iste remaneat in clero. Si quis aūt san9 se abscidit istū & in clero positum abstinere oportet,& de cetero nullum talium debere ꝓmoueri,Sicut autem hoc manifestum est,quia de his qui hanc rē excogitant,audentq3 seipsos abscindere dictum sit, sic eos qui a barbaris, aut a dominis castrati sunt, inueniuntur autem alias digni,tales ad clerum applicat canon.

Capitulum secundum,

B ¶Quia multa aut necessitate,aut aliter cogentibus hominibus facta sunt contra canonem ecclesiasticum,vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechizati statim ad spiritale lauachrum ducantut,& simul cum baptizati fuerint promoueantur ad episcopatum aut ad presbyterium,placuit de cetero nichil tale fieri. Nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post baptisma approbatio amplior.manifesta enim est apostolica scriptura que dicit, Nō neophitum,ne forte in superbiam elatus in iudicium incidat & laqueum diaboli, si autem procedente tempore aliquod animi peccatū inueniatur circa huiusmodi personam,& conuincatur a duobus aut tribus testibus,ipe cesset a clero,Si quis autem preter hec facit quasi aduersus magnum cōcilium se efferens,ipse periclitabitur de clero.

Capitulum tertium.

C ¶Interdixit omnimodo sanctum concilium,neq3 episcopum,neq3 presbyterum, neq3 diaconum, neq3 ex toto eum qui in clero est habere secum subintroductam mulierem,nisi forte matrem aut sororem,aut eas solas personas que refugiunt omnes suspitiones.

Capitulum quartum.

D ¶Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis ordinari, si autem hoc difficile fuerit,aut propter vrgentem necessitatem,aut ꝓpter longitudinē itineris omni, modo tres in vnum conuenientes consentientibus,& his qui absentes sunt episcopis & spondentibus per scripta,tūc manus impositionem fieri,Cōfirmatio autem eorū que fiunt danda est vnicuiq3 a sue ꝓuincie metropolitano.

Capitulum quintum.

E ¶De eis qui excōicantur siue de clero sint,siue de laico agmine,ab episcopis p singulas ꝓuincias obtineat sentētia iuxta canones eos qui ab aliis abiiciuntur ab aliis nō recipiēdos, Requiratur aūt ne pusillanimitate,aut ptinacia,aut aliqua alia molestia eꝑ sint excōicati,Vt ergo hoc decentius requiratur bene placuit,singulis annis p singulas ꝓuincias bis in anno cōcilia fieri oībus simul eꝑis in vnum cōgregatis,vt tales questiones requirātur,Et ita qui manifeste offenderint eꝑm rationabiliter excōicati apud oēs esse putentur,quādiu aut in cōmune aut eꝑo placeat humaniorē pro his ferre sententiam. Cōcilia aūt fiant vnum quidem ante quadragesimā pasche, vt omni pusillanimitate,sublata munus mundum offeratur deo,secundum autem circa tempus autumni.

Capitulum

Capitulum sextum.

¶Antiquiores obtineāt qui apud egyptum sunt,& lybiam,& pentapolin, ita vt Alexādrinus ep̄s horū omnium exhibeat sollicitudinem,quia &vrbis Rome ep̄o similis mos est,Similiter aūt & circa Antiochiam & in ceteris ꝓuinciis priuilegia ꝓpria reseruētur metropolitanis ecclesiis. Omnino aūt manifestū est illud,quia si quis preter consiliū metropolitani factus fuerit ep̄s,hunc conciliū magnū definiuit nō debere esse episcopum,si vero cōmuni omniū decreto rationabili secundū canonē ecclesiasticū comprobato duo aut tres ꝓpter proprias inimicitias cōtradixerint,obtineat sententia plurimorum. A

Capitulum septimum.

¶Hierosolymitana consuetudo antiqua seruetur,vt Elie ep̄s honoretur, & habeat ordinem honoris salua tamen metropolitani dignitate eiusdem prouincie. B

Capitulum octauum.

¶Si aliquando venerit ad catholicā ecclesiā cathari,placuit sicut & magne synodo eos ordinatos sic manere in clero. Ante oīa autem hec profiteri ipsos ꝑ scripturam oportet quod cōsentiāt & sequantur catholica & apostolica dogmata, Hoc est & bigamis cōicare,& his qui in persecutione lapsi sunt,circa quos & tēpus constitutum est & dies definitus,& sequātur in omnib⁹,que placuerūt catholice ecclesie episcopo vel pb̄ro,vbicūq; aūt oēs siue in castellis siue in ciuitatibus ipsi iuncti fuerint ordinati qui inueniuntur in clero sint in eodē habitu,quotquot aūt catholice ecclesie ep̄o vel pb̄ro extante accedunt,manifestum est quod ep̄s ecclesie habebit dignitatem episcopi,Qui autem nominatur apud eos episcopus presbyteri honorē habebit,nisi forte placuerit ep̄o honoris eū nomine frui, sinvero non hoc ei placuerit prouidebit ei locum aut corep̄atus,aut p̄sbyterii,vt in clero omnino esse videatur,quatinus non in ciuitate duo sint ep̄i. C

Capitulum nonum.

¶Si qui sine examinatione ꝓmoti sunt episcopi aut pb̄ri,vel cū discutiuntur confessi sunt que peccauerunt,vel si ab aliis conuincantur,& cōfitentibus contra canonem hoīes commoti manus eis imposuerūt,tales canon nō suscipit sed abiicit,hoc enim quod irreprehensibile est,defendit catholica eccl̄ia. D

Capitulum decimum.

¶Quicūq; de lapsis ordinati sunt ꝑ ignorantiā aut dissimulationē ordinātiū,hoc nō preiudicat canoni eccl̄iastico,cogniti & enim deponuntur. E

Capitulum vndecimum.

¶De his qui preuaricati sunt preter necessitatē aut preter ablationē facultatū,aut preter periculum, vel tale aliquid quod factum est sub tyrānide Licinii,placuit sancto cōcilio(licet indigni sint)humanitate tamen subuenire eis,quotquot igitur sincere penitent tres annos inter audientes sint, Qui lapsi sunt fideles septem annos succumbant,duobus vero annis sine oblatione populo communicēt in orationibus.

Capitulum duodecimum.

¶Quicūq; vocati sunt per gratiā & primordia demōstrantes bona deposuerūt cingulum militie, postea vero ad propriū vomitū reuoluti sunt,ita vt aliqui & pecuniā conferant &beneficiis militiam repetant,isti decē annos succūbant post triēniū auditionis temp⁹, Sed in his oībus oportet discutere volūtatem & speciem pnie,quotquot enim timore & lachrymis & ꝑseuerantia & bonis operibus cōuersationē nō simulatione demonstrant, isti adimplentes cōstitutum tempus auditionis orationib⁹ merito cōmunicabunt,& postea licebit ep̄o humanius de his aliquid cogitare,qui autem indiscrete tulerunt,& ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conuersionē,definitum omne cōpleant temp⁹. G

Capitulum decimumtertium.

¶De exeūtibus de corpore vetus & canonica lex custodiatur & nūc, vt q̄ mori sperātur nouissimo iuuamine nō priuentur. Si vero desꝑatus cōione sumpta,& oblatione ꝑcepta iterū cōualescat sit inter eos qui orationibus tantū cōicant,generaliter aūt homini morituro petenti sibi cōionis gratiā episcopus ꝓbabiliter oblationē ei cōtradat. H

Capitulum decimumquartum.

¶De cathecuminis lapsis placuit sicut & magne synodo,vt triēnio tantum audiant, postea orent cū cathecuminis. I

Capitulum decimumquartum.

¶Propter grandē tumultū & seditiones que fiūt,placuit oīmode auferri cōsuetudinē que est cōtra canonē in aliquibus ꝑtibus admissa,ita vt de ciuitate in ciuitatē, nec ep̄m,nec pb̄rm,neq; diaconum transferri liceat,Si quis aūt post sancti & magni cōcilii definitionē tale aliq̄d agere tētauerit,aut se dederit huiuscemodi negotio,cassabitur hmōi machinatio,&restituatur ecclesie in qua aut ep̄s aut p̄sbyter aut diaconus fuerit ordinatus. K

Capitulum decimumsextum.

A ¶Hi qui facile se periculis ingerentes,neq; timorē dei ante oculos habentes,neq; ecclesiasticū canonem sciētes discedūt ab ecclesia pbr̄i aut diaconi,aut quicūq; sunt in canone cōstituti,isti nullomō suscipi debent ab alia eccl̄ia,sed omnem eis necessitatē imponi oportere vt ad ꝓprias parochias reuertantur,ꝑtinaces aūt excōicatos esse oportet,si aūt aliquis ausu temerario subripuerit ad alterū pertinētem & ordinauerit in sua ecclesia nō consentiente ep̄o a quo discesserat clericus qui in canone constituitur,infirma sit huiusmodi manus impositio.

Capitulum decimumseptimum.

B ¶Quoniā plures in canone cōstituti cupiditatē & lucra turpia sectātur,oblitiq; sacre scripture dicentis,qui pecuniā suam non dedit ad vsurā,cū fenerantur aliis centesimas exigunt,iuste statuit sanctū & magnum cōcilium,vt si quis inuētus fuerit post hanc definitionem vsuram accipiens,aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia,abiiciatur a clero,& alienus a canone sit.

Capitulum decimumoctauum.

C ¶Peruenit ad sanctū & magnum cōcilium qđ in quibusdā locis aut ciuitatib⁹ pbr̄is gratiam sacre cōmunionis diaconi porrigant,quod neq; canon neq; cōsuetudo tradidit,vt qui potestatē offerēdi nō habent his qui offerunt corpus xp̄i porrigāt,Sed etiam hoc quoq; innotuit quod quidā diaconi ante ep̄os contingant eucharistiam.Omnia igitur hec amputentur,& maneant diaconi in ꝓprio ordine,scientes quod ep̄orum quidem ministri sunt,pbr̄is autem inferiores existunt,accipiunt autē ex ordine eucharistiam post pbr̄os eis dāte aut episcopo aut pbr̄o,sed nec sedere eis in medio pbr̄orum liceat, Quod si hoc fiat,preter canonē & preter ordinem probatur existere,si quis autem obtemperare noluerit post hanc definitionem cesset a diaconio.

Capitulum decimumnonum.

D ¶De paulianistis refugientibus ad ecclesiā catholicam definitio prolata est rebaptizari eos omnino,si qui vero ex eis preterito tempore fuerit in clero,si quidem sine querela & reprehensione fuerint post baptismum ordinentur ab ep̄o ecclesie catholice,si vero discussio eos minus idoneos inuenerit,deponi eos cōuenit,Similiter autem& de diaconibus & omnino de his qui sub canone conuersantur eadem forma seruabitur.Meminimus aūt de diaconissis que in eadem specie sunt,quia manus impositionem aliquam nō habent,vt omnino inter laicas computentur.

Capitulum vigesimum.

E ¶Quoniam sunt quidā qui die dominico flectant genua & in diebus penthecostes,placuit de hoc sancte & magne synodo cunctos in oībus locis cōsonanter & consentienter stantes deū orare debere.

Capitulum vigesimumprimum.

F ¶Sanctum concilium traditis oībus & rite dispositis vt ecclesiarum pax & fides in orientis atq; occidentis ꝑtibus vna eademq; seruetur,hec ecclesiastica statuta necessario credimus inserenda.

¶Explicit exemplar Niceni concilii.

¶EPISTOLA AFRICANI CONCILII AD CELESTINVM PA.

G OMINO DILECTISSIMO ET HONORABILI p̄ri Celestino,Aurelius,palestinus,Antonius,Tut⁹seru⁹ dei, terentius, fortunatus,martianus,ianuarius,optat⁹ celticius,donatus, theasius,vincentius,fortunatianus,& ceteri q vniuersali africano cōcilio carthaginis affuimus, optaremus si quēadmodum sanctitas vr̄a de aduentu Apiarii letatos vos fuisse missis per compbr̄m nostrum Leonē litteris intimauit,ita nos quoq; de eius purgatione hec scripta cū letitia mitteremus,esset profecto & nostra & vestra modo alacritas certior,nec festinata p̄propera viderentur que adhuc tā de audiendo q̄ de audito precesserant,Adueniente sane ad nos sctō fratre & coep̄o nostro Faustino conciliū cōgregauim⁹,& credidimus ideo cū illo missum quoniā sicut ꝑ eius operā pbr̄io ante redditus fuerat,ita nūc posset de tātis criminibus a thabracenis obiectis eo laborante purgari,cuius tanta ac tā immania flagitia decursus nostri concilii examen inuenit,vt & memorati patrociniū potiusq̄ iudicium ac defensoris magis operam q̄ disceptatoris iustitiā superarent. Nam primū quātum obstiterit omni cōgregationi diuersas iniurias ingerendo,quasi ecclesie Romane asserēs p̄uilegia,& volens eū a nobis in cōionem suscipi,quē tua sanctitas credens appellasse qđ probare nō potuit cōioni reddiderat,qđ minime tn̄ licuit,qđ etiam gestorū melius ex lectione cognosces,triduano tn̄ laboriosissimo agitato iudicio cū diuersa eidem obiecta afflictissime quererem⁹ vel moras coep̄i nostri Faustini,vel tergiuersationes ipsius Apiarii quib⁹

nefandas tur-

nefandas turpitudines occulere conabatur,deus iust⁹ iudex,fortis& patiẽs & longanimis ,magno cõpendio resecauit,Tetriore quippe ac putridiore obstinatione cõpressa,qua tantũ liuidũ cenum impudẽtia negationis volebat obruere,deo nro eius cõscientiã cohortante & occulta que illius in corde tanq̃ involutabro criminũ iam dãnabat etiã hoibus publicante,repẽte in cõfessione cunctorũ obiectorũ flagitiorum dolosus negator erupit,& tandẽ de oibus incredibilibus opprobriis spontaneus,se ipse conuicit, atq; ipsam quoq; nostrã spẽ,qua eũ et credebam⁹ & optabam⁹ de tã pudẽdis maculis posse purgari,cõuertit in gemit⁹,nisi quoniã istam nram mestitiã vno tantũ solatio mitigauit,qđ & nos labore diuturnioris qõnis absoluit,& suis vulneribꝰ qualẽcũq; medelã & si inuita ac sua conscientia reluctãte cõfessione ꝓuidit dñe frater. ¶Prefato itaq; debite salutationis officio plurimũ im A
pendio depcamur vt deinceps ad vras aures hic veniẽtes nõ facilꝰ admittatis,nec a nobis excõicatos i cõione vltra velitis excipe,qa hoc etiã niceno cõcilio definitũ facile aduertit venerabilitas tua,Nã &si de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi ꝓcaueri q̃tomagis hoc de epis voluit obseruari , ne in sua ꝓuincia cõione suspensi a tua sctitate temere vel festinato ꝓpropere vel indebite videãtur cõioni restituí,pbrorũ quoq; & sequentiũ clericorũ iproba refugia sicut te dignũ est repellat sanctitas tua , quia & nulla patrũ definitione hoc ecclie derogatũ est africane, & decreta nicena siue inferioris gradus clericos siue epos ipsos suis metropolitanis epis aptissime cõmiserũt,Prudẽtissime enim iustissimeq; viderunt quecũq; negotia in suis locis vbi orta sunt finienda,necvnicuiq; prouidẽtie gratiã sancti spiritus defuturam qua equitas a christi sacerdotibus & prudẽter videatur,& cõstãtissime teneatur ,maximeq; vnicuiq; cõcessum est si iudicio fuerit offensus cognitorũ, ad concilia ꝓuincie sue,vel etiã vniuersale prouocare,nisi forte quisq̃ est qui credat vnicuilibet posse deũ nostrum examinis inspirare iustitiã,& in numerabilibus cõgregatis in cõcilium Nicenũ sacerdotibꝰ denegare,aut quõ ipsum trãsmarinum iudiciũ ratũ erit,ad qđ testium necessarie persone vel ꝓpter senectutis infirmitatẽ ,vel multis aliis intercurrẽtibus ipedimentis adduci nõ potuerunt ,Nã vt aliqui tãquã a tue sanctitatis latere mittãtur nulla inuenimus patrũ synodo constitutũ,quia illud quod pridẽ ꝓ eundem coepm nostrũ Faustinũ tanq̃ ex pte Niceni cõcilii ex inde transmissis in cõciliis verioribus,que accipiũtur niceni a sancto cyrillo coepo nostro alexandrine ecclesie & a venerabili Attico cõstantinopolitano antistite ex autẽtico missis,que etiã antehac ꝓ Innocentiũ pbrm & Marcellum subdiaconũ, per quos ad nos ab eis directa sunt venerabilis memorie Bonefacio epo pdecessori nostro a nobis transmissa sunt,in quibus tale aliquid nõ potuimus reperire , Executores etiã clericos vestros quibusq; petẽtibus nolite mittere,nolite cõcedere ne famosum typũ seculi in ecclesiam xpi que lucem simplicitatis & humilitatis diem dñi videre cupientibus prefert,videamur inducere.Nã de fratre nostro Faustino, amoto iã pro suis nefandis nequitiis de christi ecclesia dolendo Apiario securi sum⁹,quod eũ probitate ac moderatione tue sanctitatis,salua fraterna caritate vlterius in africa minime sustinere patiatur,& alia manu,Dominus noster sanctitatem vestram euo longiore orantem pro nobis custodiat domine frater.

¶Explicit concilium sextum carthaginense.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SEPTIMI.

Capitulum primum.

i ¶De excommunicatis vt ad clericorum accusationem non admittantur.

ii ¶De personis quibus clericorum accusatio interdicitur.

iii ¶De his qui primum crimen obiectum non probarunt vt ad cetera nõ admittãtur,

iiii ¶De personis que aduersus clericos testimonium dicere prohibentur.

v ¶De eo quẽ solo suo testimonio presumpserit excommunicandum.

¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM CARTHAGINENSE SEPTIMVM XXXVIII. EPISCOPORVM.

POST CONSVLATVM GLORIOSISSIMORVM B
imperatorum Honorii.iii.& Theodosii.viii.Augustorum tertio kalen. Iulii Carthagine in secretario Basilice restitute cum Aureliꝰ epus vna cum Faustino ecclesie potentine ꝓuincie Italie piceni legato Romane ecclesie Vincentio cululiano,fortunatiano neapolitano, Mauriano Vzipparensi adeo dato simidico, pentadio carpitano,rufiniano muzuensi ,pretexato sicilibensi, Quodvultdeo verensi,candido abiritano, galloniano vticẽsi legatis prouincie numidie ꝓcon

ſularis,alíppío tagaſtēſi,auguſtíno yppone regienſi,& poſſidío calamēſi legatis ꝓuincie numidie,mā ximiano aquíregni,íocūdo ſuffituleſi,& hílarino horreocelorū legatis ꝓuincie bizancene ,nouato ſití tenſi,& leone obtenſi legatis prouíncie mauritanie ſitítenſis,níuello ruſurenſi, laurentío ícoſitano & numeríano nuſgumenſi legatis prouíncie mauritanie ceſariēſis,ab vníuerſis cōcílío íudícíbus dele ctis aſtantíbus díaconíbꝰ conſediſſet,& quíbuſdā peractís multí epíſcopí ceterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtínere nō poſſe,& ad proprias eccleſias feſtínarent,placuít vníuerſo con cílío,vt ab omnibus eligerētur de ſíngulís quibuſqꝫ prouínciís,quí propter alía peragenda reſiderēt, & factum eſt vt hí adeſſent quorum ſubſcríptíones eos affuiſſe teſtantur.

Capítulum prímum.

A PLacuitqꝫ,quoniā ſuperioribus concílíorū decretís de perſonís que admíttende ſunt ad accuſa tionem clerícorū íam conſtítutū eſt, & que perſone non admíttantur íā expreſſum eſt, idcírco deſínímus eum rite ad accuſatíonē non admíttí,quí poſteaq̄ excōmunícatus fuerít ín ípſa adhuc ex cōmunícatíone cōſtítutus,ſíue ſít clerícus ſíue laícus,accuſare voluerít.

Capítulum ſecundum.

B ¶Item placuít,vt omnes ſerui vel propríí líberti ad accuſatíonem non admíttantur vel omnes quos ad accuſanda publíca crímína leges publíce nō admíttūt,oēs ením ínfamíe maculís aſpſí.í. híſtríones ac turpítudínibꝰ ſubiecte perſone,herétící etíam,ſíue paganí,ſíue íudei,ſed tñ omnibus quíbus ac cuſatío denegatur,ín cauſís propríís accuſandí lícentía non neganda.

Capítulum tertíum.

C ¶Item placuít,quotienſcūqꝫ clerícís ab accuſatorıbus multa crímína obííciuntur , & vnum ex ípſís de quo prius egerít probare non voluerít,ad cetera nō admíttatur.

Capítulum quartum.

D ¶Teſtes autem ad teſtímoníū non admíttendos quí nec ad accuſatíonem admíttí p̄cepti ſunt, vel etíam quos ípſe accuſator de domo ſua produxerít,ad teſtímonium autē ínfra annos quatuordecím etatís ſue non admíttantur.

Capítulum quíntum.

E ¶Item placuít,vt ſí quando eps dícít alíquem ſíbí ſolí propríū crímen fuiſſe confeſſum,atqꝫ ílle ne get,non putet ad ínıurıam ſuam epíſcopus pertínere quod íllí ſolí nō creditur,& ſí ſcrupulo propríe cōſcíentíe ſe dixít neganti nolle cōícare,q̄díu excōícato non cōmunícauerít ſuus epíſcopus eídē epo ab alíís non cōícetur epís,vt magís caueat epíſcopus ne dícat ín quēq̄ quod alíís documentís conuín cere non pōt,& ſubſcripſerūt Aurelíus eps eccleſie carthagínē . Fauſtínus potentíne ꝓuíncie pícení, Alíppíus tagaſtenſis legatus prouíncie numídíe,Auguſtínus yppone regíenſis legatꝰ numídíe ꝓ uíncíe,Poſſídíus eps calamenſis legatꝰ prouíncie numídíe,Nouatus ſitífenſis legatus ꝓuíncie eíuſ dem,Leo optenſis legatus prouíncie maurítanie ſitífenſis,Maurítaníꝰ vzípparítanus,Rufíanus mu zenſis,quodvultdeus verenſis,Cādídus abírítanus germanícíanorū,Gallonıanus vtícenſis,Iocundꝰ ſuffetule legatus ꝓuíncie bízancene,Hílarínus horreocellenſis legatus prouíncie bízancene. Maxí míanus ſuffetulenſis legatus prouíncie bízancene,Maxímíanus aquíregnís legatus prouíncie bízā cene,Níuellus ruſurenſis legatꝰ prouíncie ceſarıenſis,Laurentíus ícoſítanus legatus prouíncie ceſa rıenſis,Numerían nuſgumēſis legatus prouíncie ceſarıenſis,Phílíppus pbī legatus eccl'ie Romane Aſellus pbī legatus eccleſie Romane.

¶Explícít concílíum Carthagínenſe ſeptímum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII MILEVITANI.

Capítulum prímum.

i ¶Contra pelagíanos quí dícunt etíam ſí ne peccato morí potuiſſe Adam.

ii ¶Quod íuxta apoſtolí teſtímonium etíā paruulí quí nichíl peccatí adhuc cōmíſerunt omnes ín peccatorū remíſſíone veracíter ba ptízentur.

iii ¶Quod gratía dei non ſolum peccata dí mittit,ſed etíam adíuuat ne committan tur.

iiii ¶Quod per gratíam deí ſcíamus quíd facere debeamus & dílígere vt faciamus,

v ¶Quod gratía deí preſtet vt lex implea tur,non(ſícut aít Pelagíus)facile quaſí ſíne gratía deí difficilíus poſſít ímpleri .

¶Quod íuxta

vi ¶Quod iuxta sentẽtiã Iohãnis euãgeli/ ste nemo sit qui esse possit sine peccato.
vii ¶Quodvnicuiq; etiam iusto nõ solũ pro aliis,sed & prosemetipso dicere oporteat di mitte nobis debita nostra.
viii ¶Quod a sãctis veraciter dicitur dimitte nobis debita nostra.
ix ¶Quod ad cõmunes causas ecclesie gene rale conciliũ congregari oporteat, in priua tis vero causis speciale vniuscuiusq; ꝓuitie.
x ¶Vt epistolas ad cõcilium euocandũ me tropolitanus subscribat,& dirigat.
xi ¶Vt de hereticis & infidelibus quicquid in cõcilio cõstituitur a pricipe impleretur.
xii ¶Vt preces & orationes cõposite(nisi,pba bate fuerit in concilio)non dicantur.
xiii ¶Vt posteriores anterioribus episcopis nõ preferantur,nec inconsultis primatib9 suis aliquid agere presumant.
xiiii ¶Vt episcopi pro tempore consecrationis sue litteras ab ordinatoribus habeant.
xv ¶Vt vbi primũ quis legerit,ibi permane/ at clericus.
xvi ¶Vt pro causis ecclesiarũ executores vel aduocati a principe postulentur.
xvii ¶Vt neq; dimissus neq; dimissa alteri cõ iungantur.
xviii ¶De his qui in sua prouintia non cõmu nicant vbi alibi non communicent.
xix ¶De clericis qui apud principem seculare iudicium aut synodale impleuerint.
xx ¶Vt sine formatis nemo ad cõmitatũ ꝓfi scicatur,& qualiter formate fiant.
xxi ¶De episcopis qui quod repetere pote/ rant,pretermissa synodo inuaserunt.
xxii ¶De clericis qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.
xxiii ¶De his qui apud hereticos penitentiam acceperunt.
xxiiii ¶De episcopis negligentib9 aduersus he reticos.
xxv ¶Vnde supra.
xxvi ¶De virginibus que infra vigintiquinq; annos necessitate cogente velantur.
xxvii ¶De episcopis qui post acta carthaginen sis synodi retẽti sunt ad reliqua peragẽda.

INCIPIT CONCILIVM MILEVITANVM.

GLORIOSISSIMIS IMPERATORIBVS ARCHA/ dio & honorio augustis viris clarissimis cõsulibus,sexto kalendas Septẽbris in ciuitate Mileuitana, in secretario basilice cum Aurelius episcopus ecclesie car/ thaginis in concilio vniuersali cõsedisset astantibus diaconibus. Aureli9 episco/ pus dixit,quoniã ecclesie sancte vnũ est corpus omniumq; mẽbrorũ caput est vnum factum est volente domino ac nostram infirmitatem iuuãte,vt ad hanc ecclesiã cõueniremus dilectionis & fraternitatis gratia inuitati,vnde queso cha/ ritatemvestram,quia ita credẽdũ est,qd noster accessus advos nec supflu9 nec insuauis ẽ cunctis, ideoq; pariter quedã de causis fidei vnde nunc questio pelagionorum iminet in hoc cetu sanctissimo pri/ mitus tractentur, deinde subsequãtur & aliqua que disciplíne ecclesiastice necessaria exístunt. A

Capitulum primum.

PLacuit ergo omnibus episcopis qui fuerunt in hac senita synodo cõstituere hec que in presenti B concilio definita sunt,vt quicũq; dicit adam primũ hominem mortalẽ factum ita vt siue pecca/ret siue non peccaret moreretur in corpore hoc est decorpore exiret, nõ peccati merito,sed necessitate iature anathema sit.

Capitulum secundum.

¶Item placuit, vt quicũq; paruulos recentes abuteris matrũ baptizandos negat, aut dicit quidem C Ii remissionẽ peccatorũ eos baptizari, sed nichil ex Adam trahere originalis peccati quod regenera/ tionis lauacro expietur, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionẽ peccatorũ nõ vera sed falsa intelligatur, anathema sit,quoniã non aliter intelligẽdum est qd ait apostolus per vnũ hominem peccatũ intrauit in mundum,& per peccatum mos & ita in omnes homines pertransiit in qo omnes peccauerunt nisi quẽadmodũ ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit propter hanc enim regulã fidei etiam paruuli qui nichil peccatorũ in semetipsis adhuc cõmittere potuerunt ideo in peccatorum remissione veraciter baptizantur,vt in eis regeneratione mundetur quod gene ratione traxerunt.

Capitulum tertium.

¶Item placuitvt quicũq; dixerit gratiã dei,i qua iustificamur per Iesum christũ dominũ nostrum D

ad ſolam remiſſionem peccatorum valere que iam cõmiſſa ſunt,non etiam ad adiutoriũ vt non cõmittantur, anathema ſit. Capitulum quartum.

¶Item quiſquis dixerit eandem gratiã dei per Ieſum chriſtũ dominũ noſtrum propter hoc tãtũ nos adiuuare ad nõ peccandum,quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum vt ſciamus quid appetere,quid vitare debeamus,nõ autẽ per illã nobis preſtarivt quod faciẽdũ cognouerim⁹etiã facere diligamus,atq; valeamus, anathema ſit, cum dicat apoſtolus ſcientia inflat caritas vero edificat,valde impiũ eſt vt credamus ad eam que inflat nos habere gratiã Chriſti,ad eã que edificat non habere,cum ſit vtrũq; donũ dei, & ſcire quid facere debeamus,& diligere vt faciamus,vt edificante charitate ſciẽtia non poſſit inflare,ſicut autẽ de deo ſcriptum eſt,qui docet hominẽ ſcientiam,ita etiam ſcriptum eſt,caritas ex deo eſt.

Capitulum quintum.

B ¶Item placuit,vt quicũq; dixerit ideo nobis gratiã iuſtificationis dari,vt quod facere per liberum iubemur arbitrium facilius poſſimus implere per gratiam, tãq; & ſi gratia non daretur non quidẽ facile,ſed tamen poſſim⁹ etiam ſine illa implere diuina mãdata,anathema ſit. De fuctib⁹enim mandatorum dominus loquebatur vbi non ait,ſine me difficilius poteſtis facere ſed ait, ſine me nichil poteſtis facere.

Capitulum ſextum.

C ¶Item placuit quod ait ſanctus Iohãnes apoſtolus,ſi dixerimus quia peccatum nõ habemus nos ipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt,quiſquis ſic accipiendum putauerit,vt dicat propter humanitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas eſt,anathema ſit,ſequitur eum apoſtolus & adiungit,ſi autem confeſſi fuerimus peccata noſtra fidelis eſt & iuſtus qui remittat nobis peccata,& mundet nos ab omni iniquitate,vbi ſatis apparet hoc non tantũ humiliter, ſed etiam veraciter dici,poterat enim apoſtolus dicere,ſi dixerimus quia non habem⁹ peccatũ nos ipſos extollimus & humilitas in nobis non eſt,ſed cum ait nos ipſos decipimus,& veritas in nobis nõ eſt, ſatis oſtendit eum qui ſe dixerit non habere peccatum non verum loqui ſed falſum.

Capitulum ſeptimum.

D ¶Item placuit,vt quicũq; dixerit in oratiõe dominica ideo dicere ſanctos dimitte nobis debita noſtra,vt non pro ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis qui ſunt in ſuo populo peccatores,& ideo nõ dicere vnũquẽq; ſanctorum dimitte michi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra,vt hoc pro aliis potius, quã pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit, Sanct⁹ enim & iuſtus erat apoſtolus Iacobus cum dicebat, in multis enim offendim⁹ omnes,Nam quare additum eſt omnes,niſi vt iſta ſententia cõueniret & pſalmo vbi legitur. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo,quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens. Et in oratione ſapientiſſimi Salomonis,non eſt homo qui nõ peccet,Et in libro Iob,in manu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam,vnde etiam Daniel ſanctus & iuſtus cum in oratione pluraliter diceret,peccauimus iniquitatẽ fecimus & cetera, que ibi veraciter & humiliter confitetur,ne putaretur quẽadmodum quidam ſentiunt hec non de ſuis,ſed de populi ſui potius dixiſſe peccatis poſtea dixit. Cum orarem & confiterer peccata mea,& peccata populi mei domino deo noſtro noluit dicere peccata noſtra,ſed populi ſui dixit & ſua,quia futuros iſtos qui tam male intelligunt tanq; propheta preuidit.

Capitulum octauum.

E ¶Item placuit,vt quicũq; verba ipſa dominice orationis vbi dicimus dimitte nobis debita noſtra, ita volunt a ſanctis dici,vt humiliter nonveraciter hoc dicatur,anathema ſit,Quis eni ferat orantẽ & non hominibus,ſed ipſi dño mentientem qui labiis ſibi dicit dimitti velle & corde dicit que ſibi dimittantur debita non habere? Hucuſq; de fide cõtra pelagianos,nunc regule tractantur eccleſiaſtice

Capitulum nonum.

F ¶Placuit vt non ſit vltra fatigandis fratribus anniuerſaria neceſſitas,ſed quotiens exegerit cauſa communis,id eſt totius africe vndecũq; ad hanc ſedem pro concilio date littere fuerint cõgregandã eſe ſynodum in ea prouintiavbi oportunitas perſuaſerit,cauſe autem que cõmunes non ſunt in ſuis prouintiis iudicentur.

Capitulum decimum.

G ¶¶Placuit etiam pati,vt omniũ epiſcoporum epiſtolis omnibus de concilio dandis ſanctitas tua ſola ſubſcribat.

Capitulum vndecimum.

¶Placuit

¶Placuit & illud aduersus hereticos,vel paganos,vel eorum superstitiones vt legati missi de hoc glo A
rioso concilio quicquid vtile prouiderint a glorioſissimis principibus impetrent.

Capitulum duodecimum

¶Placuit etiam & illud,vt preces vel orationes,seu misse que probate fuerint in concilio,siue prefatio B
nes,siue cõmendationes,seu manus impositiones ab omnibus celebrentur,nec alie omnino dicãtur
in ecclesia nisi que a prudentioribus tractate vel cõprobate in synodo fuerint,ne forte aliquid contra
fidem vl per ignorantiam,vel per minus studium sit compositum.

Capitulum decimumtertium.

¶Palentinus episcopus dixit,si permittit bonum patientie vestre,prosequar ea que necessaria sunt C
ecclesiastice disciplíne.Scimus enim sic inuiolate permansisse ecclesiasticam disciplinam,ita vt null9
fratrũ prioribus suis se aliquãdo auderet anteponere, sed officiis legitimis id semper exhibitum est
prioribus quod ab insequẽtibus rationabiliter semper acciperetur,Hũc ordinẽ iubeat sanctitas ve=
stra melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcop9 dixit,non decuerat quidẽ vt hec re
peteremus nisi forte existerẽt incõsiderate mẽtes quorũdam que ad hec statuenda nostros accuerẽt
sensus,sed & cõmunis hec causa est quã insinuauit frater & coepiscopus noster, vt vnusquisq; nostrũ
ordinem sibi decretum a deo cognoscat & posteriores anteriorib9 deferant,nec eis inconsultis aliquid
agere presumãt, Qua de re oportet eos qui putauerint spretis maioribus aliquid presumendũ cõ=
petenter esse ab omni cõcilio coercẽdos,vniuersi episcopi dixerũt, hic ordo & a patrib9 & a maiorib9
est seruatus,& a nobis deo propitio seruabitur,saluo etiam iure primatus numidie & mauritanie.

Capitulum decimumquartum

¶Deinde placuit,vt quicũq; deinceps ab episcopis ordinãtur, litteras accipiãt ab ordinatorib9 suis D
manu eorum subscriptas continẽtes cõsulem & diem,vt nulla altercatio de posterioribus vel anterio
ribus oriatur.

Capitulum decimũquintum.

¶Item placuit,vt quicũq; in ecclesia vel semel legerit ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. E

Capitulum decimũsextum

¶Placuit preterea,vt executoribus in omnibus iustis desyderiis impartiatur,placuit etiã vt petatur F
a glorioſissimis imperatoribus,vt iubeãt iudicib9 dare petitos sibi defensores scholasticos qui i actu
sint vel in officio defensionũ causarũ ecclesiasticarũ,vt more sacerdotum prouintie id ẽ ipsi qui defen
sionem ecclesiarũ susceperint habeant facultatẽ pro negotiis ecclesiarũ(quotiens necessitas flagitaue=
rit)vel ad obsistendum callide decipientibus vel obrepentibus,vel ad necessaria suggerenda ingre=
di iudicium secretaria.

Capitulum decimũseptimum.

¶Placuit vt secundũ euangelicã & apostolicam disciplinã, neq; dimissus ab vxore,neq; dimissa a G
marito alteri,cõiũgantur,sed ita maneant aut sibimet recõciliẽtur,quod si contẽpserint ad penitentiã
redigantur,in qua causa legem imperialem petendam promulgari.

Capitulum decimũoctauum.

¶Placuit,vt quicũq; non cõmunicãs in prouintia propria in aliis prouintiis vel trãsmarinis parti= H
bus ad cõmunicãdum obrepserit,iacturam cõmunionis vel clericatus excipiat.

Capitulum decimũnonum.

¶Placuit vt quicunq; ad imperatorem cognitionem iudiciorum publicorum ab episcopis petierit I
honore proprio priuetur,si autẽ episcopale iudicium ab imperatore postulauerit,nichil ei obsit.

Capitulum vigesimum.

¶Placuit vt quicũq; clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum irevoluerit,formatã K
ab episcopo suo accipiat,quod si sine formata voluerit pergere a cõmunione remoueatur,quod si ali
cubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergẽdi alleget apud episcopũ loci eius ipsam
necessitatẽ, & de hoc scripta eiusdẽ epi deferat,formate autẽ que a primatibus vel a quibuscunq; epi
scopis clericis propriis dantur habeant diem pasche, Q đ si adhuc eiusdem anni paschе dies incer=
ta est, ille precedens adiungatur quomodo solet post consulatum in publicis gestis ascribi.

Capitulum vigesimumprimum

¶Item placuit vt quicũq; episcopi quascunq; ecclesias vel plebes quas ad suam cathedrã estimant L
pertinere,non ita repetunt vt causas suas episcopis iudicantibus agant,sed si i alio retinente irruerint
siue volentibus siue nolẽtibus plebibus cause sue detrimẽtum patiantur,& quicũq; iam hoc fecerint
si nondum est inter episcopos finita contẽtio,sed adhuc inde contẽdunt ille inde discedat quẽ consti

terit pretermissis iudiciis ecclesiasticis irruisse,nec sibi quisq; blandiatur si a primate vt retineat litte ras impetrarit,sed siue habeat litteras siue non habeat,conueniat eum qui tenet,& eius litteras accipi piat,vt eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinētem, si autem ille aliquā questionē retu lerit per episcopos iudices causa finiatur,siue eis primates dederint,siue quos ipsosvicinos ex cōsen/ su delegerint.

Capitulum vigesimumsecundum.

A ¶Item placuit,vt presbyeri diaconi vel ceteri inferiores clerici in causas quas habuerint,si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint,vicini episcopi eos audiant,& inter eos quicquid est,finiant ad/ hibiti ab eis ex consensu episcoporum suorū,Quod si & ab eis prouocādum putauerint non prouo cent nisi ad africana concilia, vel ad primates prouintiarum suarum,ad transmarina autem qui pu/ tauerit appellandum a nullo intra africam in cōmunione suscipiatur.

Capitulum vigesimumtertium.

B ¶Placuit vt quicunq; conuersus ab hereticis dixerit se apud eos penitentiā accipere,vnusquisq; ca/ tholicus episcopus requirat vbi & ob quā causam apud eosdem hereticos penitētiā susceperit,vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit sibi pro qualitate peccati,sicut eidem episcopo catholico visum fuerit tempus penitentie,vel reconciliationis decernat.

Capitulum vigesimumquartum.

C ¶Item placuit,vt quicūq; negligunt loca ad suam cathredram pertinentia in catholicā vnitatē lucra ri conueniantur a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur,quod si intra sex menses a die conuentionis non hoc fecerint qui potuerit eas lucrari ad ipsum pertineant, ita sane vt si ille ad quē pertinuisse videbātur probare potuerit magis illius electam negligētiam ab hereticis impunevt ibi sint & suam diligētiam fuisse preuentam,vt eo modo eius cura solertior vitaretur,cum hoc iudi/ ces episcopi cognouerint siue cathedre loca restituāt,Sane si episcopi inter quos causaversatur diuersa rum sunt prouintiarum,ille primas det iudices in cuius prouintia est locus de quo contēditur si aūt ex communi placitovicinos iudices elegerint aut duo eligantur aut tres,quod si tres elegerint,aut om nium sententiā sequātur,aut duorum,iudicibus aūt quos cōmunis consensus elegerit nō liceat pro/ uocare,& quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtemperare iudicibus,cum hoc prime se/ dis episcopo fuerit probatum, det litterasvt nullus ei cōmunicet episcoporum donec obtemperet.

Capitulum vigesimūquintum.

D ¶Si in matricibus cathedris episcop⁹ negligens fuerit aduersus hereticos conueniatur avicinis epi scopis diligentibus,& ei sua negligētia demonstretur,vt se excusare nō possit quod si ex die quo cō/ uenitur intra sex mēses si in eius prouintia executio fuerit,& non eos ad vnitatem catholicam conuer tendos curauerit,non ei cōmunicetur donec impleat,si autem executor ad loca non venerit,nō ascri batur episcopo,si autem probatum fuerit eum de cōmunione illorum fuisse mentitum dicendo eos cōmunicasse quos eo sciente non cōmunicasse constiterit,etiam episcopatum amittat.

Capitulum vigesimūsextum.

E ¶Item placuit,vt quicūq; episcoporum necessitate periclitātis pudicitie virginalis cū vel petitor po tens,vel raptor aliquis formidatur,vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compūcta fuerit,ne non velata fuerit,aut exigentibus parentibus,aut his ad quorum curam pertinet velauerit virginem seu velauit intra viginti quinq; annos etatis non ei obsit concilium quod de isto annorum numero constitutum est.

Capitulum vigesimūseptimum

F ¶Item placuit ne diutius vniuersi episcopi qui ad concilium congregati sunt,tenerētur ab vniuer/ so concilio ternos iudices de singulis prouintiis eligi & electi sunt de prouintia carthaginensi Vince/ tius,fortunatianus,& clarus de prouintia numidie,Alippius Augustin⁹& restitut⁹de,puintia bizā cena, cum sancto sene domtiano primate Cresconius iocundus,& melianus,de mauritania sitifensi seuerianus asiaticus,& donat⁹,de prouintia tripolitana plautius qui ex more legat⁹ vnus est missus Qui omnes cum sācto sene aureliovniuersa cognoscant,a quo petiit vniuersum concilium,vt cūctis siue gestis que confecta iam sunt siue episcopis ipse subscribat & subscripserunt,Aurelius episcopus ecclesie carthaginensis huic decreto consensi & perlecto subscripsi Donatianus telepsensis prime se/ dis subscripsi,Augustinus yppone regiensis subscripsi.Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

¶Fxplicit concilium Mileuitanum.

¶HVCVSQVE CONCILIA AERICE.

¶Sequuntur

SEQVVNTVR CONCILIA GALLIE.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII ARELATENSIS.

i ¶Vt vno die & tẽpore paſcha celebretur.
ii ¶Vt vbi quiſq; ordinatur ibi permaneat.
iii ¶Vt qui i pace arma proiiciũt excõmunicentur.
iiii ¶Vt aurige dũ agitant excõmunicentur.
v ¶Vt qui in theatris conueniunt excõmunicentur.
vi ¶Vt in infirmitate conuerſi manus impoſitionem accipiant.
vii ¶De preſidibus,vt cum conſcientia epiſcopi ſui communicent.
viii ¶Vt ex hereſi conuerſi in trinitate baptizentur.
ix ¶Vt qui confeſſorum litteras portãt,alias accipiant.
x ¶Vt cuius vxor adulterauit,ipſe aliã non accipiat.
xi ¶Vt femine fideles que gentibus ſe iunxerunt,excommunicentur.
xii ¶Vt clerici feneratores excõmunicentur.
xiii ¶Vt proditores fratrum, vel vaſorum, ſeu ſcripturarum cum verberibus deponãtur.
xiiii ¶Vt falſi accuſatores fratrum vſq; ad exitum excõmunicentur.
xv ¶Vt leuite non offerant.
xvi ¶Vt penitentes vbi acceperint oneratione ibi communicent.
xvii ¶Vt nullus epiſcopus alium conculcet epiſcopum.
xviii ¶Vt diacon⁹ nichil ſine p̃ſbytero ſuo agat
xix ¶Vt preſbyteri ſine conſcientia epiſcoporum ſuorum nihil faciant.
xx ¶Vt peregrino epiſcopo locus ſacrificandi detur.
xxi ¶Vt ſine tribus epiſcopis nullus epiſcop⁹ ordinetur.
xxii ¶Vt clericus alibi tranſiens excommunicetur.
xxiii ¶Vt apoſtate qui tardius reuertuntur niſi per dignã penitentiam non recipiantur.

¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM ARELATENSE PRIMVM HABITVM TEMPORE CONSTANTINI IMPERATORIS.

DOMINO ET SANCTISSIMO SILVESTRO EPIſcopo cetus epiſcoporum qui adunati fuerunt in oppido arelatenſi,Que decreuimus cõmuni concilio caritatiue ſignificamus,vt omnes ſciant quid in futurũ obſeruare debeant. Capitulum primum. A

¶De obſeruatione paſche domini,vt vno die & tempore per omnem orbem obſeruetur,& iuxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas. Capitulum ſecundum B

¶De his qui in quibuſcunq; locis ordinati fuerint miniſtri,in ipſis locis perſeuerent. Capitulum tertium C

¶De his qui arma proiiciunt in pace placuit,abſtinere eos a communione. Capitulum quartum. D

¶De agitatoribus qui fideles ſunt,placuit eos quãdiu agitant a cõmunione ſeparari. Capitulum quintum. E

¶De theatricis,& ipſos placuit(quãdiu agunt)a cõmunione ſeparari. Capitulum ſextum. F

¶De his qui infirmitate credere volunt,placuit debere his manum imponi. Capitulum ſeptimum. G

¶De preſidibus qui fideles ad preſidatũ proſiliunt ita placuit,vt cum promoti fuerint litteras accipiant eccleſiaſticas cõmunicatorias,ita tamen vt quibuſcũq; locis geſſerint ab epiſcopo eiuſdem loci cura de illis agatur,vt cum ceperint cum diſciplina publica agere,tunc demum a cõmunione excludantur,ſimiliter & de his fiat qui rem publicam agere volunt. H

Capitulum octauum.

A ¶De arrianis qui propria lege sua vtuntur vt rebaptizentur placuit. Si ad ecclesiam aliqui de hac heresi venerint interrogent eos nostre fidei sacerdotes symbolum, & si preuiderint in patre & filio & spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, vt accipiant spiritum sanctum, quod si interrogati non responderint hanc trinitatem non baptizentur.

Capitulum nonum.

B ¶De his qui confessorum litteras afferunt, placuit vt sublatis eis litteris alias accipiant communicatorias.

Capitulum decimum.

C ¶De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles & prohibentur nubere, placuit vt in quātum potest consilium eis detur ne viuentib⁹ vxoribus suis licet adulteris alias accipiant.

Capitulum vndecimum.

D ¶De puellis fidelibus que gentilibus iunguntur, placuit vt aliquanto tempore a cōmunione separentur.

Capitulum duodecimum.

E ¶De ministris qui fenerantur, placuit eos iuxta formam diuinitus datam a communione abstinere.

Capitulum decimumtertium

F ¶De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur vel vasa dominica, vl̄ nomina fratrum suorū, placuit nobis, vt quicūq; eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis ab ordine deri amoueatur, Nā si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehēsi. & si in his qui ordinauerunt ratio subsistit non tamen illis subsistat ordinatio, quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticā regulam pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint omni se suspitione carere.

Capitulum decimumquartum.

G ¶De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos vsq; ad exitum non communicare, sed falsum testem iuxta scripturā impunitū non licere esse.

Capitulum decimūquintum.

H ¶De diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

Capitulum decimumsextum.

I ¶De his qui pro delicto suo a cōmunione separantur ita placuit, vt quibuscūq; locis fuerāt exclusi, eodem loco cōmunionem consequantur.

Capitulum decimumseptimum

K ¶Vt nullus episcoporum alium episcopum conculcet.

Capitulum decimumoctauum

L ¶De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se presumant, sed honor presbyteris reseruetur.

Capitulum decimumnonum

M ¶Vt presbyteri sine conscientia episcoporum nichil faciant.

Capitulumvigesimum.

N ¶Vt peregrino episcopo locus sacrificandi detur

Capitulum vigesimum primum.

O ¶De his qui vsurpant sibi quod soli debeant episcopum ordinare, placuit vt nullus hoc sibi presumat nisi assumptis sibi aliis septem episcopis, si tamen non potuerint septem, sine tribus fratrib⁹ non audeant ordinare.

Capitulum vigesimum secundum

P ¶De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transtulerunt, placuit vt his locis ministrent quibus prefixi sunt, qui relictis locis suis ad alium locum se deferre voluerint deponantur

Capitulum vigesimumtertium.

Q ¶De his qui apostatant, & anteq̄ se ad ecclesiam representent nec quidē penitentiam agere querūt & postea in infirmitate arrepti petunt cōmunionem, placuit eis non dandam communionem, nisi reuelauerint & egerint dignos fructus penitentie.

¶Explicit concilium Arelatense primum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SECVNDI ARELATENSIS.

i ¶De neophitis clericis non ordinandis.

ii ¶Qualiter cōiugati ad sacerdotium proueuhantur.

iii ¶Vt nullus clericus aut diacon⁹ in solatio suo extraneam habeat mulierem.

iiii ¶Vt nullus clericus in cellario vel in secre-

to intromittat puellam.
v ¶Vt episcopus cum ordinatur cum con/ sensu metropolitani tres eum ordinēt epi.
vi ¶De episcopo qui sine metropolitani cō/ sensu fuerit ordinatus.
vii ¶De his qui seipsos abscindunt.
viii ¶De his q excōmunicatos alteri⁹ sucipiūt
ix ¶Vt nouatiani in cōmunionem nō susci/ piantur.
x ¶De his qui in psecutiōe preuaricati sunt
xi ¶De his qui penis victi sacrificare cōpul/ si sunt.
xii ¶De his qui i penitentia positivitam ex/ cesserunt.
xiii ¶Vt ne quis qualibet necessitate suam re/ linquat ecclesiam.
xiiii ¶Ne clericus vsuram accipiat.
xv ¶Ne diaconus coram presbytero sedeatvl
eucharistiam tradat
xvi ¶Vt fotiniani & paulianiste baptizētur.
xvii ¶Vt heretici qui in trinitate baptizati sūt, cum chrismate & manus impositione re/ cipiantur.
xviii ¶Vt metropolitani arbitrio synodus con gregetur.
xix ¶Vt nulli episcopo liceat a synodo deesse, vel ante peractam synodum discedere.
xx ¶De aurigis & theatricis fidelibus.
xxi ¶Si post acceptam penitentiam quis nu/ pserit.
xxii ¶Vt pnia coniugatis ex consensu detur.
xxiii ¶De sacerdotibus qui idolatriā non euer terunt.
xxiiii ¶De accusatoribus fratrum,
xxv ¶De apostatis si non reuertuntur.

¶Finiunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM ARELATENSE SECVNDVM, NOMINA AVCTORVM EIVS/ DEM CONCILII.

EX SICILIA SIRACVSANORVM SYXTVS EPISCO pus,& flor⁹ diacon⁹,ex ꝓuintia cāpanie ciuitatis prothus episcopus & agrippa, & Tutus diaconus,ex prouintia apulia, pardus episcopus, & crescens diacon⁹, ex prouintia damulti, Theodorus eps,& agathon diacon⁹,ex vrbe roma quos Siluester eps misit, claudianus & abitus pbyteri, eugenius, & quiriacus diaco ni,ex ꝓuintia italie,orosi⁹ eps nazare⁹lector, ex ꝓuicia Viēnēsiū ciuitatis arelas, martinus eps,salanias pbyter nicetus afer,vrsinus,& Petrus diacones,ex ꝓuintia qua supraviennensium verus epus,Bedas exorcista. Ex ciuitatevasione dāmas episcop⁹,victor exor cista,ex ciuitate auraticorum,Laustinus presbyter ex porta,Innocētius diaconus,agapius exorcista, ex prouintia gallia ciuitatis remorū,ibethani⁹ episcopus, prigenius diaconus, ex ciuitate rothoma/ gensium,auidamus episcopus,nicetius diacon⁹,ex ciuitate augusta,idonupeti⁹episcop⁹amād⁹pbyter,filomatis diaconus,ex ciuitate heluidono,votius episcop⁹, pituli⁹ exorcista, ex ciuitate agrippina maternus episcop⁹,maurinus diaconus,ex prouintia aquitanica ciuitatis vagalii genialis episcop⁹, ex ciuitate burdegala orientalis episcopus,flauius diaconus,ex ciuitateverorū artius episcop⁹, felix exorcista,ex ciuitate tholosa,Martinus episcopus,leontius diaconus,ex prouincia bitania,eburi⁹ epi/ scopus,ex ciuitate culnia adelsius,ex ciuitate romanorum,liberius episcopus,floreti⁹ diaconus,ex ci/ uitate betica,sabinus presbyter,ex ciuitate tarcacona,pbatus pbyter, castorius diacon⁹, ex ciuitate ce sarauguста,clementius pbyter,rouinus exorcista,ex ciuitate tebestigētiū, trimanus presbyter, victor diacon⁹,ex ꝓuintia mauritania cesariēsi fortunat⁹ eps,deuteri⁹diacon⁹,ex ꝓuintia sardinia qnt⁹eps, admonius pbyter, ex prouintia africa cecilianus pbyter,sperātius diaconus,ex ciuitate onina,lam/ padius episcopus,ex ciuitate vtica victor episcopus,exciuitate beneuentina,anastasius episcopus, ex ciuitate turbustina faustus episcopus,ex ciuitate cocoseltis surgētius epus,ex numidia victor epus,ex ciuitatevirensium vitalis eps,ex portu vrbis rome gregorius eps,excentum cellis epitatus,eps ex ciui tate ostensi,leōtius & macharius pbyteri. A

Capitulum primum,

ORdinari ad diaconatus vel sacerdotii officium neophitum non debere. C

Capitulum secundum

¶ Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in coniugii vinculo cōstitutum,nisi fuerit promissa conuersio. C

Capitulum tertium

¶CONCILIVM ARELATENSE SECVNDVM.

A ¶Si quis de clericis a gradu diaconatus in solatio suo mulierē p̄ter auiam, matrē, sororē, filiā neptē, vel cōuersam secum vxorē habere p̄sumpserit, a cōmunione alienus habeatur, Par quoq; & mulierē (si se separare noluerit) pena percellat. Capitulum quartum.

B ¶Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intromittat puellam vel ingenuā, vel ancillam. Capitulum quintum.

C ¶Nullus episcopus sine metropolitani permissu, nec episcopus metropolitanus sine tribus epis cō prouintialibus p̄sumat episcopū ordinare, ita vt alii cōprouintiales epistolis admoneantur, vt se suo respōso cōsensisse significēt, Quod si inter partes aliqua fuerit dubitatio maiori numero metropolitanus in electione consentiat. Capitulum sextum.

D ¶Illud autē ante omnia clareat, eum qui sine cōscientia metropolitani cōstitutus fuerit epūs iuxta magnam synodū esse episcopū nō debere. Capitulum septimum.

E ¶Si qui se carnali vitio repugnare nesciētes abscindunt, ad clerum peruenire non possunt. Capitulum octauum.

F ¶Si quis excōmunicatū alterius siue clericū, siue secularē recipere post interdictū p̄sumpserit, nouerit se reū fraternitatis factū causam in cōcilio redditurū. Capitulum nonum.

G ¶Nouatianum in cōmunionē recipi non debere, nisi suscepta penitentia incredulitatis preteritum damnet errorem. Capitulum decimum.

H ¶De his qui in persecutione preuaricati sunt, si voluntarie fidem negauerint hoc de eis nicena synodus statuit, vt quinq; annis inter cathecuminos exeāt, & duos inter discōmunicātes, ita vt cōmunionem inter penitētes nō p̄sumāt, in potestate tamen vel arbitrio erit episcopi, vt si eos ex animo errorē deflere, & agere penitētiam viderit, si ad cōmunionē in propria ecclesia velit humanitate suscipere. Capitulum vndecimum.

I ¶Si qui vero dolore victi & pondere persecutionis negare, & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter cathecuminos, triennio inter penitentes habeantur a communione suspensi. Capitulum duodecimum.

k ¶De his qui in penitentia positi vitam excesserunt, placuit nullum cōmunione vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honorauit penitentiam oblatio illius recipiatur. Capitulum decimūtertiū.

L ¶Nullus cuiusq; ordinis clericus, non diaconus, nō presbyter, nō epūs quacūq; occasione faciente p̄priā relinquat ecclesiam, sed omnimode, aut excōmunicetur, aut redire cogatur, Quod si aliquis cōmorationis tempore inuito episcopo suo in aliena ecclesia habitans ab ep̄o loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur. Capitulum decimumquartum.

M ¶Si quis clericꝰ pecuniā dedit ad vsurā, aut conductor aliene rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliqd̄ genꝰ negociationis exerceat, depositꝰ a clero a cōmunione alienꝰ habeatur. Capitulum, xv.

N ¶In secretario diaconos inter p̄sbyteros sedere nō liceat, vl̄ corpꝰ xp̄i p̄sente p̄sbytero tradere nō p̄sumāt, qd̄ si fecerint ab officio diaconatꝰ abscedāt. Capitulum decimūsextum.

O ¶Fotinianos siue paulianistas secundum patrum statuta baptizari oportet. Capitulum decimūseptimum

P ¶Bononianos autē ex eodē errore veniētes (quos sicut arrianos baptizari in trinitate manifestū est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde cōfessi fuerint, cū chrismate, & manus impositione in ecclesia recipi sufficit. Capitulum decimūoctauum.

Q ¶Ad arelatēsis ep̄i arbitriū synodus est cōgregāda, ad quā vrbē ex omnibꝰ mundi partibus sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium atq; conuentū, si quis commonitus infirmitatis causa defuerit personam vice sua dirigat. Capitulum decimūnonum

R ¶Si quis autem adesse neglexerit, aut cetum fratrum anteq̄ dissoluatur concilium crediderit deserēdum, alienum se a fratrū cōmunione cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti synodo fuerit absolutus. Capitulum vigesimum.

S ¶De agitatoribus siue theatricis qui fideles sunt, placuit eos quādiu agunt a cōmunione separari. Capitulum vigesimumprimum.

T ¶Penitentes que defuncto viro aliis nubere presumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesie liminibꝰ arceantur, Hec etiam de viro in penitentia posito placuit obseruari. Capitulum vigesimūsecundum.

V ¶Penitentiam coniugatis non nisi ex̄ consensu dandam.

Capitulum

Capitulum vigesimumtertium

¶Si in alicuius p̄sbyterio infideles,aut faculas accēderint,aut arbores fontesvel saxa venerētur, si hec A
eruere neglexerit, sacrilegi se esse reum cognoscat,domin⁹ autem ordinator rei ipsius si admonitus
emendare noluerit,cōmunione priuetur. Capitulum vigesimumquartum.
¶Eos qui falsa fratribus capitalia obiecisse conuicti fuerint, placuit eos vsq; ad exitum non cōmu- B
nicare,sicut magna synodus ante constituit,nisi digna satisfactione penituerint.

Capitulum vigesimumquintum.

¶Si qui post sanctam religionis professionem apostatāt,& ad seculum redeunt,& postmodū pe- C
nitentie remedia non requirunt,sine penitētia cōmunionem penitus non accipiant,quos etiam iu-
bemus ad clericatus officium non admitti,& quicūq; ille sit post penitentiam, secularem habitū nō
presumat,quod si presumpserit ab ecclesia alienus habeatur.

¶Explicit concilium Arelatense secundum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII ARELATENSIS TERTII.

i ¶Vt diaconus ante.xxv. & sacerdos ante xxx.annos non ordinetur.

ii ¶Vt digami vel penitentes vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non prouehantur.

iii ¶Vt laicus ante annum conuersionis non ordinetur.

iiii ¶Vt qui clericum alienum defendere nititur cōmunione priuetur.

¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM ARELATENSE. III. XXIIII. EPISCOPORVM, ERA. CCCCLXI. D

ARTIANO AVGVSTO OPILIONE ET VINCOmalone consulibus.viii.idus Iulii cū voluntate dei ad dedicationē basilice sancte Marie in Arelatensi ciuitate sacerdotes domini cōuenissent, cōgruū eis & rationabile visum est,vt primū de obseruādis canonibus attentissima sollicitudine pertractātes qualiter ab ipsis ecclesiastice regule,seruarentur salubri concilio definirent. Capitulum primum.

¶Et quia in ordinandis clericis antiquorū patrū statuta nō ad integrū(sicut E
expedit)obseruata esse cognoscuntur ne forte quorūcūq; importunis,& inordinatis precibus sacerdotes domini fatigentur,& ea que totiens sunt precepta trāsgredi cōpellantur,hoc inter se obseruandū esse definiunt,vt nullus episcoporū diaconū anteq̄ viginti quinq; annos impleat ordinare presumat, episcopatus vero vel presbyterii honorem nullus laicus ante premissam anni conuersionem,vel ante triginta annos etatis accipiat. Capitulum secundum.

¶Nullus penitētem,nullus digamū,nullus viduarū maritos in predictis honoribus audeat ordi- F
nare,& licet hec iam prope omniū canonum instituta contineant,tamen ne cuiq̄ sacerdotum supplicantiū(sicut iam dixim⁹)importunitas vel suggestio iniqua subrepat necesse fuit,vt nūc seueriorem regulā sibi velint domini sacerdotes imponere,& ideo quicūq; ab hac die cōtra ea que superi⁹ sunt cō prehēsa clericū ordinare p̄sumpserit,ab ea die qua ei potuit hoc approbari anno integro missas facere non p̄sumat,quā rem si quis obseruare noluerit,& contra cōsessum fratrum faciens missas celebrare presumpserit,ab omniū fratrū charitate nouerit se alienū,quia dignum est vt seueritatem ecclesiastice discipline sentiat qui salubriter a sanctis patribus instituta obseruare contemnit.

Capitulum tertium.

¶Et licet de laicis ꝓlixiora tēpora antiqui patres ordinauerint obseruāda,tamē quia accrescūt nū- G
meri ecclesiarū,necesse est nobis sine p̄iudicio dūtaxat canonū cōstituere antiquorū,vt null⁹ metropolitanorū cuicūq; laico dignitatē ep̄atus tribuat,sed nec reliqui pōtifices p̄sbyterii vel diaconat⁹ honorē cōferre p̄sumāt nisi anno integro fuerit p̄missa cōuersio. Capitulum quartum.

¶Si forte aliquis clericorū regulā disciplinę ecclīastice subterfugiēs fuerit euagat⁹ quicūq; eū susce- H
perit,& illū pōtifici suo nō recōciliauerit,sed magis defensare p̄sumpserit ecclīe cōmunione priuetur.
Cesari⁹ in xp̄i nomine ep̄s definitionē hāc sanctorū fratrū meorū vel meā relegi,& subscripsi. Cōtumeliosus ep̄s cōsensi & subscripsi,filiargi⁹ ep̄s subscripsi,p̄taxatus ep̄s subscripsi,maximus episcopus

ſubſcripſi,Iulianus epiſcopus ſubſcripſi,Florentius epiſcopus ſubſcripſi. Itē cyprianus epſicop⁹ ſubſcripſi. Celeſtinus epiſcopus ſubſcripſi, proitian⁹epiſcopus ſubſcripſi,Eucherius epiſcop⁹ ſubſcripſi, Catafronius preſbyter directus a dominis meis agricio,& ſeuero epiſcopis ſubſcripſi,ego Deſideri⁹ preſbytter directus a domino meo Iohanne epiſcopo conſenſi,& ſubſcripſi,Leontius preſbyter directus a domino meo conſtātino epiſcopo ſubſcripſi. Ego metherius directus a domino meo galliano epiſcopo conſenſi & ſubſcripſi.

¶Explicit concilium Arelatenſe tertium.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII VALENTINI.

i ¶De digamis non conſecrandis.

ii ¶Vt deuota ſi ſe maritauerit vel mechata fuerit,penitentie deputetur.

iii ¶Circa eorum vero perſonas qui ſe poſt vnum,& ſanctum lauachrum vel profanis ſacrificiis demonum,vel inceſta lauatione polluerunt.

iiii ¶Vt ſacerdos vel leuita ſi de ſe crimen aliquod confitetur deponatur.

¶Explciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM VALENTINVM. XXX. EPISCOPORVM ERA. CCCCXIII. SVB GRATIANO, ET VALENTINIANO IMPERATORIBVS GRATIANO. III. ET QVINTINO CONSVLIBVS.

A

ILECTISSIMIS FRATRIBVS PER GALLIAS, & quinq; prouintias cōſtitutis epiſcopis,Fegadius,Emerius,Florentius, Artimius,Emilian⁹,Britto,Iuſtus,Euſodius,Rodami⁹, Euorti⁹,Cret⁹, Cōcordi⁹, Cōſtantinus,Paulus,Anterius,Felix,Neuterius,Vrbanus,Simplicius,& Vincentius epiſcopi in domino ſalutem. Trāſactis valētinū omnibus & in dei nomine in ſtatu meliore cōpoſitisque fuerūt cepta cauſa diſſidii,quorundam fuit patrum vtilis & religioſa ſuggeſtio retractata de his que nec recipere poſſum⁹ ob eccleſie ſanctitatem,nec tamē vſquequaq; conſuetudinis cauſa damnare,ita enim per omnes eccleſias eiuſmodi vitii germē inoleuit,vt ad plena remedia non facilis ſit recurſus,certe nō ſine vercūdia eorum quibus cauſa contigit ſubciſiuū quod circa fratres generat odium,moderatoq; cōſilio ea cautele ratio ſeruata eſt,que & ſcandala ſubmoueret & ſanctitatem eccleſie cuſtodiret.

Capitulum primum.

B ¶Sedet ergo neminē poſt hāc ſynodū qua eiuſmodi illicitis vl'ſero ſuccurritur de digamis,aut inter nuptiarum maritis ordinari clericos poſſe,nec requirendum vtrum ne initiati ſacramentis diuinis,aut gentiles hac ſe infelici ſorte neceſſitate maculauerunt.

Capitulum ſecundum

C ¶De puellis vero que ſe deo vouerunt,ſi ad terrenas nuptias ſponte tranſierunt,id cuſtodiendū eſſe decreuimus,vt penitētes non ſtatim ad penitentiam recipiantur,& cum data tamen fuerit,niſi plene ſatiſfecerint deo in quantum ratio popoſcerit, eiſdem communio differatur.

Capitulum tertium.

D ¶Circa eorum vero perſonas qui ſe poſt vnum & ſanctū lauachrū vel profanis ſacrificiis demonū vel inceſta lauatione polluerunt, eam cenſure formā diximus eſſe ſeruandam,vt his iuxta ſynodum nicenā ſatiſfactionis quidā aditus non negetur,ne infelicibus lachrymis vel ſolatii ianua deſperatiōe claudatur,acturi vero penitētiā vſq; in diem mortis non ſine ſpe tamen remiſſionis,quā ab eo plene ſperare debebunt,qui eius largitatē & ſolus obtinet,& tam diues miſericordia eſt, vt nemo deſperet, deus enim mortem non fecit,nec letatur in perditione viuorum.

Capitulum quartum.

E ¶Nec illud fratres ſcribere alienū ab eccleſie vtilitate cenſuimus,vt ſciretis quicūq; ſub ordinatione vel diaconatus,vel preſbyterii,vel epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos,a ſupradictis ordinationibus ſubmouendos reos ſcilicet vel veri confeſſione vel mēdacio falſitatis.Neq; enim abſolui

ſoluí poteſt is quí in ſe ipſum díxerít mortís cauſam quía maíor homícída ſít. Díuína pietas vos ín eternum cuſtodíat dílectíſſimí fratres.

¶Explícít concílíum Valentínum.

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM CONCILII.

DIlectiſſimis fratribus clero,& plebi eccleſie foro iulienſis,ſegadius,emerius,florentius,artemius, Emilianus,Britto,iuſtus,Eurodius,Rodamius,Euortius,conſtantius,Paulus, cretus, eoncor/ dius,anterius,neuterius,nicecius,vrbanus,felix,ſimplicius,&Vincentius epiſcopi in domino ſalutem Quāuis tam ea benedict⁹ frater de ſanctiſſimi accepti perſona ſuggerit, que prudenti & chriſtiano viro ſunt condigna,q̄ quod ſtudio omniū veſtrum ad honorem ſacerdotii poſcatur edixerit,tamen quia in ſynodo iam lederat ordinationes eiuſmodi ſubmouēdas que ſine ſcandalo eſſe non poſſunt, non potuimus vni preſtare quod ceteris negabatur, Et licet nō ignoremus multos verecundia & nonnullos honore ſuſcipiendi ſacerdotium, & vt trepidos,que vtiq; ſigna ſunt ſanctitatis falſa in ſe reiiiendi honoris cauſa dixiſſe,tamen quia omnium fere ad ea que ſunt peiora procliue iudiciū eſt, & hinc materies diſputationum in obtrectationes ſacerdotum dei queritur,ſedit in ſynodo,vt quiſq; de ſe vel vera, vel de falſa dixiſſet,fides quā ſuimet teſtimonio cōfirmaret haberetur,quapropter de/ cretum eſt,ſubmouendos protinus eſſe ab eo gradu quē ab omni ſcādalo liberum eſſe decet, diuina pietas vos in eternum protegat. A

¶Explícít epiſtola concílíí Valentíní.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII TAVRINATIS.

i ¶Vt qui approbauerit ſuam ciuitatē me/ tropolim fuiſſe,teneat primatum.

ii ¶Vt epiſcopi qui cōtra ſtatuta faciunt ho nore priuentur.

iii ¶De laicis qui clericis crimen intendūt.

iiii ¶De clericis qui per culpam ab epiſcopo ſuo excommunicantur.

v ¶De his qui ſe ab hereticis ſeparare volue rint,vt ab eccleſia catholica ſuſcipiantur.

vi ¶Vt alterius clericum non promoueat al/ ter,nec abiectum recipiat.

vii ¶De his qui contra interdictum ſunt or/ dinati,vel in honore filios genuerunt.

¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM TAVRINATE.

B

FRATRIBVS DILECTISSIMIS PER GALLIAS, & quinq; prouintias conſtitutis ſancta ſynod⁹que conuenit in vrbe taurinatū, Cū ad poſtulationem prouinciarum Gallie ſacerdotes conueniſſemus ad tau rinatū ciuitatē,atq; in eiuſdē vrbis eccleſia auditore dño vl mediatore ſederem⁹, auditis allegationibus epiſcoporum eorumvidelicet qui ad iudicium fuerant, de ſingulis negotiis hec ſententie forma proceſſit,quod a paucis ſtatuta canonū ſeruarentur,& plurimorum contentionibus adhiberetur vtilis medicina.

Capitulum primum.

C

NAm cum primus omniū vir ſanctus proculus Maſſilienſis epiſcopus ciuitatis ſe tāq; metropo litanū eccleſiis que in ſecunda prouincia Narbonēſi poſite videbātur diceret preeſſe debere,atq; per ſe ordinationes in memorata prouincia ſummorū fieri ſacerdotū, ſiquidē aſſereret eaſdem eccle ſias vel ſuas fuiſſe,vel epiſcopos a ſe in eiſdem eccleſiis ordinatos,& ediuerſo eiuſdē regionis epiſcopi aliud defenſarent,ac ſibi alteri ius prouincie ſacerdotem preeſſe non debere contēderent,id iudicatum a ſancta ſynodo contēplatione pacis atq; concordie,vt non tam ciuitati eius que in altera prouincia ſita eſt,cuius magnitudinē penitus neſciremus, quā niſi potiſſimū deferretur, vt filiis honore prima tus exiſteret. Dignū enim viſum ē,vt quāuis vnitate,puintie minime teneretur,cōſtringerētur tñ pie tatis affectu,Hec ipſi tantū in die vite eius forma ſeruabitur,vt i eccleſiis ꝓuincie ſede narbonēſis quas vl ſuas parochias vel ſuos diſcipulos fuiſſe cōſtiterit ordinatos primat⁹ hēat dignitatē. Illud a partib⁹ ſuis obſeruādū qđ licet ex ſupfluo nō tñ iutiliter cōmonetur, vt ipe ꝓculus tāq; pi⁹ pater cōſacerdotes

ſuos honoretvt filios,& memorate prouintie ſacerdotes tāq̄ boni filii eundem habeant vt parentem, & inuicem ſibi exhibeāt charitatis affectum,impleto hoc quod ait beatus apoſtolus. Honore mutuo preuenientes,non alta ſapientes,ſed humilibus conſentientes. ¶Illud deinde inter epiſcopos vrbiū Arelatenſis,& viennēſis qui de primatus apud nos honore certabant a ſancta ſynodo definitum eſt, vt qui ex eis cōprobauerit ſuam ciuitatem eſſe metropolim,is totius prouintie honorem primatus obtineat,& ipſe canonū ordinationum habeat poteſtatē,Certe ad pacisvinculum cōſeruandum hoc concilio vtiliori decretum eſt,vt ſi placet memoratarum vrbium epiſcopis vnaquaq̄ de his vicinio⁊ res ſibi inter prouintias muniat ciuitates,atq̄ eas eccleſias viſitet quas oppidis ſuis maximas magis eſſe conſtiterit,ita vt memores vnanimitatis,atq̄ concordie non alterū ſibi longiusvſurpando quod eſt alii propius inquietet.

Capitulum ſecundum.

A ¶Placuit itaq̄ perpeti diſciplinam quā circa octauum,vrſionem,remigium,& triferium epiſcopos ſancta ſynodus decreuit, qui vſurpatione quadam de ordinatione ſacerdotum ad inuidiā vocaban tur,quod eis hactenus idcirco videtur indultum,vt de ceterohac auctoritate cōmoniti nichil vſur⁊ pare conentur,ſiquidē ea ab hac cauſa excuſatione defenderint,qua dicerent prius ſe non eſſe cōuen tos,Proinde iudicauit ſynodus,vt ſi quis ex hoc fecerit contra ſtatuta maiorum,ſciat is qui ordinat⁹ fuerit ſacerdotii ſe honore priuandū, ille vero qui ordinauerit auctoritatem ſe in ordinationib⁹ vel in cōciliis minime retinēdam,Non ſolum autem circa memoratos epiſcopos hec ſententia preuale⁊ bit,ſed circa omnes qui ſimili errore decepti ordinationes huiuſmodi perpetrarunt.

Capitulum tertium.

B ¶De palladio autem laico qui ſpano preſbytero non leue crimē intenderat,inter quos epiſcop⁹ tri⁊ ferius eiuſdē criminis cauſas ſe cognouiſſe teſtatus eſt,id concilii decreuit auctoritas,vt idē palladius in eadem ſententia maneret,qua cognitionis tempore a triferio fuerat ſacerdote mulctatus,hoc ei hu manitate reſeruato concilii,vt ipſe triferius in poteſtate habeat quando ei voluerit relaxare.

Capitulum quartum.

C ¶Statuit quoq̄ de exuperātio preſbytero ſācta ſynodus qui in iniuriam ſancti epiſcopi ſui triferii grauia & multa conſenſerat, & frequentibus eum contumeliis prouocauerat,ita vt nonnulla fecerit contra eccleſiaſticam diſciplinam,propter quā cauſam ab eo fuerat dominica cōmunione priuatus, vt in eius ſit arbitrio reſtitutio ipſius in cuius poteſtate eius fuit abiectio,hoc eſt,vt quando vel idem exuperantius ſatis fecerit,vel epiſcopo triferio viſum fuerit,tunc gratiam communionis accipiat. Illud decreuit preterea ſancta ſynodus,vt quoniam legatos epiſcopi galliarum qui felici communi⁊ cant deſtinarunt,vt ſi quis ab eius communione ſe voluerit ſequeſtrare in ſancte pacis conſortium ſu ſcipiatur iuxta litteras venerabilis memorie Ambroſii epiſcopi vel romane eccleſie ſacerdotis dudū latas,que in concilio legatis preſentibus recitate ſunt.

Capitulum quintum

D ¶Nec illud pretermittendum fuit quod ſynodi ſententia definitum eſt,vt eccleſiam alterius ſecūn⁊ dum ſtatuta canonum nemo ſuſcipiat,neq̄ ſue eccleſie in alio gradu audeat ordinare, neq̄ abiectū recipiat in communionem.

Capitulum ſextum.

E ¶Hi autem qui contra interdictum ſunt ordinati,vel in miniſterio genuerūt filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur,ſynodi decreuit auctoritas,Incolumesvos dominus noſter euo lon⁊ giſſimo conſeruare dignetur domini fratres dilectiſſimi.

¶Explicit concilium Taurinate.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII REGIENSIS.

i ¶Vt peruerſi ordinatores nullis denuo ordinationibus interſint.

ii ¶Vt a duob⁹ epiſcopis ordinatus aliquā do epiſcopus poſſit non eſſe.

iii ¶De hereticis & ſchiſmaticis epiſcopis ſi ad catholicam fidem venerint quid ob⁊ ſeruari debeat.

iiii ¶Vt epiſcopus & benedicat & confirmet neophitum.

v ¶Vt epiſcopus cum ſepelierit epiſcopum, curam habeat eccleſie ipſius.

vi ¶Vt abſq̄ metropolitani litteris & conſen ſu,nullus accedat ad deſtitutam eccleſiam epiſcopo.

¶Explicíunt capitula.

¶Incipiunt

INCIPIT CONCILIVM REGIENSE HABITVM. ERA. CCCCLXXII. AB EPISCOPIS.XIII.

SVB IMPERATORIBVS THEODOSIO IVNIORE A
& Valentiniano, Theodosio septio & festo consulibus,cū in voluntate dñi apd Regiensem ecclesiam cōueniſſemus,& transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habite remediū quereretur,qua sanctis ecclesie canonib9 , ac reuerēdis patrū constitutionibus omni parte neglectis,absq; triū presentia,absq; prouincialium litteris absq; metropolitani auctoritate irritam ordinationis speciem a duobus temere cōuenientibus presumptam esse clarebat, non min9 doloris de p̄sumpto lapsu q̄ de ecclesie ipsius conuulsione in pectoribus omniū diutina collatione versatum est. Primum itaq; quia non vlciscendi sed remediandi studiū nutu domini vniuersorum pectorib9 ,prsus sacerdotali cōsilio insederat in sermonib9 singulis pro pietate perspecta patuit,quod sicut reproba que p̄sumpta essent in irritum deuocanda,ita eos qui reproba presumpsissent q̄is confundere censura cogeret caritati liceret absoluere,presertim cū hi qui in tam peruersa incidissent a primo lapsu ipsius diei adhibitis passim precibus culpam sibi penitentes, aut ignorantie proscriptioni imputassent,quia & si inueniale crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse, leuius tamē erat quam si ore impudenti fateretur se nota calcasse.

Capitulum primum.

ITem eos qui tā incondita ac tam instabilia vsurpauerāt,placuit misericordie & charitatis occursu B
ita in cōmunionem dilectionemq; recipi,vt scirent secundum recētem & saluberrimā taurinatis synodi definitionem ad perpetuā vite istius suffusionem nullisse de cetero ordinationibus nullis ordinariis futuros interesse cōsiliis,quia nichil salubre ab illis statuendum expectaretur ,qui tante occupationis tā detestanda exempla prebuerant ebredunēsi ecclesie. Ante oia mature visum consulēdum quia quatuor de biennii mensibus sacerdote legitimo destituta hoc grauius egrotauerat,quod clericus innocens disciplīne (vt probatū est)memor quorundā insolētia,ac varia pturbatione vexatus,etiā in sacerdotibus ac ministris minas,ac iurgia & vim acerbissimam pnitiosa nuper cede pertulerat,nec poterat differri,Bonorū ac disciplīne meror ne vel expectatione videatur cōtumaciū & iquietorū vota palpare,quorum cōspirationes que in preteritū(quantū deprehendi potest) animaduersione ecclesiastica puniende,& in futurū mancipande erant,Itaq; ordinationem quā canones irritā definiūt, nos quoq; vacuandā esse censuimus,in qua pretermissa triū presentia nec expetitis comprouincialiū litteris,metropolitani quoq; voluntate neglecta prorsus nichil quod episcopum faceret, ostēsum est.

Capitulum secundum.

ITaq; in voluntate placuit domini,remoto hoc qui perperā assumpt9 erat ep̄s,fieri omnino fratrū C
cōstitutionem ecclesiastica traditione seruata,verū quia hec sancta synodus non disciplīnā tantū, sed & misericordiā gessit,cūq; occurreret quod se armētarius diebus proximis eidē ecclesie multa assentatorū insolentia retulisset ,occurrebant tñ quod ante ammonitionem discessisset quod a nōnullis sacerdotibus in hoc ipsum cōfirmatus, se etiam priuate domui reddidisset , quod epistolas ad clerum ipsum emiserat,quibus episcopatum quem se indeptum agnoscebat appetere renunciauerat , erat in nomen suū potens,& hoc ipsum quod stabiliter & impresumptū erat,iam tunc inordinatum & irritum futurū protestatum esse confirmans in illā potius partem declinata sentētia est,vt iuueni edocto in timore domini plus suffragaretur,quod in acto vitiosissimo interdum sana sensisset,q̄ quod iuuenilibus titillationibus aliqua in pte cessisset,Itaq; pretermissis his que in ingressu ipsius eū absq; vllis excusationis effugio culpe associatum asseuerāt,velut innocentem eundem preterire sacerdotes domini qui huic concilio aderant damnatione vacuum maluerunt.

Capitulum tertium.

IQuod ergo in quibusdam schismaticis recipiendis nicenum cōciliū potuit a singulis per territo- D
ria sua,hoc etiā presens cōuentus statuit ab oībus seruari debere.i.vt cuicūq; de fratribus tale aliquid charitatis cōcilia dictauerint,liceat vnam parochiarum suarū ecclesiam cedere in qua aut corepiscopi nomine,vt idē canon loquitur,aut peregrina,vt aiunt cōione fouerentur. Primum itaq; statuitur,vt

hoc in qualibet prouincia preter quã in alpina maritima liceat,quã si in aliqua parte acceſſerit,vt ma lorum incitator &quietis impatiẽs damnationi quã in ſe prouocauerat ſubiacebit.Sed ſi quis eidem quicq̃ ex his que ſtatuta ſunt tranſgrediẽti cõicauerit a cõmunione omnium fiat alienus,deinde nec quolibet in loco,preter quã in publico gerentur,ne quiſq̃ ei laicus decernatur, quem curie & ciuita tis ſpecies aut ordo nobilitat, Additur ne vnquam in ciuitatib⁹ vel epiſcoporum abſentia offerre pre ſumat,nec ordinare vel vltimum clericũ nec in eadem eccleſia, que illi cuiuſcũq; mia fuerit attributa, nec vlli eꝑorum vel ſuccedente etate aſſumpto aliquo in rudimentis ſuis huic quaſi pro etatis reue rentia cedere liceat,necvſq̃ ipſi quicquã de epiſcopalibus officiis vſurpare, preterquam in eccleſia quã cuiſq̃ miſericordia fuerit indeptus in qua ei ſolum Neophitos confirmare,& ante pbr̃os offerre con ceditur, Quod ſi vnquam taliter aliquis charitate alterius ꝓuocat⁹ habitationis cõmutationẽ varia uerit,nõ aliter in alia eccleſia requiẽ accipiat,quã in priori habuit cui renũciauerat, nec omnino vnq̃ duarum eccleſiarum gubernationẽ obtineat,cui etiam in ea que ipſi ceditur miniſtros a ciuitatis eꝑo neceſſe eſt ordinari,ſane quia miniſtrorum mentio facta eſt,& nõnulli ab ipſo inuenti ſunt excõmu nicati temere in clero ꝓuecti,ſtatutum eſt eos qui ita aſſumpti ſunt deponendos,Quib⁹ autem nul la macula cõuerſationis ꝑiudicarit,prout Ebredunenſi ſacerdoti cõſtituendo viſum eſt,aut in eccleſie ſue miniſterio tenẽdos,aut ad ipſum quocũq; habitaſſet trãſferendos,plebiſq; acciperent licentiã ex cõſtitutionis huius ꝑmiſſu benedicere vt ſupra definitũ eſt,& in vna eademq; eccleſia neophitos con firmare,In caſtellis ac vicis totũ illis ante pbr̃os ſicubi venerint liceat quod in ciuitatibus omnino pre ſcribitur.

Capitulum quartum.

A ¶Vt pbr̃i priuatim fidelibus deſyderantibus benedicãt & interminatas has diſcuſſiones viſum in definitas oĩno pbr̃o per familias,per agros,per priuatas domos ꝓ deſyderio fidelium facultatem be nedictionis aperire,quod nõnullas iam prouincias habere occurrit, huic autem etiam in eccleſiarum plebibus per loca tamen magis quã per vrbes hoc viſum eſt eſſe tribuendũ,In eccleſia quoq; qua or dinatus fuerit cõſecrandi virginem ſicut cõfirmandi neophitũ ius habebit, & per omnia vt ſit multe indulgentie teſtimoniũ ſemper ſe inferiorem eꝑo,ſuperiorem pbr̃o agat,mandatis votiſq; omnium ſanctorũ proſequẽtibus viuat in timore domini & epiſcopum ſuũ colat,deo ſeruiat,ſynodi circa ſe be niuolentie gratias agat,ſemperq; indignũ ſe indultis negatis & imparem eſſe fateatur.

Capitulum quintum.

B ¶In cõmune aũt oẽs qui conuenerant ſacerdotes ſibimetipſis cõtra hmõi ſcandala ꝑcauendum cẽ ſuerunt,Itaq; ꝓpter eiuſmodi temeritatem ſtabili definitione cõſultum eſt,vt de cetero obſeruaretur, ne quis ad eam eccleſiãque epiſcopũ pdidiſſet,niſi vicine eccleſie eꝑs exequiarum tempore accederet, qui tamen ſtatim eccleſie ipſius curã diſtrictiſſime gereret,ne quid ante ordinationem diſcordantiũ in nouitatibus clericorũ ſubuerſioni liceret.Itaq; cum tale aliquid accidit,vicinis vicinarũ eccleſiarũ inſpectio,deſcriptio,recenſioq; rerum mandatur.

Capitulum ſextum.

C ¶Hec aũt oia exequiarũ tpe vſq; ad ſeptimam defuncti agat diem,exinde eccleſie referẽs mãdatum metropolitani ſimul cũ oibus ſanctis epiſcopis ſepeliatur,ne quiſq̃ ad eccleſiã que ſummum amiſe rat ſacerdotẽ niſi metropolitani litteris inuitatus (ne a plebe decipiatur) accedat,& vim pati voluiſſe videatur. Ego Hilarius eꝑs iuxta id quod vniuerſis ſanctis epiſcopis meis,qui mecum ſubſcripſe runt,placuit ſtatuta patrũ his definitionibus ſubſcripſi ſub die.xvi.kalẽ.decembris, Theodoſio Au guſto.vii.feſto.iiii.cõſulibus. Ego Seuerianus eꝑs huic definitioni interfui,& ſubſcripſi die cõſulib⁹ ſupra ſcriptis. Ego audentius eꝑs ſtatutis interfui,die conſulibus ſupra ſcriptis. Ego Iulius eꝑs ſtatu tis interfui,& ſubſcripſi die cõſuli. ſupraſcriptis. Ego Achadius eꝑs his definitionibus interfui & ſub ſcripſi die cõſ. ſupra ſcriptis,Ego Auſpitius eꝑs his definitionibus interfui,& ſub,cõ.die ſup. Ego Se uerinus eꝑs definitionibus his interfui,& ſubſcripſi. Ego Valerius eꝑs his definitionibus interfui,& ſubſcripſi. Ego Neuteri⁹ eꝑs his definitionibus interfui,& ſubſcripſi,Ego Aſclepius epiſcopus his de finitionib⁹ interfui & ſubſcripſi. Ego Theodorus epiſcopus his definitionibus interfui,& ſubſcripſi. Ego Vincẽtius pbr̃ eꝑi conſtantiniani ab eodẽ ordinatus interfui vice ipſius & ſubſcripſi.

¶Explicit concilium regienſe.

¶INCIPIVNT CAPITVLA AVRAICENSIS CONCILII.

i ¶Vt nullus miníſter ſine chriſmate ꝓfici ꝯ ſcatur.
ii ¶De hereticis ſi in mortis diſcrímine conuertantur.
iii ¶De penitentíbus qui de corpore exeũt.
iiii ¶De clericis penitentíam volentíbus.
v ¶De his qui ad eccleſiam confugiunt,ne tradantur.
vi ¶Nullus pro ſuis mancipiis qui ad eccle ſiã confugiũt clericorũ mãcipia occupet.
vii ¶De libertis qui in eccleſia commendati ſunt ne opprimantur.
viii ¶De his q clericũ alienũ ordiare ꝑſumũt
ix ¶De his qui ciues alienos ordinauerint.
x ¶De epiſcopis qui in poſſeſſione, & in aliena dioceſi baſilicam conſtruxerunt.
xi ¶De epiſcopis qui excommunicatum al terius ſuſcipiunt.
xii ¶De his qui ſubito obmuteſcunt,quod & baptiſmum & penitentiã accipere ꝑnt.
xiii ¶De his qui mente deſipiunt.
xiiii ¶De inergumínis baptizatis.
xv ¶Vt inergumínis & cathecumínis de baptiſmo conſulatur.
xvi ¶Vt ínergumíni ad clerũnõ ꝓmoueãtur
xvii ¶Vt ín vnum propoſitio ſacramenti con ſecretur.
xviii ¶Vt euangelía cathecumíni nõ audiãt.
xix ¶Vt cathecumínii ad baptiſteria non ac cedant.
xx ¶Vt cathecumíni cum fídelibus benedí ctionem non accipiant.
xxi ¶Vt duo epiſcopi eꝑm non faciant.
xxii ¶Vt clerící coniugati níſi continentíam profiteantur,díaconi non fiant.
xxiii ¶De his qui poſt acceptum díaconatum incontínentes inueníuntur.
xxiiii ¶De his qui príuſq̃ ordinarentur,incon tínentes inuenti ſunt.
xxv ¶De víris ꝓbatis ſi cõiugía duplícauerit.
xxvi ¶De diaconiſſis non ordinandis.
xxvii ¶De feminis que viduitatem profeſſe ſunt coram epiſcopo.
xxviii ¶De his qui profeſſi ſunt caſtitatẽ,ſi pre uaricati fuerint.
xxix ¶Vt nullus eꝑs de concílio ſine conſenſu diſcedat,aut ad concilium ire recuſet.

¶Explicíunt capítula.

¶INCIPIT CONCILIVM AVRAICENSE TEMPORE THEODOSII IVNIORIS ET CYRI CONSVLVM.VI. IDVS NOVEMBRIS IN ECCLESIA IVSTINIANENSI.

Capitulum primum.

A VLLVS MINISTRORVM QVI BAPTIZANDI recipit officiũ ſine chriſmate vſq̃ debet ꝓgredí,quía inter nos placuit ſemel in baptiſmate chriſmarí,de eo aũt qui baptiſmate quacũqꝫ neceſſitate faciẽte nõ chriſmatꝰ fuerit in cõfirmatione ſacerdos cõmonebitur. Nã inter nos chriſmatis ípſius nõ níſi vna benedictio eſt,non vt preiudicãs quicq̃ dico,ſed vt neceſſaria habeatur rechriſmatio.

Capitulum ſecundum.

B ¶Hereticos ín mortís díſcrímine poſitos ſi catholící eſſe deſyderent,ſi deſit eꝑs, preſbyteris cũ chriſmate & benedictione conſignare placet.

Capitulum tertium.

C ¶Qui recedunt de corpore penitẽtía accepta, placuit ſine recõcíliatoría manus ímpoſitíone eis cõmunícare,quod morientís ſufficit cõſolatíoní ſecundũ definitiones patrum,qui hmõi cõmuníonẽ congruenter víatícum nominauerũt,quod ſi ſuperuíxerint ſtent in ordíne penitẽtium, vt oſtenſis neceſſaríis penitẽtie fructibus legitimã cõionem cũ reconcíliatoría manus ímpoſitíone recipiãt.

Capitulum quartum.

D ¶Penitentíã deſyderantíbus clericís nõ negandã.

Capitulum quíntum.

E ¶Eos quí ad eccleſiã fugerínt tradí non oportere,ſed loci ſancti reuerentía & ínterceſſione defendí.

Capitulum ſextum.

F ¶Sí quis aũt mancípia clericorũ ꝓ ſuis mãcipíis ad eccleſiã confugientíbus crediderít occupanda,ꝓ oẽs eccl'ias diſtrictiſſima dãnatione feríatur.

Capitulum ſeptimum.

G ¶In eccleſia manumíſſos & ꝓ teſtamentum eccleſie cõmendatos,ſi quis ín ſeruítutem,vel obſequíũ, vel ad coloníarum conditionem ímprimere tẽtauerit,animaduerſione eccleſiaſtíca coercebitur.

Capitulum octauum.

H ¶Sí quis alíbí conſiſtentem clericum ordínandum putauerit,príꝰ definíat vt cum ípſo habítet,nec

eum ſine conſultatione eius epiſcopi cū quo ante habitauit ordinare p̄ſumat,quia non ſine cauſa diu ab alio non ordinatus remanſit, Capitulum nonum.

A ¶Si q aūt alienos ciues aut alibi cōſiſtentes ordinauerit,ne iordinati in vllo accuſentur, aut ad ſe eos reuocent,aut ipſi eis īpetrent cū qbus habitēt. Capitulum decimum.

B ¶Si quis epiſcoporū in aliene ciuitatis territorio eccleſiam edificare diſponit,vel p̄fundi ſui negotio, aut eccleſiaſtica vtilitate vel p̄ quacunq; ſua opportunitate p̄miſſa licētia edificandi(quia prohibere hoc nefas eſt)non preſumat dedicationem ,que illi omnimode reſeruatur in cuius territorio eccleſia aſſurgit,reſeruata vero edificatori ēpo hac gratia,vt quos deſyderat clericos in re ſua videre ipſos ordinet,his ciuitatis in cuius territorium eſt,vel ſi ordinati iam ſunt ipſi habere acquieſcat. Et omnis eccleſie ipſius gubernatio ad eum(in cuius ciuitatis territorio eccleſia ſurrexerit)pertinebit, quod ſi etiam ſecularium quicūq; edificauerint eccleſiam &alium magis q̄ eum,in cuius territorio edificat inuitandum putauerit, tam ipſe cui cōtra cōſtitutionem ac diſciplinam gratificari vult ,quam omnes epiſcopi qui ad hmōi dedicationē inuitantur a cōuentu abſtinebūt, ſi quis exceſſerit,in reatū deuocabitur, ſi q̄s exceſſerit ordinē recognoſcat canonicū. Capitulum vndecimum.

C ¶Placuit in reatum venire ēp̄m, qui admonit⁹ excommunicatione cuiuſque ſine recōciliatione ei⁹ qui eum excommunicauit ei communicare preſumpſerit,vt integra omnia(ſi reconciliatio interceſſerit)de iniuſtitia vel iniquitate excommunicationis proxime ſynodo reſeruētur.
Capitulum duodecimum.

D ¶Subito obmuteſcens prout ſtatutum eſt baptizari,aut penitentiam accipere pōt,ſi voluntatis preterite teſtimonium aliorum verbis habet,aut preſentis in ſuo nutu.
Capitulum decimumtertium.

E ¶A mētib⁹ quecūq; ſunt pietatis cōferēda. Capitulum decimumquartum.

F ¶Inergumīnis baptizatis ſi de purgatione ſua curent,& ſe ſollicitudini clericorum tradant ,monitiſq; obtemperent,omnimode cōmunicent ſacramenti ipſius virtute,vel muniendi ab incurſu demonum quo infeſtantur,vel purgandi,quorum iam oſtenditur vita purgatior.
Capitulum decimum quintum.

G ¶Inquantum vel neceſſitas exegerit,vel opportunitas premiſerit,de baptiſmate conſulēdum.
Capitulum decimumſextum.

H ¶Inergumini non ſolum non aſſumendi ſunt ad vllum ordinem clericatus,ſed & illi qui ordinati ſunt ab impoſito officio ſunt repellendi. Capitulum decimumſeptimum.

I ¶Admixtionem euchariſtie ſimul conſecrandam cenſuimus.
Capitulum decimumoctauum.

k ¶Placuit cathecuminis non legi euangelium in eccleſia.
Capitulum decimumnonum.

L ¶Cathecumini nonnunquam admittendi ſunt etiam inter domeſticas orationes.
Capitulum vigeſimum.

M ¶Segregandi informandiq; ſunt cathecumini,vt ſi reuocent & ſignandos vel benedicendos ſemotim offerant eos fideles. Capitulum vigeſimumprimum.

N ¶Duo ſi preſumpſerint ordinare epiſcopum in veſtris prouinciis placuit de preſumptoribus,vt ſi cubi contigerit duos epiſcopos inuitum epiſcopū facere auctoribus damnatis,vnius eccleſie eorū ipſe qui paſſus eſt ſubſtituatur,ſi tñ vita reſpondet,& alter in alterius deiecti loco nichilominus ordinatur ſi voluntariū duo fecerint,& ipſe dānabitur,quo cautius ea que ſunt antiquitus inſtituta ſeruentur.
Capitulum vigeſimumſecundum.

O ¶Sedit preterea vt deinceps non ordinentur diaconi coniugati,niſi qui prius conuerſionis p̄poſito confeſſi fuerint caſtitatem. Capitulum vigeſimumtertium.

P ¶Si quis autem poſt acceptam benedictionem leuiticam cum vxore ſua incontinens inuenitur ab officio abiiciatur. Capitulum vigeſimumquartum.

Q ¶De his autē qui priuſq̄ ordinati fuerint in hoc ipſum inciderint taurinatis ſynodi ſequendā eſſe ſniam qua iubentur nō vlterius p̄mouerī. Capitulum vigeſimumquintum.

R ¶De idoneis autem probatiſq; viris & clericatui alligatis ipſa vite gratia ita gerit ſi forte inciderint in duplicata matrimonia,vt nō vltra ſubdiaconatum vel eccleſiaſticas capiant dignitates.
Capitulum vigeſimumſextum.

¶Diaconiſſe

¶Diaconiſſe omnimode non ordinande,ſi que iam ſunt benedictioni que populo impenditur,ca A
pita ſubmittant. Capitulum vigeſimumſeptimum.

¶Vt viduitatis ſeruãde profeſſione coram epiſcopo in ſecretario habita impoſitam a preſbytero ve B
ſtem vidualem nõ eſſe violandam. Eius vero repudiatorem,vel ipſam talis profeſſionis deſertricẽ me
rito eſſe dãnandam. Capitulum vigeſimumoctauum.

¶Hi vero qui ſunt deſertores profeſſe caſtitatis preuaricatores habendi,& omnibus per penitẽtiam C
legitimam conſulendum. Capitulum vigeſimumnonum.

¶Hec que ſubſcripſimus cum eorum quoq; concordia qui cõſenſus dederunt rata deinceps inter D
nos ac noſtros haberi volumus,& habenda ſancimus, non pretereũtes eos qui ſynodo aut per ſe, aut
per conſenſus ſuos,vel ad vicem ſublegatos deſtinando adeſſe detractant, vt quid ſibi de illis placeat,
qui patrum ſtatuta deſpiciunt innotelcat,non quod nobis temporum qualitate difficile ſit ad ſanctã
ſynodum cõuenire,adiicientes quod ſi ſimilibus deinceps paginis ꝓ ſalubritate eccleſiaſtica ac reme
diis congregare cõuentus voluerimus,conſtituamus vt nullus conuentus ſine alterius conuentus de
nunciatione ſoluatur,Itaq; ſequenti anno ſi domino deo noſtro Ieſu chriſto permittente conceditur
die decimo quinto kalendas Nouembris in auraſico territorio cõuentum habeamus,qui ideo tanto
prius ante denũtiatur,vt tam excuſationis libertas quã inuitationis neceſſitas nõ ſit,De die enim ac
loco per ipſos nos cõmonebimur,ſinguli nobis cum exemplaribus & ea que per nos ſunt conſtituta
referetes reliquos qui defuerunt beatiſſimi fratres noſtri Hylarii ſollicitudini relinquamus, datis ad
ipſos exemplaribus commonendos, Si poſt omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humane, vt ſi
quis eps per infirmitatem debilitatem ve aliquam aut hebetudinem ſenſus inciderit,aut officiũ oris
amiſerit,ea que nõ niſi per epiſcopos geruntur,nõ ſub preſentia ſua preſbyteros agere permittat, ſed
epiſcopum in hoc quod in eccleſia agendum fuerit imponat. Ego Hylarius epiſcop⁹ ſubſcripſi. Ego
Claudius epiſcopus ſubſcripſi. Ego Conſtantinus epiſcopus ſubſcripſi, Ego audentius epiſcop⁹ ſub
ſcripſi. Ego Egreſtius epiſcop⁹ ſubſcripſi. Ego Iulianus epiſcopus ſubſcripſi, Ego Auſpicius epiſco
pus ſubſcripſi. Ego Maximus epiſcopus ſubſcripſi. Ego theuderi⁹ eps ſubſcripſi, Ego Eucherius eps
ſubſcripſi,ſanctorum ſacerdotũ comprouincialium meorum qui ſuperius ſunt memorati expectan
tes aſſenſum nectarius ſubſcripſi, Iuſtus epiſcopus ſubſcripſi, Auguſtalis epiſcopus ſubſcripſi. Inge
nius epiſcopus ſubſcripſi. Salonius epiſcopus ſubſcripſi, Ego ſuperuentor pro patre meo epo Clau
dio ſubſcripſi & recognoui. ¶Explicit concilium Auraicenſe. alſ Arauſicum.

¶INCIPINVT CAPITVLA CONCILII VALENSIS.

i ¶Vt gallicani epi in galliis nõ diſcutiãtur.

ii ¶De penitentibus ſubito mortuis vt obla tiones eorum recipiantur.

iii ¶Vt alterius epiſcopi chriſma nullus acci piat,ſed tantummodo proprii.

iiii ¶Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

v ¶Vt qui ſententie epiſcopi ſui non acquie ſcit recurrat ad ſynodum.

vi ¶Vt excõmunicat⁹ humiliet ſemetipſum, vt feſtinus reconcilietur.

vii ¶Vt accuſatores de leuib⁹ cauſis nõ audi antur,de criminibus vero diſcutiantur.

viii ¶Vt epiſcopus alienum clericum redar guat peccantem.

ix ¶Vt qui expoſitum inuenerit, eccleſiam conteſtetur.

x ¶Vt qui preter conſtitutum expoſcit,vt homicida habeatur.

¶Explĩciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM VALENSE, ERA.CCCCLXXX.

CONSTITVTIONES SYNODI TRACTATV HA E
bite in ciuitate Valenſi apud epm vrbicum eccleſie catholice tpib⁹ Theodoſii
iunioris & dioſcori conſulis ſub die iduũ Nouẽb. Capitulum primum.

PLacuit epos de gallicanis prouinciis venientes intra gallias nõ diſcutien F
dos,ſed ſolũ ſufficere ſi null⁹ cõionem eis iterdixerit,qa inter circũhabitã
tes ac ſibi pene inuicem notos non tã teſtimonio indigent probi, quam deno
tatione & denũciationib⁹ deprauati. Capitulum ſecundum.

¶Horum qui penitentia accepta in bono vite curſu ſatiſfactoria cõpũctione viuentes,ſine commu
nione inopinato nõnunquã tranſitu in agris aut in itineribus preueniuntur oblationẽ recipiendam, G
& eorum funera ac deinceps memoriam eccleſiaſtico affectu proſequendam, quia nefas eſt eorum
commemorationes excludi a ſalutaribus ſacris, qui ad eadem ſacra fideli affectu contendentes,

dum se diutius reos statuunt indignos salutiferis mysteriis iudicant,ac purgatiores restitui desyderant;ab his ꝑ quibus sacramẽtorũ viatico intercipiuntur,qbus fortasse nec absolutissimã reconciliationem sacerdos denegandam putasset. Capitulum tertium.

A ¶Per singula territoria pbĩi vel ministri ab epis,non ꝑ ut libitum fuerit a vicinioribus,sed a suis ꝑpriis ꝑ annos singulos petant chrisma appropinquãte solẽnitate paschali,nec ꝑ quemcũqꝫ ecclesiasticum,sed si qua necessitas aut ministrorũ occupatio est per subdiaconum,quia in honorũ est inferioribus summa cõmitti,Optimum est aũt,vt ipse suscipiat qui tradendovsurus est,si quid autem obstat saltem is cuius officium est sacrarium disponere & sacramenta suscipere.

Capitulum quartum.

B ¶Q ui oblationes defunctorũ retinẽt & ecclesiis tradere demorantur,vt infideles sunt ab ecclesia abiiciendi,quiavsqꝫ ad inanitionem fidei puenire certum est hãc diuine pietatis exacerbationem,quia & fideles de corpore recedentes votorũ plenitudine,& pauperes cõsolatu alimonie.& necessaria sustẽtatione fraudantur,hi enim tales quasi egentium necatores nec credentes iudicium dei habẽdi sunt, vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia que ait,amico quippiam rapere furtum est,& ecclesiã fraudare sacrilegiũ. Capitulum quintum

¶Si quis epi sententie non acquiescit recurrat ad synodũ.

Capitulum sextum.

C ¶Ex epistola sancti clementis vtilia que ꝑsenti tempore ecclesiis necessaria sunt honorifice proferẽda,& cũ reuerentia ab omnibus fidelibꝰ ac ꝑcipue clericis recipiẽda,ex quibus qđ ꝑspecialiter placuit ꝓpter venerandam antiquitatem statutis presentibus roboramus,quod supradictus beatus martyr de beatissimi Petri constitutione commemorat dicens. Q uedam autem etiam ex vobis ipsis intelligere debetis,si quasunt que ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius ꝓloqui,verbi gratia,Inimicus est alicui ꝑ actibus suis,vos nolite expectare,vt ipse vobis dicat,cũ illo nolite amici esse,sed prudenter obseruare debetis & voluntati eius videlicet qui ecclesie curam gerit absqꝫ cõmonitione obsecũdare.& auerti ab eo cui ipsum sentitis aduersum,sed nec loqui his quibus non loquitur,vt vnusquisqꝫ qui in culpa est dum cupit omnium vestrum sibi gratiã reparare citius festinet recõciliari ei qui omnibus preest,vt per hoc redeat ad salutem cum obedire ceperit monitis presidentis,& cetera que in consequentibus denotant amicos eorum qui veritati inimici sunt,Sciat itaqꝫ deinceps clerus ad reatum sed & populus fidelium ad culpã sibi ascribendum si quis in hoc vitium malorum computatur,& discipline subuersor cognoscitur.

Capitulum septimum.

D ¶Placuit preterea accusandi licentiam in vestris ordinibus si qua existat leuitate comprimere,quod si episcopus aliquem iudicat abstinendũ pro humiliatiõe & correctione fratris,& assurgitur exorari a ceteris acquiescat fratri de quo agitur correptione & cõminatione adhibita,Sin aũt de crimine aliquem putet esse dãnandum accusatoris vice discutiendum si sciat,fas est enim vt que vni probãtur, probentur ab omnibus. Capitulum octauum.

E ¶Q uod si tantum episcopus alieni clerici se conscium nouit,quãdiu probare non potest nichil proferat,sed cum episcopo ad cõpunctionem eius secretis correptionibus elaboret,quod si correptus pertinacior fuerit,& se cõmunioni publice ingesserit,etiam si episcopus in redarguendo illo quem reum iudicat ꝓbatione deficiat,indãnatus licet ab his qui nichil sciunt secedere ad tempꝰ pro persona maioris auctoritatis iubeatur,illo quãdiu probari nichil potest in cõione omnium preterquam eius qui eum reum iudicat permanente. Capitulum nonum.

F ¶De expositis quia collata ab oibus querela ꝓcessit eos nõ misericordie iã sed canibus exponi,quos colligere calumniarũ metu quãuis infelix a preceptis misericordie mens humana detractet reseruandum est,& scđm statuta fidelissimorum piissimorum augustorumqꝫ principium quisquis expositum colligit ecclesiam contestetur cõtestationem colligat nichilominus de altario dominico die minister annunciet ab ecclesiastico expositum esse collectũ,vt intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat,si quis probauerit se agnouisse collectori pro ipsorum decẽ dierum misericordia prout valuerit ad presens retribuat,aut in perpetuum cum dei gratia si voluerit possideat.

Capitulum decimum.

G ¶Si quis expositorũ hoc ordine collectorũ repetitor vel calũniator extiterit,vt homicida hñdus est.

¶Explicit concilium Valense.

¶Incipiunt

¶INCIPIVNT CAPITVLA AGATHENSIS CONCILII.

i ¶De bigamis clericis vt non ministrēt

ii ¶De contumacibus clericis,& ad offi/cium tardis.

iii ¶De episcopis q̄ vel innocentes,vel pro minimis causis aliquos excommuni/cant.

iiii ¶De his qui suas vel propinquorum oblationes ecclesie defraudant.

v ¶Si clericus furtū ecclesie fecerit.

vi ¶Si episcopo a quibuslibet quicq̄ sue/rit derelictum.

vii ¶De rebus ecclesie quomodo ab episco pis habeantur,& de seruis ecclesie quali/ter ab episcopo manumittantur.

viii ¶De clericis qui ad seculares confu/giunt.

ix ¶De presbyteris & diaconibus qui ad coniugalem coitum reuertuntur.

x ¶Vt nullus clericorum cum extraneis feminis habitet.

xi ¶Vt nullus clericus in cellario vel in se/creto feminam intromittat.

xii ¶Vt omni quadragesime sabbato ieiu/netur.

xiii ¶Vt symbolum ante octo dies pasche competentibus predicetur.

xiiii ¶Vt altare & benedicatur & vngatur.

xv ¶Qualiter maiores, qualiter minores penitentiam accipiant.

xvi ¶Qua etate diacones ordinentur.

xvii ¶Qua etate episcopi vel presbyteri cō secrentur.

xviii ¶De laicis quibus temporibus com/municare debeant.

xix ¶De sanctimonialibus qua etate ve/lentur.

xx ¶De clericis qui comam nutriunt.

xxi ¶Vt solemnitates maiores in ciuitatib9 celebrentur.

xxii ¶Vt non liceat presbyterum, aut cleri/cum rem ecclesie vendere,aut donare.

xxiii ¶Vt clericus minor seniori non prepo natur.

xxiiii ¶De expositis inuentis.

xxv ¶De secularibus qui suas vxores de/relinquunt.

xxvi ¶Vt si voluntarie clericus damnum ec/clesie fecerit,& satisfaciat & excommuni cetur.

xxvii ¶Vt monasterium inconsulto episco/po nullus constituat de monachis.

xxviii ¶Vt monasterium puellarum procul a monachis constituantur.

xxix ¶De libertis vt in necessitate ab eccle/sia tueantur.

xxx ¶Vt post antiphonas orationes dican/tur.

xxxi ¶De his qui propter odium ad pacem non reuertuntur.

xxxii ¶Vt clericus inconsulto episcopo ad iu dicem secularem non pergat.

xxxiii ¶Si episcopus heredes non hñs ecclesiā cui prefuit heredem non fecerit.

xxxiiii ¶De iudeis qui conuerti cupiunt,qua/liter suscipiantur.

xxxv ¶Si episcopus a metropolitano admo/nitus pro synodo,vel ordinatione episco pali venire distulerit.

xxxvi ¶Vt stipendia clericorum iuxta meri/tum distribuantur.

xxxvii ¶De homicidis & falsis testibus.

xxxviii ¶Vt sine episcopi sui epistola non lice/at clericum vel monachum proficisci, & de monachis vel abbatibus.

xxxix ¶Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.

xl ¶Ne christiāi iudeorū vtātur cōuiuiis.

xli ¶Vt a clericis vitetur ebrietas.

xlii ¶De sortilegis,vel auguratoribus vt ab ecclesia separentur.

xliii ¶Ne de penitētib9 clericus ordinetur,& vt presbyter altare non erigat.

xliiii ¶Ne presbyter benedictionem populo vel penitenti in ecclesia dare presumat.

xlv ¶Vt ep̄s exiguum aliquid sine clerico/rū cōniuētia,(si necesse fuerit) distrahat.

xlvi ¶Vt seruos ecclesie fugitiuos liceat ven/dere episcopo.

xlvii ¶Vt añ missam expletā egredi popu/lus non presumat.

xlviii ¶De rebus eccl'ie ꝓpriis vel adquisitis.

xlix ¶De non alienādis ab aliquo rebus ec/clesie,& de libertis.

l ¶De clericis capitale crimē incurrētib9

li ¶De testamento episcopi.

lii ¶De clericis qui sine epistolis sui pon/tificis proficiscuntur.

liii De pb̄is pochiāis res eccl'ie distrahētib9

liiii ¶De eisdem vt quicquid emerint i no/mine comparent ecclesie.

lv ¶Vt sacerdotes & leuite canibus ad

venandũ & accipitribus non vtantur.
lvi ¶De venditionibus quas abbates face/re presumunt.
lvii ¶Ne vn⁹ abbas duob⁹ cēobiis p̄pōatur.
lviii ¶Ne monasteriū sine noticia ep̄i cōsti/tuatur.
lix ¶De rebus eccl̄ie vsui collatis vt prescri/ptionis tempore non defendantur.
lx ¶De lapsis qui de catholica fide ī here/sim transeunt.
lxi ¶De incestis coniugiis.
lxii De his q seruos suos extra iudicē necāt.
lxiii ¶De laicis qui in solemnitatibus maio/ribus ad ciuitatem non occurrunt.
lxiiii ¶De clericis qui ab ecclesie officio die/bus solemnibus desunt.
lxv ¶De leuitis vt nō sine iussu pbr̄i sedeāt
lxvi ¶De ministris ne secretariū igrediātur
lxvii ¶De catholicis ne hereticorū cōnubiis copulentur.
lxviii ¶De leuitis & clericis ne magi vel in/cantatores sint.
lxix ¶De seditionariis clericis.
lxx ¶De scurris & iocularibus clericis.
lxxi ¶De synodo ānis singulis cōgregāda.
¶Finiunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM AGATHENSE TERTIO IDVS SEPTEMBRIS MASSALE CONSVLE.

CVM IN DEI NOMINE IN CIVITATE AGAthensi conuenissemus,& in sancti Andree basilica consedissemus de disciplina & ordinatiōibus clericorū atq̄ pōtificū,vel de ecclesiarū vtilitatibus tractaturi, in pris id placuit, vt canones & statuta patrū per ordinem legerentur.

Capitulum primum.

A ¶Placuit de digamis aut nuptiarū maritis(quāq̄,aliud patrū statuta decreuerit) vt qui huc vsq̄ ordinati sunt habita miseratiōe pbr̄i vel diaconi nomen tātū obtineant,officiū vero cōsecrādi pbr̄i & ministrādi huiusmodi diacones non presumant.

Capitulum secundum.

B ¶Cōtumaces vero clerici ꝓut dignitatis ordo p̄miserit ab ep̄is corrigātur,& si q prioris gradus elati superbia cōionē fortasse cōtēpserint,aut ecclesiā frequentare, vel officiū suū iplere neglexerint,pegrina eis cōmunio tribuatur,ita vt cum eos penitentia correxerit rescripti matricula gradū suum dignitatemq̄ recipiant.

Capitulum tertium.

C ¶Ep̄i vero si sacerdotali moderatiōe postposita innocētes,aut minimis causis culpabiles excōicare p̄sumpserint,aut ad gr̄iam festinātes recipe fortasse noluerit a vicinis ep̄is cuiuslibet ꝓuincie litteris moneantur,& si p̄cere noluerint,cōio illis ad tp̄s synodi a reliqs ep̄is denegetur,ne fortasse ꝓpter excōicatoris peccatū excōicati lōgo tpe morte p̄ueniātur.

Capitulum quartum.

D ¶Clerici etiā vel seculares qui oblationes parentū aut donatas,aut testamēto relictas retinere p̄stiterit, aut id qd ipsi donauerūt eccl̄iis vel monasteriis credíderit auferēdū,sicut synodus sctā cōstituit velut necatores pauperū quo vsq̄ reddāt,ab eccl̄ia excludantur.

Capitulum quintū.

E ¶Si quis clericus furtū eccl̄ie fecerit peregrina ei cōio tribuatur.

Capitulum sextum.

F ¶Pōtifices vero qb⁹ī sūmo sacerdotio cōstitut ꝑab extrāeis dūtaxat aliq̄d,aut cū eccl̄ia,aut seq̄strati,aut dimittitur,aut dōatur,qa hoc ille q donat ꝓ redēptiōe aie sue nō ꝓ cōmodo sacerdotis offerre ꝓbatur nō quasi suū ꝓpriū sed q̄si dimissum eccl̄ie inter facultates eccl̄ie cōputabūt,qa iustū est vt sicut sacerdos hēt qd eccl̄ie dimissum ē,ita & eccl̄ia habeat qd relinquitur sacerdoti.Sane q cq̄d p̄ fidei cōmissum aut sacerdoti,aut eccl̄ie fortasse dimittitur cuicūq̄ alii postmodū ꝓfuturū,id inter facultates suas eccl̄ia cōputare,aut retinere nō poterit.

Capitulum septimum.

G ¶Casellas vero vel mācipiola eccl̄ie ep̄i sicut prisca canonū p̄cepit auctoritas, vel vasa ministerii, quasi cōmēdata fideli ꝓposito in integro eccl̄ie iure possideāt.i.vt neq̄ vēdere neq̄ ꝓ quoscūq̄ cōtractus res vñ paupes viuūt alienare p̄sumāt qd si necessitas cōpulerit vt ꝓ eccl̄ie necessitate,aut vtilitate,vel vsu fructū vel indirecta vēditione aliq̄d distrahatur apud duos vel tres cōprouitiales vel vicinos ep̄os cā q̄ ne cesse sit vendi primitus cōprobetur, vt habita discussiōe sacerdotali eorū subscriptiōe que facta fuerit vēditio roboretur,aliter facta vēditio vel trāsactio nō valebit,Sane si quos de seruis eccl̄ie bñ meritos si bi ep̄s libertati donauerit,collatā a successoribus libertatē placuit custodiri, cum hoc qd eis manumissor in libertate cōtulerit,qd tñ iubemus vigínti solidorum numeri modū in terrula vineola', vel hospitiolo tenere,qd amplius datum fuerit post manumissoris mortē eccl̄ie reuocetur,Min⁹ vtiles pegrinis vel clericis saluo iure eccl̄ie vsum p̄stare ꝓmittim⁹. Capitulum octauum.

¶Id etiam placuit,vt si clericus relicto officio suo propter districtionem,ad secularem fortasse confu A
gerit,& is ad quem recurrit solatium ei defensionis impenderit,cum eodem de ecclesie communio=
ne pellatur. Capitulum nonum.

¶Placuit etiam, vt si presbyteri vel diaconi coniugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint B
pape Innocentii ordinatio,vel siritii episcopi auctoritas conseruetur,quod si ad aliquos formula illa
ecclesiastice vite pariter & discipline que a Siritio episcopo ad prouintias commeauit,non probabi=
tur peruenisse,ei signo rationis venia remittitur,ita vt de cetero penitus incipiant abstinere,& ita gra=
dus suos in quibus inuenti fuerint sic retineant,vt ad potiora eis non liceat ascendere quibus in benefi
cio esse debet quod locum ipsum quem retinent non amittunt, si qui autem scisse formam viuendi
missam a sancto Siritio episcopo detegũtur,neq; statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis
omnibus submouendi, eo quod post admonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt volupta
tem. Capitulum decimum.

¶Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione precipimus,vt nullus clericorum C
extranee mulieri qualibet collatione, aut familiaritate iungatur, & non solum in domo illius extranea
mulier non accedat,sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem,sed cum matre
tantum sorore,filia,aut nepte si habuerit,aut voluerit viuendi liberam habet potestatem,de quibus no
minibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.
Capitulum vndecimum.

¶Ancillas vel libertas a cellario, vel secreto ministerio, & ab eadem mansione in qua clericus manet D
placuit remoueri. Capitulum duodecimum.

¶Placuit etiam vt omnes ecclesie exceptis diebus dominicis in quadragesima etiam die sabbato sacer E
dotali oratione,& discretionis comminatione ieiunent.
Capitulum decimumtertium.

¶Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis vna die,id est ante octo dies dominice resurrectio= F
nis publice in ecclesia cõpetẽtib⁹ predicare. Capitulum decimumquartum.

¶Altaria placuit non solum vnctiõe chrismatis,sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. G
Capitulum decimumquintum.

¶Penitentes tempore quo penitentiam petunt impositionem manuum, & cilitium super caput a sa H
cerdote sicut vbiq; constitutum est consequantur,si autem comas non deposuerint, aut vestimenta nõ
mutauerint,abiiciantur,& nisi digne penituerint non recipiantur,iuuenibus etiam penitentia non fa=
cile committenda est propter etatis fragilitatem,viaticum tamen in morte omnibus positis non ne=
gandum. Capitulum decimumsextum.

¶Episcopus bñdictionem diaconatus minoribus quam vigintiquinq; annorum penitus non com= I
mittat,sane si coniugati iuuenes consenserint ordinari,& vxorum voluntas ita requirenda est vt seque
strato mansionis cubiculo religione premissa postea quam pariter conuersi fuerint ordinentur.
Capitulum decimumseptimum.

¶Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos,id est antequã ad viri perfecti etatem perue= K
niat,nullus metropolitanorum ordinare presumat,ne per etatem(quod aliquotiens euenit) aliquo er=
rore culpentur. Capitulum decimumoctauum.

¶Seculares qui in natali domini pascha pentecoste non cõmunicauerint catholici non credantur,nec L
inter catholicos habeantur. Capitulum decimumnonum.

¶Sanctimoniales quãtumlibet vita earum & mores probati sint ante annum etatis sue quadrãgesi= M
mum non velentur. Capitulum vigesimum.

¶Clerici qui comam nutriunt ab archidiacono etiam si noluerint inuiti detõdeantur, vestimenta vel N
calceamenta etiam eis nisi que religionem deceant,vti aut habere non liceat.
Capitulum vigesimumprimum.

¶Si quis etiam extra parochias in quibus legitimus est ordinariusq; conuentus oratorium in agro O
habere voluerit,reliquis festiuitatibus,vt ibi missas teneat propter fatigationem familie iuxta ordinem
permittimus,pascha vero natali domini,epiphania,ascensione domini,pentecoste,& natali sancti Ioã=
nis Baptiste,& si que maxime dies in festiuitatibus habentur,non nisi in ciuitatibus,aut parochiis tene
ant, clerici vero si qui in festiuitatibus quas supradiximus in oratoriis nisi iubente aut permittente ep̃o
facere aut tenere voluerint,a cõione pellãtur. Capitulum vigesimumsecundum.

A ¶Et licet superfluum sit de re nota & antiquis canonibus prohibita aliquid iterato definire,tamen vt facilius cupiditas,aut improbitas reprimatur, id statuimus quod omnes iubent, vt ciuitanenses, siue diocesani presbyteri, vel clerici saluo iure ecclesie rem ecclesie sicut permiserunt episcopi teneant, vendere,aut donare penitus non presumant,quod si fecerint,& facta venditio non valebit,& de facultatib⁹ si quas habent proprias indemnem ecclesiam reddant,& communione priuentur.

Capitulum vigesimumtertium.

B ¶Episcoporum etiam quorum vita non reprehenditur posteriorem priori nullus preponat,nisi forte elatus superbia quod pro necessitate ecclesie episcopus iusserit implere cõtemnat,sane si officium archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere,aut expedire nequiuerit,ille loci sui nomen teneat,& ordinationem ecclesie quem elegerit episcopus preponendum.

Capitulum vigesimumquartum.

C ¶De expositis inuentis id obseruandum quod iam dudum synodus sancta constituit.

Capitulum vigesimumquintum.

D ¶Si vero seculares qui coniugale consortium culpa grauiori dimittunt, vel etiam dimiserunt,& nullas causas dissidii probabiliter proponentes propterea matrimonia sua dimittunt,vt aut illicita,aut aliena presumant,si anteq̃ apud episcopos comprouintiales dissidii causas dixerit, & prius vxores quam iudicio damnentur abiecerint,a communione ecclesie,& sancto populi cetu(pro eo quod fidem & cõiugia maculant) excludantur. Capitulum vigesimumsextum.

E ¶Si quis de clericis documẽta quib⁹ ecclesie possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut aduersariis fortasse tradere damnabili & punienda obstinatione presumpserit,quicquid per absentiã documentorum damni ecclesie illatum est de propriis facultatibus reddant, & communione priuentur hi etiam qui in damno ecclesie impie sollicitati a traditoribus aliquid acceperint, superiori sententia tenentur. Capitulum vigesimumseptimum.

F ¶Vt de monachis monasterium nouum nisi episcopo aut permittente aut probante nullus incipere,aut fundare presumat,monachi etiam vagantes ad officium clericatus nisi eis testimonium abbas suus dederit,nec in ciuitatibus,nec in parochiis ordinentur, monachum nisi abbatis sui aut permissu,aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere presumat,sed vbicunq; fuerit, abbati suo auctoritate canonum reuocetur, si enim necesse fuerit clericum de monachis ordinari cum consensu & voluntate abbatis presumat episcopus.

Capitulum vigesimumoctauum.

G ¶Monasteria puellarum longius a monasterio monachorum,aut propter insidias diaboli,aut propter oblocutiones hominum collocentur.

Capitulum vigesimumnonum.

H ¶Libertos legitime a dominis suis factos, ecclesia si necessitas exegerit tueatur,quod si quis ante audientiam aut peruadere,aut expoliare presumpserit,ab ecclesia repellatur.

Capitulum trigesimum.

I ¶Et quia conuenit ordinem ecclesie ab omnibus equaliter custodiri,studẽdum est vt vbiq; (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis,vel presbyteris dici,& hymnos matutinos vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici,& plebem collecta oratiõe ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti. Capitulum trigesimum primum.

k ¶Placuit etiamvt(sicut plerũq; fit)quicũq; odio,aut longinqua inter se lite dissenserint & ad pacem reuocari diutina intentiõe nequerint,a ciuitatis primitus sacerdotibus arguantur qui si inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint,de ecclesie cetu iustissima excommunicatione pellantur.

Capitulum trigesimumsecundum.

L ¶Clericus nec quẽq̃ presumat apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare,sed si pulsatus fuerit non respondeat,nec proponat,nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere,si quis vero secularium per calumniam ecclesiam, aut clerum fatigare tentauerit,& victus fuerit,ab ecclesie liminibus & a catholicorum communione (nisi digne penituerit) coherceatur.

Capitulum trigesimumtertium.

M ¶Eps qui filios aut nepotes nõ hñs aliũ quã ecclesiã reliquit heredẽ,si qd de eccl'ia nõ in eccl'ie causa aut necessitate insumpserit,qd distraxit,aut donauit irritũ habeatur. Capitulum.xxxiiii.

¶Iudei (quorum perfidia frequēter ad vomitum redit)ſi ad legē catholicam venire voluerint,octo menſes inter cathecuminos eccleſie limen introeant,& ſi pura fide noſcuntur venire, tunc demum baptiſmatis gratiam mereantur,quod ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra preſcriptum tempus incurrerint,& deſperati fuerint baptizentur. Capitulum trigeſimumquintum. A

¶Si epiſcopus metropolitanus ad comprouintiales epiſcopos epiſtolas direxerit,in quibus eos ad ordinationem ſummi pontificis,aut ad ſynodum inuitat,poſtpoſitis omnibus excepta graui infirmitate corporis,aut preceptione regia ad conſtitutum diem adeſſe non differāt, quod ſi deſuerint (ſicut priſca canonum precepit auctoritas) vſq; ad ꝓximam ſynodum a charitate fratrū, & eccleſie communione priuentur. Capitulum trigeſimumſextum. B

¶Clerici etiam omnes qui eccleſie fideliter vigilanterq; deſeruiunt ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitii ſui meritum vel ordinationem a ſacerdotibus conſequantur. Capitulum trigeſimumſeptimum. C

¶Itaq; cenſuimus homicidas & falſos teſtes a communione eccleſiaſtica ſubmouendos niſi penitentie ſatiſfactione crimina diluerint. Capitulum trigeſimumoctauum. D

¶Clericis ſine commendaticiis epiſtolis epiſcopi ſui licentia non pateat euagādi.In monachis quoq; preſentis ſententie forma ſeruetur,quod ſi verborum increpatio nō emendauerit, etiam verberibus ſtatuimus coerceri,Seruandum quoq; de monachis,ne eis ad ſolitarias cellulas liceat a congregatione diſcedere, niſi forte probatis poſt emeritos labores,aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior abbatis regula remittatur,quod ita demum fiet vt intra eadem monaſterii ſepta manentes tamen ſub abbatis poteſtate ſeparatas habere cellulas permittantur,abbatibus quoq; ſingulis diuerſas cellulas,aut plura monaſteria habere non liceat,niſi tantum propter incurſum hoſtilitatis intra muros receptaculo collocare. Capitulum trigeſimumnonum. E

¶Pbri diacones ſubdiacones vel deinceps quibus ducēdi vxores licentia non eſt,etiā alienarū nuptiarum euitent cōuiuia,nec his cetibus miſceātur vbi amatoria cantātur,& turpia,aut obſceni motus corporum,choris & ſaltationibus efferūtur,ne auditus,& obtutus ſacris myſteriis deputatus turpium ſpectaculorū atq; verborū cōtagione polluātur. Capitulum quadrageſimum. F

¶Omnes deinceps clerici ſiue laici iudeorum conuiuia euitent,nec eos ad conuiuium qtiſq; excipiat, quia cum apud chriſtianos cibis communibus non vtantur,indignum eſt atq; ſacrilegum eorum cibos a chriſtianis ſumi , cum ea que apoſtolo permittente nos ſumimus ab illis iudicentur immunda,ac ſi inferiores incipiant eſſe chriſtiani q̄ iudei,ſi nos que ab illis apponuntur vtamur, illi vero a nobis oblata contemnant. Capitulum quadrageſimumprimum. G

¶Ante omnia clericis vitetur ebrietas,que omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt,Itaq; eum quem ebrium fuiſſe conſtiterit,vt ordo patitur,aut triginta dierum ſpatio communione ſtatuimus ſubmouendum,aut corporali ſubdendū ſupplicio. Capitulum quadrageſimumſecundum. H

¶Et ne id fortaſſe videatur omiſſum quod maxime fidem catholice religionis infeſtat,quod aliquati clerici ſiue laici ſtudent auguriis,& ſub nomine ficte religionis quas ſanctorum ſortes vocant diuinationis ſciētiam profitentur.aut quarūcunq; ſcripturarum inſpectione ꝓmittūt,hoc qcunq; clericus vel laicus detectus fuerit vel conſulere,vel docere,ab eccleſia habeatur extraneus. Capitulum quadrageſimumtertium. I

¶De penitentibus id placuit obſeruare quod ſancti patres noſtri ſynodali ſententia cenſuerunt , vt nullus de his clericus ordinetur,& qui iam ſunt per ignorantiam ordinati,aut ſicut bigami,aut inter nuptiarum maritos locum teneant,miniſtrare diaconis conſecrare altare preſbyter non preſumat. Capitulum quadrageſimumquartum. K

¶Benedictionem ſuper plebem in eccleſia fundere , aut penitentem in eccleſia benedicere preſbytero penitus non licebit. Capitulum quadrageſimumquintum. L

¶Terrulas aut vineolas exiguas eccleſie minus vtiles,aut longe poſitas paruas eps ſine cōſilio fratrū (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahēdi hēat ptātem. Capitulum quadrageſimumſextum. M

¶Fugitiui domos ſuas,aut familias deſerentes , qui etiam ſi reuocati fuerint , aut ſi ita illi meruerint diſtrahantut. Capitulum quadrageſimumſeptimum. N

¶Miſſas die dominica ſecularibus totas tenere ſpeciali ordine precipimus , ita vt ante benedictionē ſacerdotis egredi populus non preſumat,qui ſi fecerint ab epiſcopo publice confundantur. Capitulum quadrageſimumoctauum. O

A ¶Vt de rebus episcopi propriis vel acquisitis,vel quicquid episcopus de suo proprio habet, heredibus suis si voluerit derelinquat,quicquid vero de prouisione ecclesie sue fuerit,siue de agris,siue de frugibus,siue de oblationibus omnia iure ecclesie reseruare censuimus.

Capitulum quadragesimumnonum.

B ¶Diacones vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesie sibi creditis nichil audeant commutare,vendere vel donare,quia res sacrate deo esse noscūtur. Similiter & sacerdotes nichil de rebus ecclesie sibi commisse(vt superius comprehensum est)alienare presumant,quod si fecerint conuicti in concilio,& ab honore depositi de suo aliud restituant quātum visi sunt presumpsisse,Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesie aliquid alienare presumpserit,si de suo proprio tantum ecclesie contulerit quantum visus est abstuliſſe,tunc demum illud stare licebit,libertos tamen quos sacerdotes vel diaconos de ecclesia sibi commissa facere voluerint actus ecclesie prosequi iubemus,quod si facere contempserint,placuit eos ad proprium reuerti seruitium.

Capitulum quinquagesimum.

C ¶Si episcopus presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsauerit, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi tantummodo quandiu vixerit laicam communionem accipiat.

Capitulum quinquagesimumprimum.

D ¶Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit,aliter non valebit,nisi tantum de iuris proprii facultate suppleuerit.

Capitulum quinquagesimumsecundum.

E ¶Presbytero aut diacono, vel clerico sine antistitis sui epistolis ambulanti, communionem ei nullus impendat.

Capitulum quinquagesimumtertium.

F ¶Quicquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit inane habeatur, & vacuum,venditore comparantis & auctione vendentis.

Capitulum quinquagesimumquartum.

G ¶Presbyter dum diocesim tenet,de his que emerit ad ecclesie nomen scripturam faciat, aut ab eius quam tenet ecclesie ordinatione discedat.

Capitulum quinquagesimūquintum.

H ¶Episcopis presbyteris diaconibus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat,quod si quis taliū personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est tribus mensibus se suspendat a communione,presbyter duobus mensibus se abstineat,diaconus vero ab omni officio vel communione cessabit.

Capitulum quinquagesimumsextum.

I ¶In venditionibus quas abbates facere presumunt hec forma seruetur.vt quicquid sine episcopi notitia venditum fuerit ad potestatem episcopi reuocetur, mācipia vero monachis donata ab abbate nō liceat manumitti,iniustum enim putamus, vt monachis cotidianum rurale opus facientibus serui eorum libertatis otio potiantur.

Capitulum quinquagesimumseptimum.

k ¶Vnum abbatem duobus monasteriis interdicimus presidere.

Capitulum quinquagesimumoctauum.

L ¶Cellulas nouas,aut congregatiunculas monachorum absq; notitia episcopi prohibemus instituí.

Capitulum quinquagesimum nonum.

M ¶Clerici quilibet quecunq; diuturnitate temporis de ecclesie remuneratione possederint,in ius proprium prescriptione temporis non vocentur,dum modo pateat ecclesie rem fuisse,ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas,aut precatorias cum ordinati sunt facere debuisse,aut diu retentas facultates in ius proprietatis sue posse transcribere.

Capitulum sexagesimum.

N ¶Lapsis,id est qui in catholica fide baptisati sunt,si preuaricatione damnabili post in heresim transierint,grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas,quibus nos annorum multitudine breuiata penitentiā biennii conditione infra scripte obseruationis imponimus, vt prescripto biennio, tertio sine relaxatione ieiunent,& ecclesiam studeant frequentare,in penitentum loco standi,& orandi humilitatem ita nouerint obseruandam,vt etiam ipsi cum cathecumini egredi commonentur abscedāt,hoc si obseruare voluerint constituto tempore admittendis ad altarium obseruatio relaxetur,quod si ardua vel dura forte putauerint,statuta preteritorum canonum implere debebunt.

Capitulum sexagesimumprimum.

¶De incestis coniunctionibus nihil prorsus venie reseruamus,nisi cum adulterium separatione sa- A
nauerint,in cestos vero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos
enim censemus esse si quis relictam fratris que pene prius soror extiterat carnali cõiunctione pol-
luerit,si quis frater germanam vxorem acceperit,si quis nouercã duxerit. Si quis consobrine se socia-
uerit,si quis relicte vel filie auunculi misceatur,aut patrui filie vel priuigne sue,aut qui ex propria con
sanguinitate aliquã aut quã consanguineus habuit concubitu polluat,aut duxerit vxorẽ,Quos om-
nes & olim atq; iub hac constitutione incestos esse non dubitamus,& inter cathecuminos vsq; ad le-
gitimam satisfactionem manere & orare precipimus,quod ita presenti tempore prohibem9,vt ea que
sunt hactenus instituta non dissoluam9,Sane quibus coniunctio illicita interdicitur,habebunt ineun
di melioris coniugii libertatem. Capitulum.sexagesimũ secundũ.

¶Siquis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit,excommunicatione vel penitentia bien B
nii reatum sanguinis emendabit. Capitulum sexagesimum tertium.

¶Vt ciues qui superiorum solemnitatum,id est pasche ac natalis domini, vel pentecostes festiuitati- C
bus cum episcopis interesse neglexerint (cum in ciuitatibus communionis vel benedictionis accipi-
ende causa positos se nosse debeant) trienio a communione priuentur ecclesie,
Capitulum sexagesimũ quartũ,

¶Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solemnibus defuerit,id est natiuitate domini,epi- D
phania,pascha,vel pentecoste,dum potius singulari lucro studeat,quã seruitio suo parere,cõuenit vt tri
ennio a cõmuniõe suspendatur Similiter diaconusvel presbyter si tres ebdomadas ab ecclesia sua de
fuerit huic damnationi succumbat. Capitulum sexagesimũ quintum.

¶Quoniam non oportet diaconem sedere presente presbytero,sed ex iussione presbyteri sedeat,si- E
militer autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus & omnibus clericis.
Capitulum sexagesimũ sextum,

¶Quoniã nõ oportet in sacratos mninistros licẽtiã habere in secretariũ quod greci diaconicon ap- F
pellant ingredi,& contingere vasa dñica. Capitulum sexagesimũ septimũ.

¶Quoniam non oportet cũ omnibus hereticis miscere cõnubia,vel filios vel filias dare,sed potius G
accipere si tamen profitentur christianos futuros esse& catholicos.
Capitulum sexagesimũ octauum.

¶Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos & incantatores esse,aut facere que H
dicunt philacteria que sunt magna obligamenta animarum,hos autem qui talibus vtũtur proici ab
ecclesia iussimus. Capitulum sexagesimum nonum.

¶Seditionarios nunq̃ ordinandos clericos,sicut nec vsurarios,vel iniuriarum suarum vltores. I
Capitulum septuagesimum. K

¶Clericum scurrilem & verbis turpibus iocularem ab officio retrahendum,
Capitulum septuagesimũ primum.

¶Synodum etiam secundum cõstituta patrũ etiam annis singulis placuit congregari, quoniam cũ L
pace dimittimus gratias deo agimus,orantes eius clementiam,vt hec eadem facere in honorem do
mini multos per annos possim9, Ego cesarius in christi nomine episcopus iuxta id quod vniuersis
coepiscopis meis qui mecum scripserunt,placuit instituta patrum secutus, his diffinitionibus annu-
ens sub die quinto kalendas septembris , subscripsi,similiter & alii subscripserunt triginta tres.

¶Explicit concilium agathense.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII AVRELIANENSIS.

i ¶De homicidis & adulteris & furibus si ad ecclesiam confugerint.
ii ¶De raptorib9 ad ecclesiã cõfugiẽtib9.
iii ¶De seruis si ad eccclesiã cõfugerint.
iiii ¶De eo qui ab epõ aliquid repeti,vt p ipsa cõuentione ab ecclesia non priuetur.
v ¶Si eps seruum alterius clericũ fecerit.
vi ¶Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit.
vii ¶De his qui penitentiam violauerunt
viii ¶Si presbyter aut diacon9 se pro reatu alí quo ab eucharistia suspenderit.
ix Si relicta pbri aut diacõi alii se cõiunxerit,
x ¶De his que in altario offeruntur.
xi ¶De his que a fidelibus in parrochianis ecclesiis offeruntur.

xii ¶Vt episcopus & pauperes & infirmos tueatur.
xiii ¶Vt basilice in cui⁹ territorio sunt,in ei⁹ episcopi mnneat potestate.
xiiii ¶De incestis vt excommunicentur.
xv ¶Vt abbates in potestate episcoporum sint,& de monachis vagis.
xvi Vt monachi oratorio vel zonis nō vtātur.
xvii ¶Si monachus vxorem duxerit.
xviii ¶Vt monachus sine permissu ep̄i vel abbatis cellulas non construat.
xix ¶Si ep̄s cuiq̄ terrulas prestiterit excolendas sine p̄iudicio iuris ecclesie tenebūtur.
xix ¶Vt ante pascha quadragesima teneatur
xxi ¶Vt nullus ciuium festiuitates maiores in villa celebret.
xxii ¶Vt populus ante cōpletā missam & benedictionē acceptā ingredi nō presumat.
xxiii ¶Vt letanie ante ascēsionē dñi celebrētur
xxiiii ¶De clericis qui ad officium venire contemnunt.
xxv. ¶De familiaritate extranearū mulierū.
xxvi ¶De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt.
xxvii ¶Quod episcopus die dominica ab ecclesia abesse non debet.

¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM AVRELIANENSE. XXX.EPISCOPORVM.

CVM AVCTORE DEO IN AVRELIANENSI VRBE fuisset concilium summorum antistitum congregatum communi omnium collatione complacuit,vt hoc quod verbis statuerunt etiam scripture testimonio roborarent.

Capitulum primum.

¶Id constituimus obseruandū quod ecclesiastici canones decreuerūt,& lex romana constituit,vt ab ecclesie atriis,vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat ,sed nec alteri consignari nisi ad euangelia datis sacramentis de morte,& debilitate,& omnium penarum genere sint securi,ita vt ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione cōueniat,quod si sua sacramenta conuictus fuerit violasse,reus periurii non solum a cōmunione ecclesie,vel omniū clericorum,verūetiam & a catholicorum conuiuio separetur,Quod si is cui reus est,noluerit intentione faciente componi,& ipse reus de ecclesia actus timore discesserit,ab ecclesie clericis non queratur.

Capitulum secundum.

A ¶De raptoribus autem id constituendum esse censuimus,vt si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit,& feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit,statim liberetur de potestate raptoris,& raptor mortis vel penarum impunitate concessa aut seruiendi conditioni subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatē. Si vero que rapitur patrem habere constiterit,& puella raptori consenserit,potestati patris excusata reddatur,& raptor a patre superiori conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.

Capitulum tertium.

B ¶Seru⁹ qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino pro admissa culpa sacramentū susceperit,statim ad seruitium domini sui redire cogatur,& postea q̄ dato sacramento domino fuerit cōsignatus si aliquid pene pro eadem culpa a qua excusatur probat⁹fuerit pertulisse,pro contemptu ecclesie & preuaricatione fidei a communione & conuiuio catholicorum extraneus habeatur,si vero seruus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit exire nolentem a domino liceat occupari.

Capitulum quartum.

C ¶Si quis ab episcopo suo vel de ecclesia vel de proprio iure crediderit aliquid ad repetendum,si nichil cōuitii aut criminationis obiecerit, eū p̄ sola cōtētione a cōmunione ecclesie nō liceat submoueri.

Capitulum quintum.

D ¶Si seruus absente vel nesciente domino,episcopo sciente quod seruus diaconus aut presbyter fuerit ordinatus,ipso in clericatus officio permanente episcopus eum domino duplici satisfactione compenset.Si vero episcopus eum seruum nescierit qui testimonium perhibent aut eum supplicauerint ordinari simili redhibitioni teneantur obnoxii.

Capltulum ſextum.

¶Si diaconus aut preſb iter crimen capitale commiſerint ſimul & officio & communione pellãtur. A

Capitulum ſeptimum.

¶De his qui ſuſcepta penitẽtia religionem ſue profeſſionis obliti ad ſecularia relabũtur,placuit eos B
& a communione ſuſpendi & ab omnium catholicorum cõuiuiis ſeparari,quod ſi poſt interdictum
cum eis quiſq; preſumpſerit manducare,& ipſe communione priuetur.

Capitulum octauum.

¶Si diaconus vel preſbyter pro reatu ſuo ſe ab altaris comunione ſub penitentis profeſſione ſubmo C
uerit,ſic quoq; ſi alii defuerint,& cauſa certe neceſſitatis exoritur,poſcentẽ baptiſmũ liceat baptizare.

Capitulum nonum,

¶Si ſe cuicunq; mulier duplici coniugio preſbyteri vel diaconi relicta cõiunxerit,aut caſtigati ſepa D
rentur,aut certe ſi in criminũ intentione perſtiterint pari excommunicatione plectantur.

Capitulum decimum.

¶Antiquos canones relegentes priora ſtatuta credimus renouanda,vt de his que in altario oblatio E
ne fidei conferuntur medietatem epiſcopus ſibi vendicet,& medietatem ſibi diſpenſandam ſecundũ
gradus clerus accipiat,tam de prediis quam de omni cõmoditate in epiſcoporũ poteſtate durãtibus

Capitulum vndecimum.

¶De his que parochiis in terris,vineis,mancipiis,atq; peculiis quicunq; fideles obtulerint antiquo F
rum canonum ſtatuta ſeruentur,& omnia in epiſcopi poteſtate conſiſtant, de his tamen que in alta
rio acceſſerint tertia fideliter epĩs deferatur. Capitulum duodecimum

¶Epiſcopus pauperibus,vel infirmis qui debilitate faciente non poſſunt ſuis manibus laborare vi G
ctum & veſtimentum inquantumpoſſibilitas habuerit largiatur.

Capitulum decimum tertium.

¶Omnes baſilice que per diuerſa loca conſtructe ſunt vel quotidie conſtruuntur,placuit ſecundum H
priorum canonum regulam, vt in eius epiſcopi territorio in cuius poſite ſunt,poteſtate conſiſtant.

Capitulum decimum quartum.

¶Ne ſupſtes frater thorũ defũcti fratis aſcẽdat,nec ſe quiſq; amiſſe vxoris ſorori audeat ſociare,quod I
qui fecerint,eccleſiaſtica diſtrictione feriãtur. Capitulum decimnm quintum.

¶Abbates pro humilitate religionis in epiſcoporum poteſtate conſiſtant & ſi quid extra regu K
lam fecerit ab epiſcopis corrigantur,qui ſemel in anno in loco vbi epiſcopus elegerit,accepta vocatio
ne conueniant,monachi autem abbatibus omni obedietia & deuotione ſubiaceant.quod ſi quis per
contumatiam extiterit indeuotus,autper aliqua loca vagari,aut peculiare aliquid habere preſumple
rit, omnia que acquiſierit,ab abbatibus auferantur ſecundũ regulam monaſterio proiutura,ipſi autẽ
qui fuerant puagati vbi inuenti fuerint,cũ auxilio epiſcopi tanq; fugaces ſub cuſtodia reuocentur,&
reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat qui in huiſmodi perſonis non regulari animaduerſione di
xerit vel qui ſuſceperit monachũ alienum. Capitulum decimum ſextum.

¶Monacho orarium in monaſterio vel zonas habere non liceat. L

Capitulum decimum ſeptimum

¶Et ſi poſtea vxori fuerit ſociatus tante preuaricationis reus nunquam eccleſiaſtici gradus officium M
ſortiatur Capitulum decimum octauum.

¶Nullus monachus congregatione monaſterii derelicta ambitionis & vanitatis impulſu, cellulam N
conſtruere ſine epiſcopi permiſſione,vel abbatis ſui voluntate preſumat.

Capitulum decimum nonum.

¶Si epiſcopus humanitatis intuitu,mãcipiola, vineolas,vel terrulas clericis vel monachis preſtiterit O
excolendas,vel pro tempore tenendas, etiam ſi longa tranſiſſe annorum ſpacia comprobentur, nul
lum eccleſia preiudiciũ patiatur nec ſeculariſ legis p̃criptio que eccleſie aliquid ipediat,apponatur.

Capitulum vigeſimum.

¶Id ſacerdotibus omnibus eſt decretum vt ante paſche ſolemnitatem non quinquageſima,ſed qua P
drageſima teneatur. Capitulum vigeſimum primum.

¶Vt nulli ciuiũ paſche natalis domini,vel quadrageſime ſolemnia in villa liceat celebrare,niſi quem Q
infirmitas probabitur tenuiſſe Capitulum vigeſimum ſecundum.

¶Cum ad celebrandas miſſas in dei nomine conuenitur popul⁹ non ante diſcedat q̃ miſſe ſolem R

nitas compleatur,& vbi epiſcop⁹ non fuerit benedictionem accipiat ſacerdotis.

Capitulum vigeſimum tertium.

A ¶Rogationes id eſt letanias ante aſcenſionem domini placuit celebrari itavt premiſſum triduanum ieiunium in dominice paſſionis ſolemnitate ſoluatur,per quod triduum ſerui & ancille ab opere relaxentur,quo magis plebs vniuerſa conueniat quo triduo omnes abſtineant,& quadrageſimalibus cibis vtantur.

Capitulum vigeſimum quartum.

B ¶Clerici vero qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint ſecundum arbitrium epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

Capitulum vigeſimum quintum.

¶De familiaritate extranearum mulierum tam epiſcopi quam preſb yteri vel diaconi preteritorum canonum ſtatuta cuſtodiant.

Capitulum vigeſimum ſextum.

C ¶Si quis clericus monachusvel ſecularis diuinationē vl̄ auguria crediderit obſeruāda vel ſortes quas mentiuntur eſſe ſanctorum quibuſcunq; putauerint intimandas, cum his qui eis crediderint ab eccleſie communione pellantur,

Capitulum vigeſimum ſeptimum.

D ¶Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus,eccleſie cui proximus fuerit die dominico deeſſe nō debet ſimiliter & alii qui mecū ſcripſerunt numero triginta & tres.

¶Explicit concilium aurelianenſe. Huc vſq; concilia gallie.

¶SEQVVNTVR CONCILIA HISPANIE.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII ELIBERTINI.

i De his q poſt baptiſmū idolis ſacrificāt,
ii ¶De ſacerdotib⁹ gentium qui poſt baptiſmum immolauerunt.
iii ¶De eiſdem ſi idolis tantum munus dederint.
iiii ¶De eiſdem ſi cathecumuni adhuc immolant quando baptizabuntur.
v ¶Si domina per zelū ancillā occiderit.
vi ¶Si quicunq; per malicia hominem interfecerit.
vii ¶De penitentib⁹ mechie ſi rurſus peccauerint.
viii ¶De feminis qui adulteros maritos relinquunt & aliis nubunt.
ix ¶De feminis que relictisviris ſuis aliis nubunt.
x ¶De relicta cathecumini ſi alterum duxerit.
xi ¶De relicta cathecumina ſi grauiter egrotauerit.
xii ¶De mulierib⁹ que lenocinīū fecerint.
xiii ¶De virginibus deo ſacratis ſi adulterauerunt.
xiiii ¶De virginib⁹ ſecularib⁹ſi mechate ſint
xv ¶De coniugio eorum qui ex gentilitate veniunt.
xvi ¶De puellis fidelibus ne infidelibus cō iungantur.
xvii ¶De eis qui filias ſacerdotibus gentilibus coniungunt.
xviii ¶De ſacerdotib⁹& miniſtris ſi mechati fuerint
xix
xx ¶De clicis negotiavl̄ nūdinas ſectātib⁹
xxi ¶De clericis & laicis vſuratiis.
xxii ¶De his qui ad eccleſiā tardius accedūt
xxiii ¶De catholicis in hereſim tranſeuntibus,ſi non reuertuntur
xxiiii ¶De temporibus ieiuniorum.
xxv ¶De his qui peregre baptizantur vt ad clerum non veniant.
xxvi ¶De epliis cōmunicatoriis cōfeſſorum
xxvii ¶De hoc vt omni ſabbato ieiunetur.
xxviii ¶De clericis vt extraneam mulierem in domo non habeant.
xxix ¶De oblationibus eorun qui non communicant.
xxx ¶De inergumenis qualiter habeātur,
xxxi ¶De his qui poſt lauachrum mechati fuerint vt nec ſubdiacones fiant.
xxxii ¶De adoleſcentibus qui poſt lauachrū mechati ſunt
xxxiii ¶De excōmunicatis preſbyteris vt in neceſſitate communionem dent.
xxxiiii ¶De epiſcopis & miniſtris vt ab vxoribus abſtineant.
xxxv ¶Ne cerei in cemiteriis incendantur.
xxxvi ¶Ne femine in cemiteriis peruigilent.
xxxvii ¶Ne picture in eccleſia fiant.
xxxviii ¶De inergumenis baptizandis.
xxxix ¶Vt in neceſſitate& fideles baptizent.

xl ¶Ne de hoc quod idolatratum eſt,fideles accipiant.
xli ¶Vt prohibeant domini idola colere ſeruis.
xlii ¶De his qui ad fidem veniunt quomodo baptizentur.
xliii ¶De celebratione pentecoſtes.
xliiii ¶ De meretricibus paganis ſi conuertuntur.
xlv ¶ De cathecuminis qui eccleſiam non frequentant.
xlvi ¶De fidelibus ſi apoſtatauerint quamdiu peniteant.
xlvi De eo qui vxorē habet ſi ſepius mechatur.
xlvii ¶De batizādis vt nichil accipiāt clerici
xlviii. ¶ De frugibus fidelium ne a iudeis benedicantur
xlix. ¶De chriſtianis qui cū iudeis veſcūtur.
l. ¶De hereti. vt ad clerū nō ꝓmoueātur
li ¶ De his qui in eccleſia libellos famoſos ponunt,
lii ¶De epiſcopis qui excōmunicato alieno communicant
liii ¶De parentibus qui fidē ſpōſaliorum frangunt.
liiii ¶De ſacerdotibus gentilium qui iam non ſacrificant
lv ¶De magiſtratibus & dominātibus
lvi ¶De his qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint
lvii ¶De his qui communicatorias litteras portant
lviii ¶De fidelibus ne ad capitolium cauſa ſacrificandi aſcendant
lix ¶De his qui deſtruentes idola occiduntur
lx ¶De his qui duabus ſororibus copulantur
lxi ¶De auguribus & pantomimis ſi conuertantur
lxii ¶De vxoribus que filios de adulteris necant
lxiii ¶ De feminis que vſq; ad mortē cū alienis viris adulterantur
lxiiii ¶De adulteris vxoribus clericorum
lxv ¶De his qui priuignas ſuas ducunt
lxvi ¶De coniugio cathecumine femine
lxvii ¶De cathecumina adultera que filium necat
lxviii ¶De viris coniugatis poſtea in adulteriū lapſis
lxix ¶De feminis que conſciis maritis adulterantur
lxx ¶De ſtupratoribus puerorū
lxxi ¶De viduis mechis ſi eundem poſtea maritum duxerint
lxxii ¶De delatoribus
lxxiii ¶De falſis teſtibus
lxxiiii ¶De his qui ſacerdotes accuſant,nec ꝓbant
lxxv ¶De diaconibus ſi ante honorem peccaſſe probentur
lxxvi ¶De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur
lxxvii ¶De fidelibus coniugatis ſi cū iudea vel gentili mechati ſint
lxxviii ¶De his qui tabula ludunt
lxxix ¶De libertis
lxxx ¶De feminarum epiſtolis

¶Finiunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM ELIBERTINVM XIX.. EPISCOPORVM TEMPORE CONSTANTINI.

CVM CONVENISSENT SANCTI ET RELIGIOſi epiſcopi in eccleſia elibertina.hoc eſt felix epiſcopus aquitanus,Cōſcius epiſcopus cordubenſis, ſauinus epiſcopus ſpalenſis,Camerinus epiſcopꝰ tacitanus, ſinagius epiſcopus pegrenſis,ſecundinus epiſcopus catalenſis,pardius epiſcopus mētaſanus,flauianus epiſcopus elibertinus,catonus epiſcopus corſitanus,Liberius epiſcopus emeritanus,valerius epiſcopus ceſarauguſtanꝰ,decētius epiſcopus legionenſis, Melantius epiſcopus toletanus,ianuarius epiſcopus de ſiblaria,vincentus epiſcopus oſſolobenſis,quintianus epiſcopus elborenſis,ſucceſſus epiſcopus de elicroca,Euticianus epiſcopus baſtitanus, patriciꝰ epiſcopus malacitanus, reſidentibus etiam triginta ſex preſbyteris,aſtantibus diaconibus, & omni plebe,vniuerſi epicoſpi dixerunt. A

Capitulum primum,

A ¶Placuit vt quicunq; post fidem baptismi salutaris adulta etate ad templum ydoli ydolatratur9 ac cesserit,& fecerit quod est crimẽ capitale,nec finem eum ad comunionem suscipere.

Capitulum secundum.

B ¶Flamines qui post fidem lauachri & regeneratiõis sacrificauerint, eo quod geminauerint scelera accedente homicidio,vel triplicauerint facinus coherente mechia,placuit eos nec in finem accipere cõ/munionem. Capitulum tertium.

C ¶Item flamines qui non immolauerunt sed munus tantum dederunt. eo quod se a funestis ab/stinuerunt sacrificiis, placuit in finem eis prestare comuunionem acta tamen legitima penitentia,Itẽ ipsi si post penitentiam fuerint mechati,placuit vlterius eis nõ esse dandam communionem, ne lu/sisse de dominica communione videãtur. Capitulum quartum.

D ¶Item flamines si fuerint cathecumini, & se a sacrificiis abstinuerunt,post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere Capitulum quintum.

E ¶Si qua femina furore zeli accensa flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt intra tertiũ diẽ aiam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate, an casu occiderit,si voluntate,post septem an/nos, si casu per quinq; annorum tempora acta legitima penitentia ad cõmunionem placuit admitti, quod si intra tempora constituta fuerit infirmata,accipiat communionem.

Capitulum sextum.

F ¶Si quis vero maleficio interficiat alterũ eo quod sine idolatria perficere scelus non potuit,nec in fi/nem impartiendam esse illi cõmunionem. Capitulum septimum.

G ¶Si quis forte fidelis post lapsum mechie post tempora cõstituta acta pnia denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in finẽ habere cõmunionẽ. Capitulum octauum.

H ¶Item femine que nulla precedente causa reliquerũt viros suos,& alteris se copulauerunt,nec in finẽ accipiant communionem. Capitulum nonum.

I ¶Item fidelis femina que adulterum maritum reliquerit fidelẽ.& alterũ duxerit, prohibeatur ne du cat, si autem duxerit,non prius accipiat communionem,quam is quem reliquerit de seculo exierit,ni/si necessitas infirmitatis dare cõpulerit. Capitulum decimum,

k ¶Si ea quam cathecuminus reliquit, duxerit maritum , potest ad fontẽ lauacri admitti,hoc & cir/ca feminas cathecuminas erit obseruãdum,Quod si fuerit,que ducitur ab eo qui vxorem inculpatam reliquit, & cum scierit illum ab vxore quam sine causa reliquit , placuit huiusmodi in finem dare communionem. Capitulum vndecimum.

L ¶Intra quinquennii autem tempora cathecumina si grauiter fuerit infirmata addendum ei baptis/mum placuit non denegari. Capitulum duodecimum.

M ¶Pater vel parens vel quelibet fidelis si lenocinium exercuerit,eo quod alienum vendiderit cor pus vel potius suum,placuit eam nec in finem accipere communionem.

Capitulum decimum tertium.

N ¶Virgines que se deo dedicauerunt,si pactum perdiderint virginitatis,atq; eedem libidini seruie/rint nõ intelligẽtes quod amiserint,placuit nec in fine dandam eis esse communionem,quod si semet ipsas penituerint,quod infirmitate corporis lapse fuerint, etiam tpe vite sue huiusmodi femine ege/rint penitẽtiam & abstinuerint se a coitu, eo quod lapse potius videantur,placuit eas in fine commu/nionem accipere debere, Capitulum decimum quartum.

O ¶Virgines que virginitatem suam nõ custodierint,si eosdem qui eas violauerunt duxerint & te/nuerint maritos,eo quod solas nuptias violauerint,post annũ sine penitentia recõciliari debebũt,vel si alios cognouerint viros, eo quod mechate sint,placuit per quinquennii tempora acta legitima pe/nitentia admitti eas ad communionem. Capitulum decimum quintum.

P ¶Propter copiam puellarum gentilibus minine in matrimonium dande sunt virgines christiane, ne etas in flore tumens in adulterio resoluatur anime.

Capitulum decimum sextum.

Q ¶Hereticis qui errant ab ecclesia catholica nec ipsis catholicas dandas puellas,sed neq; iudeis,neq; hereticis dare placuit,eo quod nulla possit esse societas fidelis cũ infideli.Si cõtra interdictum fecerint, parentes,abstinere per quinquenniũ placet.

Capitulum decimum septimum

¶Si qui forte sacerdotibus ydolorum filias suas iunxerint,placuit nec in finem eis dandam commu A
nionem.

Capitulum decimum octauum.

¶Episcopi pbri diacones si in ministerio positi detecti fuerint,quod sint mechati,placuit & propter B
scandalum & propter nefandū crimen nec in finem eos cōmunionem accipere debere.

Capitulum decimumnonum.

¶Episcopi pbri & diaconi de locis suis negotiandi causa nō discedant,nec circueūtes ꝓuincias que C
fluosas nundinas sectentur,Sane ad victum sibi cōquirendū ,aut filiū,aut libertum,aut mercēnariū,
aut amicum,aut quēlibet mittant,& si voluerint negotiari intra prouinciam negotientur.

Capitulum vigesimum.

¶Si quis clericorū deditus fuerit vsuras accipere,placuit degradari & abstineri,Si quis etiam laicꝰ D
accepisse probatur vsuras & ꝓmiserit correptus iam cessaturū nec vlterius exacturum,placet ei veniā
tribui,Si vero in ea iniquitate durauerit ab ecclesia sciat se esse proiiciendum.

Capitulum vigesimumprimum.

¶Si quis in ciuitate positus tres dominicas ecclesiam non accesserit pauco tempore abstineatur,vt E
correptus esse videatur.

Capitulum vigesimumsecundum.

¶Si quis de catholica ecclesia ad heresim transitum fecerit,rursusqꝫ ad ecclesiā recurrerit,placuit huic F
penitentiam non esse denegandam,eo quod cognouerit peccatum suū,qui etiam decem annis agat
penitentiam,cui post decem annos prestari communio debet,Si vero infantes fuerint transducti qđ
non suo vitio peccauerint incunctanter recipi debeant.

Capitulum vigesimumtertium.

¶Ieiunii super abstinentias per singulos menses placuit celebrari exceptis diebus duorum mensiū G
Iulii & Augusti ob eorundem infirmitatem.

Capitulum vigesimumquartum.

¶Omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorū minime sit cognita vita, placuit ad clerum H
non esse promouendos in alienis prouinciis.

Capitulum vigesimumquintum.

¶Omnis qui attulerit litteras cōfessorias sublato nomine confessoris,eo quod sub hac nominis glo⸗ I
ria partim concutiant,simplices cōmunicatorie ei dande sunt littere.

Capitulum vigesimumsextum.

¶Errorem placuit corrigi,vt omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus. K

Capitulumvigesimūseptimum.

¶Episcopus vel quilibet clericus alius,aut sororem aut filiā virginem dicatam deo tantum secū ha⸗ L
beat,extraneam vero nequaquā secum habeat.

Capitulum vigesimumoctauum.

¶Episcopum placuit ab eo qui nō communicat munera accipere non debere. M

Capitulum vigesimumnonum.

¶Energuminum qui ab erratico spiritu exagitatur ,huius nomen neqꝫ ad altare cū oblatione esse N
recitandū,neqꝫ permittendū vt sua manu in ecclesia ministret.

Capitulum trigesimum.

¶Subdiaconem eū ordinari non debere qui in adolescentia sua fuerit mechatus,eo quod postmo⸗ O
dū per subscriptionem ad altiorem gradū non sit ꝓmouendus,si autem aliqui sunt in preteritū or⸗
dinati amoueantur.

Capitulum trigesimumprimū.

¶Adolescentes qui post fidem lauacri salutaris fuerint mechati,cum duxerit vxores acta legitima p
penitentia,placuit ad cōmunionem eos admitti debere.

Capitulum trigesimumsecundum.

¶Si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit placuit agere penitentiā non debere sine episcopi Q
consultu,sed potius apud episcopum agat cogente tamē infirmitate, Nō est presbyterorum diacono
rum cōmunionem talibus prestare debere,nisi eis iusserit episcopus.

Capitulum trigesimumtertium.

¶Placuit in totum prohibere episcopis,pbris,diaconibus,ac subdiaconibus positis in ministerio ab⸗ R
stinere se a coniugibus suis,& nō generare filios,Quod quicūqꝫ fecerit ab honore clericatus extermi
netur.

Capitulum trigesimumquartum.

A ¶Cereos per diem placuit in cemiterio non incendi,inquietandi enim sanctorum spirit⁹ non sunt, Qui hec nō obseruauerint arceantur ab ecclesie cōmunione.

Capitulum trigesimumquintum.

B ¶Placuit prohiberi ne femine in cemiterio peruigilent, eo quod sepe sub obtentu orationis scelera latenter cōmittant. Capitulum trigesimumsextum.

¶Placuit picturas in ecclesia esse non debere ,ne qd colitur aut adoratur in parietibus depingatur.

Capitulum trigesimumseptimum,

C ¶Eos qui a spiritibus immundis vexātur si in fine mortis fuerint constituti baptizari placet,Si vero fideles fuerint dandam eis esse cōmunionē, Prohibendum etiam ne lucernas publice accēdant, si facere contra interdictum voluerint,abstineant a cōmunione.

Capitulum trigesimumoctauum.

D ¶Peregre nauigantes aut si ecclesia in proximo non fuerit posse fidelem qui lauacrum suum integrum habet nec sit bigam⁹,baptizare in necessitate infirmitatis positum cathecuminū, ita vt si superuixerit ad episcopum eū perducat,vt per manus impositionem perfici possit.

Capitulum trigesimūnonum.

E ¶Gentiles si in infirmitate desyderauerint sibi manus imponi,si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita,placuit eis manum imponi & fieri christianos.

Capitulum quadragesimum.

F ¶Placuit ꝓhiberi,vt cum rationes suas accipiūt possessores ,quicqd ad ydolum datum fuerit acceptum non inferāt,Si vero post interdictum fecerint p quinquennii spatia tēporis a cōmunione esse arcendos.

Capitulum quadragesimumprimum.

G ¶Admonere placuit fideles vt quantum possunt ꝓhibeant ne ydola in domibus suis habeant , Si vero vim metuunt seruorum,vel seipsos puros cōseruent,Si nō fecerint alieni ab ecclesia habeantur.

Capitulum quadragesimumsecūdum.

H ¶Eos qui ad primā credulitatis fidē accedunt(si bone fuerint cōuersationis) intra bienniū tpis placuit ad baptismi gratiā admitti debere,nisi infirmitate cōpellēte coegerit ratio vel socio subuenire piclitanti,vel gratiā postulanti. Capitulum quadragesimumtertium.

I ¶Prauam institutionem emendari placuit iuxta auctoritatem scripturarum,vt cuncti diem pentecostes celebremus,quod qui non fecerit quasi nouam heresim induxisse notetur.

Capitulum quadragesimumquartum.

K ¶Meretrix que aliquando fuerit& post ea habuerit maritū,si postmodum ad credulitatē venerit,incunctanter placuit esse recipiendā. Capitulum quadragesimumquintū.

L ¶Qui aliquando fuerit cathecumīnus per infinita tempora & nunq̄ ad ecclesiam accesserit,Si eum de clero quisquam agnouerit voluisse esse christianum,aut testes aliqui extiterint fideles,Placuit baptismū ei non negari,eo quod in vetere homine deliquisse videatur.

Capitulum quadragesimumsextum.

M ¶Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam nō accesserit , si tamen aliquando fuerit reuersus,nec fuerit ydolatra,post decem annos placuit eum cōmunionem accipere.

Capitulum quadragesimumseptimum.

N ¶Si quis fidelis habens vxorem non semel sed sepe fuerit mechatus in finem mortis est cōueniend⁹ Qđ si se ꝓmiserit cessaturum,detur ei cōmunio,si resuscitatus rursus fuerit mechatus,placuit vlteri⁹ nō edere eū de cōione pacis. Capitulum quadragesimumoctauum.

O ¶Emendare placuit vt hi qui baptizātur(vt fieri solebat) nummos in concham non mittant,ne sacerdos quod gratis accepit precio distrahere videatur,neq; pedes eorum lauandi sunt a sacerdotibus vel clericis. Capitulum quadragesimumnonum.

P ¶Admonere placuit possessores vt nō patiantur fructus suos quos a deo percipiunt cum gratiarū actione a iudeis benedici,ne nostram irritam & infirmā faciant benedictionem,Si quis post interdictum facere vsurpauerit penitus ab ecclesia abiiciatur.

Capitulum quinquagesimum.

Q ¶Si vero aliq̄s cleric⁹ siue fidelis fuerit qui cū iudeis cibū sumpserit,placuit eū a cōione abstinere, vt debeat emendari. Capitulum quinquagesimumprimum.

¶Ex omni

¶Ex omni hereſi quí ad nos fidelís venerit mínime eſt ad clerum promouendus, vel ſi quí ſunt ín preteritum ordínati,ſine dubío deponentur. A

Capítulum quínquageſímumſecundum.

¶Sí quí ínuentí fuerínt libellos famoſos ín eccleſía ponere anathematizentur. B

Capítulum quínquageſímumtertíum.

¶Placuít cunctís,vt ab eo epíſcopo quís recípíat cõmunionem,a quo abſtentus ín crímine alíquo fuerít,Quod ſi alíquís epíſcopus pſumpſerít eũ admíttere íllo adhuc mínime ſcíente vel conſentiente a quo fuerat cõmunione priuatꝰ, ſcíat ſe huíuſmodí cauſas ínter fratres eſſe cum ſtatus ſuí perículo preſtaturum. C

Capítulum quínquageſímumquartum.

¶Sí quí parentes fídem fregerínt ſponſalíorum trienníí tempore abſtíneant ſe a cõmunione,Sí tamen íídem ſponſus vel ſponſa ín graui crímine fuerínt deprehẽſí,excuſatí erunt parentes,Sí vero ín eodem vítío & polluerínt ſe conſentiendo,ſuperíor ſententía ſeruetur. D

Capítulum quínquageſímumquíntum.

¶Sacerdotes quí tantum ſacrífícantiũ coronam portant,nec ſacrífícant,nec de ſuís ſumptíbus alíq̃d ydolís preſtant,placuít poſt bíennium accípere cõmunionem. E

Capítulum quínquageſímumſextum.

¶Magíſtratum vero anno quo agít duũuíratum prohíbere placet,vt ſe ab eccleſía cohíbeat. F

Capítulum quínquageſímumſeptímum.

¶Matrone vel earum mariti veſtímenta ſua ad ornandam ſeculariter pompam non dent,& ſi fecerínt trienníí tempore abſtíneãt. G

Capítulum quínquageſímum octauum.

¶Placuít vbícũq; & maxíme ín eo loco ín quo prime cathedre conſtítutus eſt epíſcopus,vt ínterrogentur hí quí cõícatorías lítteras tradunt,an omína recta habeant & ſuo teſtímonío cõprobent. H

Capítulum quínquageſímumnonum.

¶Prohíbendum ne quís chríſtíanus aut gentílís ad ydolum capítolíí ſacrificandí cauſa aſcendat & vídeat,Qd ſi fecerít pari crímíne teneatur ,ſi fuerít fídelís poſt decẽ annos acta penitẽtía recípíatur. I

Capítulum ſexageſímum.

¶Sí quís ydola fregerít & íbídem fuerít occíſus ,quía ín euangelío non eſt ſcríptum, neq; ínuenítur ab apoſtolís vnquam factum,placuít ín numerum eũ non recípí martyrum. K

Capítulum ſexageſímumprímum.

¶Sí quís poſt obítum vxorís ſue ſororem eíus duxerít,& ípſa ſít fídelís quínquẽnío a cõmunione placuít abſtínere,níſí forte velocíus darí pacem neceſſítas coegerít ínfírmítatís. L

Capítulum ſexageſímumſecundum.

¶Sí augur aut pantomímꝰ credere voluerít,placuít vt prías artíbus ſuís renũtíent,& tunc demũ ſuſcípíantur,íta vt vlterius non reuertantur, Quod ſi facere contra ínterdíctũ tentauerínt proííciantur ab eccleſía.

Capítulum ſexageſímumtertíum.

¶Sí qua mulíer per adulteríum abſente marító conceperít,íd q̃ poſt facínus occíderít, placuít eí nec ín fínem dandam eſſe communionem,eo quod gemínauerít ſcelus. N

Capítulum ſexageſímumquartum

¶Sí qua mulíer vſq; ín fínem mortís ſue cũ alíeno fuerít víro mechata,placuít nec ín fínem dãdam eſſe cõmunionem.Sí vero eum relíquerít poſt decem annos recípí ad cõmunionem acta legítíma penitentía. O

Capítulum ſexageſímumquíntum.

¶Sí cuíus clerící vxor fuerít mechata,& ſcíat eam marítus ſuus mecharí,& eam non ſtatím proíecerít,nec ín fínem accípíat cõmunionem,ne ab hís quí exemplum bone conuerſatíonís eſſe debent vídeantur magíſtería ſcelerũ ꝓcedere. P

Capítulum ſexageſímum ſextum.

¶Sí quís príuígnam ſuam duxerít vxorem,eo quod ſít ínceſtus,placuít nec ín fínem dandam eſſe cõmunionem. Q

Capítulum ſexageſímum ſeptímum.

¶Prohíbendum ne qua fídelís vel cathecumína,aut comícos,aut víros ſcenícos habeat, quecumq; hoc fecerít a cõíone arceatur. R

Capítulum ſexageſímumoctauum.

¶Cathecumína ſí per adulterium conceperít,& cõceptum necauerít,placuít eam ín fíne baptízarí, S

Capítulum ſexageſímum nonum.

¶Sí quís forte habẽs vxorem ſemel fuerít lapſus,placuít eum quínquennío agere debere pníam,& ſic recõcílíarí,níſí neceſſítas ínfírmítatís coegerít añ tꝑs dare cõíonẽ,hoc & círca feminas obſeruãdũ. T

Capitulum septuagesimum.

A ¶Si conscio marito fuerit mechata vxor, placuit nec in finem dandam ei cõmunionem, Si vero eã reliquerit post decem annos accipiat cõmunionem,si eam cum scierit adulteram aliquo tempore in domo sua retinuit. Capitulum septuagesimumprimum.

B ¶Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse cõmunionem.

Capitulum septuagesimumsecundum.

C ¶Si qua vidua fuerit mechata & eundem postea habuerit maritum,post quinquẽnii tempus acta legitima penitentia,placuit eam cõmunione reconciliari,Si alium duxerit relicto illo nec in finẽ dandam esse cõmunionem,vel si fuerit ille fidelis quem acceperit cõmunionem non accipiat,nisi post decem annos acta legitima penitentia,nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

Capitulum septuagesimumtertium.

D ¶Delator si quis extiterit fidelis,& per delationem eius aliquis fuerit proscriptus,vel interfect⁹,placuit eum nec in fine accipere cõmunionem,Si leuior causa fuerit,intra quinquennium accipere poterit cõmunionem,Si cathecuminus fuerit post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

Capitulum septuagesimumquartum.

E ¶Falsus testis prout crimẽ est abstinebit,si tamen non fuerit mortis quod obiecit, & si probauerit quod diu tacuerit biennii tempore abstinebit.Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinquennium abstineri. Capitulum septuagesimumquintum.

F ¶Si quis autem episcopum pbr̃m vel diaconem falsis criminibus appetierit,& probare non potuerit,nec in fine dandã ei esse communionem.

Capitulum septuagesimumsextum.

G ¶Si quis diaconum se permiserit ordinari,& postea fuerit in crimine detectus mortis,quod aliquã do cõmiserit,si sponte fuerit cõfessus, placuit eum acta legitima penitẽtia post triẽnium accipere cõmunionem,Quod si alius detexerit post quinquennium acta penitentia accipere communionem laicam debere. Capitulum septuagesimumoctauum.

H ¶Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel pbr̃o aliquos baptizauerit,episcopus eos per benedictionem perficere debebit, quod si ante de seculo recesserit sub fide qua quis crediderit, poterit esse iustus.

Capitulum septuagesimumoctauum.

I ¶Si quis fidelis habens vxorẽ,cum iudea vel gentili fuerit mechatus,a cõmunione arceatur,Quod si alius eum detexerit,post quinquẽnium acta legitima penitentia poterit dominice sociari communioni. Capitulum septuagesimumnonum.

k ¶Si quis fidelis alea,id est tabula luserit,placuit eum abstinere,& si emendatus cessauerit,post annũ poterit communione reconciliari.

Capitulum octuagesimum.

L ¶Prohibendum vt liberti,quorum patroni in seculo fuerint,ad clerum non prouehantur.

Capitulum octuagesimumprimum.

M ¶Ne femine suo potius absq; maritorum nominibus laicis scribere audeant qui fideles sunt, vel litteras alicuius pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

¶Explicit concilium Elibertinum

¶INCIPINVT CAPITVLA CONCILII TARRACONENSIS.

Capitulum primum.

i ¶Vt etiam ad proximas sanguinis cũ testimonio clerici vadant.

ii ¶Vt clericis emendi vilius,vel vendẽdi carius non permittatur licentia.

iii ¶Vt quantum cleric⁹ prestiterit,tantum recipiat.

iiii ¶Vt nullus episcopus vel infra positus die dominica causas iudicare presumat.

v ¶Vt qui in metropolitana ciuitate episcopus non fuerit ordinatus post duos mẽses se metropolitano presentet.

vi ¶Vt episcopus qui a metropolitano cõmonitus ad synodum non venerit, excõmunicetur.

vii ¶Vt diocesani clerici septimanas teneãt, & die sabbato omnes in vnum cõueniãt.

viii ¶Vt annis singulis episcopi diocesim visitent,& nõ plus quam tertiam partem de parochiis

parochiis accipiant.
ix ¶De clericis &hostiariis,q̃ adulteris mulieribus admiscentur,vt prohibeantur.
x ¶Vt nullus episcopus pro iudiciis munera accipiat.
xi ¶Vt monachus missus alicubi ministeriũ clericatus agere non presumat, nec negociator existat.
xii ¶Vt si episcopus intestatus obierit,inuentarium de rebus eius clerici faciant,& nullus exinde aliquid auferat.
xiii ¶Vt episcopus diocesanos pbr̃os, & quosdam ex laicis moneat litteris conuenire.
¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM TARRACONENSE DECEM EPISCOPORVM, ERA. XLIIII.

IN NOMINE CHRISTI HABITA SYNODVS A
Tarracone anno,vi.theodorici regis,consulatu Petri,sub die octauo idus Nouẽbris,Antiquorũ patrum statuta de his censuisse videntur,que in tempore aut ad illos relicta peruenerunt,aut acta certe testimonio proprio comprobauerũt, cuius rei &nos sequentes exemplum illa que nõ fiunt placuit obseruanda decernere,aut preterita absq; ambage custodiantur,&presentia hac obseruatione sint firma,Igitur cũ in vnum pariter cõueniissemus in vrbem Tarraconensem que est metropolitana obseruantissẽme fundata titulos superannexos conscripsimus obseruandos.

Capitulum secundum.

DE his quibus cura ꝓperante proximitatem habere permittitur,vt ea cautela earum necessitates sustentent,vt pietatis beneficia que eis sunt necessaria a longius p̃beant. Ipsi vero pro visendis eis cũ ingressi fuerint clerici salutatione recurrãt,nec ibi faciant mansionẽ, Qui tamen non ad earum visitationem pergunt testẽ solatii sui fide & actione ante probatum adhibeant secum, Si qs hec a nobis statuta contempserit, si clericus est loci sui dignitate priuetur. Si vero religiosus vel monach⁹ in cella monasterii inclusus penitẽtie lamentis incumbat,vbi singulari afflictione panis &aque victũ ex abbatis ordinatione percipiat. B

Capitulum secundum.

¶Canonum statutis firmatum est,vt quicumq; in clero esse voluerit,emendi vilius,vel vendendi carius studio non vtatur, Certe si voluerit exercere cohibeatur a clero. C

Capitulum tertium.

¶Si quis clericus solidum in necessitate prestiterit,hoc de vino vel frumento accipiat,quod mercandi causa tempore statuto decretum est venundare,Ceterum si speciem nõ habuerit necessariã,ipsum quod dedit sine vllo augmento recipiat. D

Capitulum quartum.

¶Vt nulli episcoporum aut presbyterorum vel clericorum,die dominico propositum cuiuscunq; cause negotium audeant iudicare,nisi hoc tantum vt deo statuta solemnia peragant, ceteris vero diebus cohibentibus personis illa que iusta sunt habeãt licentiã iudicãdi exceptis criminalib⁹ negotiis. E

Capitulum quintum.

¶Si quis in metropolitana ciuitate non fuerit episcopus ordinatus,postea quam susceptа benedictione per metropolitani litteras honorem fuerit episcopi adeptus,id optimum esse decreuimus, vt postmodum statuto tempore,id est impletis duobus mensibus se metropolitani sui presentet aspectibus,vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus, pleni⁹ quid obseruare debeat recognoscat,Quod si forte hoc implere neglexerit in synodo increpatus a fratribus corrigatur,Et si forte infirmitate aliqua (ne hoc impleat) fuerit impeditus,hoc suis litteris metropolitano indicare procuret. F

Capitulum sextum.

¶Si quis episcoporum cõmonitus a metropolitano ad synodum nulla graui intercedente necessitate corporali venire contempserit,sicut statuta patrum censuerunt,vsq; ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur. G

Capitulum septimum.

¶De diocesanis ecclesiis vel dero id placuit definiri, vt presbyteri vel diaconi, qui inibi constituti sunt cum clericis septimanas obseruent,id est,vt presbyteri vnam faciant ebdomadam, qua expleta H

ſuccedat diaconus ei ſimiliter ea cõditione ſeruata,vt omnis clerus die ſabbati ad veſperam ſit paratus quo facilius die dominico ſolemnitas cum omni preſentia celebretur, ita tamen vt omnibus diebus veſperas & matutinas celebrent,quia deſiſtẽte clero(quod eſt peſſimum)comperimus in baſilicis nec luminaria miniſtrari,Si qui ſane negligentie vitio hec implere noluerint,nouerint ſe ſecundum ſtatuta canonum pro modo perſonarum canonice diſcipline ſubdendos.

Capitulum octauum.

A ¶Multorũ cauſa experientia magiſtrãte reperim⁹ nõnullas dioceſanas eccleſias deſtitutas,Ob quã rem hac conſtitutione decreuimus,vt antique conſuetudinis ordo ſeruetur,& annuis vicib⁹ ab epiſcopo dioceſes viſitentur,& ſi qua forte baſilica reperta fuerit deſtituta,ordinatione ipſius reparari preci⸗piatur,quia tertia ex omnibus antiqua traditione vt accipiatur ab epiſcopis,nouimus ſtatutum.

Capitulum nonum.

B ¶Si quis lectorum adultere mulieris voluerit miſceri vel adhereret conſortio,aut relinqua,adulterã, aut a clero habeatur extraneus,Simili ſententia hoſtiariorum punieur laſciuia.

Capitulum decimum.

C ¶Obſeruandum quoq; decreuimus ,ne quis ſacerdotum vel clericoru mmore ſecularium iudicum audeat accipere ꝓ impẽſis patrocinijs munera,niſi forte in eccleſiis oblata gratuita que nõ fauore muneris videantur accepta ſed collatione deuotionis illata ,Q ð ſi queſita ꝓbatur accipere,veluti exactor fenoris,aut vſurarum poſſeſſor ſecundum ſtatuta patrum ſe nouerit degradandum.

Capitulum vndecimum.

D ¶Monachi a monaſterio foras egredientes ne aliquod miniſterium eccleſiaſticũ preſumant agere prohibemus,niſi forte cum abbatis imperio,Similiter vt nullus eorum,id eſt monachorum forẽſis negotii ſuſceptor vel executor exiſtat,niſi id quod monaſterii expoſcit vtilitas abbate ſibi nichilominus imperante, canonum ante omnia gallicanorum de his conſtitutione ſeruata.

Capitulum duodecimum.

E ¶Sicubi defunctus fuerit epiſcopus inteſtatus poſt defunctionem eius a preſbyteris & diaconibus de rebus ipſius inuentariũ fideliter cõſcribatur a minimo vſq; ad maximũ,i. de vtenſilib⁹ vel omni ſupellectile,ita tamen vt ſi quis exinde vel preſumpſiſſe aliquid vel occulte fuerit tuliſſe conuictus,ſe⸗cundum furti tenorem reſtituat vniuerſa. Capitulum decimumtertium.

F ¶Epiſtole tales per partes a metropolitano ſunt dirigende,vt non ſolũ a cathedralibus eccleſie pbĩs verumetiam dioceſanis ad concilium trahant,& aliquos de filiis eccleſie ſecularibus ſecum adducere debeant.Iohãnes in chriſti nomine epiſcopus tarraconẽſis ciuitatis conſtitutionibus a nobis cõſcri⸗ptis ſubſcripſi.Paulus in chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi,& coepiſcopus ſubſcripſit, Fortunian⁹ ſubſcripſi, Agricius ſubſcripſi.Orontius ſubſcripſi,Vincentius ſubſcripſi,Vrſus ſubſcripſi.Emidius ſubſcripſi,Nibridius ſubſctipſi.

¶Explicit Tarraconenſe concilium.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII GERVNDENSIS

Capitulum primum.

i ¶Vt vnaquecq; ꝓuincia in officio vnum ordinem teneat.

ii ¶Vt letanie poſt penthecoſtem a quinta feria vſq; in ſabbato celebrentur.

iii ¶De ſecundis letaniis faciendis kalendis Nouembris.

iiii ¶Vt paſcha tantũ & pentecoſte baptiſmũ detur excepis his q̃ in languore conſiſtunt.

v ¶Vt vnius diei infans ſi in diſcrimine eſt baptizetur.

vi ¶Vt qui ſine vxoribus ordinantur extrã⸗neas in domo non habeant.

xii ¶De laicis qui viduã aut dimiſſam acce⸗perint in clero non admittantur.

viii ¶De his qui publice penitentiam non ac⸗cipiunt,ſed tantũ viaticũ vt in clero ꝓmo ueantur.

ix ¶Vt omnibus diebus horis veſpertinis & matutinis oratio dominica dicatur.

¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM GERVNDENSE ANNO SEPTIMO THEODORICI REGIS SEPTIMO IDVS IVNII AGAPETO III. CONSVLE.

Capitulum primum.

Vt inſtitutio

VT INSTITVTIO MISSARMV SICVT IN METropolitana ecclesia agitur,ita in dei nomine in omni tarraconensi prouincia tã ipsius misse ordo,quã psallendi,vel ministrandi consuetudo seruetur. A

Capitulum secundum.

¶Vt expleta solẽnitate pentecostes in sequenti septimana a quinta feria in sabbatum per hoc triduum abstinentia celebretur. B

Capitulum tertium.

¶Item secunda letania facienda est kalendis Nouẽbris ea tamen conditione seruata, vt si iisdẽ diebus dominica interceserit,in alia ebdomada secundũ prioris abstinentie obseruãtiam a quinta feria incipiatur,& in sabbato vespere missa facta finiatur quibus tamẽ diebus a carnibus,& vino decreuimus abstinendum. C

Capitulum quartum.

¶De cathecuminis baptizandis id statutũ est,vt in pasche solẽnitate,vel pentecostes ad baptizandum veniãt,Ceteris solẽnitatibus infirmi tantũmodo debeant baptizari,quibus quocũq; tempore conuenit baptismũ non negari. D

Capitulum quintum

¶De paruulis qui immaturo vtero editi sunt placuit cõstitui,vt si infirmi(vt assolet)fuerit & lac maternum non appetunt,etiam eadem die qua nati sunt(si oblati fuerint)baptizentur. E

Capitulum sextum.

¶De his qui sine vxoribus ordinãtur & familias domus habẽt,habito secum pro vite cõuersatione patre in testimoniũ nõ per quacũq; feminei sexus personam eorũ substãtia gubernetur, sed per puerum,aut per amicũ domũ suam debeãt ordinare,nisi matrẽ,aut sororẽ in domo habuerit,vt secundũ priorum canouum statuta per earum personas eorũ debeat contutari substantia. F

Capitulum septimum.

¶Si quis de laicis post vxorem aliam cuiuscunq; conditionis cognouerit mulierem,in clero nullatenus admittatur. G

Capitulum octauum.

¶Is vero qui egritudinis lãguore depressus penitẽtie benedictionẽ quã viatico deputam⁹ per cõmunionẽ acceperit,& post modũ recõualescẽs caput penitẽtie in ecclesia publice nõ subdiderit,si phibitis vitiis nõ detinetur obnoxi⁹,admittatur ad clerum. H

Capitulum nonum.

¶Id semper placuit obseruari omnibus diebus,vt post matutinas & vesperas oratio dominica a sacerdote proferatur, Iohãnes in christi nomine episcop⁹ subscripsi,Fortunianus episcopus subscripsi, Paulus episcopus subscripsi,Agricius episcopus subscripsi,Emidius episcopus subscripsi,Nibridius episcopus subscripsi. Orontius episcopus subscripsi. I

¶Explicit concilium Gerundense.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII CESARAVGVSTANI.

i ¶Vt femine fideles a virorum clericorum cetibus separentur.

ii ¶Vt diebus dñicis null⁹ ieiunet, nec diebus quadragesime ab ecclesia se absentet.

iii ¶Vt qui eucharistiã in eccl'ia accipit,& ibi eam non consumit anathematizetur.

iiii ¶Vt tribus ebdomadis que sunt añ epiphaniam ab ecclesia nemo recedat,

v ¶Vt qui a suis episcopis cõmunione priuantur ab aliis non recipiantur.

vi ¶Vt clericus qui propter luxũ monachus voluerit esse excõmunicetur.

vii ¶Vt doctoris sibi nomen quis non impònat,cui concessum non est.

viii ¶Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.

¶Explciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM CESARAVGVSTANVM DVODECIM EPISCOPORVM.

QVARTO NONAS OCTOBRIS CESARANGVsta in secretario residentibus episcopis,siradio,delphino,ratício,ampelio,augẽtio,lucio,italio,splendinio,valerio,simposio,caterio, & italio ab vniuersis dictũ est,Recitẽtur sententie, lucius episcopus legit. k

Capitulum primum,

¶Vt mulieres omnes ecclesie catholice fideles a virorum alienorũ lectione & cetibus separentur,ne ad ipsas legentes alii studio vel doscendi,vel discendi cõ L

ueniant, quoniã & hoc apostolus iubet, Ab vniuersis episcopis dictũ est anathema futuros qui hãc concilii sententiam non obseruauerint.

Capitulum secundum.

A ¶Item legit, Eucharistie gratiam si quis probatur acceptam nõ consumpsisse in ecclesia, anathema sit imperpetuum, Ab vniuersis episcopis dictum est placet.

Capitulum tertium

B ¶Item legit, ne quis ieiunet die dominica causa tẽporis, aut persuasionis, aut subreptionis, nec quã drageſimarũ diebus ab ecclesiis fideles desint, nec habitent in latibulis cubitorum ac monitiũ qui in suspitionibus perseuerant, sed exemplum & preceptum custodiant sacerdotum, & ad alienas nullas agendorum conuentuum causas conueniant. Ab vniuersis episcopis dictum est, Anathema sit qui hoc commiserit.

Capitulum quartum.

C ¶Item legit, Viginti & vno die, id est a. xvi. kalendas Ianuarii vsq; in diẽ epiphanie qui est octauo idus Ianuarii continuis diebus nulli liceat de ecclesia absentare in domibus, nec sedere ad villã, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed cõcurrere ad ecclesiam, Quod qui non obseruauerit de susceptis anathema sit in perpetuum, ab vniuersis episcopis dictum est anathema sit.

Capitulum quintum.

D ¶Item dictum est, vt hi qui per disciplinam, aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint seperate ab aliis episcopis non sint recipiendi, quod si scientes fecerint non habeant cõmunionẽ, ab vniuersis episcopis dictum est, qui hoc commiserit episcoporum non habeat communionem.

Capitulum sextum.

E ¶Item legit, Si quis clericus, ppter luxum vanitatisq; presumptum de officio spõte discesserit ac velut obseruatorem legis monachum videri se maluerit esse quã clericum, ita de ecclesia repellendum vt nisi rogando atq; obsecrando plurimis temporibus satisfecerit non recipiatur, Ab vniuersis episcopis dictum est, ita fiat.

Capitulum septimum.

F ¶Item lectum est, Ne quis doctoris nomẽ sibi imponat preter has personas quibus concessum est, secundum quod scriptum est, Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet.

Capitulum octauum

G ¶Item lectum est, Non velandas esse virgines qui se deo vouerunt, nisi quadraginta annorum pbata etate, quã sacerdos comprobauerit. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet,

¶Explicit concilium Cesarauguſtanum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII ILERDENSIS.

i ¶De his qui altario ministrant, vt a sanguine hominis se abstineant.

ii ¶De his qui abortiuũ faciunt, vel natos suos extingunt.

iii ¶De monachis, vt clerici ordinẽtur cum voluntate abbatis, & que monasterio offeruntur non auferantur, & de basilicis quas laici fecerint.

iiii ¶De incestis, vt quãdiu i scelere sunt inter cathecuminos habeantur.

v ¶De his qui altario seruiunt, si subito infragilitatem carnis inciderint.

vi ¶De eo qui vidue penitenti vel religiose virgini stuprum intulerit.

vii ¶De his qui sacramento se obligãt ne ad pacem redeant.

viii ¶Si clericus seruum vel discipulum de ecclesia traxerit, vt penitentiam agat.

ix ¶De his qui rebaptizati sunt, quantum peniteant.

x ¶De his qui iubẽte episcopo remissa culpa ab ecclesia exire contemnunt.

xi ¶De clericis qui in mutuam cedem prorumpunt.

xii ¶De his qui cõtra canones ordinati sunt, vt deponantur.

xiii ¶De catholicis qui filios suos hereticorũ baptismati tradiderũt.

xiiii ¶De catholicis, vt cum rebaptizatis non conuersentur.

xv ¶Vt clerici cum extraneis mulieribus nõ habitent.

xvi ¶Cum sacerdos moritur, quid de rebus ecclesie obseruetur.

¶Explciunt capitula. ¶Incipit

INCIPIT CONCILIVM ILERDENSE HABITVM ANNO. XV. THEODORICI REGIS, OCTAVO IDVS AVGVSTI.

Capitulum primum.

DE HIS CLERICIS QVI IN OBSESSIONIS NE- A
cessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrãt, & christi corpus & sanguinẽ tradunt vel vasa sacra officio deputata contrectant, vt ab omni humano sanguine etiam hostili se abstineãt, quod si in hoc inciderint duob⁹ annis, tam officio, quã cõmunione priuentur, itavt duobus annis, vigiliis ieiuniis orationibus, & elemosinis pro viribus quas domin⁹ donauerit expientur, & ita demũ officio vel cõmunioni reddãtur, ea tamẽ ratione nevlterius ad officia potiora prouehãtur, Quod si infinito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint protelandi ipsius penitentie tempus in potestate manet sacerdotis.

Capitulum secundum.

CHi vero qui male cõceptos ex adulterio fetus vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrũ B
potionibus aliquibus collisserint in vtroq; sexu adulteris post septẽ annorum curricula cõmunio tribuatur, ita tamen vt omni tempore vite sue fletibus & humilitati insistant, Si vero clerici fuerint officium eis ministrandi recuperare non liceat attamẽ in choro psallẽtium a tempore recepte cõmunionis interssint ipsis beneficiis, In exitu tantum (si facinora sua omni tempore vite sue defleuerint) communio eis tribuatur.

Capitulum tertium.

CDe monachis id obseruari placuit, quod synodus agathensis noscitur decreuisse, hoc tantũmodo C
adiiciendo, vt cũ pro ecclesie vtilitate aliquos episcopus probauerit in clericatus officio promouẽdos, cum abbatis voluntate debeãt ordinari. Ea vero que in iure monasterii de facultatibus offeruntur in nullo diocesana lege ab episcopis cõtingantur, Si autem ex laicis quisq; a se factam basilicam conserari desyderat, nequaq; eam sub monasterii specievbi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non constituitur, a diocesana lege audeat segregare

Capitulum quartum

CDe his qui se incestus pollutione cõmaculant, placuit quousq; in ipso detestando & illicito carnis D
contubernio perseuerant vsq; ad missas tantũ cathecuminorũ in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibũ sumere vllum christianorum sicut apostolus iussit oportet.

Capitulum quintum.

CSi qui altario dei deseruiũt, si subito insilenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente E
digne penituerint, ita vt mortificato corpore cordis contriti sacrificiũ deo offerant, maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspẽdere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesie corpore segregare, ita tamẽ, vt sic officiorũ loca recipiãt ne possint ad altiora officia vlterius pmoueri, quod si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam cõmunionẽ nisi in exitu nõ percipiãt.

Capitulum sextum.

CQui penitẽti vidue, vel virgini religiose stuprum intulerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter F
a cõmunione christianorũ & consortio segregetur. Si vero illa que vim pertulit ad sanctam religionem redierit, in illo solo sententia excõmunicationis teneatur, quo advsq; publice peniteat.

Capitulum septimum

CQui sacramẽto se obligauerit, vt litigans cum quolibet ad pacẽ nullomodo redeat, pro periurio G
vno anno a cõmunione sanguinis & corporis domini segregatus reatum suum elemosinis fletibus, & quãtis potuerit ieiunis absoluat, ad charitatem vero que operit multitudinem peccatorum celeriter venire festinet.

Capitulum octauum.

CNullus clericorum seruũ aut discipulum suũ ad ecclesiam cõfugientem extrahere audeat, vel fla- H
gellare presumat, quod si fecerit donec digne peniteat a loco cui honorem non dedit, segregetur.

Capitulum nonum.

CDe his qui in preuaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sint, placuit I
vt circa eos illa nicene synodi statuta seruẽtur que de preuaricatoribus censita esse noscuntur, id est vt septẽ annis inter cathecuminos orent, & duos inter catholicos, & postea moderatione & clemẽtia epi-

ſcopi fidelibus in oblatione euchariſtie cõmunicẽt. Capitulum decimum.

A ¶Qui iubente ſacerdote pro quacũq; culpa eccleſiam exire contempſerit pro noxa cõtumacie tardius accipiatur ad veniam. Capitulum vndecimum.

B ¶Si qui clerici in mutuã cedem proruperint,prout dignitas officiorum in tali exceſſu contumeliã protulerit,a pontifice diſtrictius vindicetur. Capitulum duodecimum.

C ¶Qui contra decreta canonum indiſcrete clericos vſq; nunc ordinauerunt,eis dominus,vel ſancta & eccleſiaſtica charitas ignoſcat,Amodo vero ſi in tali vſu proruperint,decretum canonũ quod circa eorum perſonas ſtatutum eſt,id eſt vt nullum ordinare iam audeant obſeruetur,vel qui deinceps ordinati fuerint deponãtur,hi vero qui tales hactenus ordinati ſunt nullo tempore promoueantur.
Capitulum decimumtertium

D ¶Catholicus qui filios ſuos in hereſi baptizandos obtulerit oblatio illius in eccleſia nullatenus recipiatur. Capitulum decimũquartum.

E ¶Cum rebaptizatis fideles religioſi nec in cibo participent.
Capitulum decimũquintum.

F ¶Familiaritatẽ extranearum mulierũ licet ex toto ſancti patres antiquis mõitionibus preceperint eccleſiis euitandã,id nunc tamen nobis viſum eſt,vt qui talis probabitur ſi poſt primã,& ſecundã cõmonitionẽ,ſe emẽdare neglexerit,donec in vitio perſeuerat officii ſui dignitate priuetur,quod ſi deiuuante correxerit ſancto miniſterio reſtauretur. Capitulum decimũſextum.

G ¶Licet de re huiuſmodi quã cõſtituere ſalubri ordinatione decernimus priſca auctoritas canonum non ſiluerit,ſed euidenti ſanctione preceperit,vt cuiuſcũq; eccleſie pontifice defuncto nõ paſſim pro libitu ſuo,in earũ rerum direptionẽ quas obiens dereliquit quiſq; irruat,domũq; ſubuertat,ſed ſacerdos qui exequiarũ tẽpore eſt ea omnia que ad vtilitatem & conſeruationem pertinẽt debeat diligẽti circũſpectiõe munire, tamẽ quia ipſa ſanctio quod peius eſt a multis clericis cognoſcitur violari ita vt nõ iubẽte ſacerdote expectorato affectu,totaq; diſcipline ſeueritate poſt habita immaniter quã in domo pontificali reperiuntur inuadunt, & abradunt, Ideo nunc hec huius placiti conſtitution inter nos cenſoria placuit cuſtodiri, vt defuncto antiſtite vel etiam adhuc in ſupremis agente nullu clericorum cuiuſlibet ordinis officii gradus ve ſit quicq̃ de domo preſumat,vel quod devtilitate inſtrumẽti dom⁹ eſſe agnoſcitur,id ẽ mobilis & immobilis rei eccleſiaſtice cõetur inuadere, nichil furto,nichil dolo ſupprimẽs,auferens atq; abſcondẽs ſed is cui domus cõmiſſa eſt ſubiectis ſibi cũ conſilio vno vel duobus fideliſſimis omnia ad temp⁹ pontificis ſubſtituendi debeat cõſeruare,vel his q̃ in domo inueniũtur clericis cõſuetã alimoniam adminiſtrare,Subſtitutus autem antiſtes ſuſcepte i dis cõmoda ordinabit velut deus imperauit,vt eis vti cum his debeat,quos cognouerit diſcipline & charitati predeceſſoris ſui fideliter paruiſſe,Q d ſi quiſq̃ poſt hec cuiuſlibet ordinis,(vt ſuperi⁹ dictu eſt) quacũq; clericus occaſione de omni facultate quippiã probatus fuerit abſtuliſſe,vel forſitam doli aliquo ſumpſiſſe reus ſacrilegii prolixiori anathemate condẽnetur,& vix quoq; peregrina ei cõmunio concedatur,quia durum eſt,vt hi quos conſtat in ſeruitio dñi cũ prime ſedis antiſtite deſudaſſe ab his qui ſuarũ rerũ incubitatores atq; vagãtes fuiſſe cognoſcũtur deſpecti aliquate⁹ cruciẽtur, Segius in Chriſti nomine epiſcopus has conſtitutiones ſecundũ quod nobis cum fratribus deo inſpirante complacuit relegi,& ſubſcripſi,Iuſtus in Chriſti nomine ſubſcripſi, Iohãnes in chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi,Petrus in chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi,Marulio in chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi,Taurus in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi, Febrorius in xp̃i nomine epiſcopus ſubſcripſi,Gratus in chriſti nomine epiſcopus directus a domino meo Stephano epiſcopo his conſtitutionibus interfui & ſubſcripſi.

¶Explicit concilium ilerdenſe.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII VALENTINI.

i ¶Vt euangelium poſt apoſtolum legatur

ii ¶Vt defuncto epiſcopo de rebus ipſi⁹, vel eccleſie nullus quicq̃ preſumat inuadere

iii ¶Vt propinqui morientis epiſcopi de rebus eius nichil vſurpent ſine metropolitani,& comprouintialium conſcientia.

iiii ¶De exequiis morientis epiſcopi,& qualiter humetur.

v ¶De vagis & inobedientibus clericis.

vi ¶Vt clericum alienũ nullus ordinet,ne ſit clericus qui non ſpondeat locum vbi ſi delegatus.

¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM VALENTINVM. VI. EPISCOPORVM ERA DXXXIII. HABITVM ANNO. XV. THEODORICI REGIS.

Capitulum Primum.

ANNO QVINTO DECIMO THEODORICI REgis sub die secundo nonas Decēbris, in nomine domini nostri Iesu christi Valentino concilio congregato dum ecclesiasticas regulas tractaremus antiquos canones relegentes inter cetera hoc esse cēsuimus obseruādū, vt sacrosancta euāgelia ante mun erum illationē immissam cathecuminorū in ordine lectionū post legātur, quatinus salutaria precepta domini nostri Iesu christi, vel sermones sacerdotis non solum fideles, sed etiā cathecumini ac penitentes, & omnes [illegible] diuerso sunt audire licitum habeant, sic enim pontificum predicatione audita nonnullos attractos ad fidem euidenter scimus. A

Capitulum secundum.

Hoc etiam placuit, vt episcopo a seculo iubente domino accersito clerici ab omni omnino suppelle[illegible] vel quecūq; sunt in domo ecclesie, vel episcopi in libris speciebus, vtensilibus vasculis, frugib⁹, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, & nichil latronum more diripiāt Qui si canonum auctoritate prohibiti aliqua perua serint, metropolitani, vel omniū comprouintiaium sacerdotum districtione coacti ī pristinū statum oīa reintegrare cogantur, vt nichil antistiti [illegible] dispensatori futuro necessariorum sub hac iusta constitutione depereat, Quod vt cōfidentius iu[illegible] manente seruetur, secundū regiensis synodi constituta episcopo e corpore recedēte, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exequiis celebratis statim ecclesie ipsius curam districtissime gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis remanētium clericorū subuersioni vel direptioni iā liceat, [illegible] perspectis omnibus, inspectio certior, descriptio fidelissima (si fieri potest) intra octauas defun[illegible] ab diligentia presentis episcopi peragatur, Dehinc ad metropolitani notitiā habita ordinate di[illegible]ctio deferatur, vt eius electione talis persona ordinande domus ecclesiastice ꝓcuretur, que vel con[illegible] clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerū (si forsitā tarditas in episcopo ordinādo suc[illegible]erit) metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem, vt sub hac salubri constitutiōe [illegible] stipendiis suis omnino contēti labores non diripiant episcopi decedentis, & in vacuam ecclesie [illegible]nū futur⁹ pontifex nō sine dolore succedat, sed magis de p̄decessoris sui dimisso possit & ipse gau[illegible]ee, & aliis ministrare. B

Capitulum tertium.

Simili quoq; modo parentibus & propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuntie[illegible] vt sine metropolitani vel comprouintialium sacerdotū conscientia nichil de rebus defuncti occu[illegible] pertentent, ne forte cū hereditariis reb⁹ etiā aliqua ad ecclesiam pertinentia vel permixta vsur[illegible], sed vsq; ad ordinationē futuri expectent antistitis, aut certe (si longum fuerit) ad metropolitani [illegible] dictū est) ordinationem recurrant, Si quis autem contemptor diuini timoris cōtra hec sancta sy[illegible]dica clericus quisq; vel laicus venire improba mente tētauerit, & cōmunione & consortio priue[illegible] ecclesie, quia durum est vt ad illam conueniat quā expoliare nō metuit nisi forte spiritu meliore [illegible]reptus dum a presumptione cessauerit recuperet indulgentiam, Si aūt rationabiliter modesteq; [illegible]squisq; repetit quod sibi iure debetur, ei absq; aliqua animaduersione a metropolitano vel cui [illegible]nxerit, aut res, aut ratio non negetur, Hos autē omnes constringunt, qui tam ī preteritum q̄ in futuum res ecclesie vel episcopi vsurpantes diripuerint. C

Capitulum quartum.

Illud etiam prouido concilio decernentes, vt quia sepe sanctorum antistitum per absentiam com[illegible]ndatoris episcopi exequie differuntur, ita vt veneranda pontificis membra dum tardiuis funeran[illegible] iniurie omnino subiaceāt, episcopus qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet inuitat⁹ [illegible]currere infirmū magis & adhuc in corpore positum admonitus visitare non differat, vt aut de reue[illegible]one sacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus sue fratrem admoneat, eiusq; ꝓ[illegible]bilē voluntatem in effectum trāsmittat ac recedentem a seculo oblatum in eius cōmendatione sa[illegible]ciū deo offerēs mox sepulture tradat diligētissime & superi⁹ cōstituta canonice nō differat adim D

plere, Si aut(vt fieri ſolet)antiſtes repẽtino obitu deceſſerit, & collimitanei ſacerdotes de longinquo minime adeſſe potuerint,vno die tantum cum ſua nocte exanimatũ corpuſculũ ſacerdotis maneat, nec ſine fratrũ ac religioſorum frequẽtia,vel pſallẽtium excubatione ſeruatũ,a preſbyteris cũ omni diligentia in loco conditũ ſeorſum nõ ſtatim humetur,ſed honorifice commendetur,donec ſine mora inuitato vndecũq; pontifice ab ipſo(vt condecet)ſolẽniter tumuletur,vt & iniurie tollatur occaſio, & mos antiquus in ſepeliendis ſacerdotibus obſeruetur.

Capitulum quintum

A ¶Hoc etiam placuit,vt vagus atq; inſtabilis clericus,ſiue etiam in diaconi miniſterio vel preſbyteri officio conſtitutus,ſi epiſcopi aquo ordinatus eſt preceptis non obedierit,vt in delegata ſibi eccleſia officium dependat aſſiduum,quo vſq; in vitio permanſerit,& cõmunione & honore priuetur.

Capitulum ſextum.

B ¶Vt nullus alienum clericum ſecundũ decreta canonũ ſine conſenſu epiſcopi ſui audeat ordinare, ſed nec vllum ſanctorum ſacerdotũ quiſpiã ordinet,qui localem ſe futurum primitus non ſpoponderit,vt per hec nullus a regula vel diſciplina eccleſaſtica deuiare permittatur impune.Celſiuus in xpi nomine epſs ſubſcripſi.Setabius epiſcopus ſubripſi. Benagius epiſcopus ſubſcripſi. Ampelius epus ſubſcripſi.Salluſtius archidiaconus vicarius domini mei marcelli epiſcopi ſubſcripſi.

¶Explicit concilium Valentinum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII TOLETANI PRIMI.

i ¶De preſbyteris & diaconibꝰ ſi poſt ordinationem filios genuerint.

ii ¶Vt penitẽs(ſi neceſſitas cogat)lector aut hoſtiarius fiat.

iii ¶De his quividuas acceperint,ne diaconi efficiantur.

iiii ¶Vt ſubdiaconus ſi defuncta vxore aliã duxerit hoſtiarius fiat.

v ¶Vt ſi cuiuſlibet ordinis clericus tardius ad eccleſiam venerit deponatur.

vi ¶Vt religioſa puella virorum familiaritatem in domo non habeat.

vii ¶Vt clericus cuius vxor peccauerit preter necem poteſtatem habeat diſtringendi eã, & cum ea cibum non ſumat,

viii ¶De eo qui poſt baptiſmum militauerit, vt ad diaconatum non permittatur.

ix ¶Vt nulla profeſſa vel vidua abſente ſacerdote in domo ſua ſacerdotale officiũ vel lucernale impleat.

x ¶Vt nullus obligatum cuiq; abſq; conſenſu domini vel patroni clericum faciat.

xi ¶Vt ſi quis potentum expoliauerit quẽlibet & admonẽte epiſcopo non reddiderit excommunicetur.

xii ¶Vt nullus clericus ab epiſcopo recedat & ad alium ſe tranſferat.

xiii ¶De his qui eccleſiam intrant, & non cõmunicant,vt excommunicentur.

xiiii ¶De eo qui acceperit euchariſtiam,& nõ ſumpſerit,vt ſacrilegus repellatur

xv ¶De his qui excommunicantur a ſacerdotibus,vt nullus ad eos accedat.

xvi ¶Vt deuota ſi adulterata fuerit decem annos peniteat,ſi maritũ duxerit nõ permittendam ad penitentiam niſi maritus deceſſerit.

xvii ¶De eo quivxorem habet,ſi concubinam habuerit non communicet.

xviii ¶Si vidua epiſcopi preſbyteri vel diaconi maritum acceperit.

xix ¶Si ſacerdotis vel diaconi filia religioſa peccauerit,in fine tantum communicet.

xx ¶Vt nullus preter epiſcopum chriſma cõficiat.

xxi ¶De regulisfidei catholice contra priſcillianos.

¶Expliciunt capitula. ¶Incipit

INCIPIT CONCILIVM PRIMVM TOLETANVM. XVIII. EPISCOPORVM TEMPORE HONORII ET ARCHADII STILICONE CONSVLE HABITVM.

CONVENIENTIBVS EPISCOPIS IN ECCLESIA Toleto,id eſt patrono,marcello,Alitiano,afrodiſio, iocundo,olimpo,ſeuero,aſlutio,helario,lampadio,Euſtochio,exuperātio,Sereno,floro,leporio,aureliano,lampiode gallia,Lucentio, His conuentus municipiis celenis actus eſt,iſti ſunt qui in aliis geſtis aduerſus priſcilliani ſectatores &hereſim quam aſtruxerat libellarem dedere ſententiam. Cōſidentibus preſbyteris,aſtantibus diaconibus,& ceteris qui intererant concilio congregatis patronus epiſcopus dixit. Quoniã ſingulí cepimus in eccleſiis noſtris facere diuerſa,& inde tanta ſcandala ſūt,que vſq; ad ſchiſma pueniūt, ſi placet communi concilio decernamus quid ab omnibus epiſcopis in ordinandis clericis ſit ſequendum,Michi autem placet conſtitutum primitus Niceni concilii perpetuo eſſe ſeruandū,nec ab hoc eſſe recedendum,Vniuerſi epiſcopi dixerunt,hoc nobis placet,ita vt ſi quis cognitis geſtis Niceni concilii aliud q̄ ſtatutū eſt facere preſumpſerit,& non in eo perſeuerandum putauerit, tunc excommunicatus habeatur niſi per correptionem fratrum emendauerit errorem. A

Capitulum primum.

¶Placuit vt diacones ſi vel integri,vel caſti ſint, & continentis vite,etiam ſi vxores habeant in miniſterio conſtituantur,ita tamen vt ſi qui etiam ante interdictum quod per priores ante nos epiſcopos conſtitutum eſt incontinenter cum vxoribus vixerint,preſbyteri honore non cumulentur,ſi quis vero ex preſbyteris ante interdictum filios ſuos ſuſceperit de preſbytero ad epiſcopum non admittatur. B

Capitulum ſecundum.

¶Item placuit vt penitentes non admittantur ad clerū,niſi tantum (ſi neceſſitas.aut vſus exegerit,)inter hoſtiarios deputētur,vel inter lectores,ita vt euangelia,aut apoſtolum non legant,Si qui autem ante ordinati ſunt diacones inter ſubdiacones habeantur, ita vt manum non imponant , nec ſacra contigant, Ex eo vero penitente dicimus qui poſt baptiſmum,aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus grauiſſimiſq; peccatis publicā penitentiā gerens ſub cōcilio diuino fuerit reconciliatus altario. C

Capitulum tertium.

¶Item conſtituit ſancta ſynodus vt lector fidelis ſi viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil ſit,ſed ſemper lector habeatur,aut forte ſubdiaconus. D.

Capitulum quartum.

¶Subdiaconus autem defuncta vxore ſi vxorem aliam duxerit ab officio in quo ordinatus fuerat remoueatur,& habeatur iter hoſtiarios vel lectores,ita vt euangelium & apoſtolum nō legat, propterea ne qui eccleſie ſeruierit publicis officiis ſeruire videatur,qui vero tertiam(quod nec dicēdum eſt)acceperit,abſtentus biennio poſtea inter laicos reconciliatus per penitentiam communicet. E

Capitulum quintum.

¶Preſbyter vel diaconus,vel ſubdiaconus,vel quilibet eccleſie deputatus clericus ſi intra ciuitatem nō fuerit vel in loco in quo eccleſia eſt,aut caſtella,aut vici ſunt , aut ville, ſi ad eccleſiam aut ad ſacrificium cotidianum non venerit,clericus non habeatur,ſi caſtigatus per ſatiſfactionem veniam ab epiſcopo voluit promereri. F

Capitulum ſextum.

¶Itemq; puella dei nec familiaritatem habeat cū confeſſore,aut cum quolibet laico ſanguinis alieni, aut cōuiuiū ſola adeat,niſi vbi ſenioru,aut honeſtorum,aut viduarum honeſtarumq; frequētia,vbi honeſte confeſſor quilibet cum plurimorum teſtimonio teſtium conuiuio intereſſe poſſit, cum lectoribus autem in ipſorum domibus non admittendas penitus, nec videndas niſi forte conſanguinea ſoror ſit vel vterina. G

Capitulum ſeptimum.

¶Placuit vt ſi quorumcunq; clericorum vxores peccauerint (ne forte licētiam peccandi plus habeāt) accipiant mariti earum hanc poteſtatem preter necem cuſtodiendi,ligandi in domo ſua ad ieiunia ſalutaria non mortifera eas cogentes,ita vt inuicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſeruitia non H

habeāt, cum vxoribus aūt ipſis que peccauerint nec cibos ſumant, niſi forte ad timorem dei acta penitentia reuertantur. Capitulum octauum.

A ¶Si quis poſt baptiſmum militauerit,& clamidem ſumpſerit aut cingulum ad necandos fideles, etiam ſi grauia non admiſerit, ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem.

Capitulum nonum.

B ¶Nulla profeſſa vel vidua abſente epiſcopo vel preſbytero in domo ſua antiphonas cum confeſſore vel ſeruo ſuo faciat, lucernarium vero niſi in eccleſia non legatur, aut ſi legatur in villa preſente epiſcopo vel preſbytero vel diacono legatur. Capitulum decimum.

C ¶Clericos ſiquidem obligati ſint vel pro equatione, vel de genere alicuius domus non ordinandos niſi probate vite fuerint,& patroni conſenſus acceſſerit.

Capitulum vndecimum.

D ¶Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperiorem, aut religioſum expoliauerit,& mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus vt audiatur,& contempſerit, inuicem mox ſcripta percurrant per omnes prouincie epiſcopos,& quoſcunq; audire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipſe donec obediat vt reddat aliena. Capitulum duodecimum.

E ¶Item vt liberum nulli clerico ſit diſcedere ab epiſcopo ſuo,& alteri epiſcopo communicare, niſi forte ei quem epiſcopus alius libenter habeat de hereticorum ſciſmate diſcedentem,& ad fidem catholicam reuertentem, Si qui autem de catholicis diſceſſerint & communione eorum, vel palam, vel occulte cum eis qui vel excommunicati ſunt, vel per ſententiam iam notati fuerint inuenti, habeāt illorum ad quos ire voluerint, etiam in damnatione conſortium.

Capitulum decimumtertium.

F ¶De his qui intrant in eccleſiam,& apprehenduntur nunquam cōmunicare admoneātur. Quod ſi non communicant ad penitentiam accedant, ſi communicant, non ſemper abſtineant, ſi non fecerint abſtineantur. Capitulum decimumquartum.

G ¶Si quis autem acceptam a ſacerdote euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur.

Capitulum decimumquintum.

H ¶Si quis laicus abſtinetur ad domū eius, vel clericorum, vel religioſorum nullus accedat, ſimiliter & cleric⁹ ſi abſtinetur, a clericis deuitetur, ſi quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehenſus, etiā ipſe abſtineatur, ſed hoc pertineat ad eos clericos qui eius ſunt epiſcopi,& ad omnes q cōmoniti fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue laico quolibet ſiue clerico.

Capitulum decimumſextum.

I ¶Deuotam peccantem non recipiendam in eccleſiam niſi peccare deſierit, & ſi deſinens egerit aptā penitentiam decem annis recipiat communionem, priuſquam autem in eccleſiam admittatur adoratione ad nullius conuiuium chriſtiane mulieris accedat, quod ſi admiſſa fuerit etiam hec que eā receperit habeatur in abſentia, corruptorem etiam par pena conſtringat, Que autem maritum accepe rit non admittatur ad penitentiam niſi adhuc ipſo viuente marito caſte viuere ceperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit. Capitulum decimum ſeptimum.

K ¶Si quis habens vxorem fidelis, ſi concubinam habeat nō cōmunicet, Ceterum is qui nō habet vxorem & pro vxore concubinam hēt a cōmunione non repellatur, tamen vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubine, vt ei placuerit ſit coniunctione contentus, alias vero viuens abiiciatur donec deſinat & ad penitentiam reuertatur. Capitulum decimumoctauum.

L ¶Si qua vidua epiſcopi aut preſbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat, nunquam communicet, morienti tantum ei ſacramentum ſubueniat.

Capitulum decimumnonum.

M ¶Epiſcopi ſiue preſbyteri ſiue diaconi filia, ſi deuota fuerit & peccauerit,& maritum duxerit, ſi eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni, pater vero cauſas in concilio nouerit ſe preſtaturum, Mulier autem non admittatur ad communionem niſi marito defuncto egerit penitentiam, ſi autem viuente eo ſeceſſerit,& penituerit, nullo modo niſi vite deficiens accipiat communionem. Capitulum vigeſimum.

¶Quāuis penevbiq; cuſtodiatur, vt abſq; epiſcopo chriſma nemo conficiat tamen quia in aliquibus locis vel prouintiis preſbyteri dicuntur chriſma conficere, Placuit ex hac die nullum alium niſi epiſcopum chriſma cōficere,& per dioceſim deſtinare, ita vt de ſingulis eccleſiis ad epiſcopum ante diem paſche diaconi

sche diaconi destinentur,aut subdiaconi qui confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem pa/
sche possint ad tempus deferre Episcopo sane certum est quod omni tempore licet chrisma conficere,
sine conscientia autem episcopi nichil penitus presbyteri agere presumant,Statutum vero est diaco
num non chrismare,sed presbyterum absente episcopo,presente vero non,nisi ab ipso fuerit preceptū,
Huiusmodi cōstitutionem meminerit semper archidiaconusvel presentibusvel absentibus episcopis
suggerendam,vt eam & episcopi custodiant,& presbyteri non relinquāt. Patronus episcopus subscri/
psi, Marcellus episcopus subscripsi, Afrodisius episcopus subscripsi, Alicianus episcopus subscripsi,
Olimpius episcopus subscripsi. Asterius episcopus subscripsi,Lampadius episcopus subscripsi,Sere/
nus episcopus subscripsi,Iocundus episcopus subscripsi,Seuerus episcopus subscripsi,Leonas episco/
pus subscripsi, Hylariꝰ episcopus subscripsi,Florus episcopus subscripsi, Leporius episcopus subscri/
psi,Aurelianus episcopus subscripsi, Eustochius episcopus subscripsi, Lampadius episcopus subscri/
psi,Exuperantius episcopus subscripsi.

Capitulum vigesimumprimum.

¶Regula fidei contra omnes hereses quam maxime contra priscillianistas episcopi tarraconensis car A
thaginensis lusitani, & betici fecerūt ex precepto pape Leonis,& ad balconium episcopum gallicie
transmiserunt,Ipsi etiam & suprascripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

¶ASSERTIO FIDEI EIVSDEM CONCILII.

CREDIMVS IN VNVM VERVM DEVM PATREM B
omnipotentem,& filium,& spiritum sanctum, visibilium factorem, per quem
omnia facta sunt in celo & in terra,vnum deum, & vnam esse diuine substan/
tie trinitatem, Patrem autem non esse filium ipsum, sed habere filium qui pa/
ter non sit, filium non esse patrem, sed filium dei de patris esse natura, spiri/
tum quoque esse paracletum, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed a patre filio/
que procedens, Est ergo igenitus pater,genitus filius,nō genitus paradetus,sed
a patre filioq; procedēs,Pater est cuius vox hec audita ē de celis, Hic est filius meꝰ dilectus in quo mi
chi bene complacui ipsum audite, Filius est qui ait,Ego a patre exiui,& a deo veni in hūc mundum,
Paracletus est spiritus de quo filius ait,Nisi ego abiero ad patrem,paracletus non veniet.Hāc trinita/
tem personis distinctam substantia vnicam,virtute & potestate & maiestate indiuisibilem indifferen
tem,preter hanc nullam credimus diuinam esse naturam, vel angeli,vel spiritus, vel virtutis alicuius
que deus credatur,Hūc ergo filium dei deum natum a patre, ante omne omnino principium san/
ctificasse verum virginis Marie,atq; ex ea verum hominem sine virili generatum semine suscepisse
duabus duntaxat naturis,id est deitatis,& carnis in vnam conuenientibus omnino personam, id est
dominū nostrum Iesum Christū, Nec imaginarium corpꝰ,aut fantasmatis alicuius in eo fuisse,sed
solidum atq; verum hunc & esurisse,& sitisse,& doluisse,& fleuisse, & omnes corporis iniurias pertu/
lisse, Postremo a iudeis crucifixum, & sepultū,& tertia die resurrexisse,conuersatum postmodum cū
discipulis suis,& quadragesima post resurrectionem die ad celum ascendisse,Hūc filium hominis eti
am filium dei, & filium dei & hominis filium appellamus,Resurrectionem vero futuram humane
credimus carnis,animam autem hominis nō diuine esse substantie,aut dei patris, sed creaturam dei
voluntate creatam,Si quis autem dixerit, aut crediderit adeo omnipotente mundum hunc factum
non fuisse,atq; omnia eius instrumenta,anathema sit,Si quis dixerit vel crediderit filium eundem es
se patrem,vel paracletum,anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit deum patrem eundem esse fi/
lium, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit paracletum esse, vel patrem, vel fi/
lium,anathema sit,Si quis crediderit vel dixerit carnem tantum sine anima,a filio dei fuisse susceptā,
anathema sit,Si quis dixerit vel crediderit Christum innascibilem esse,anathema sit. Si quis dixerit,
vel crediderit deitatē nascibilē esse,anathema sit. Si qs dixerit,vel crediderit deitatē xpi conuertibilē fu
isse,vel passibilē,anathema sit. Si quis dixerit,vel crediderit alterū deū esse prisce legis alterū euange/
liorum,anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit ab altero deo mundum factum fuisse,& non ab eo
de quo scriptum est, In pricipio fecit deus celum & terram,anathema sit. Si quis dixerit, vel credide/
rit corpora humana non resurgere post mortem,anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit animam

humanam dei portionem vel dei eſſe ſubſtãtiam anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit alias ſcri pturas preter quas eccleſia catholica recipit in auctoritate habendas vel eſſe venerandas anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit deitatis,& carnis vnam in Chriſto eſſe naturam, anathema ſit . Si quis dixerit vel crediderit eſſe aliquid quod ſe extra diuinam trinitatem poſſit oſtendere,anathema ſit. Si quis aſtrologie vel matheſi exiſtimat eſſe credendum,anathema ſit.Si quis dixerit vel crediderit cõ iugia hominũ que ſecundum legem diuinam licet habere execrabilia eſſe,anathema ſit. Si quis dixe rit vel crediderit carnes auium ſeu pecudum que ad eſcam date ſunt,non tantum pro caſtigatione ho minum abſtinendas,ſed execrandas eſſe anathema ſit.Si quis in errore priſcilliani ſectam ſequitur,vel profitetur,vt aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat,anathema ſit.

¶Explicit regula fidei catholice aduerſus priſcillianiſtas,patronus epiſcopus ſubſcripſi, Marcellian9 epiſcopus ſubſcripſi,Afridius epiſcopus ſubſcripſi,ſancti,& alii epiſcopi qui interfuerunt concilio.

¶Explicit Concilium Toletanum primum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SECVNDI TOLE TANI.

i ¶De his quos parẽtes ab infantia in cle ricatus officio mancipauerunt, ſi poſtea voluntatem habeãt nubendi.

ii ¶De clerico qui ad aliam tranſit eccle ſiam,& qui eum receperit.

iiii ¶Vt nullus a ſubdiaconatu & ſupra ex traneam habeat mulierem.

iiii ¶Vt quicquid de iure eccleſie clerici te nuerunt,poſt obitum eorum ad eccleſiã reuertatur.

v ¶De his qui ſe proximis ſuis copulãt, vt a communione Chriſti ſeparentur.

¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM SECVNDVM HABITVM ERA.D.LXV.ANNO QVINTO AMALRICI REGIS.

A CVM IN VOLVNTATE DOMINI APVD TOLE tanam vrbem ſanctorum epiſcoporum preſentia cõueniſſet, & de inſtitutis ſan ctorum patrum canonumq; decretis commemoratio haberetur,nobis in vnum poſitis placuit,vt ſiqua in antiquis canonibus minime commemorata ſunt ſalu bri tractatu ac diligenti conſyderatione inſtituantur. Si qua vero in anterioribus ſunt neglecta rediuiuam ordinatiõis cenſuram obtineãt,quatinus dum his que in conciliis ſunt decreta,ſed abuſione temporum hacten9 dimiſſa, & ad cultum fidei pertinent ſtudium religioſe impendimus obſeruatiõis dei miſericordiam facilius impetremus.

Capitulum primum.

B ¶De his quos voluntas parentum a primis infantie annis in clericat9 officio vel monachali poſuit pariter ſtatuimus obſeruandum,vt mox cum detonſi,vel miniſterio electorum cõtraditi fuerint,in do mo eccleſie ſub epiſcopali preſentia a prepoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum etatis ſue compleuerint annum coram totius cleri plebiſque conſpectu volunta eorum de expetendo con iugio ab epiſcopo perſcrutetur , quibus ſi gratia caſtitatis deo inſpirante placuerit, & promiſſio ne caſtimonie ſue abſq; coniugali neceſſitate reſponderint ſeruaturos, hi tanquam appetitores arctiſ ſime vie leniſſimo domini iugo ſubdantur,ac primo ſubdiaconatus miniſterium probatione habita profeſſionis ſue a viceſimo anno ſuſcipiant,Quod ſi inculpabiliter ac inoffenſe viceſimum & quin tum annum etatis ſue peregerint,ad diaconatus officium,(ſi ſciẽtes implere poſſe ab eẽo cõprobẽtur) ꝓmoueri dñt,cauẽdũ tñ eſt his ne qñ ſue ſpõſiõis imẽores ad terrenas nuptias,aut abortiuos cõcubit9

vltra recurrant

vltra recurrãt. Quod si forte fecerint, vt sacrilegii rei ab ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desyderium nubendi persuaserit, concessam ab episcopis sententiam auferre non possumus, itavt prouecte etatis in coniugio positi renuntiaturos se pari con/ sensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent.

Capitulum secundum.

Similiter placuit custodire ne quis ex eis qui tali educatione imbuuntur qualibet occasione cogen/ A te propriam relinquẽtes ecclesiam, ad aliam transire presumant, episcopus vero qui eum susscipere abs/ q; conscientia proprii sacerdotis fortasse presumpserit totius fraternitatis se reum esse nouerit, quia du/ rum est vt eum quem alius rurali sensu ac scelere infantie exuit alius suscipere, ac vendicare presumat,

Capitulum tertium.

Illud vero preterea speciali ordinatione decreuimus quod nec antiqua concilia in vniuersis cano/ B nibus siluerunt, vt nullus clericorum a gradu subdiaconatus & supra in cõsortio familiaritatis habeat mulierem vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, sed si sunt ei huiusmodi seruitia matri, vel sorori, vel alii propinque contradat, & quicquid suis manibus perfecerit, proprio domio deferatur, Aut si pro pinquitatis memoria deest, alterius domus adherentis habitaculum requiratur, dum in toto modo nulla occasio introeundi domum clerici femine permittatur, vnde aliqua possit incurrere noxalis fa/ me innocentis portas iniuria. Sane deinceps post datam hanc admonitionem quisque earum consor tio frui voluerit, nouerit se non solum a clericatus officio retrahi vel ecclesie foribus expelli, sed etiam omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione priuari, nulla prorsus vel colloquii con/ solatiõe relicta q̃tinus male cõsuetudinis abrasa rubigo in posteris radicis sue veneno serpe non possit.

Capitulum quartum.

Si quis sane clericorum agellos, vel vineolas in terris ecclesie sibi fecisse probatur sustẽtande vite cau C sa vsque ad diem obitus sui possideat, post suum vero de hac luce decessum iuxta priorum canonum constitutiones ius suum ecclesie sancte restituat, nec testamentum successorio iure cuiquam heredum aut pro heredum relinquat, nisi forsitan cui episcopus pro seruitiis ac prestatiõe ecclesie largiri voluerit.

Capitulum quintum.

Nam & hec precauenda salubriter sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui vsque/ D quo affinitatis liniamenta generis successione cognoscit in matrimonio sibi desyderet copulari, quoniã scriptum est. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius, nec sine denunciatione sit sententie, nam paulopost infert & dicit. Anima que fecerit de abominationibus istis quippiam, peribit de medio populi sui. Si quis ergo huius decreti temerator extiterit, ac vetitum violare presumpserit, tanto grauiori sententia mulctandum se recognoscat, quanto eam propinquio rem cui copulari se maluit serie originis esse non ambigit, tantoque annosioris excommunicationis tempore a Christi corpore, & fraternitatis consortio sequestretur quanto fuerit propinquioris sangui nis contagione pollutus. Huius institutionis regulam qui subscripsimus irrefragabili auctoritate nos spondemus seruaturos. Si quis autem tam nostram vel eorum qui nunc sancte synodo ex hac pro/ uintia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obuiare presumpserit, vel solerter adimplere neglexe/ rit, conuictus totius fraterne charitatis aliquandiu habeatur extraneus. Sane iuxta priorum cano/ num decreta concilium apud fratrem nostrum montanum episcopum si dominus voluerit futurum pronunciamus, Itaque statuimus, vt frater & coepiscopus noster montanus qui in metropoli est ad cõ prouinciales nostros domini sacerdotes litteras de congreganda synodo adueniente tempore debeat destinare, Nunc ergo in nomine domini finitis his que inconsultationem venerunt, gratias agimus omnipotenti deo, deinde domino nostro glorioso Amalrico regi diuinam clementiam postulantes, vt innumeris regni eius ea que ad cultum fidei perueniunt peragendi nobis licentiam prestet, Mon/ tanus in Christi nomine episcopus his constitutionibus acquieui, relegi & subscripsi die & anno quo supra, Pancarius episcopus his constitutionibus adquieui, & relegi, & subscripsi. Canonius episcopus subscripsi, Paulus episcopus subscripsi, Domicianus episcopus subscripsi, Marracinus episcopus sub/ scripsi, Nibridius Episcopus subscripsi, Iustus in Christi nomine ecclesie Catholice Vrgellitane

episcopus, Hanc constitutionem consacerdotum meorum in Toletana vrbe habitam, cum post aliquantum temporis aduenissem salua auctoritate priscorum canonum relegi, probaui, & subscripsi.

¶ Explicit Concilium Toletanum secundum.

¶ INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM TERTIVM IN QVO ARRII HERESIS IN HYSPANIA CONDEMNATVR.

A] IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI anno quarto regnāte gloriosissimo atq; piissimo & deo fidelissimo dño Richardo rege die. viii. Iduū maiarū Era. D.C.xxvii. Hec sctā synodus habita in sancta ciuitate regia toletana ab episcopis totius Hispanie, vel Gallicie q infra scripti sunt.

Capitulum primum.

¶ Cum pro fidei sue sinceritate idem gloriosissimus princeps omnes regiminis sui pontifices in vnum conuenire mandasset, vt tam de eius conuersione quam de gentis gothorum innouatione in domino exultarent, & diuine dignationi pro tanto munere gratias agerent, memoratus sanctissimus princeps sic venerandum concilium alloquitur dicens. Non incognitum reor esse vobis reuerendissimi sacerdotes, quod propter instaurandam discipline ecclesiastice formam, ad nostre vos serenitatis presentiam euocauerim, & quia recursis retro tēporibus heresis imminēs in tota ecclesia catholica agere synodica negotia denegabat, deus cui placuit per nos eiusdem heresis obicem depellere admonuit de more ecclesiastico reparare. Ergo sit vobis iocunditati, sit gaudio quod mos canonicus prospectu dei per nostram gloriam ad paternos reducetur terminos, Prius tamen admoneo pariter & exhortor ieiuniis vos & vigiliis atq; oratiōibus operam dare, vt ordo canonicus quem a sacerdotalibus sensibus detraxerat longa ac diuuerna obliuio, quam etas nostra se nescire fatetur, diuino dono vobis rursus patefiat, Ad hec autem gratias deo agentes, & religiosissimo principi vniuerso concilio in laudibus acclamante, triduanum est exinde predicatum ieiunium, sed cum die octaua Iduum Maiarum in vnum cetum dei sacerdotes adessent, & oratione premissa, vnusquisq; sacerdotum competenti loco resedisset, ecce in medio eorum affuit serenissimus princeps seq; cum dei sacerdotibus orationi communicans, diuino flamine plenus sic ad loquendum exorsus est dicens, Non credimus vestram latere sanctitatem quanto tempore in errore Arrianorum laborasset Hyspania, & non multos post decessum genitoris nostri dies, quibus nos vestra beatitudo fidei sancte catholice cognouit esse sociatos. Credimus generaliter magnum & eternum gaudium habuisse, & ideo venerandi patres ad hanc vos peragendam congregauimus synodum, vt de omnibus nuper aduenientibus ad Christum ipsi eternas domino gratias deferatis. Quicquid vero verbis apud sacerdotium vestrum nobis agendum erat de fide atque spe vestra quam gerimus in hoc tomo conscripta atq; allegata nota facimus, relegatur eni in medio vestri & in iudicio synodali examinata per omne succisiuum tempus gloriosa nostra eiusdem fidei testimonio declarata clarescat. Susceptus est autem ab omnibus dei sacerdotibus offerente rege sacrosancte fidei tomus, & pronunciante notario clara voce recensitus est.

Capitulum secundum.

B ¶ Quamuis deus omnipotens pro vtilitatibus populorum regni nobis cultum subire tribuerit, & moderamen gentium non paucarum regie nostre cure commiserit, meminimus tamen nos mortalium conditione perstringi, nec posse felicitatem future beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultu vere fidei reputemus, & conditori nostro salutis confessione qua dignus est ipse placeamus. Pro qua requanto subditorum gloria regali extollimur, tanto prouidi esse debemus in his que a deo sunt, vel nostram spem augere, vel gentibus nobis a deo creditis consulere. Ceterum quid pro tantis beneficiorum collationibus omnipotentie diuine valemus tribuere, quando omnia ipsius sunt, & bonorum nostrorum nichil egeat, nisi vt in eum sic tota deuotione credamus, quemadmodum per scripturas sacras se ipse intillegi voluit, & credi precepit id est vt confiteamur esse patrē qui genuerit ex substātia sua filium sibi & coequalē & coeternum. Non tamen vt idem ipse sit natus ingenitus, sed persona alius sit pater qui genuit, alius sit filius qui fuerit generatus, vnius tamē vtraq; substantie in diuinitate subsistat, pater ex quo sit filius, ipse vero ex nullo sit alio, Filius qui habeat patrē, sed sine initio

et diminutione

& diminutione in ea qua patri coequalis,& coetemus est diuinitate subsistat. Spūs quoq; sanctus cō fitendus a nobis & predicandus a patre est & filio procedere,& cum patre & filio vnius esse substantie. Tertiā vero in trinitate spiritus sancti esse personā, qui tamen cōmunionē habet cū patre & filio diuinitatis essentia. Hec enī facta trinitas vnus est deus,pater & filius & spiritus sanct⁹,cuius bonitate hominis licet bona sit condita creatura,per assumptā tamen a filio humani habitus formā a dampnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinā,sed sicut vere salutis indiciū est trinitatem in vnitate,& vnitatē in trinitate sentire,ita erit consummata sententia,si eadē intra vniuersalem ecclesiā teneamus,& apostolicam vnitatē in apostolico positi fundamēto seruemus, Tamen vos dei sacerdotis meminisse oportet,quantis huc vsq; ecclesia catholica per hyspanias auerse partis molestiis laboraucrit, dum & catholici constanter fidei sue tenerent ac defenderent vnitatem , & heretici pertinaciori animositate proprie niterentur perfidie quoq; vt res ipsa conspicit calore fidei accensum in hoc dominus excitauit,vt depulsa obstinatione infidelitatis,& discordie submoto furore populū qui sub noie religionis famulabatur errori,ad agnitionē fidei & ecclesie catholice consortiū reuocarē. Adest enī omnis gens gothorū inclita & fere omniū gentiū virilitate illustrata,que licet suorū prauitate doctorum a fide hactenus vel vnitate fuerit ecclesie catholice segregata, toto nunc tamen modo assensu cōcordās eius ecclesie cōmunioni participatur,que diuersarū gentiū multitudinem materno in sinu suscipit,& charitatis vberibus nutrit,de qua propheta canente dicitur,Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gētib⁹.Nec enī sola gothorū cōuersio ad cumulū nostre mercedis accedit,quinimmo & sue uorum gentis infinita multitudo,quā presidio celesti nostro regno subiecimus alieno iudicio in here sim deductam,nostro tamen ad veritatis originē studio reuocauim⁹,Proinde sanctissimi patres has nobilissimas gētes que lucris gratia per nos dñicis applicate sunt,quasi sanctū& placabile sacrificium per vras man⁹ eterno deo offero,Erit enī mihi imarcessibilis corona vel gaudiū in retributione iustorum,si hi populi qui nostra ad vnitatem ecclesie solertia ,transcurrerit fundati in eadē & stabiliti permaneant,Sicut enī diuino nutu nostre cure fuit hos populos ad vnitatē christi & eccclesie pertrahere, Ita sit vestre docibilitatis eos catholicis dogmatib⁹ istruere, quo in tota cognitione veritatis instructi, nouerint ex toto errores pernitiosos respuere,& vere fidei tramitē ex charitate retinere,vel catholice ecclesie cōmunionē desyderio auidiori complecti. Ceterum sicut facile adveniam peruenisse confido, quod nescia huc vsq; tam clarissima errauarit gens,ita grauius esse non dubito si agnitam veritatē dubio corde teneat,atq; a patenti lumine(quod absit)oculos suos auertat. Vnde valde pernecessarium esse perspexi beatitudinē vestrā in vnū conuenire,habens sententie dominice fidē qua dicit. Vbi fuerit duo vel ttes collecti in nomine meo ibi sum in medio eorum. Credo,enī beatam sancte trinitatis diuinitatem huic sancto interesse concilio,& ideo tanq; ante conspectū dei ita in medio vestri fidem meā quā,ptuli conscius admodū sententie dicentis. Nō celaui miam tuam a congregatione multa,Vel apostolum paulum timotheo discipulo precipientem audiui. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitā eternā in qua vocat⁹es cōfessus bonā cōfessionē corā multis testibus,Vera est enī redditoris nostri ex euangelio sententia qua confitentem se coram hominibus confiteri dicit corā patre, & negantē se esse negaturū, Expedit enī nobis id ore profiteri quod credimus corde,secundum celeste mādatū quo dicitur,Corde enim creditur ad iustitiā,ore autem confessio fit ad salutē,proide sicut anathematizo arrium cū omnibus dogmatib⁹ et cōplicibus suis, qui vnigenitum dei filiū a paterna degenerē asserebat esse substantia,nec a patre genitū,sed ex nichilo dicebat esse creatū,vel omnia concilia malignantiū que aduers⁹ sanctam synodū nycenā extiterunt,ita in honorē & in laudem dei fidem sanctā niceni obseruo concilii,& honoro ea que contra recte fidei eundem pestem arium trecentorū decem & octo sancta episcopalis scripsit synodus. Amplector itaq; & teneo fidem cētū quinquaginta episcoporum constantinopoli congregatorum,que macedoniū spiritus sancti substantiā minorantem & a patris & filii vnitate & essentia segregantem iugulo veritatis interemit, Prime quoq; epheſine synodi fidem que aduersus nestorium eiusq; doctrinam lata est credo,pariter & honoro. Similiter & calcedonensis concilii fidem quā plena sanctitate & eruditione aduersus eutice & dioscorū protulit cum ecclesia catholica reuerenter suscipio, Omniūquoq; orthodoxorūvenerabilium sacerdotū cōcilia que ab ipsis supra scriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant,pari veneratione obseruo,Propere ergo reuerentia vestra fidem hanc nostrā canonicis applicare monimētis vt ab episcopis vel religiosis & gentis nostre primoribus solerter fides quam in ecclesia catholica crediderunt legatur,Quā renouatam & apicibus vel eorum superscriptionibus roboratam, futuris olim temporibus in testimo-

nium dei atq; omniū fidelium reſeruare,vt gentes quas in dei nomine regia poteſtate percellimus, & que relicto atiquo errore per vnctionē ſacroſancti chriſmatis,vel manus impoſitionē paracletū intra dei eccleſiā perceperint ſpiritum, quem vnum & equalē cū patre & filio confitētes,que dono dei in ſinu eccleſie ſancte catholice collate ſunt. Quod ſi eorū aliqui hanc credulitatem & ſanctā confeſſionē noſtram minime credere voluerint, iram dei cum anathemate eterno ſuſcipiant,vt de interitu ſuo fidelibus gaudium,infidelibus ſint in exemplū. Huic vero confeſſioni mee ſanctarū ſcripturarū & cōciliorum conſtitutionibus conſentiens teſtimonio diuino tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi.

FIDES NICENI CONCILII.

A CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem, omniū viſibiliū & inuiſibiliū conditorē, & in vnum dominū ieſum chriſtum filium dei de patre natum vnigenitum, hoc eſt de ſubſtātia patris deum ex deo.lumen ex lumine,deum verum ex deo vero,natum non factum, omouſion patri hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie,per quē omnia facta ſunt,& que in celo & que in terra,qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcēdit & incarnatus eſt,homo factus paſſus eſt ſub pontio pilato,& ſepult⁹ eſt, & die tertia reſurrexit,& aſcēdit in celos,inde vēturus eſt iudicare viuos & mortuos, Et in ſpiriū ſanctum. Eos autem qui dicūt erat,quādo nō erat & anteq̄ naſceretur nō erat,& quia ex nullis exiſtentibus factus eſt,aut ex alia ſubſtantia vel ſubſiſtentia dicunt mutabilem eſſe & cōuertibilem filium dei,anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

¶SYMBOLVM CENTVM QVINQVAGINTA PATRVM CONSTANTINOPOLITANI CONCILII.

B CRedimus in vnum deum, patrem omnipotentem factorem celi & terre, Viſibilium omnium & inuiſibilium conditorem .Et in vnum dominum ieſum chriſtum filium dei,vnigenitum ex patre,natum ante omnia ſecula,Deū ex deo,lumen ex lumine,deum verum ex deo vero,natū non factū, omouſiō pri,hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie,per quem omnia facta ſunt,& que in celo,& que in terra, Qui ꝓpter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit,& incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex maria virgine,homo factus paſſus eſt ſub pontio pilato,& ſepultus eſt,& die tertia reſurrexit,aſcendit in celos,ſedet ad dexteram patris,iterum venturus cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni nō erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominū & viuificatorem ex patre procedentem,cū patre & filio adorādum & conglorificandum,qui locutus eſt per prophetas,Vnam catholicā atq; apoſtolicam eccleſiam. Confitemur vnū baptiſma in remiſſionem peccatorum, expectamus reſurrectionem mortuorum vitam futuri ſeculi.Amen,

¶ITEM TRACTATVS CALCEDONENSIS CONCILII.

C SUffecerat quidē ad pleniſſimam pietatis agnitionem & confirmationem cautiſſimum hoc & ſaluſtare diuine gratie ſymbolum. De patre enim & filio & ſpiritu ſancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem dominicam fideliter ſuſcipientibus manifeſtat, Sed quoniam qui predicationem veritatis deſtruere nituntur, quaſdam proprie hereſeos nouitates pariunt, Quidā enim miniſterium pro nobis actum diuine diſpenſationis audent corrumpere,& vocem illam virginei part⁹ ad virginem denegant,alii temperamentum confuſionum inducentes,& vnam eſſe naturam camis deitatiſq; inſenſate componētes,paſſibillem vnigeniti diuinam naturam tali confuſione prodigioſe diuulgant, iccirco omnem aduerſus veritatem opponendam ab ipſis machinationem volens excludere ſancta & magna vniuerſalis ſynod⁹ ātiquā predicationē immobilē docēs ſtatuit precipue trecētorum decem & octo ſanctorum patrum fidem incontaminatam manere, Et propter eos qui ſpiritui ſancto aduerſantur centum quinquagita patrū paulo poſteriori tēpore in vrbe conſtantinopolitana conuenientium de ſubſtantia ſpiritus ſancti traditam doctrinam corrobat,quam etiam omnib⁹ illi inſinuauerunt,non quod in precedētibus aliquid deeſſet adiicientes de ſpiritu ſancto eorundem intellectum aduerſus eos qui deitatis eius dominationē nitūtur adimere ſcripturarū teſtimoniis plenius manifeſtāt. Propter eos ſane qui diſpenſationis myſterium tentant corrumpere, & purum hominem eſſe qui ex ſancta virgine natus eſt,impudenter diuulgant, beatiſſimi quondam cyrilli alexandrine eccleſie ſacerdotis ſynodicas epiſtolas, tam ad neſtoriū quā ad ceteros per oriētē congruas & ſibi conſentientes ſcripſit, ad confutationem quidā neſtoriane amentie,interpretationem vero eorum qui religioſo zelo ſalutaris ſymboli capiunt intellectum,Quibus & epiſtolā ſancti&beatiſſimi prime ſedis archiepiſcopi leonis ad flauianum ſcriptam eſſe recordamur ad penitus perimendam eutices malignitatem,que magni petri cōfeſſioni concordat, & communem quādam paginam exiſtentem

ſtentē cōtra eos qui rectē nō glorificāt ad cōfirmationē catholice religionis euidēter ſubintrxit, & eos qui in duos filios diſpenſationis dominice myſteriū ſcindere moliūtur execratur, & eos qui in duas naturas chriſti temperamentum vel confuſionem argumentantur auerſatur. & qui celeſtem aut alterius cuiuſcunq; ſubſtantie exiſtere formam quam pro nobis aſſumpſit inſaniendo aſſerunt. procul abiicit, & eos qui duas quidē ante vnitionē naturas, vnā vero poſt vnitionē cōfingūt, anathema facit. Conſentientes ergo ſanctis patribus vnū eundemq; filium confiteri dominum noſtrum ieſum chriſtum conſona voce pariter edocemur, perfectū verū deū eundē ivnitate, deum verum & hominem ex anima rationali & corpore, ſecundum diuinitatem vnius cum patre nature, ſecundum humanitatem eundem vnius nature nobiſcum, per omnia ſimilem nobis abſq; peccato, ante ſecula quidem ex patre natum ſecundum diuinitatem, nouiſſimis vero diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem ex maria virgine dei genitrice ſecundum humanitatem, vnū eumdemq; chriſtum filium dominum vnigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſeparbiliter, cognoſcendo, in nullo naturarū differentiam propter vnitatem perimendā, magis autem ſalua vtriuſq; nature proprietate, & in vna coeūte ꝑſona, vno quoq; ſtatu cōcurrēte, non in duabus perſonis partiēdum vel diuidendum, ſed vnum eundemq; chriſtum filium dominum vnigenitum verum deum ieſum chriſtum, ſicut ab exordio prophete de eo & ipſe nos erudiuit, et patrū nobis tradidit ſymbolū His itaq; cum omni ſubtilitate & diligentia a nobis ordinatis ſtatuit ſancta & vniuerſalis ſynodus aliam fidem nulli licere proferre, aut ſcribere, aut credere, aut ſeparare aut docere aliter. Qui autē audēt aut diſponere aliam fidm, aut proferre, aut tradere aliud ſymbolum volentibus conuerti ad ſcientiam veritatis vel ex gentibus, vel iudeis, vel hereticis quibuſcūq;, ſi quidē aut epiſcopi aut clerici fuerint, alienos eſſe epiſcopos ab epiſcopatu, & clericos a clero ꝑcipimus, Si vero monachi aut laici, aut clerici fuerint anathemate feriri. Ego reccared⁹ rex fidem hanc ſanctam & confeſſionem quam vna per totum orbē catholica confitetur eccleſia, corde retinens, ore confirmans, mea dextera deo protegēte ſubſcripſi, Ego badda glorioſa regina hanc fidem credidi & ſuſcepi, manu mea de toto corde ſupſcripſi. Tūc acclamatū eſt in laudib⁹ dei & in fauore principis ab vniuerſo concilio. Gloria deo patri, & filio & ſpiritui ſancto, cui cura eſt pacem & vnitatem eccleſie ſancte catholice prouidere, gloria domino noſtro ieſu chriſto qui precio ſanguinis ſui eccleſiam catholicam ex omnibus gentibus congregauit, Gloria domino noſtro ieſu chriſto qui tam illuſtrem gentem vnitati fidei vere copulauit, & vnum gregem & vnū paſtorē inſtituit. Cui a deo eternū meritū niſi vero catholico reccaredo regi? Cui a deo eterna corona niſi vero orthodoxo reccaredo regi? Cui preſens glia & eterna niſi amatori dei reccaredo regi? Ipſe nouarum plebium in eccleſia conquiſitor, ipſe mereatur veraciter apoſtolicum meritum, qui apoſtolicum impleuit officium, ipſe ſit deo & omnibus amabilis, qui tam mirabiliter deum glorificauit in terris preſtante domino noſtro, qui cū patre deo viuit & regnat in vnitate ſpūs ſancti in ſecula ſeculorū.

ITEM FIDEI CONFESSIO EPISCOPORVM PRESBYTERORVM VEL PRIMORVM GOTHICE GENTIS QVI INFRA SVBSCRIPSERVNT.

DRECIPIENTE AVTEM VNIVERSO VENERABILI concilio atq; iubente vnus epiſcoporū catholicorum ad epiſcopos & religioſos clericos vel maiores natu ab hereſe arriana cōuerſos eiuſmodi allocutiōe exorſus eſt dicēs, Officii nri cura & fideliſſimi ac glorioſiſſimi principis ad monitione compellimur diligenter a veſtra charitate perquirere, vel quid damnetis in hereſe, aut quid itra ſanctam catholicam credatis eccleſiam, nā dicente pſalmiſta dicimus incipiente domino in confeſſiōe. Optimum eſt, & veſtre ſaluti conueniens palam confiteri quod creditis, & ſub auditu vniuerſorum anathematizare quod reſpuiſtis Tūc prorſus optime poteritis euangelice & a poſtolice ſedis fidei participes fieri, ſi eandem fidem catholicam ex confeſſione catholica incipiatis, vel propria ſubſcriptione firmetis, & ſicuti deo iam de bona cōfeſſione cogniti eſtis cōſcientia, ita & proximos vos chriſti eſſe corporis membra ſignificetis, & noſtra exiguitas nihil dubium nichil infidum vnq; de veſtra ſuſpicetnr fraternitate, dum patuerit vos peſtē arriane pfidie cū oibus dogmatib⁹ regulis, officiis, cōmunione, codicibus condemnare, ac deteſtande hereſeos expoliati contagione, innouati quodāmodo intra eccleſiam dei ſplendido habitu vere fidei claretatis, Tunc epiſcopi omnes vna cum clericis ſuis primoreſq; gentis gothice pari conſenſione di-

A

xerint,Licet hoc quod paternitas atq; fraternitas veſtra a vobis cupit audire,vel fieri iã olim cõuerſionis noſtre tẽpore egerimus,quãdo ſecuti glorioſiſſimũ dñm nr̃m.Reccaredũ regẽ hac die ad eccleſiam tranſiuim⁹,& perfidiã arrianã cum omnib⁹ ſuperſtitiõibus ſuis,anathematizauimus,pariterq; abiecim⁹,Nunc vero propter charitatẽ & deuotionẽ quãvel deo vel eccleſie catholice ſancte meminimus nos debere,nõ tantũ hec eadem que petitis promptiſſime agere properamus. ſed & ſi qua adhuc cõgrua fidei eſſe perſpicitis,ac nobis charitate perſuadetis faciemus.Nos etenim ſemel recte fidei amor in eã fidei deuotionẽ aduexit,vt omne quod nobis verius fraternitate vĩa pateſacitis teneam⁹,& libera fateamur cõfeſſione,Omnis ergo qui fidẽ & cõmunionẽ ab arrio venientẽ,& vſq; ad nos retentam adhuc tenere deſyderat,& de tota cordis intentione nõ dampnat, anathema ſit,Q uicũq; filium dei dominũ ieſum negauerit a paterna ſubſtãtia ſine initio genitũ,& equalẽ patri eſſe vel cõſubſtãtialẽ anathema ſit, Q uicunq; ſpiritũ ſanctũ nõ credit,aut nõ crediderit a patre & filio ꝓcedere,eũq; nõ dixerit coeternũ eſſe patri & filio,& coeſſentialẽ,anathema ſit,Q uicunq; in patre & filio & ſpiritu ſctõ & ꝑſonas non diſtinguit,&vnnius diuinitatis ſubſtãtiã nõ agnoſcit,anathema ſit,Q uicũq; filiũ dei dñm noſtrũ ieſum & ſpiritũ ſanctũ eſſe iuxta deitatẽ patre minorẽ aſſeruerit,& gradibus ſe parauerit,creaturãq; eſſe dixerit,anathema ſit, Q uicũq; patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũvni⁹ ſubſtãtie oĩpotẽtie eternitatis eſſe non crediderit,anathema ſit,Q uicũq; neſcire filiũ quod deus pater ſciat,dixerit,anathema ſit,Q uicũq; ſinitiũ filio dei & ſpiritui ſctõ deputauerit,anathema ſit,Q uicũq; filium dei ſecũdũ diuinitatẽ ſuam viſibilem aut paſſibilem auſus fuerit profiteri,anathema ſit.Q uicũq; ſpiritum ſanctũ ſicut patrẽ et filium verũ deum oĩpotentẽ eſſe non credit,anathema ſit.Q uicunq; alibi fidem & cõmunionem catholicã preter in eccl'ia quã niceni,& conſtãtinopolitani,& primi epheſini, & calcedonẽſis concilii decreta tenent,pariter et honorant,anathema ſit,Q uicunq; patrẽ & filiũ honore & gloria & diuinitate ſeparat aut diſiungit,anathema ſit.Q uicũq; filiũ dei & ſpiritũ ſanctum cũ patre nõ crediderit eſſe glorificãdos & honorãdos,anathema ſit.Q uicunq; nõ dixerit gloria patri & filio,& ſpiritui ſancto,anathema ſit. Q uicũq; rebaptizãdi ſacrilegiũ opus eſſe bonũ credit aut crediderit agere et egerit,anathema ſit.Q uicũq; libellũ detẽſtabilẽ duodecio anno Leobigildi regis a nobis editũ i quo cõtinetur romanorũ ad arrianã hereſim traductio,& i quo gl'ia p̃ri ꝑ filiũ in ſpũ ſctõ,& in quo male a nobis inſtituta cõtinẽtur, habuerit,anahema ſit ineternum.

COnfitemur enim nos ex hereſi arriana toto corde tota anima & de tota mente noſtra ad eccleſiam cãtholicã fuiſſe cõuerſos,Nulli dubium ſit,nos nr̃oſq; ſucceſſores erraſſe i hereſi arriana & fidem euãgelicã atq; apoſtolicã nũc intra eccleſiã catholicã didiciſſe Proide fidẽ ſanctã quã religioſiſſimus dñs noſter patefecit in medio cõcilio,& manu ſua ſubſcripſit,hanc & nos tenem⁹,hanc confitemur pariter & ſuſcipim⁹,hanc in populis p̃dicare atq; docere pmittimus, Hec eſt vera fides(quã omnis eccleſia dum per totum mundum tenet) catholica eſſe creditur & probatur,Cui hec fides nõ placet aut nõ placuerit,anathema ſit maranatha in aduẽtu dñi noſtri ieſu chriſti,Q ui fidẽ ſpernit niceni cõcilii & conſtantinopolitani centũ quinqua ginta eꝑorũ verãq; eſſe nõ dixerit,anathema ſit, Q ui fidem epheſine ſynodi prime,& calcedonenſis nõ tenet,& ea nõ delectatur,anathema ſit. Q ui concilia oĩm orthodoxorũ eꝑorũ cõſona cõciliis niceno cõſtãtinopolitano primo epheſino & calcedoẽnſi non recipit,anahtema ſit,Proide & dãnationẽ hanc p̃fidie cõmuniõis arriane & omniũ cõciliorũ hereſem arianã fouẽtiũ cũ anathemate eorũ manu ꝓpria ſubſcribim⁹,Cõſtitutiões vero ſanctorũ cõciliorũ niceni epheſini cõſtãtinopolitani vl' calcedonẽſis q̃s gratiſſia aure audiuim⁹cõſeſiõe nr̃a veras eẽ ꝓbauim⁹ ,de toto corde,& de tota aia & de tota mẽte nr̃a ſubſcripſim⁹,nihil ad cognitionẽ veritatis lucidi⁹ arbitrãtes quã que ſupradictorũ cõciliorũ cõtinẽt auctoritates.De trinitate aũt &vnitate p̃ris & filii & p̃ſſancti nihil his veri⁹nihil lucidi⁹ vnq̃ põt vel poterit demõſtrari,de myſterio icarnatiõis vnigeniti filii dei ꝓ ſalute hũani gñis quo vera ꝓbatur hũane nature ſine pcti cõtagiõe ſuſceptio, & p manẽtis icorrupte i eo diuinitatis plenitudo,dũ hec natura vtraq; nõ deperit, & vna ſit ex vtraq; dñi nr̃i ieſu xp̃i ꝑſõa ſatis plane i his cõciliis ꝓbatur patefieriveritas, que a nobis credat' oi remota dubitatione.Q uivnq̃ hãc fidẽ ſanctã deprauare corrũpere mutare tentauerit, aut ab eadẽ fide vl' cõione catholica(quã nup ſum⁹ deo miſerãte adepti)ſeſe ſeparevl' diſſociare voluerit,ſit deo&vniuerſo mũdo crimini ifidelitatis ieternũ obnoxi⁹. Floreat aũt ſancta catholica eccleſia per oẽm mundum pacatiſſime & emineat doctrine ſanctitate & poteſtate, Si qui intra eam fuerint, comunicauerintq; hi audient, ad dexteram patris poſiti,Venite benedicti patris mei percipite regnum quodvobis paratum eſt ab origine mũdi Si qui aũt ab ea receſſerit eiuſq; detraxerit fidei & cõmunionẽ reſpuerit,hi audiãt ore

diant ore diuino in die iudicii. Discedite a me maledicti,nescio vos. Ite in ignē eternum qui paratꝰ est diabolo & angelis eius, Sit ergo damnata in celo,& in terra,quecunqꝫ per hanc catholicam fidem damnantur, & sint accepta in celo & in terra,quecunqꝫ per hanc fidem accipinntur regnante domino nostro iesu christo,cui cum patre et spiritu sancto est gloria in secula seculorum.

¶SYMBOLVM. CCCXVIII. PATRVM NICENI CONCILII.

CREDIMVS IN VNVM DOMINVM DEVM PATREM omipotentem omniū visibilium & inuisibilium conditorē,Et in vnū dominū iesum christū filiū dei de patre natū vnigenitum,hoc est de substātia patris, deū ex deo, lumen de lumine,deūverū ex deovero, natū nō factum,omousion patri,hoc est eiusdem cū patre substātie,per quem omnia facta sunt, que in celis & que in terris,qui propter nos & propter nostram salutē descendit & incarnatus est Homo factꝰ passus est, & resurrexit tertia die,ascendit in celos, inde vēturus est iudicare vivos & mortuos,& in spiritum sanctū,eos autem qui dicunt erat quando non erat,& anteq̄ nasceretur non erat, & quia ex nullis existentibus factus est,aut ex alia substātia vel substantia,dicunt esse,aut cōuertibilē aut cōmutabile filiū dei,anathematizat catholica & apostolica ecclesia. A

¶SYMBOLVM. CL. PATRVM CONSTANTINOPOLI. CONCI.

CRedimus in vnū deū patrē omnipotentem factorem celi & terre,visibilium omniū & inuisibilium conditorē,Et in vnum dominū iesum filium dei vnigenitū ex patre natū ante omnia secula,deū ex deo,lumen ex lumine,deum verū ex deo vero,natum nō factum,omousion patri,hoc est eiusdem cū patre substantie,per quem omnia facta sūt,que in celis,& que in terris sunt,Qui propter nostram salutem descendit,& icarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine,homo factus passus est sub pontio pilato,sepultus tertia die resurrexit Ascēdit in celos sedet ad adexterā dei patris, iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis,& in spiritum dominum & viuificātem ex patre procedentē,cum patre & filio adorandū & glorificandū, qui locutus est per prophetas,vnam catholicā et apostolicam ecclesiam, Confitemur vnū baptisma in remissionem peccatorum,Expectamus resurrectionem mortuorum,vitam futuri seculi,Amen. B

¶TRACTATVS CALCEDONENSIS CONCILII, SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM,

SVffecerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionē et confirmationem cautissimum hoc diuine gratie symbolum,vt supra. Anastasius in christi nomine episcopus anathematizans heresim arriani dogmatis superius damnatam,fidem hanc sanctam catholicam quam in ecclesia catholica veniens credidi,manu mea de toto corde subscripsi. Mutila in christi nomie episcopus anathematizās heresim arriani dogmatis,vt supra. Vuiligiscus in xp̄i nomine episcopus anathēa. Sumnila in christi nomine episcopus anathēa, Cardingus in christi nomine episcopus ciuitatis tudensis anathēa. Beccila in christi nomine episcopus ciuitatis lucensis anathēa. Arbitrus in christi nomine episcopus ciuitatis portucalensis anathēa. Eruiscius in christi nomine ciuitatis descrosane anathēa. Similiter et reliqui presbyteri,et diacones ex heresi arriana conuersi subscripserunt,Signum gussini viri illustris proceris,fonsa vir illustrissimus anathematizās subscripsi. Afrila vir illustris. anathe,subscripsi. Abila vir illustris anathem,subscrip. Flaui vir illu,subscrip. Similiter et omnes seniores gothorum subscripserūt. C

POst confessionem ergo et subscriptionem omniū episcoporū,et totius gentis gothice seniorum, Gloriossimus dominus noster Reccaredus rex, pro parādis simul et confirmādis discipline ecclesiastice moribus dei sacerdotes taliter affatus est dicens,Regia cura vsqꝫ in eum modum protēdi debet et dirigi,quousqꝫ plenam constiterit etatis et scientie capere rationem. Nam sicut in rebus humanis glorioſius eminet potestas regia,ita et prospiciende cōmoditati comprouincialiū maior debet esse et prouidentia. Ac nunc beatissimi sacerdotes non in eis tantūmodo rebus diffundimus solertiā nostram,quibus populi sub nostro regimine positi pacatissime gubernētur & viuāt. sed etiā in adiutorio xp̄i extēdimus nos ad ea que sunt celestia excogitare,& que populos fideles efficiāt satagimus non nescire. Ceterū si totis nitendū est viribꝰ humanis moribꝰ modū ponere,& insolētiū rabiē regia potestate refrenare, si quieti & paci ꝓpagāde,opē debemꝰ ipēdere. Multomagis est adhibēda sollicitudo desyderare & cogitare diuina,inhiare ad sublimia,& ab errore retractis populis veritatē eis serene lucia ostendere. Sic enim agit qui multipliciter se a deo remunerari intendit. Sic enim audit qui super id qd̄ ei cōmittitur auget,dū illi dicitur. Quicqd superogaueris,ego cū rediero reddā tibi. Ergo quia D

iam fidei nostre & confessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, simul & sacerdotum nostrorumq; procerum fides atq; confessio sanctitati vestre propatuit hoc a deo necessario pro firmitate catholice fidei nostra deo supplex instituere decreuit auctoritas, vt propter roborandam gentis nostre nouellam conuersionem omnes hyspaniarū & gallitie ecclesie hanc regulam seruent. omni sacrificii tempore ante communicationem corporis christi & sanguinis iuxta orientalium partium morē vnanimiter clara voce sacratissimū fidei recēseant symbolum, vt primū populi quam credulitatem teneant fateantur, & sic corda fide purificata ad christi corpus & sanguinē percipiendum exhibeāt, Dū enim hec constitutio tuerit phenniter cōseruata in dei ecclesia, & fidelium ex sollicitudine corroboratur credulitas & pfidia infideliū concitata ad id quod repetitum sepius recognoscit quid catholica teneat & credat ecclesia, Omnib⁹ ergo capitulis que adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adiicienda sunt hoc pro fidei sancte, reuerentia & firmitate proponite, quod de proterēdo symbolo nostra deo docente decreuit serenitas. De cetero autem prohibendis insolentium moribus medeat vobis cōsentiēte clementia sententiis terminate districtioribus & firma disciplina que facienda non sunt, prohibete & que fieri debent immobili constitutione firmate.

¶INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM CONCILII.

i ¶Vt conciliorum statuta & presulū romanorum decreta custodiantur
ii ¶Vt in omnibus ecclesiis die dominica symbolum recitetur
iii Vt neqs extra necessitatē rē eccl'ie alienet
iiii ¶Vt liceat episcopo vnam ex parochiis basilicam monasterium facere
v ¶Vt sacerdotes & leuite cum vxoribus suis non viuant
vi ¶Vt seruus ecclesie ab episcopo manumissus a patrimonio ecclesie nunq̄ recedat, & vt liberti aliorū ab ep̄o defendātur
vii ¶Vt ad mensam episcopi scripture diuine legantnr
viii ¶Vt clerici de familia fisci a principe nō donentur
ix ¶Vt ecclesie arrianorum ad catholicum episcopum in cuius dioceſi sunt pmaneāt
x ¶Vt viduis p castitate violentiā null⁹ inferat, & vt mulier inuita virū non ducat
xi ¶Vt potens penitentiam agat
xii ¶De his qui penitentiam poscunt si vir est, prius tondeatur, si femina prius habitum mutet
xiii ¶Vt clerici qui seculares iudices appetūt excommunicentur
xiiii ¶De iudeis
xv ¶Vt serui fisci qui ecclesiam construunt, eisdem dotem faciant
xvi ¶Vt episcopi cum iudicibus ydola destruant, vt dñi ydolatriā seruis prohibeant
xvii ¶Vt episcopi cum iudicibus necatores, filiorum acriore disciplina corripiant
xviii ¶Vt semel in anno synodus fiat, & iudices & actores fisci presentes sint
xix ¶Vt ecclesia cum rebus eius ad episcopi ordinationem pertineat
xx ¶Vt episcopus angarias vel indictiones in dioceſi non imponat
xxi ¶Vt nō liceat iudicibus clericos vel seruos ecclesie in suis angariis occupare
xxii ¶Vt religiosorum corpora psallendo tantum deducantur.
xxiii ¶Vt in sanctorum natalitiis ballimathie prohibeantur.

¶Expliciunt capitula.

¶INCIPIVNT DECRETA CONCILII.

A POST DAMNATIONEM HERESIS ARRIANE et fdei sancte catholice expositionem, hoc sanctum precepit conciliū. Vt quia a nō nullis vel heresis, vel gentilitatis necessitate per hyspaniarum ecclesias canonicus pretermissus est ordo, dum & licentia habundaret transgrediendi, & disciplīne optio negaretur, dū omnis excessus heresis probaretur patrocinio, & abundatia mali temporis procul esset districtio disciplīne, At nūc pace ecclesie christi misericordia reparata quod priscorum canonum auctoritas prohibet sit resurgēte disciplina inhibitum, & agatur omne quod precepit, permaneant in suo vigore conciliorum omnium constituta simul & synodice sanctorum presulum romanorum ep̄le. Nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos contra canonum statuta aspiret indignus, nihil ex hoc fiat quod sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt debere non fieri. & qui presumpserit seueritate priorum canonum distringatur.

Capitulum primum.

¶Pro reuerentia & exaltatione ſanctiſſime atq; intemeratiſſime chriſti fidei ꝓpter corroborandas A
& fulciendas hominum inualidas mentes,que frequenter partim ignorantie vitio (quo naturaliter
ab ipſis vite auſpitiis naſcimur obtenebrati) a via veritatis aberrrare ſolent, partim educationis infe
lici corruptela deprauate nōnunq̄ quod recta ratio monet & naturalis docet inſtinctus,& ſequi ve⁄
ritatis puritas exhortatur, non ſine graui anime diſpendio deſpicantur. Hinc vbi anima rationalis
nobile dei plaſma,& egregium artificium ſanctiſſime trinitatis habens in ſe veſtigia ad ſui creatoris
amorem per veram intelligentiam deberet eleuari ignorantie tenebris obuoluta ad hereſis prauita⁄
tem deflexa ſui creatoris verum cultum deſerit diis alienis inſeruiēs. His igitur incōmodis occurrē
di cauſa,vt erroris nubes lōge repellantur,& veritatis ac vnice fidei ſplendor illuceat, hominūq; men
tibus puritatis,& vieinfallibilis pulchritudo inſeratur,per quā totus anime affectus in deū ſuum ele
uetur,& illius rapta deſyderio prudenti indagine oculorum acies ad lumen veritatis inextinguibile
(que deus eſt) prorſus conuertat, ſine cuius obtentu nichil aliud agit mens q̄ cecutire,q̄ aberrare, q̄
a felicitatis ſcopo dimoueri, cōſultu piiſſimi & glorioſiſſimi recaredi regis cōſtituit ſynodus,vt per
omnes eccleſias hyſpanie,& gallitie ſecundū formam orientalium eccleſiarum concilii cōſtantinopo
litani,hoc eſt centum quiquaginta epiſcoporū ſymbolum fidei recitetur,& priuſquā dominica dica
tur oratio voce clara predicetur,quo fides vera manifeſta ſit & teſtimonium habeat, & ad chriſti cor
pus & ſanguinem prelibandum pectora populorum fide purificata accedant.

Capitulum tertium.

¶Hec ſancta ſynod⁹ nulli epiſcoporum licentiam tribuit res alienare eccleſie,quoniam & antiquio B
ribus canonibus hoc prohibetur,Si quid vero quod vtilitatem non grauet eccleſie pro ſuffragio mo⁄
nachorum vel eccleſiis ad ſuam parrochiam pertinentiū dederint, firmū maneat,Peregrinorum vel
clericorum & egenorum neceſſitati ſaluo iure eccleſie preſtare permittuntur pro tempore que potue
runt,

Capitulum quartum.

¶Si epiſcopus vnam de parochianis eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit,vt in ea monacho⁄ C
rum regulariter congregatio viuat,hoc de conſenſu cōcilii ſui habeat licentiam faciendi,qui etiam ſi
de rebus eccleſie pro eorum ſubſtantia aliquid quo detrimentum eccleſie non exhibeat eidem loco
donauerit ſit ſtabile. Rei bone ſtatuende ſanctum concilium dat conſenſum.

Capitulum quintum.

¶Compertum eſt a ſancto concilio epiſcopos preſbyteros & diaconos venientes ex hereſi carnali D
adhuc deſiderio vxoribus copulari,Ne ergo de cetero hoc fiat precipitur, quod & canonibus priori⁄
bus continetur,vt non liceat eisviuere libidinoſa ſocietate,ſed manente inter eos coniugali lege com⁄
munem vtilitatem habeant,& non ſubvno conclaui maneant,vel certe ſi ſuffragatur virtus in alia do
mo ſuam vxorem faciat habitare,vt caſtitas apud deum,& apud homines habeat teſtimonium bo
num,Si qui vero poſt hanc conuētionem obſcene cum vxore elegerit viuere,vt nec lector habeatur,
qui vero ſemper ſub canone eccleſiaſtico iacuerint ſi contra veterum imperata in ſuis cellulis mulie⁄
res que infamie ſuſpitionē poſſunt generare cōſortium habuerint,illi canonice quidē diſtringantur,
mulierum vero res ab epiſcopis venundentur,& precium ipſum pauperibus erogetur.

Capitulum ſextum.

¶De libertis autem hoc precepit ſancta ſynodus, vt ſi qui preſbyteri vel diaconi ab epiſcopis facti E
ſunt ſecundum modum quo canones antiqui dant licentiam ſint liberi,& tamen a patrocinio eccle
ſie tam clerici q̄ ab eis progeniti non recedant,ab aliis quoq; libertati traditi & eccleſiis commenda⁄
ti patrocinio epiſcopi colligantur,& ne cuiquā donentur a principe hoc epiſcopus poſtulet.

Capitulum ſeptimum.

¶Pro reuerentia dei & ſacerdotum id vniuerſa ſancta conſtituit ſynodus,vt quia ſolent crebro men F
ſis ocioſe fabule interponi in omni ſacerdotali conuiuio lectio ſcripturarum diuinarum miſceatur,
per hoc enim & anime edificantur ad bonum,& fabule non neceſſarie prohibentur.

Capitulū octauum.

A ¶Iubente autem atq; consentiente domino reccaredo id precepit sacerdotale concilium, vt clericos ex familia fisci nullus audeat a principe donatos expetere,sed traditi capitis sui tributū ecclesie dei cui sunt allígati vsq; dum viuunt regulariter administrent.

Capitulum nonum.

B ¶Decreto huius concilii hoc statuitur,vt ecclesie que fuerunt in heresi arriana nunc autem sunt catholice ad eos episcopos cum suis rebus pertineant,ad quos parochie ipse in quibus ipse ecclesie fundate sunt pertinere videntur.

Capitulum decimum.

C ¶Pro consulto castitatis, quod maxime hortamento concilii proficere debeat annuente glorioso domino nostro reccardo rege hoc sanctum affirmat cōcilium, vt vidue quibus placuerit teneant castitatem,& nulla vidua ad nuptias intrandas venire cogatur,quod si priusquā profiteantur continentiam nubere elegerint,illis nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos,similis conditio & de virginibus habeatur,nec extra voluntatem parentum & suam maritos cogantur accipere,Si quis vero propositum castitatis vidue vel virginis impedierit,a sancta communione & a liminibus ecclesie habeatur extraneus.

Capitulum vndecimum.

D ¶Quoniam comperimus per quasdam hyspaniarum ecclesias non secundum canonem sed fedissime pro suis peccatis homines agere penitentiam,& quotiens peccare libuerit totiens a presbyteris reconciliari expostulent,& ideo pro coercenda tam execrabili presumptione id a sancto concilio iubetur,vt secundum formam canonum antiquorum detur penitentia,hoc est,vt prius eum quē sui penitet facti a cōmunione suspensum faciat inter reliquos penitentes ad manus impositionem crebro recurrere,expleto autem satisfactionis tempore sicuti sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni restituat, Qui vero ad propria vitia vel infra penitentie tempus,vel post reconciliationem relabuntur,secundum priorum canonum seueritatem damnentur.

Capitulum duodecimum.

E ¶Quicunq; ab episcopo vel presbytero sanus vel infirmus penitētiā postulat,id ante omnia episcopus seruet & presbyter,vt si vir est,siue sanus,siue infirmus prius eum tondeat,aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat,& sic penitentiam ei tradat,Si vero mulier fuerit nō accipiat penitētiam nisi prius aut velata fuerit,aut mutauerit habitum,sepius enim laicis cum feminis tribuendo desidio se penitentiam ad lamentanda rursus facinora post acceptam penitentiam relabuntur.

Capitulum decimūtertium.

F ¶Inoleta presumptio vsq; a deo illicitis ausibus aditum patefecit, vt derici conclericos suos relicto pōtifice suo ad iudicia publica pertahant,Proinde statuimus vt hoc de cetero non p̄sumatur,Si quis hoc presumpserit facere,& causam perdat,& a cōmunione efficiatur extraneus.

Capitulum decimūquartum.

G ¶Conuentus noster hoc canonibus inserendum precepit,vt iudeis nō liceat christianas habere vxores,vel concubinas,neq; mancipium christianum in vsus proprios comparare,sed & filios qui ex tali coniugio nati sunt assumendos esse ad baptismū,Nulla officia publica eis iniungantur per que eis occasio tribuatur christianis penam inferre,Si qui vero christiani ab eis iudaismi ritu sunt maculati, vel etiam circuncisi,non reddito precio ad libertatem & religionem redeant christianam.

Capitulum decimūquintum

H ¶Si qui ex seruis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, easq; de sua paupertate dotauerint,has procuret episcopus prece sua auctoritate regia confirmari.

Capitulum decimūsextum.

I ¶Quoniam pene per omnem hispaniam,siue gallitiam idolatrie sacrilegium inoleuit,hoc cum consensu glorioſissimi principis sancta synodus ordinauit,vt omnis sacerdos in loco suo vna cum iudice territorii sacrilegium memoratū studiose perquirat, exterminare inuentum non differat, omnes vero qui ad talem errorem concurrūt sine discrimine qua potuerunt animaduersione coerceant,quod si neglexerint,sciant se vtriq; excommunicationis periculum esse subituros,Si qui vero domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint,& familie prohibere noluerint ab episcopo & ipsi a communione pellantur.

Capitulum

Capitulum decimumseptimum

¶Cum multe querele ad aures sancti concilii deferrentur,inter cetera tante crudelitatis opus nun/ A
ciatur,quãtum considentium aures sacerdotum non possent sustinere,vt in quibusdã hyspanie par/
tib⁹ filios suos parẽtes interimãt fornicatiõis auidi,pietatis alieni, quib⁹ si tediũ est filios numerosi⁹
agere,prius se ipsos debẽt castigare a fornicatione,nã dũ causa ꝓpagãde ꝓlis sociãtur cõiugia,partici
dio & fornicatione tenentur obnoxii,qui filios necando ꝓprios docẽt se non pro filiis, sed pro libidi
ne vxores duxisse, Proinde tantum nefas ad cognitionem glorioſissimi domini nostri reccaredi
regis perlatum est,cuius gloria dignata est iudicibus earũdem partium imperare, vt amouendum
tãtũ facimus diligenter cum sacerdote procurent, & habita seueritate prohibeant, Ergo & sacerdo/
tes locorum eorũdem in quibus sceleris huius immanitas peragitur sancta synodus precipiẽdo
conuenit,vt idem scelus cum iudice curiosius querant, & sine capitali vindicta acriori disciplina
prohibeant.

Capitulum decimũoctauum.

¶Precepit hec sancta & vniuersalis synodus,vt stante priorum auctoritate canonum,que bis in an/ B
no precepit congregari concilia itineris longitudine & paupertate ecclesiarum hyspanie semel in an
no in loco quẽ metropolitanus elegerit episcopi congregentur,iudices vero locorum aut auctores fi/
scalium patrimoniorum ex decreto domini nostri simul cum sacerdotum concilio autũmali tempo
re die kalendarum Nouembriũ in vnum conueniant, vt discant quã pie iuste & humaniter, cum
populis agere debeant, nec iniustis vectigalibus, & immoderatis exactionibus ipsos premant, sed
potius per miserationem compatientes a grauaminibus defendant , vt bonos populi tutores facere
decet,nec in angariis aut in operationibus superfluis, siue priuatum onerent, siue fiscalem grauent
Sunt enim perspectatores episcopi secundum regis ammonitionem qualiter iudices cum populis
agant,vt ipsos premonitos corrigant,aut insolentias eorum principum auribus innotescãt,Quod si
correptos emendare nequiuerint,& ab ecclesia & a communione suspendant, a sacerdote vero & se/
nioribus deliberetur, quid per prouintias in suo detrimento prestare debeant iudices, si ad conci/
lium non venerint,Concilium vero non soluatur nisi prius locum elegerint,quo succedente tempo/
re iterum ad concilium conueniatur,vt iam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro con/
gregando concilio litteras destinare,si in priore concilio tempus omnibus denuntiatur & lo/
cus.

Capitulum decimũnonum.

¶Quidam contra omnem auctoritatem sic ecclesias quas edificauerint postulant consecrari, vt do C
tem quam eidem ecclesie contulerint censeant ad episcopi ordinationem non pertinere, quod fa/
ctum est taliter in preterito corrigatur,& in futuro ne fiat prohibeatur,sed omnia secundum consti/
tutionem antiquã ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

Capitulum vigesimum.

¶Quia cognouimus epos per parochias suas non sacerdotaliter deseruire,sed crudeliter de seuire, D
& dum scriptum sit, Forma estote gregi non vt dominantes in clero, exactionesq; diocesi sue vel
damna infligant,ideoq; censemus excepto quod veterum constitutiones a parochiis habere iubent
episcopos,vt alia illis que hacvsq; presumpta sunt denegẽtur,hoc est neq; in angariis presbyteri aut
diacones neq; in aliquibus fatigentur a iudicibus,ne videamur in ecclesia dei exactores potius quã
dei pontifices nominari, hi vero clerici tam locales, q̃ diocesani qui se ab episcopo grauari cogno/
uerint querelas suas ad metropolitanum deferre non differant, vt metropolitanus non moretur
eiusmodi presumptiones coercere.

Capitulum vigesimumprimum.

¶Ecclesiarum seruos,& episcoporũ vel omniũ clericorũ a iudicibus vel actoribus publicis in di/ E
uersis angariis fatigari dolemus,propter quod omne concilium a pietate glorioſissimi domini no
stri poposcit,vt tales deinceps ausus inhibeat,sed serui suprascriptorum officiorum in eorum vsibus
vel ecclesie laborent,Si qui vero iudicum aut actorum clericum,aut seruum clerici vel ecclesie in pu
blicis ac priuatis negotiis occupare voluerit,a communione ecclesiastica(cui impedimẽtum facit)
efficiatur extraneus.

Capitulum vigesimũsecundum.

¶Qui diuina vocatione ab hacvita recedunt cũ psalmis tantũmodo & psallentiũ vocibus debere

ad ſepulchra deferri,nam funeris precamen quod vulgo defunctis cãtari ſolet,vel pectoribꝰ ſe aut pxi mos aut familias eccleſie omnino prohibemus.Sufficiat autem quod in ſpe reſurrectionis chriſtia norum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum,Prohibet enim nos apoſtolus ſanctus lugere defunctos dicẽs.De dormientibus autem nolovos contriſtari ſicut & ceteri qui ſpem non habẽt, Et dominus non fleuit lazarum mortuum,ſed ad vite huius plorauit erumnas reſuſcita tum,Si enim poteſt hoc epiſcopus omnes chriſtianos prohibere agere,nõ moretur,Religioſis tãtum chriſtianis omnino aliter fieri non debere cenſemus.Sic enim chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

Capitulum vigeſimumtertium.

A ¶Irreligioſa conſuetudo eſt, quã vulgus per ſanctorum ſolemnitates agere conſueuit,Populi qui debẽt officia diuina attendere,ſaltationibus turpibus inuigilant, cantica non ſolum mala canentes, ſed & religioſorum officiis perſtrepentes.Hoc enim vt ab omni hyſpania depellatur,ſacerdotum & iudicum a concilio ſancto cure committitur.

¶EDICTVM REGIS DE CONFIRMATIONE CONCILII.

B GLORIOSISSIMVS DOMINVS RECCAREDVS REX VNI uerſis ſub regimine noſtre poteſtatis conſiſtentibus,Amatores nos ſui diuina faciẽs veritas noſtris principaliter ſenſibus inſpirauit, vt cauſa inſtaurande fi dei ac diſcipline eccleſiaſtice,epiſcopos omnes hyſpanie noſtro preſentari cul mini iuberemus,Precedente autem diligenti, & cauta deliberatione,ſiue que ad fidẽ cõueniunt,ſeu que ad morum correptionẽ reſpiciunt,ſenſus maturita te & intelligẽtie grauitate cõſtant eſſe digeſta,Noſtra proinde auctoritas hoc omnibus hominibus ad regnum noſtrum pertinentibus iubet,vt ſi qua definita ſunt,in hoc ſancto concilio acto in vrbe Toletana anno regni noſtri feliciter quarto nulli contẽnere liceat, nullus pre ter ire preſumat.Capitula enim que noſtris ſenſibus placita, & diſcipline congrua ac preſenti con ſcripta ſunt ſynodo in omni auctoritate,ſiue clericorũ,ſiue quorũcũq; omniũ obſeruentur,& mane ant,id eſt de obſeruatione priorum canonum,de ſymbolo proferendo a populis in eccleſia,de epiſco pis,vt eis non liceat rem alienare eccleſie, vt epiſcopo liceat vnam de parochianis eccleſiis monaſte rium facere,vt epiſcopis , & preſbyteris,& diaconibus ex hereſi conuerſis iam non liceat miſceri vxo ribus,vel quod hi qui ſemper catholici fuerint in cellulis ſuis cum mulieribus extraneis non moren tur.quod liberti ab epiſcopis vel ab aliis facti, & eccleſiis commendati permanere debeant liberi, quod lectio in omnibus ſacerdotalibus menſis legi debeat, quod clericos ex familiis fiſci noſtri vnq̃ nullus agere preſumat,& qui acceperit irrita talis donatio maneat, de eccleſiis ab hereſi tranſlatis vt ad epiſcopos in quorum ſunt parochiis pertineant, de viduis quod que voluerint continentiam te neant,& que nubere elegerint quibus voluerint nubant, eque de vrginibus quod penitentes ſecun dum modum canonum antiquorum debeant agere penitentiam,quod qui voluerint agere peni tentiam prius tondeantur,aut habitum mutent,quod non liceat iudeis de Chriſtianis ducere vxo res vel concubinas,ſiue comparare mancipia Chriſtiana, & iudeis non liceat vel publica officia per agere, quod manere debeat firmum ſi ſerui fiſci noſtri eccleſias fecerint eaſq; de peculio ſuo dotaue rint, quod ydolatrie cultura a ſacerdotibus vel iudicibus exquirenda ſit atq; exterminanda, quod qui filium ſuum necauerit a ſacerdotibus vel iudicibus diſtringatur , quod ſemel in anno ad con cilium ſacerdotes & iudices atq; actores patrimonii noſtri debeant conuenire,quod eccleſiarum om nium cauſa ad epiſcopi ordinationem pertinere debeat,quod ſacerdotes moderanter agere debeãt per parochias,quod ſerui eccleſie ſiue clericorum non debeant a noſtris actoribus in angaria aliqua fatigari.Quod religioſorum corpora cum hymnis & canticis tantum deferenda ſint ad ſepulchra. Quod ballimathie & turpia cantica prohibenda a ſanctorum ſolemniis. Has omnes conſtitutio nes eccleſiaſticas quas ſummatim breuiterq; perſtrinximus(ſicut plenius in canone continentur)ma nere perhenni ſtabilitate ſancimus,Si quis clericus ergo aut laicus harũ ſanctionũ obediẽs obſerua tor eſſe noluerit ſuperba frõte maiorũ ſtatutis repugnãs,ſi epiſcoꝰ preſbyter diaconus aut clericꝰ fue rit ab omni cõcilio excõmunicatiõi ſubiaceat, ſi vero laicus fuerit & honeſtioris loci perſona fuerit

medietatem

medietatem facultatum suarum amittat fisci iuribus profuturam. Si vero minoris loci persona est amissione rerum suarum mulctatus in exiliū deputetur, Flauius reccaredus rex hanc deliberationē quā cum sancta definiuimus synodo confirmans subscripsi, Mausona in christi nomine ecclesie catholice emerecensis metropolitanus episcopus prouintie lusitanie his constitutionib⁹ quibus in urbe Toletana interfui manu mea subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt.

¶Explciunt concilium tertium Toletanum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA QVARTI CONCILII TOLETANI.

i ¶De oratione & fidei confessione que in sancta dei ecclesia predicatur,

ii ¶Nulla pene res magis disciplíne mores ab ecclesia christi depulit,q̄ inordinata diuersitas officii.

iii ¶De formula secundū quā debeat sancta synodus in dei nomine fieri.

iiii ¶In solemnitate paschali qualiter solet in hyspaniis varietas existere.

v ¶De baptismi sacramento.

vi ¶Comperimus quod per nōnullas ecclesias in die sexte ferie passionis domini clausis basilicarū foribus nō celebretur officiū.

vii ¶Quidam in die eiusdē dominice passionis ad horam nonam ieiunium soluunt.

viii ¶Lucerna & cereus infra vigilias apud quasdā ecclesiasnon benedicuntur,& cur a nobis benedicantur inquirunt.

ix ¶Nonnulli sacerdotum per hyspanias reperiuntur qui dominicā orationem quā saluator noster docuit & precepit non cotidie,sed tantum die dominico dicunt,

x ¶Quod sacerdotes hyspanie diebus quadragesime alleluya decantent.

xi ¶Quod in quibusdam hyspaniarū ecclesiis laudes post apostolum decantent.

xii ¶De hymnis etiam canendis.

xiii ¶De hymno quoq; trium puerorum in quo vniuersa celi terreq; creatura deū collaudat.

xiiii ¶Quod in finem psalmorū non sicut a quibusdam gloria patri,sed honor & gloria patri dicatur.

xv ¶Sunt quidam qui in fine responsoriorū gloriam non dicunt.

xvi ¶De apocalipsi libro,vt teneatur & quādo legatur.

xvii ¶Quod quidā sacerdotes non rite post dictam orationem dominicam statim comunicant,& postea benedictionem in populo dant.

xviii ¶Quod pernitiosa consuetudo nequaq̄ est retinenda.

xix ¶Quod in veteri lege ab anno vigesimo quinto leuite ordinari mandantur.

xx ¶Quod sacerdotes dei irreprehensibiles esse debent.

xxi ¶Quod apud deum conscientiam purā, & apud homines famā optimā nos habere oporteat.

xxii ¶Quēadmodum antistites ita presbyteri & leuite sicut nomine,ita & meritis vitā teneant & testimonium vite.

xxiii ¶Quod prona sit omnis etas ab adolescētia in malum.

xxiiii ¶Quod maxime in sacerdotibus dei vitanda est errorum ignorantia.

xxv ¶De p̄sbyteris parochitanis dū ordinantur,quod libellum officialē a sacerdote suo accipere debent.

xxvi ¶Quādo presbyteri aut diaconi in parochias constituuntur,oportet eos professionem episcopo suo facere.

xxvii ¶Si episcopus presbyter diacon⁹ aut subdiaconus a gradu suo deiecti fuerint, & in secūda synodo innocentes inueniātur,qualiter recipi debeant.

xxviii ¶Si episcopus presbyter seu diaconusvel ex ordine clericorū magos aruspices ariolos angures vel sortilegos consulere fuerint deprehensi, quid de eis agendum sit.

xxix ¶Confinitimi hostium sacerdotes preter eos qui a regia potestate licentiam acceperint in synodo mundandi sunt.

xxx ¶Quod sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus sua negotia committunt.

xxxi ¶Vt episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam a deo sibi curam non ambigant.

xxxii ¶Quod auaritia radix cūctorum malorum aliquorum sacerdotū mentes obtineat.

xxxiii ¶Q uicūq; epiſcopus alterius epiſcopi dioceſim per trigínta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit,vt teneat eam.

xxxiiii ¶Vt ſicut dioceſim alienam tricenalis poſſeſſio tollit,ita territorii conuentum non amittit,

xxxv ¶Q uod epiſcopos per cunctas dioceſes parochiaſq; ſuas ire oporteat per ſingulos annos.

xxxvi ¶Q uicūq; epiſcopi ſuffragio cuiuſlíbet aliquid de eccleſiaſticis vtilitatibus prouíderint quid agendum ſit.

xvxvi ¶Prebendū a ſacerdotíbus vite ſolatiū índigentíbus & maxime his quíbus reſtituenda viciſſitudo eſt.

xxxviii ¶Non nulli díaconesin tantā erumpūt ſuperbiam,vt preſbyteris ſi preferant.

xxxix ¶Sí non licet epiſcopis, nec preſbyteris oratía duo índui, quātomagís díaconis qui miníſtrí eorum ſunt.

xl ¶Vt omnes clericível lectores ſicut leuíte & ſacerdotes detōſo ſuperí⁹capite inferius ſolam circulí coronam relinquant.

xli ¶Vt extranee femine cum clericis non habitent.

xlii ¶De clericis qui nō habentes legitimū coniugium extranearum mulierūvel an cillarum ſuarum interdicta ſibi conſortía appetunt.

xliii ¶De clericis quí ſine conſultu epiſcopí ſuí vxorem duxerunt.

xliiii ¶De clericis qui ín quācūq; ſeditione arma volentes ſumpſerunt.

xlui ¶Sí quis clericus ín demoliendís ſepulchris fuerit deprehenſus.

xlvi ¶De p̄cepto domíní noſtrí ſiſenandí regís.

xlvii ¶De elígendís economis,

xlviii ¶De profeſſiōe monachí, vt quicquid fuerit allegatum teneat.

xlix ¶De clericis quí monachorum propoſitum appetunt.

¶Q uale ius epiſcopí ī monaſteríis habere debeant.

l ¶De monachis quí egrediētes de monaſterío non ſolum ad ſeculum reuertū⁄tur,ſed etiam vxores accípiunt.

li ¶De religioſis ꝓprie regionis quí nec ínter clerícos,nec ĩter monachos habētur

liii ¶De eis quí ín díſcrímíne cōſtítutí penitentiam accípiunt.

liiii ¶De ſecularíbus quí accípientes penítentíam ſe totonderant,& rurſus preuaricantes laici effecti ſunt.

lv ¶Q uod duo ſunt generaviduarum,ſeculares & ſanctímoniales.

lvi ¶De ſudeis ne vi ad credēdū cogātur.

lvii ¶De cupíditate epiſcopí preſbyteri, vl díaconi ſiue clericorum quí conntra fidē chriſtíanā ſudeis ſuffragium preſtant.

lviii ¶De preuaricatíone eorum quí dudū ad chriſtíanā fídem promotí ſunt.

lix ¶De ſudeorum fílíis vel fíliab⁹,ne parentum vltra ínuoluantur erroríbus.

lx ¶De ſudeis baptízatís ſí poſtea preuaricatí fuerint ín chriſto,

lxi ¶De malorum conſortiis, quod etiam bonos corrumpunt.

lxii ¶De ſudeis quí chriſtíanas mulieres ī coníugío habent.

lxiii ¶Non poteſt erga homines eſſe fidelís, quí extíterít ímpíus ín deum,

lxiiii ¶Precípiente domino,atq; excellentiſmo ſiſenando rege, vt ſudei aut quí ex ſudeis ſunt officia publica nullaten⁹ appetant.

lxv ¶V chriſtíanos ſeruos non líceat ſudeís habere

lxvi ¶De hís quí de rebus ſuís pauperíbus chriſtí nullatenus diſtríbuunt.

lxvii ¶De epiſcopís quí mācipiū iuris eccleſie nō retento eccleſiaſtico patrocínío manumittí deſyderant

lxviii ¶Vt ſacerdotes quí aut res ſuas eccleſie relínquntaut nichíl habētes alíqua p̄día eccleſiís ſuís cōgrunt, ſí voluerint poſſūt de eccleſíe famulís alíquos líbertos facere

lxix ¶De líbertís eccl'ie,quía nunq̄ morítur eorū patrona a patrocínío eíuſdem nūq̄ díſcedant.

lxx ¶De líbertís eccleſíe quí a patrocínío eíuſdem díſcedunt.

lxxi ¶De líbertís quí a quíbuſcūq; manumíſſí ſunt atq; eccleſíe patrocínío commēdatí exíſtunt.

lxxii ¶Vt quí libertatem a domínís ſuís ítapercípíūt,vt nullū ī eís obſequiū patronus detentet,ſuſcípíātur ad clerum

lxxiii ¶De famulís eccleſíe cōſtítuere p̄ſbyteros vel díaconos per parochías lícet.

lxxiiii ¶De eccleſíaſtící ordínísíſtítutís vl' decretís que ad quorūdā p̄tínēt díſcíplínā.

¶Explciunt capitula. ¶Incípit

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM QVARTVM.

Capitulumm primum.

ANNO TERTIO REGNANTE DOMINO NOstro glorioſiſſimo principe Siſenando,die nonas Decembris,Era.d.c.lxxxi.dū ſtudio amoris chriſti ac diligentia religioſiſſimi Siſenandi regis Hyſpanie atq; gallitie ſacerdotes apud Toletanā vrbem in nomine domini cōueniſſemus, vt eius imperiis atq; iuſſis cōmoti a nobis agitaretur de quibuſdā eccleſie diſciplinis tractatus,Primū gratias ſaluatori noſtro deo omnipotenti egimus,poſt hec antefato miniſtro excellentiſſimo& glorioſo regi,cuius tanta erga deum deuotio extat, vt non ſolū in rebus humanis,ſed etiam in cauſis diuinis ſollicit⁹ maneat,hic quippe dū in baſilica beatiſſime & ſancte martyris leocadie oim noſtrum pariter iam cetus adeſſet,pro merito fidei ſue cū magnificētiſſimis & nobiliſſimis viris ingreſſus,primum coram ſacerdotibus dei humi ꝓſtratus,cū lachrymis & gemitibus pro ſe interueniendū domino poſtulauit. Deinde religioſa proſecutione ſynodū exhortatus eſt,vt paternorū decretorum memores ad confirmāda in nobis iura eccleſiaſtica ſtudiū preberemus,& illa corrigere que dū pernegligentiam in vſum venerunt cōtra eccleſiaſticos mores licentiā ſibi vſurpationēq; fecerunt. Talibus ergo eius monitis cōgaudentes neceſſarium extitit iuxta eius noſtrumq; votū tractare que cōpetunt,ſiue in ſacramētis diuinis,que diuerſo atq; illicito modo in hyſpaniarū eccleſiis celebrātur,ſeu que in moribus praue vſurpata noſcūtur, Et quoniā generale concilīū agimus oportet primū noſtre vocis ſermonem de deo eſſe,vt poſt ꝓfeſſionem fidei ſequentia operis nr̄i vota quaſi ſup fundamētū firmiſſimū diſponātur,Q uēadmodū a ſanctis patribus accepimus patrē & filium & ſpūm ſanctū vnius deitatis atq; ſubſtantie confitemur, in ꝓſonarum diuerſitate trinitatē credentes, in diuinitate vnitatem predicātes,nec perſonas confundimus,nec ſubſtantiam ſeparam⁹, Patrem a nullo factum vel genitum dicimus,filiū a patre non factū ſed genitum aſſerimus,Spiritum ſanctū vero nec creatū nec genitū ſed ꝓcedentem ex patre & filio ꝓfitemur,Ipſum autem dominū Ieſum chriſtum dei filiū & creatorem omniū ex ſubſtātia patris ante ſecula genitū deſcendiſſe vltimo tempore pro redēptione mundi a patre,qui nunquā deſinit eſſe cum patre,Incarnatus eſt enim ex ſpiritu ſancto,& glorioſa ſancta dei genitrice virgine maria,& natus ex ipſa ſolus idem dominus Ieſus chriſtus,vnus in ſancta trinitate,anima & carne perfectus,ſine peccato ſuſcipiens hominē,manens quod erat,aſſumens quod nō erat,equalis patri ſecundū diuinitatem,minor patre ſecundū humanitatem,habēs in vna perſona duarum naturarū proprietatem.Nature enim in illo due,deus & homo.Non aūt duo filii,& dii duo,ſed idē vna perſona in vtraq; natura perferens paſſionē,& mortē pro noſtra ſalute,non in virtute diuinitatis,ſed in infirmitate humanitatis. Deſcēdit ad inferos,vt ſanctos qui ibi tenebantur erueret,& deuicto mortis imperio reſurrexit,Aſſumptus in celis venturus eſt in futurū ad iudicium viuorū & mortuorū. Cuius morte & ſanguine mundati remiſſionē peccatorum cōſecuti ſumus,reſuſcitandi ab eo in die nouiſſima,in ea qua nunc viuimus carne,& in ea qua reſurrexit idem dominus forma percepturi ab ipſo,alii pro iuſtitie meritis vitā eternā,alii pro peccatis ſupplicii eterni ſententiā,Hec eſt eccleſie catholice fides,hāc cōfeſſionē ſeruamus atq; tenemus,quā quiſq; firmiſſime cuſtodierit,perpetuā ſalutē habebit. A

Capitulum ſecundum.

¶Poſt recte fidei confeſſionē que in ſancta dei eccleſia predicatur,placuit omnes ſacerdotes qui catholice fidei vnitate cōplectimur,vt nichil vltra diuerſum aut diſſonū in eccleſiaſticis ſacramentis agamus,ne quelibet noſtra diuerſitas apud ignotos ſeu carnales ſchiſmaticis errorē videatur oſtēdere, & multis extet ſcandalum varietas eccleſiarū. Vnus ergo ordo orandi atq; pſallendi a nobis per omnē Hyſpaniam atq; galliciā conſeruetur,vnus modus in miſſarum ſolēnitatibus,vnus in veſpertinis officiis,nec diuerſa ſit vltra in nobis eccleſiaſtica conſuetudo,quia vna fide continemur & regno, Hoc enī & antiqui patres decreuerunt,vt vnaquaq; prouincia & pſallēdi& miniſtrandi parem conſuetudinē teneat. B

Capitulū tertiū.

¶Nulla pene res diſciplīne mores ab eccleſia chriſti magis depulit quam ſacerdotū negligentia,qui contemptis canonibus ad corrigendos eccleſiaſticos mores ſynodū facere negligunt,ob hoc a nobis C

vniuerſaliter definitum eſt,vt quia iuxta patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri conciliū non ſinit,ſaltē vel ſemel a nobis celebretur,ita tamē aut ſi fidei cauſa eſt,aut quelibetalia eccleſie cōmunis generalis,totius Hyſpanie & Gallicie ſynodus cōuocetur,Si vero nec de fide nec de cōmuni eccleſie vtilitate tractabitur,ſed ſpeciale erit cōciliū,prout vniuſcuiuſq; puincie metropolitanus elegerit pagendum eſſe. Omnes autem qui cauſas cōtra epiſcopos ac iudices ac potentes, aut contra quoſlibet alios habere noſcuntur ad idē concilio cōcurrant,& quecūq; examine ſynodali a quibuſlibet prauevſurpata inueniūtur regii executoris inſtantia iuſtiſſime his quibus iura ſunt reformentur, ita vt pro compellendis iudicibus vel ſecularibus viris ad ſynodū metropolitani ſtudio quidā executor a principe poſtuletur.

A ¶Quinta decima aūt kalendarum iuniarū congreganda eſt in quacūq; prouincia ſynodus ꝓpter vernale tempus,quando herbis terra veſtitur,& pabula germinum inueniūtur. Hora itaq; diei prima ante ſolis ortum eiiciantur omnes ab eccleſia,obſeratiſq; foribus cunctis, ad vnā ianuam ꝑ quam ſacerdotes ingredi oportet hoſtiarii ſedeāt,Et cōueniētes omnes epiſcopi pariter introeāt, & ſecundū ordinationis ſue tempora reſideant. Poſt ingreſſum omnium epiſcoporū atq; confeſſum vocentur deinde pbri quos cauſa ꝓbauerit introire. Nullus ſe inter eos ingerat diaconorū. Poſt hos ingrediātur diacones probabiles,quos ordo poposcerit intereſſe,Et corona facta de ſedibus epiſcoporum,pbri a tergo eorū reſideant,diaconi in conſpectu eorum ſtent,deinde ingrediantur laici, qui electioni cōcilii intereſſe meruerunt, Tūc quoq; & notarii quos ad recitandū vel excipiendū ordo requirit,& obſerentur ianue,Sedentibuſq; in diuturno ſilentio ſacerdotib⁹,& cor tantū habētib⁹ ad deū,dicat archidiaconus,Orate. ſtatimq; omnes in terram proſternātur,& orantib⁹ diutius tacite cū fletib⁹ atq; gemitibus tunc vnus ex ep̄is ſenioribus ſurgens oratione palam ad dominū fundat cūctis adhuc in terra iacentibus. Finita aūt oratione & reſponſo ab oibus,Amen,rurſus diaconus dicat,Erigite vos,& cōfeſtim omnes ſurgant & cū timore omni & diſciplina,tā epiſcopi quam pbri ſedeant, Sicq; oibus in ſuis locis in ſilentio conſidētibus diaconus alba indutus codicem canonum in medio proferens capitula de conciliis agendis pronunciet,Finitiſq; titulis metropolitanus epiſcopus concilium alloquatur dicens. Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes recitate ſunt ex canonibus priſcorum patrū ſententie de concilio celebrando,Si qua ergo quempiam veſtrum actio cōmouet corā ſuis fratribus proponat, Tūc ſi aliquis quācūq; querelā que cōtra canonem agit in audientiā ſacerdotalē ꝓtulerit,nō prius ad aliud tranſeatur capitulum,niſi primū que propoſita eſt actio terminetur. Nam & ſi pbr̄ aliquis,aut diaconus,vel clericus,ſiue laicus,de his qui foris ſteterint cōcilium ꝑ qualibet re crediderit appellandū,eccleſie metropolitane archidiacono cauſam ſuam intimet,& ille cōcilio denunciet. Et tunc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur, Nullus autem epiſcoporum a cetu cōmuni ſecedat anteq̄ hora generalis ſeceſſionis aduenīat, Concilium quoq; nullus ſoluere audeat,niſi fuerint cuncta determinata,ita vt quecūq; deliberationi cōmuni finiuntur,epiſcoporū ſingulorum manibus ſcribantur. Tunc enim deus ſuorū ſacerdotum concilio intereſſe credendus eſt,ſi tumultu omni abiecto ſollicite atq; tranquille eccleſiaſtica negotia terminentur.

Capitulum quartum.

B ¶Solet in hyſpaniis de ſolemnitate paſchali varietas exiſtere predicationis,diuerſa enim obſeruātia laterculorum paſchalis feſtiuitatis interdum errorem parturit,Proinde placuit vt ante tres menſes epiphaniorum metropolitani ſacerdotes litteris ſe inuicem inquirant,vt cōmuni ſcientia docti diem reſurrectionis chriſti comprouincialibus ſuis inſinuent,vt vno tempore celebrandum annuncient.

Capitulum quintum.

C ¶De baptiſmi ſacramento propter quod in hyſpaniis quidam ſacerdotes trinam,ſimplam quidā merſionem faciunt,a nōnullis ſchiſma eē conſpicitur & vnitas fidei ſcindi videtur. Nam dum partes diuerſe in baptizandis aliqua cōtrario modo agunt ab aliis non baptizatos eſſe contendūt,Proinde quid a nobis in ſacramenti diuerſitate finiendum ſit, apl̄ice ſedis informemur p̄ceptis nō noſtrā ſed paternam inſtitutionem ſequentes,Beate ergo memorie Gregorius romane eccleſie pontifex qui nō ſolum partes italie illuſtrauit,ſed & longe exiſtentes eccleſias ſua doctrina perdocuit,efflagitante ſanctiſſimo Leandro ep̄o de hac hyſpanie diuerſitate quid potius eſſet ſequendū,inter cetera reſcribens ſic ait. De trina vero merſione baptiſmatis nichil reſpōderi verius poteſt quam ipſi ſenſiſtis, quia in vna fide nichil officit ſancte eccleſie cōſuetudo diuerſa. Nos autem quod tertio mergimus triduane ſepulture ſacramēta ſignamus,vt dum tertio infans ab aquis educitur,reſurrectio triduani temporis exprimatur,

exprimatur,Quod si quis forte etiam ꝓ summe trinitatis veneratione existimet fieri,neq; ad hoc ali quid obsistit baptizandū semel in aquas mergere,quia dum in tribus subsistentiis vna substātia est, potest infantem in baptismate in aquam vel ter,vel semel mergere,quando & in tribus mersionibus personarum trinitas,& in vna potest diuinitatis singularitas designari,Sed quod hucusq; ab hereticis infans in baptismate tertio mergebatur faciendū apud vos esse nō censeo,ne dum mersiones numerant,diuinitatem diuidant,dūq; quod faciebant faciunt, morem nostrū se fecisse gloriētur,Quapropter quia de vtroq; sacramento quod fit in sancto baptismo a tāto viro reddita est ratio qđ vtrūq; irreprehensibile in sancta dei ecclesia habeatur,ꝓpter vitandum autem schismatis scādalum,vel heretici dogmatis vsum simplam teneamus baptismi mersionē,ne videantur apud nos qui tertio mergunt hereticorum approbare assertionem dum sequūtur & morem,Et ne forte cuiquā sit dubiū huius simpli mysterium sacramēti,videat in eo mortem & resurrectionem dū sequuntur & morē christi significare.Nam in aquas mersio quasi ad infernū descensio est,& rursus ab aquis emersio resurrectio est. Item videat in eo vnitatem diuinitatis,& trinitatem personarum ostendi,vnitatem dum semel mergimus,trinitatem dū in nomine patris & filii & spiritussancti baptizamus. Panditur huiꝰ singularis baptismi mysterium etiam scripturarū sanctarum exemplis,Paulo apostolo attestante. Nolo vos ignorare fratres,quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt,& omnes mare transierūt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube& in mari.Mare quippe rubrum significat baptismū christi sanguine consecratū per quod populus dei sub colūna ignis & nubis semel transiit,vbi tamen tota erat trinitas precedente populum columna ignis & nubis,In igne quippe significatur pater, in colūna filius,in nube spiritus sanctus. Iordanis quoq; fluenta cum archa populus dei semel transiit, per quod significatur simpla mersio baptismatis,cuius sacramento ecclesia abluitur,& de fidei huius laboribus per baptismū quasi per iordanem ad terram celestis repromissionis ingreditur,

Capitulum sextum.

¶Comperimus quod per nonnullas ecclesias in die sexte ferie passionis domini clausis basilicarum A
foribus non celebratur officium,nec passio domini populis predicatur,dū idem saluator noster apostolis suis precepit dicens,passionem & mortem & resurrectionem meam omnibus predicate, Ideoq; oportet eodem die mysterium crucis(quod ipse cūctis annūciādum voluit)predicari,atq; indulgentiam criminū clara voce omnem populū prestolari,vt penitentie compunctione mundati venerabile festum dominice resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamur,corporisq; etus & sanguinis sacramentum mundi a peccato sumamus.

Capitulum septimum.

¶Quidā in die eiusdem passionis dominice ab hora nona ieiunium soluūt,conuiuiis adhibentur, B
& dum sol ipse eadem die tenebris palluerit,lumen subduxerit,ipsaq; elementa turbata mestitiā totius mundi ostenderint,illi ieiunium tanti diei polluunt,epulisq; inseruiūt,Et quia totum eundē diē vniuersalis ecclesia propter passionem domini in merore & abstinētia peragit, quicūq; in eo ieiuniū preter paruulos senes & languidos ante peractas indulgētie preces persoluerit,a paschali gaudio depellatur,nec in eo sacramentū corporis & sanguinis domini percipiat,qui diem passionis eius per abstinentiam non honorauit.

Capitulum octauum.

¶Lucerna & cereus infra vigilias apud quasdam ecclesias non benedicitur,& a nobis cur benedicatur inquirunt,Propter glorioſum enim noctis ipsius sacramentum hec solemniter benedicim⁹, vt sacre resurrectionis christi mysterium quod tempore huius noctis votiue aduenit benedictione sanctificati luminis suscipiamus,Et quia hec obseruatio per multarū loca terrarū regionesq; hyspanie in ecclesiis cōmendatur,dignum est propter vnitatē pacis, vt in gallicanis ecclesiis conseruetur.Nulli autē impune erit qui hoc contempserit sed patrum regulis subiacebit. C

Capitulum nonum.

¶Nonnulli sacerdotum in hyspaniis reperiuntur , qui dominicam orationem quā saluator docuit D
& precepit nō quotidie sed tantum die dominica dicunt. Et quia sine intermissione vt oremus apostolus docuit,qualiter autem oremus christus precepit dicēs,cum autem oratis dicite,Pater noster qui es in celis,Quomodo ergo quotidie non dicitur quod sine intermissione dici iubetur? Nam in tantum quotidie hec oratio dicenda est,vt etiam ipso titulo vtatur.Nam vocatur oratio quotidiana,sic eā sancti patres nūcupauerūt,quod etiam apud doctores quorum illustris doctrina est inuenitur ,San

ctus quoq; Cyprianus dicit, Itaq; in oratione dominica panem nostrum id est christum dari no/
bis quotidie petimus,vt qui in christo manemus & viuimus,a sanctificatione & corpore eius non re
cedamus,Sanctus Hylarius dicit,Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,quid enim tã vult
deus quam vt quotidie christus habitet in nobis,qui est panis vite & panis e celo,& quia quotidia/
na oratio est,quotidie quoq; vt detur oratur.Sanctus Augustinus dicit.De quotidianis autem bre
uibusq; peccatis sine quibus vita hec nõ ducitur quotidiana oratio fidelium satisfacit, Eorũ est enim
dicere Pater noster qui es in celis,qui iam patri tales regenerati sunt ex aqua & spiritusancto. Delet
ergo hec quotidiana oratio minima quotidiana peccata, delet illa a quibus vita fidelium etiam scele
rate gesta penitẽdo in melius discedit mutata. Ergo sicut christus p̃cepit,sic apostol9 monuit, Et quẽ
admodum doctores ecclesiastici instituerunt,quia quotidie vel cogitatione,vel verbo delinquimus,
quotidie & hanc orationem effundere in conspectu dei debemus, Quisquis ergo sacerdotũ vel sub
iacentium clericorum hãc orationem dominicam quotidie aut in publico,aut in priuato officio pre
terierit ꝓpter superbiam iudicatus ordinis sui honore priuetur.

Capitulum decimum.

A ¶Item cognouimus quosdam hyspanie sacerdotes,qui in quadragesime diebus alleluya decantant
preter in vltima ebdomada pasche,quod deinceps fieri interdicimus,statuẽtes vt in omnibus predi/
ctis quadragesime diebus(quia tempus nõ est gaudii sed meroris)alleluya non decantetur. Tunc
enim opus est fletibus ac ieiuniis insistere,corpus cilicio & cinere induere,animum meroribus dei/
cere,gaudium in tristitiam vertere quousq; veniet tempus resurrectionis christi,quando oporteat iã
in letitia manere,& merorem in gaudium mutare.Hoc enim ecclesie vniuersalis cõsensio in cunctis
terrarum partibus roborauit,quod & a nobis omnibus vt conseruetur per hyspanias gallicias q; pro
uincias oportebit,In temporibus vero reliquis,id est kalend. ianuarii,que propter errorem gentilita
tis aguntur omnino alleluya non decãtabitur,in quibus etiã preter piscem & olus sicut & in illis qua
draginta diebus ceteris carnibus abstinetur,& a quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis er/
go episcopus,aut pbr̃,aut diaconus,aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repertus,qui arbitriũ suũ
huic constitutioni estimet preferẽdum ordinis officio carere cogatur & cõmunione eiusdem pasche
priuetur.

Capitulum vndecimum.

B ¶In quibusdam quoq; hyspaniarum ecclesiis laudes post apostolũ decantantur priusq̃ euãgelium
predicetur,dũ canones precipiant post apostolũ non laudes sed euangelium annũciare,presumptio
est enim vt anteponantur ea que sequi debent.Nã laudes ideo euangeliũ sequuntur propter gloriam
christi,que per idem euangelium predicatur circa omnes gentes,A sacerdotib9 hic ordo deinceps re
tineatur, excõmunicationis penam suscepturis qui hunc ordinem pertubauerint.

Capitulum duodecimum.

C ¶De hymnis etiam canendis & saluatoris & apostolorum habemus exemplũ,Nam & ipse domi/
nus hymnũ dixisse perhibetur Mattheo attestãte,Et hymno dicto exierunt in montẽ oliueti,& Pau
lus apostolus ad ephesios scripsit dicens.Implemini spiritu loquentes in psalmis,& hymnis,& canti/
cis spiritualibus,Et quia a nõnullis hymni humano studio in laudem dei atq; apostolorum & mar/
tyrum triumphos compositi esse noscũtur,sicut hi quos beatissimi doctores Hylarius atq; Ambro/
sius ediderunt,quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum ca/
nonum vel apostolica traditione nõ existunt,Respuant ergo & illũ hymnum ab hominib9 compos
tum quem quotidie publico priuatoq; officio in fine omnium psalmorũ dicimus.Gloria & honor
patri & filio,& spiritui sancto,in secula seculorum. Amen. Nam & ille hymnus quem nato in carne
christo angeli cecinerũt.Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominib9,bone volũtatis,Reliqua que
ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerũt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt,quia in san/
ctarum scripturarũ libris nõ inueniũtur,Componũtur misse siue preces,vel orationes,siue commẽ/
dationes seu manus impositiones,ex quibus si nulla decantetur in ecclesia, vacant officia omnia ec/
clesiastica.Admonet hec fieri atq; hortatur Timotheũ apostol9 dicẽs.Obsecro ergo primo omnium
fieri obsecrationes,orationes,postulationes,gratiarum actiones ꝓ omnibus hominibus, pro regibus
& pro omnibus qui in sublimitatib9 sunt,Sicut ergo orationes ita & hymnos in laudem dei compo
sitos nullus nostrum vlterius improbet,sed pari modo in gallitia hyspaniaq; celebret ,excommunica
tione plectendisqui hymnos reiicere fuerint ausi.

Capitulum decimumtertium.

¶Hymnum

¶Hymnū quoq; trium puerorū in quo vniuersa celi terreq; creatura deum collaudat,& quem ec⁄ A
clesia catholica per totum orbem diffusa celebrat,quidā sacerdotes in missa dominicorū dierum,& in solēnitatibus martyrū canere negligūt. Proinde sanctum concilium instituit,vt per oēs hyspanie ecclesias vel gallitie in omnium missarū solemnitate idem in publico decantetur,cōionem amissuris qui antiquam huius hymni consuetudinem,nostramq; definitionem excesserint.

Capitulum decimumquartum.

¶In fine psalmorū nō sicut a quibusdā hucusq; Gloria patri,sed gloria & honor patri dicatur,Da⁄ B
uid propheta dicente,Afferte domino gloriā & honorem,& Iohanne euāgelista, Exercit⁹ dicentiū, honor & gloria deo nostro sedenti,in throno, Ac per hec duo sic oportet in terris dici sicut in celis re sonant,Vniuersis ergo ecclesiasticis hanc obseruationem damus,quā quisq;preterierit communionis iacturam habebit.

Capitulum decimum quintum.

¶Sūt quidā qui in fine responsoriorum gloriam non dicūt,propter quod interdū inconuenienter C
resonat,sed hec est discretio,vt in letis sequatur gloria.in tristioribus repetatur principium.

Capitulum decimumsextum.

¶Apocalipsim librum multorū conciliorū auctoritas & synodica sanctorū presulū Romanorū de D
creta Iohannis euangeliste esse prescribūt,& inter diuinos libros recipiendā constituerunt, Et quia plurimi sunt qui eius auctoritatē non recipiunt, eamq; in ecclesia dei predicare contemnūt, Si quis eum deinceps aut nō receperit,aut a pascha vsq; ad pentecostem in ecclesia non predicauerit,excom⁄ municationis sententiam habebit. Capitulum decimumseptimum.

¶Nōnulli sacerdotes post dictā orationem dominicā statim cōicant,& postea benedictionē in po⁄ E
pulo dant,quod deinceps interdicimus,sed post orationē dominicā benedictio in populū sequatur, & tunc demū corporis & sanguinis domini sacramentum sumatur,eo videlicet ordine vt sacerdotes & leuite ante altare cōicent,in choro clerus,extra chorum populus.

Capitulum decimumoctauum.

¶Pernitiosa cōsuetudo nequaq̄ est recipienda que maiorū statuta preteriens omnem ecclesie ordi⁄ F
nem pturbauerit,dū alii p ambitus sacerdotia appetūt,alii oblatis muneribus pontificatū assumunt, nōnulli etiam sceleri⁹ implicati,vel seculari militie diti,indigni ad honorē summi ac sacri ordinis peruenerūt,de quorum.s.causa atq; remotione oportuerat quidē statuere,sed ne perturbatio quāplu rima ecclesie oriretur preteritis omissis deinceps qui nō promoueātur ad sacerdotium ex regulis ca nonum necessario credimus inserendum,id est qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamie nota aspersi sunt,qui scelera antiqua per publicā pniam admisisse cōfessi sunt,qui in heresim lapsi sunt,qui in heresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur,qui semetipsos abscideru̇t, aut naturaliter defectu membrorū aut decisione aliquid minus habere noscūtur,qui secunde vxoris cognitionē sortiti sunt, aut muneroſa coniugia frequentauerunt,qui viduam,vel a marito relictam duxerunt,aut corrupta⁄ rum mariti fuerunt,qui cōcubinas,aut fornicarias habuerūt,qui seruili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt,qui neophiti,vel laici sunt,qui seculari militie diti sunt, qui curie nexib⁹ obligati sunt, qui inscii litterarum sunt,qui nondū ad triginta annos peruenerit. Qui per gradus ecclesiasticos nō accesserūt,qui ambitu honorem querūt,qui muneri⁹ honorem obtinere moliūtur,qui a decessori⁹ in sacerdotiū eliguntur,Sed nec ille deinceps sacerdos erit,quem nec clerus nec popul⁹ proprie ciuita tis elegit,vel auctoritas metropolitani,vel cōprouincialiū sacerdotū assensio exquisiuit,Quicūq; er⁄ go deinceps ad ordinem sacerdotii postulat⁹,& in his que predicta sunt exquisitus in nullo horū de prehensus fuerit,& examinat⁹ probabili vita atq; doctrina extiterit,tūc secundum synodica, vel de⁄ cretalia constituta cū omnium clericorum vel ciuiū voluntate ab vniuersis comprouincialibus episco pis,aut certe a trib⁹ in sacerdotem die dominica consecrabitur,conuenientib⁹ceteris q̄ absentes sunt litteris suis,& magis auctoritate vel presentia ei⁹ qui est in metropoli cōstitutus. Episcop⁹ autem cō prouincialis ibi consecrand⁹ est,vbi metropolitanus elegerit,Metropolitanus aūt non nisi in ciuitate metropoli & comprouincialibus ibidem conuenientib⁹,Si quis autem deinceps contra predicta ve⁄ tita canonū ad gradum sacerdotū indignus aspirare contenderit cum ordinatorib⁹ suis adepti hono ris periculo subiacebit Capitulū decimumnonum.

¶In veteri lege ab anno vigesimo quinto Leuite in tabernaculo seruire mandantur,cuius auctorita G
tem in canonibus& sancti patres secuti sunt,Nos & diuine legis & conciliorū p̄cepti immemores in⁄

ſantes & pueros leuitas facimus ante legitimã etatem,ante experientiam vite, Ideoq; ne vlteríus fiat a nobis,& diuine legis & canonũ admonemur ſententiis,ſed viginti quinq; annorũ etate leuite conſecrentur,& triginta pbri ordinentur,ita vt ſecũdum preceptum probentur primũ, & ſic miniſtrent nullum crimen habentes. Capitulum vigeſimum.

A ¶Quicũq; in ſacerdotio dei poſiti ſunt irreprehenſibiles eſſe debent,Paulo atteſtante. Oportet epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe. Inoffenſos ergo & immaculatos decet exiſtere ſacerdotes,nec vllius eos fornicationis cõtagio pollui.ſed caſte viuentes,mũdos ſemetipſos celebrandis exhibeant ſacramẽtis, Abſtineamus ergo nos ab omni opere malo & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, vt mundi corpore,purgati mente poſſimus ad ſacrificium chriſti digni accedere,& deum pro delictis omnium deprecari. Caput vigeſimumprimum.

B ¶Quamuis conſcientiã puram apud deũ nos habere oporteat,tamen & apud homines famã optimam cuſtodire conuenit.vt iuxta preceptum apoſtolicũ non tantum coram deo,ſed etiam coram hominibus vite ſancte teſtimonium habeamus.Quidam enim huc vſq; ſacerdotum non modicũ ſcãdalum creauerunt,dũ in conuerſatione vite non bone fame exiſtũt. Vt ergo excludatur deinceps ois nefanda ſuſpitionis occaſio,& ne detur vltra ſecularibus locus obtrectandi,oportet epiſcopos teſtimonium probabiliũ perſonarum cõuerſationis & vite in cõclaui ſuo habere,vt deo placeant per conuerſationem bonam,& eccleſie per omnium famam.

Capitulum vigeſimumſecundum.

C ¶Non aliter placuit,vt quemadmodum antiſtites ita pbri atq; leuite quos forte infirmitas atq; etatis grauitas in conclaui ſuo manere non ſinit,vt iidem in cellulis ſuis teſtes vite habeant, vitamq; ſuã ſicut nomine ita meritis teneant. Capitulum vigeſimumtertium.

D ¶Prona eſt omnis etas ab adoleſcentia in malum,nichil enim incerti9 quam vita adoleſcentium,ob hoc conſtituendum oportuit,vt ſi qui in clero pueri aut adoleſcentes exiſtunt,omnes in vno conclaui atrii cõmorentur,vt lubrice etatis annos nõ in luxuria,ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant,deputato probatiſſimo ſeniore,quem & magiſtrum diſcipline & teſtẽ vite habeant, Quod ſi aliqui ex his pupilli exiſtunt,ſacerdotali tutela foueantur, vt & vita eorum a criminib9 intacta ſit,& res ab iniuria reproborũ,Qui autem his p̃ceptis reſultauerit monaſteriis deputentur,vt vagantes animi & ſuperbi ſeueriori regula diſtringãtur. Capitulum vigeſimumquartum.

E ¶Ignorãtia mater cũctorũ errorũ maxime in ſacerdotib9 dei vitãda eſt,q docendi officiũ in populis ſuſceperunt,ſacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus apoſtolus dicẽs ad Thimotheũ,Intende lectioni & exhortationi,Doctores ſemper manere in his ſe ſciant, Igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas & canones meditentur,vt omne opus eorum in p̃dicatione diuina & doctrina conſiſtat,atq; edificent cunctos tam fidei ſcientia,quã operum diſciplina.

Capitulum vigeſimumquintum.

F ¶Quando pbri in parochiis ordinantur libellum officialẽ a ſuo ſacerdote accipiãt,vt ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedãt,ne per ignorantiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendant, vt quando vel ad letanias,vel ad concilum venerint,rationem eẽo reddant,qualiter ſuſceptum officiũ celebrent,vel baptizent. Capitulum vigeſimumſextum.

G ¶Quãdo pbri aut diaconi p parochias conſtituuntur,oportet eos primum ꝓfeſſionem eẽo ſuo facere vt caſte & pie viuãt ſub dei timore,vt dum eos tali profeſſione obligauerit,ſanctam diſciplinam retineant. Capitulum vigeſimumſeptimum.

H ¶Epiſcopus pbr aut diaconus ſi a gradu ſuo iniuſte deiectus in ſancta ſynodo innocens reperiatur nõ poteſt eſſe quod fuerat niſi gradus amiſſos recipiat coram altario de manu epiſcoporum,ſi epiſcopus eſt orariũ anulum & baculum,ſi pbr orariũ & patenam,ſi diaconus orarium & albam,ſi ſubdiaconus patenã & calicem,ſic & reliqui gradus cum reparationem ſui recipiant quam cum ordinarentur perceperant. Capitulum vigeſimumoctauum.

I ¶Si eps aut pbr,ſiue diaconus,vel quilibet ex ordine clericorum magos aut aruſpices, aut ariolos, aut certe augures,vel ſortilegos,vel eos qui profitentur artem aliquã,aut aliquem eorum ſimilia exercentẽ cõſuluiſſe fuerit deprehenſus,ab honore dignitatis ſue depoſit9 monaſterii curam excipiat, ibiq; perpetue penitentie deditus ſcelus admiſſum ſacrilegii ſoluat.

Capitulum vigeſimumnonum.

K ¶Confinitimi hoſtium ſacerdotes preter eos qui a regie poteſtatis ſublimi auctoritate licentiam acceperunt

acceperunt,a quolibet mandatum agentes extraneum occulte accipere vel dirigere non presumãt,qui autem deprehenditur, aut conuincitur denunciatus principi apud concilium condigna animaduersione mulctabitur.

Capitulum trigesimum.

¶Sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committũt,& quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt,ibi consentiunt regibus fieri iudices,vbi iureiurando supplicii indulgentia promittitur,non vbi discriminis sententia preparatur.Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum,& apud ecclesiam perdat proprium gradum. A

Capitulum trigesimumprimum.

¶Episcopi in protegendis populis,ac defendendis impositam a deo sibi curam nõ ambigant,ideoq; dum conspiciunt iudices,ac potentes pauperum oppressores existere,& prius eos sacerdotali admonitione redarguant,& si contempserint emendari,eorum insolentiam regis auribus intiment,vt quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis autem episcoporum id neglexerit concilio erit reus. B

Capitulum trigesimumsecundum.

¶Auaritia radix est cũctorum malorum,cuius sitis etiam sacerdotum mentes obtinet, Multi fidelium in amore Christi & martyrum in parochiis episcoporũ basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt,sacerdotes hec auferunt,atq; in vsus suos conuertunt,inde est quod cultores sacrorum deficiunt,dum stipendia sua perdunt,inde labentium basilicarum ruine non reparantur, quia auaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est a presenti concilio episcopos ita dioceses suas regere, vt nichil ex earum iure presumant auferre,sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tã de oblationibus quam de tributis,ac frugibus tertiam consequantur , quod si amplius quippiam ab eis presumptum extiterit,per concilium restauretur , appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe p pinquis eorum , si iam illi a seculo decesserunt , Nouerint ergo conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt nullam potestatem habere , sed iuxta canonum instituta sicut ecclesia,ita & dos eius ad ordinationem episcopi pertineat. C

Capitulum trigesimumtertium.

¶Quicunque episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit , quia secundum ius legis eius videtur esse diocesis , admittenda non est contra eum actio reposcendi , sed hoc intra vnam parochiam , extra vero nullo modo , ne dum diocesis defenditur prouintiarum termini confundantur. D

Capitulum trigesimumquartum.

¶Sicut diocesim alienam tricenalis possessio tollit, ita territorii conuentum non amittit , ideoq; basilice que noue condite fuerint,ad eum procul dubio episcopum pertinebunt,cuius conuentus esse constiterit. E

Capitulum trigesimumquintum.

¶Episcopum per cunctas dioceses parochiasq; suas per singulos annos ire oportet,vt exquirat quid vna quaeq; basilica in reparationem sui indiget,quod si ipse aut languore detentus,aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit , presbyteros probabiles aut diacones mittat , qui & redditus basilicarum & reparationes,& ministrantium vitam inquirant. F

Capitulum trigesimumsextum.

¶Quicunq; episcopi suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiastice vtilitatis ,puiderint,& pro eo quodcũq; commodum in remunerationem promiserint,promissi solutionem eos exoluere oportebit,ita vt id ad concilium prouintiale deferatur, vt eorum conniuentia confirmetur , quia sicut Paulus ait,dignus est operarius mercede sua. G

Capitulum trigesimumseptimum.

¶Prebendum est a sacerdotibus vite solatium indigentibus,& maxime his quibus restituenda vicissitudo est, Quicũq; ergo fidelium de facultatibus suis ecclesie aliquid deuotione propria contulerint,si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerit ad inopiam,ab eadem ecclesia suffragium vite pro temporis vsu percipiant , Si enim clericis seu monachis vel peregrinis aut quamlibet necessitatem sustinetibus pro solo religionis intuitu in vsum res ecclesiastice largiuntur , quantomagis consulendum est quibus retributio iusta debetur. H

Capitulum trigesimumoctauum.

A ¶Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam,vt sese presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare presumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroq; choro consistant.

Capitulum trigesimumnonum.

B ¶Si oraria duonec episcopo induere quidem licet nec presbytero,vtiq; multominus diacono qui minister eorum est,vnum ergo orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est predicat, Dexteram autem oportet habere liberam,vt expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Caueant ergo amodo leuite gemino vti orario, sed vnum tantum & purū, nec vllis coloribus aut a tyro ornatum ferant.

Capitulum quadragesimum.

C ¶Omnes clerici vel lectores sicut leuite & sacerdotes detonso superius capite toto inferius solam circuli coronam relinquāt, non sicut huc vsq; in gallitie partibus facere lectores videntur, qui prolixis vt laici comis in solo capitis apice modicum circulum tondent,ritus enim iste in Hispaniis huc vsq; hereticorum fuit,vnde oportet vt pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur & sit vna tonsura vel habitus sicut totius Hispanie est vsus,Qui aūt hoc no custodierit fidei catholice' reus erit.

Capitulum quadragesimumprimum.

D ¶Cum clericis extranee femine nullatenus habitent,nisi tantum mater,& soror,filia,amita,in quibus personis nichil sceleris estimari nature fedus permittit,id eni & constitutio antiquorum patrum decreuit.

Capitulum quadragesimumsecundum.

E ¶Quidam clerici legitime non habentes coniugium, extranearum mulierum vel ancillarum suarū interdicta sibi consortia appetunt,ideo que coniuncte taliter cum clericis sunt ab episcopo auferantur, & venundentur,illis pro tempore relegatis ad penitentiam quos sua libidine infecerunt.

Capitulum quadragesimumtertium.

F ¶Clerici qui sine consultu episcopi sui vxores duxerint,aut viduam,vel repudiatam, vel meretricem in coniugium acceperint separari eos a proprio episcopo oportebit.

Capitulum quadragesimumquartum,

G ¶Clerici q in quacunq; seditione arma volētes sumpserint,aut sumpserunt,reperti amisso ordinis sui gradu in monasterium contradantur penitentie.

Capitulum quadragesimumquintum.

H ¶Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur,oportet canonibus in tali scelere proditum a clericatus ordine submoueri,& penitentie triennio deputari.

Capitulum quadragesimumsextum.

I ¶Precipiente domino nostro atq; excellentissimo sisenando rege id constituit sanctum concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atq; labore habeantur immunes, vt liberi deo seruiant, nullaq; predicti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.

Capitulum quadragesimumseptimum.

K ¶Eos quos economos greci vocant hoc est qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant,sicut sancta Synodus calcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere oportet,qui autem deinceps contempserit obnoxius eiusdem magni concilii erit.

Capitulum quadragesimumoctauum.

L ¶Monachū aut paterna deuotio,aut ꝓpria ꝓfessio facit,qcq̄d horū fuerit alligatū tenebit, ꝓinde his ad mūdū reuerti intercludim⁹ aditū,& oēs ad seculū interdicimus regressus.

Capitulum quadragesimumnonum.

M ¶Clerici q monachorū ꝓpositū appetūt,quia meliorē vitā sequi cupiūt liberos eis ab eꝑo in monasteriis largiri oportet ingressus,nec interdici ꝓpositū eorū q ad cōtēplationis delyderium transire nituntur.

Capitulum quinquagesimum.

N ¶Nunciatum est presenti concilio eo quod monachi episcopali imperio seruili opere mancipentur, & iura monasteriorum contra instituta canonum illicita presumptione vsurpentur,ita vt pene ex cenobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ianitionem seruitutemque perueniat. Quapropter monemus eos qui ecclesiis presunt, vt vltra talia non presumant, sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent sacerdotes quod precipiunt canones, id est monachos ad conuersationem sanctam premonere abbates, aliaque officia constituere, atque extra regulam facta corrigere, quod si aliquid

in monachis

in monachis canonibus interdictum presumpserint,aut vsurpare quippiam de monasterii rebus tẽ/
tauerint , non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerit ab illicitis.

Capitulum quinquagesimumprimum.

¶Nonnulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad seculum reuertuntur , sed etiam A
& vxores accipiunt, igitur reuocati in eodem monasterio a quo exierant, penitentie deputentur,ibiq; defleant crimina sua vnde discesserunt.

Capitulũ quiqnagesimumsecũdũ.

¶Religiosi proprie regionis qui nec inter dericos nec inter monachos habentur, siue hi qui per di/ B
uersa loca vagi feruntur,ab episcopis in quorum conuentu commorari noscuntur,licentia eorum co/
erceatur, vt aut in clero aut in monasterio deputentur prepter eos qui ab episcopo suo aut propter lan
guorem fuerint absoluti.

Capitulum quinquagesimumtertium.

¶Si qui in discrimine constituti penitentiam accipiunt nulla manifesta scelera confitentes,sed tantũ C
se peccatores esse predicãtes , huiusmodi si reuelauerit possunt etiam per morum probitatem ad gra/
dus ecclesiasticos peruenire,Qui vero ita penitentiam accipiunt,vt aliquod mortale peccatum perpe/
trasse publice fateantur ad clerum vel honores ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt,quia se con
fessione propria notauerunt.

Capitulum quinquagesimumquartum.

¶Quicunq; ex secularibus accipientes penitentiam totonderunt se, & rursus preuaricantes laici effe D
cti sunt,comprehensi ab episcopo suo ad penitentiam ex qua recesserunt reuocentur,Quod si aliqui per penitẽtiam irreuocabiles sunt nec admoniti reuertũtur vt vere apostate coram ecclesia anathema/
tis sententia condemnentur ,Non aliter& hi qui a parentibus detonsi fuerunt aut sponte amissis pa/
rentibus seipsos religioni deuouerunt,& postea habitum secularem sumpserunt & iidem a sacerdote comprehensi ad cultum religionis acta prius penitẽtia reuocẽtur, Quod si conuerti non possunt ve/
lut apostate anathematis sententie subiiciantur , que forma seruabitur etiam in viduis, virginibus sa/
cris, ac penitentibus feminis que sanctimonialem habitum induerunt,& postea aut vestem muta/
uerunt, aut ad nuptias transierunt.

Capitulum quinquagesimumquintum.

¶Duo sunt genera viduarum,seculares & sanctimoniales,seculares vidue sunt que adhuc disponen/ E
tes nubere laicalem habitum non deposuerunt, sanctimoniales sunt que iam mutato habitu seculari sub religioso cultu in cõspectu sacerdotis& ecclesie apparuerunt,he si ad nuptias transierint iuxta apo
stolum non sine damnatione erunt, quia se primum deo vouentes postea castitatis propositum abie/
cerunt.

Capitulum quinquagesimumsextum.

¶De iudeis autem precepit sancta synodus nemini deinceps ad credẽdum vim inferre . Cui enim F
vult deus miseretur,& quem vult indurat,non enim tales inuiti saluandi sunt sed volentes,vt integra sit forma iustitie, Sicut enim homo propria arbitrii volũtate serpenti obediens periit, sic vocante se gra
dei proprie mentis conuersione homo quisq; credendo saluatur,Ergo non vi,sed libera arbitrii volũ/
tate vt conuertantur suadendi sunt nõ potius impellẽdi,Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt sicut factum est temporibus religiosissimi principis sisebuti quia iam constat eos sacramen
tis diuinis associatos & baptismi gratiam suscepisse,& chrismate vnctos eẽ,& corporis domini & san/
guinis extitisse participes,oportet vt fidem etiam quamvi vel necessitate susceperunt,tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur , & fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur.

Capitulum quinquagesimumseptimum.

¶Tanta est quorundam cupiditas,vt quidam eam appetentes iuxta quod ait apostolis etiam a fide G
errauerũt. Multi quippe huc vsq; ex sacerdotibus atq; laicis accipientes a iudeis munera,perfidiam eo
rum suo patrocinio fouent,qui non immerito ex corpore antichristi esse noscũtur , quia contra christũ faciũt. Quicunq; ergo deinceps episcopus siue clericus siue secularis illis cõtra fidem christianam suf
fragium,vel munere vel fauore prestiterit,vt prophanus & sacrilegus anathema effectus ab ecclesia ca
tholica habeatur extraneus,quia dignus est vt a corpore christi separetur qui inimicis christi patronus efficitur.

Capitulum quinquagesimumoctauum.

¶Plericq; qui ex iudeis dudum ad christianam fidem promoti sunt nũc blasphemãtes in christo nõ H
solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circuncisiones exercere presum/
pserunt,de quibus consultu piissimi ac religiosissimi domini nostri sisenandi regis hoc sanctum decre
uit concilium,vt huismodi trãsgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum christiani dogma/
tis reuocentur , vt quos voluntas propria non emendat animaduersio sacerdotalis coerceat,Eos autem

quos circuncidunt,si filii eorum sunt a parentum consortio separẽtur,si serui pro iniuria corporis sui libertati tradantur. Capitulum quinquagesimumnonum.

A ¶Iudeorum filios vel filias ne parentum vltra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus deputatos,aut monasteriis aut christianis viris,aut mulieribus deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discant,atq; in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant. Capitulum sexagesimum.

B ¶Iudei baptizati,si postea preuaricantes in christum qualibet pena damnati extiterint a rebus eorũ fideles filios excludi non oportebit,quia scriptum est, filius non portabit patris iniquitatem. Capitulum sexagesimumprimum.

C ¶Sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt,quantomagis eos qui ad vitia proni sunt, Nulla ergo communio vltra sit hebreis ad fidem christianã translatis cũ his qui adhuc in veteri ritu consistunt,ne forte eorum participio subuertantur. Quicunq; ergo amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitauerint, & hi christianis donentur,& illi publicis cedibus deputentur. Capitulum sexagesimumsecundum.

D ¶Iudei qui christianas mulieres in coniugio habent admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, vt si cum eis permanere cupiunt christiani efficiantur,quod si admoniti noluerint seperentur,quia nõ potest infidelis in eius permanere coniunctione que iam in christianam translata est fidẽ,filii autem qui ex talibus nati existunt fidem atq; conditionem matris sequantur, similiter & hi qui ꝓcreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris christianam religionem sequantur nõ iudaicam superstitionem. Capitulum sexagesimumtertium.

E ¶Non potest erga homines esse fidelis qui deo extiterit infidelis,Iudei ergo qui dudũ christiani effecti sunt,& nunc christi fidem preuaricati sunt ad testimonium dicendum admitti non debent,quãuis esse se christianos annuntient,quia sicut in fide christi suspecti sunt,ita in testimonio humano dubii habentur,Infirmari ergo oportet eorum testimonium qui in fide falsi docentur,nec eis esse credendum qui veritatis a se fidem abiecerunt. Capitulum sexagesimumquartum.

F ¶Precipiente domino atque excellentissimo,sisenando rege constituit id sanctum concilium,vt Iudei aut hi qui ex Iudeis sunt officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt,ideoque iudices prouintiarum cum sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter relictas suspendant,& officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hec permiserit velut in sacrilegum excommunicatio proferatur,& is qui subrepserit publicis cedibus deputetur. Capitulum sexagesimumquintum.

G ¶Ex decreto glorioſissimi principis hoc sanctum elegit concilium, vt iudeis non liceat Christianos seruos,nec Christiana mancipia emere,nec cuiusquam consequi largitatem,Nefas enim est vt mẽbra Christi seruiant antichristi ministris,quod si deinceps seruos christianos vel ancillas Iudei habere presumpserint,sublati ab eorum dominatu libertatem a principe cõsequantur. Capitulum sexagesimumsextum.

H ¶Et si illi q nulla ex reb⁹ suis paupib⁹ xp̃i distribuũt eterni iudicis voce in futuro cõdẽnabũtur,q̃to magis hi q auferũt paupibus que nõ dederũt? Quapropter ep̃i q nichil ex ꝓprio suo eccl̃ie xp̃i cõpẽ sauerit hãc diuinã sniam metuãt, & libertos ex familiis eccl̃ie ad cõdẽnationẽ suã facere nõ p̃sumãt,Impium est enim vt qui res suas eccl̃esie nõ cõtulerit dãnũ inferat,& ius eccl̃esie alienare cõtẽdat. Tales ergo libertos successor episcopus absq; aliqua oppositione ad ius eccl̃esie reuocabit,quia eos non equitas sed improbitas absoluit. Capitulum sexagesimumseptimum.

I ¶Episcopus qui mancipium iuris eccl̃esie nõ retẽto eccl̃esiastico patrocinio manumitti desyderat,duos meriti eiusdem & peculii coram concilio eccl̃esie cui preminet per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat,vt rata & iusta inueniatur diffinitio commutantis,Tunc enim liberam manumissionem,sine patrocinio eccl̃esie concedere poterit,quia eum quem libertati tradere disponit,iam iuri proprio acquisiuit,Huiusmodi autem liberto aduersus eccl̃esiam cuius iuris extitit accusandi vel testificãdi denegetur licẽtia, Quod si presumpserit,placet vt stante commutatione in seruitutem propriam reuocetur cui nocere conatur. Capitulum sexagesimumoctauum.

K ¶Consensus totius cõcilii definiuit, vt sacerdotes qui aut res suas eccl̃esie relinquunt,aut nichil hñtes aliq̃ tñ p̃dia,aut familias eccl̃esiis suis cõqrũt,licebit illis aliquos de famulis eiusdẽ eccl̃esie manumittere iuxta rei collate modum quem antiqui canones decreuerunt, ita vt cum peculio & posteritate sua

ingenui

ingenui ſub patrocinio eccleſie maneant vtilitates iniunctas ſibi iuxta quod potuerint proſequentes.

Capitulum ſexſageſimūnonum.

¶Liberti eccleſie (quia nunquam moritur eorum patrona) a patrocinio eiuſdem nunquam diſce- A
dant,nec poſteritas quidem eorum ſicut priores canones decreuerunt,Ac ne libertas eorum in futura
prole non pateat, ipſaq; poſteritas naturali ingenuitate obnitens ſeſe ab eccleſie patrocinio ſubtrahat
neceſſe eſt, vt tam hi liberti q̄ ab eis progeniti profeſſionem epiſcopo ſuo faciant, per quam ex fami-
lia eccleſie libertos effectos ſe eſſe fateantur,eiuſq; patrocinium non relinquant, ſed iuxta virtutem ſuā
obſequium vel obedientiam prebeant. Capitulum ſeptuageſimum.

¶Liberti eccleſie qui a patrocinio eius diſcedentes quibuſlibet perſonis adheſerunt, ſi admoniti re- B
dire contempſerint, manumiſſio eorum irrita ſit,quia per obedientie contemptum ingrati actione te
nentur. Capitulum ſeptuageſimumprimum.

¶Liberti eccleſie qui a quibuſcunq; manumiſſi ſunt, & eccleſie patrocinio commendati exiſtunt ſi- C
cut regule antiquorum patrum conſtituerunt, ſacerdotali defenſione a cuiuſlibet inſolentia protegan-
tur ſiue in ſtatu libertatis,ſiue in peculio quod habere noſcuntur.

Capitulum ſeptuageſimumſecundum.

¶Quicunq; libertatem a dominis ſuis ita percipiunt,vt nullum ſibi in eis obſequium patronus re- D
tentet,iſti ſi ſine crimine ſunt ad clericatus ordinem ſuſcipiantur,quia directa manumiſſione abſoluti
noſcuntur,qui vero retento obſequio manumiſſi ſunt pro eo quod adhuc patroni ſeruitute tenentur
obnoxii,nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promouendi,ne quando voluerint eorum domi-
ni fiant ex clericis ſerui. Capitulum ſeptuageſimumtertium.

¶De familiis eccleſie conſtituere preſbyteros,& diacones per parochias liceat,quos tamen vite recti- E
tudo,& probitas morum commendat,ea tamen rationevt antea manumiſſi libertatem ſtatus ſui per-
cipiāt,& denuo ad eccl'iaſticos honores ſuccedāt,Eſt eni irreligioſum obligatos exiſtere ſeruituti q ſa-
cri ordinis ſuſcipiunt dignitatē,quicquid aūt talibus aut per libertatem conceſſum,aut ſucceſſione ex
titerit datum, aut quolibet commodo collatum non licebit eis quippiam inde in extraneas perſonas
trāſmittere,ſed omnia ad eius eccleſiam qua manumiſſi ſunt poſt eorum obitū pertinere, His quoq;
ſicut & ceteris eccleſie libertis accuſandi vel teſtificandi aduerſus eccleſiā aditus intercluditur,ad quod
ſi aſpirauerint non ſolum libertatis beneficio careant, ſed etiam honoris gradu, quem non dignitate
nature,ſed tpe neceſſitatis promeruerunt. Capitulum ſeptuageſimumquartum.

¶Poſt inſtituta quedam eccleſiaſtici ordinis vel decreta que ad quorundam pertinent diſciplinam, F
poſtrema nobis cunctis ſacerdotibus ſententia eſt pro robore noſtrorum regum & ſtabilitate gentis
gothorum pontificale vltimum ſub deo iudice ferre decretum,Multarum quippe gentium (vt fama
eſt) tanta extat perfidia animorum,vt fidem ſacramento promiſſam regibus ſuis obſeruare contem-
nant,& ore ſimulent iuramenti profeſſionem dum retineant mente perfidie impietatem,iurant enim
regibus ſuis,& fidem quam pollicentur preuaricantur,nec metuunt volumen illud iudicii dei per qđ
inducitur maledictio,multaque penarum comminatio ſuper eos qui iurant in nomine dei mendaci-
ter,Que ergo ſpes talibus populis cōtra hoſtes laborātibus erit? Que fides vltra cum aliis gētibus in
pace credenda poſt fedus nō violandum? Que in hoſtibus iura ſtabili permanebunt ſponſione,quan
do nec ipſis propriis regibus iuratam fidem conſeruant, quis enim adeo furioſus eſt qui caput ſuum
manu ſua propria deſecet? Illi vt notum eſt immemores ſalutis ſue propria manu ſeipſos interimunt
in ſemetipſos ſuoſq; reges proprias conuertēdo vires. Et cum dominus dicat,nolite tangere chriſtos
meos, & Dauid, quis inquit extēdit manum ſuam in chriſtū domini,& innocens erit: illis nec vita-
re metus eſt periurium,nec regibus inferre exitium,Hoſtibus quippe fides pacti datur,nec violatur,
Quod ſi in bello fides vigeat,quāto magis in ceteris ſeruāda ē: ſacrilegium quippe eſt,ſi violetur a gē
tibus regū ſuorū ꝓmiſſa fides, qa nō ſolū in eos fit pacti trāſgreſſio, ſed & in deū in cuius noīe pollice
tur ipa ꝓmiſſio, Inde ē qđ mu'ta regna terrarū celeſtis iracūdia,ita permutauit vt pro ipietate fidei &
morum,alterum ab altero ſolueretur,Vnde & nos cauere oportet cauſam huiuſmodi gentium,ne ſimi
liter plaga feriamur precipiti, & pena puniamur crudeli,Si eni deus āgelis in ſe ꝑuaricātibꝰ nō pepcit
qui ꝓinobedientiā celeſte habitaculū pdiderūt,vñ & per Eſaiā dicit,inebriatus eſt gladius meꝰ i celo,
q̄to magꝭ nos nīe ſalutis interitū timere debemꝰ,ne pfidelitatē eodē ſeuiēte peamꝰ? Qđ ſi diuinā ira
cūdiā vitare volumꝰ,& ſeueritatē eius ad clemētiā ꝓuocare cupimus, ſeruemꝰ erga deū religiōis cu'tū
atq; timorē,cuſtodiamus erga principes noſtros pollicitā fidem atq; ſpōſionem, Nō ſit in nobis vt in

quſbuſdam gentibus infidelitatis ſubtilitas impia,non ſubdole mentis perfidia,non periurii nefas,& coniurationum nefanda molimina,Nullus apud nos preſumptione regnum accipiat, nullus excitet mutuas ſeditiones ciuium,nemo meditetur interitus regum,ſed defuncto in pace principe primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni concilio communi conſtituant,vt dum vnitatis concordia a nobis retinetur,nullum patrie gentiſq; diſſidium per vim ambitiõis moueatur, Quod ſi hec admonitio mentes noſtras non corrigit,& ad ſalutem communem cor noſtrum nequaq; perducit audi ſententiam noſtram. Quicũq; ergo ex nobis,vel totius Hiſpanie populis qualibet coniuratione,vel ſtudio ſacramentũ fidei ſue,quod p patrie gentiſq; gothorum ſtatu,vel conſeruatione regie ſalutis pollicitus eſt temerauerit,aut regem Nece attrectauerit,aut poteſtate regni exuerit, aut preſumptione tyrannica regni faſtigium vſurpauerit,anathema ſit in conſpectu dei patris,& angelorum, atque ab eccleſia catholica quam periurio profanauerit efficiatur extraneus,& ab omni cetu Chriſtianorum alienus cum omnibus impietatis ſue ſociis,qa oportet vt vna pena teneat obnoxios quos ſimilis error inuenerit implicatos,Quod iterum ſecundo replicamus dicentes. Quicunq; amodo ex nobis, vel cunctis Hiſpanie populis quolibet tractatu vel ſtudio ſacramentum fidei ſue quod p patrie gentiſq; gothorum ſtatu,vel conſeruatione regie ſalutis pollicitus eſt violauerit,aut regem Nece attrectauerit, aut poteſtate regni exuerit,aut preſumptione tyrannica regni faſtigium vſurpauerit, Anathema in conſpectu Chriſti & apoſtolorum eius ſit,atq; ab eccleſia catholica quam periurio profanauerit efficiatur extraneus,& ab omni conſortio Chriſtianorum alienus & damnatus in futuro iudicio dei,Habeatur cũ participib9 ſuis,quia dignum eſt,vt qui talibus ſociantur, ipſi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur,Hoc etiam tertio acclamamus dicẽtes.Quicunq; amodo ex nobis vel cunctis Hiſpanie populis qualibet meditatione vel ſtudio ſacramentũ fidei ſue,quod p patrie ſalutis gentiſq; gothorum ſtatu vel incolumitate regie poteſtatis pollicit9 eſt violauerit, aut regem nece attrectauerit,aut poteſtate regni exuerit,aut preſumptione tyrannica regni faſtigium vſurpauerit, anathema ſit in conſpectu ſpiritus ſancti,& martyrũ chriſti,atq; ab eccleſia catholica quam periurio profanauerit extraneus efficiatur,& ab omni communione chriſtianorum alienus, nec partem habeat iuſtorũ, ſed cum diabolo & angelis eius eternis ſupplicijs condemnetur vna cum eis qui eãdem cõiuratiõnẽ nituntur, vt par pena perditionis conſtringat quos in perniciem praua ſocietas copulat, Et ideo ſi placet omnibus qui adeſtis hoc tertio reiterata ſententia veſtre vocis conſenſu firmate, Ab vniuerſo clero vel populo dictum eſt,Qui contra hãc noſtram definitionem preſumpſerint,anathema maranatha,hoc eſt perditio in aduentu domini ſint,& cum Iuda ſcarioth partem habeant ipſi & ſocii eorum amen. Quapropter nos ipſi & ſacerdotes omnes ſanctã eccleſiam chriſti ac populum admonemus, vt hec tremenda, & totiens reiterata ſententia nullum ex nobis preſenti atq; eterno condemnet iudicio,ſed fidem promiſſam erga glorioſiſſimum dominum noſtrum Siſenandum regem cuſtodientes ac ſincera illi deuotione famulantes non ſolum diuine pietatis in nobis clementiam prouocemus, ſed etiam gratiam ãtefati principis percipere mereamur, Te quoq; preſentem regem ac futuros etatum ſequentium principes humilitate debita depoſcimus,vt moderati & mites erga ſubiectos exiſtẽtes, cum iuſtitia & pietate populos a deo vobis creditos regatis, bonamq; viciſſitudinem qui vos nobis conſtituit largitori chriſto rependatis, regnantes in humilitate cordis cum ſtudio bone actionis, Nec quiſquam veſtrum ſolus in cauſa captiuum, aut reum ſententia feriat, ſed conſenſu publico cum rectoribus ex iudicio manifeſto delinquentium culpa pateſcat ſeruata a vobis in offenſis manſuetudine,vt non ſeueritate magis in illis q̃ indulgentia polleatis, vt dum omnia hec auctore deo pio a vobis moderamine conſeruentur,& reges in populis,& populi in regibus,& deus in vtriſq; letetur,Sane de futuris regibus hanc ſententiam promulgamus,vt ſi quis ex eis contra reuerentiã legum ſuperba dominatione & faſtigio in flagitiis,& facinore,ſiue cupiditate crudeliſſima poteſtatem in populis exercuerit,anathematis ſententia a Chriſto domino condamnetur,& habeat a deo ſeparationem atque iudicium propter quod preſumpſerit praua agere & in pernicieꝫ regnũ deducere, De ſimithilaneuero qui propria ſcelera metuens ſeipſum regno priuauit,& poteſtatis faſcibus exuit id cum gentis conſultu decreuimus,vt neq; eum vel vxorem eius propter mala que cõmiſerunt neq; filios eorũ vnitati noſtre vnq̃ conſociemus,nec eos ad honores a quibus ob iniquitatem deiecti ſunt aliquando promoueamus. Quiq; etiã ſicut i faſtigio regni habẽtur extranei,ita poſſeſſiõe rerũ quas de miſerorũ ſumptibus auxerant maneãt alieni,preter id quod pietate piiſſimi principis noſtri fuerunt conſecuti. Nõ aliter & geiſlanẽ meõrati ſimithilane & ſanguĩe & ſcelere fratrẽ q nec i germanitatis fide ſtabilis extitit nec fidem

tit,nec fidē glorioſo domino noſtro pollicitam conſeruauit,hunc ergo cum coniuge ſua ſicut & ante fa ctum eſt,a ſocietate gentis atq; conſortio noſtro placuit ſeparari, nec in amiſſis facultatibus in quibus per iniquitatem creuerant reduces fieri,preter id quod conſecuti fuerint pietate clementiſſimi princi pis,cuius gratia bonos donorū premiis ditat,& malos a beneficentia ſua non ſeparat,gloria autem & honor omnipotenti deo noſtro in cuius nomine congregati ſumus. Poſt hec pax & ſalus & diuturni tas piiſſimo & amatori chriſti domino noſtro ſiſenando regi cuius deuotio nos ad hoc decretum ſa lutiferum conuocauit. Corroboret ergo gratia regnū illius, genteſq; gothorum in fide catholica annis & meritis,protegat illum vſq; ad vltimam ſenectutem ſummi dei gratia & poſt preſentis regni glo riam ad eternum regnum tranſeat,vt ſine fine regnet,qui in ſeculo feliciter imperat, ipſo preſtante qui eſt rex regum,& dominus dominorum cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen. Defi nitis itaq; his que ſuperius comprehen a ſunt, annuente religioſiſſimo principe placuit deinde nul la re impediente a quolibet noſtrū que conſtituta ſunt temerari,ſed cuncta ſalubri concilio conſeruari, Et quia profectib⁹ eccleſie & anime noſtre conueniunt,etiam propria ſubſcriptione(vt permaneāt,)ro boramus Ego yſidorus in chriſti nomine ſpalenſis eccleſie metropolitan⁹ epiſcopus hec conſtituens ſubſcripſi. Similiter & alii epiſcopi ſubſcripſerunt numero quadraginta.

¶Explicit concilium quartum toletanum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII TOLETANI QVINTI HABITI ERA. DLXXXIIII. ANNO PRIMO CHINTILLANI.

i ¶De inſtitutione nouarū letaniarum.
ii ¶De cuſtodia ſalutis regum & defenſione prolis preſentium principum
iii ¶De reprobatione perſonarū que prohibentur adipiſci regnum
iiii ¶De his qui ſibi blandiuntur ſpe rege ſuperſtite
v ¶De his qui principes maledicere preſumunt
vi ¶Vt regum fideles a ſucceſſoribus regū rerum iure non fraudentur pro ſeruitutis mercede
vii ¶Quod in celebritate cunctorum conciliorum ſynodus toletana temporibus ſi ſenandi habita per probationē vocis clare ob cuſtodiam ſui cunctis debeat innoteſcere
viii De indulgētia principū noxiis ſeruata.
¶De fauore principum cōcilii acclamatione conceſſo,
ix

¶INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM QVINTVM.

A PVD VRBEM TOLETANAM DIVERSIS EX PROVINTIis hyſpanie ſacerdotes dñi qui i vno pacis oſculo in baſilica ſancte martyris leochadie conſedimus gratiarum actiones omnipotenti deo perſoluimus propter ſuam miſericordiam magnam,cuius nutu in hanc conuenimus cōcordiam, & glorioſi principis noſtri Chintillani regis initia,ob cuius ſalutis & felicitatis cō ſtantiam ſupernam imploramus clementiam, qui ſe in medio noſtri cetus ingreſſus cum optimatibus & ſenioribus palatii ſui ſupplex omniū orationibus commendauit,ſuoſq; fideles ita facere ſancta exhortatione coegit,atq; hanc inſtitutionē quam ex precepto eius & decreto noſtro ſancimus, diuina inſpiratione premiſit.

Capitulum primum.

B ¶Scilicet vt in cūcto regno a deo ſibi cōceſſo ſpecialis & ꝓpria hec religioſa omni tempore teneatur obſeruantia,vt a die iduum decembrium letania triduo vbiq; annua ſucceſſione peragatur,& indulgentia delictorum lachrimis impetretur, Quod ſi dies dominica interceſſerit,in ſequēti ebdomada celebretur vt quoniam abūdate iniquitate efficitur,vt vſq; quaq; prolata malicia noua exerceant facinora noua quoq; hec ipſa cōſurgat cōſuetudo,que poſſit ante omnipotētis oculos nra eſſe purgatio.

Capitulum ſecundum.

C ¶Summa autem nobis vigilantia & grandi religioniscura prouidendum eſt,vt mala que aſſidue

perhibita perpetrantur circunſpecta diſciplina eccleſiaſtica extirpentur. Non enim eſt incaſſum ſcríptum. Peritilente flagellato ſtultus ſapientior erit,¶Quãobrem quoniã preponderãte onere delicto rum experiẽtia pene ſemper ac ſepe fieri diſcimus quod magnopere vitare debem⁹,Quod etiam cu ſtoditur cum hoc quod diuinis ſacramentis ſpopondimus,temeritate non violamus.Ideoq; eſt cõ/ peſcendum quod crebro inuenitur tranſgreſſum,Sed ne ſuccedentes precedant,ac deinde ſequentes inuideãt altioríb⁹,& cuncta quieta & pacata permaneant,hec in cõcilio cõmuniter conſyderata defer tur ſententia,vt ſeruetis quecũq; in vniuerſali & magna ſynodo prouiſa conſcriptaq; circa principum ſalutem & vtilitatẽ ſunt,Hec quoq; adiecta cuſtodiãtur,videlicet vt omni benignitate omniq; firmi tate circa omnẽ poteſtatem principis noſtri Chintillani regis teneatur dilectio, & prebeatur ratio/ nabile defenſionis adminiculum,nec res iuſte prouiſe aut etiam parentum digna prouiſione procu/ rate ad iuris proprietatem pertinentes iniuſte fraudulenter ve a quoq̃ cauſa illicite exquiſita ledendi eos prebeatur,nec quocunq; modo quibuſlibet rebus ſpreta dilectione moleſtentur,Hec enim licen tia erficit,& pricipes in ſubiectis ſuſpectos, & ſubiectos in bonis principũ cupidos. Quo circa ne & premiſſa cõtenantur,& vt cupiditas radix omniũ malorum auferatur,conteſtamur oẽs preſentes & abſentes,vel etiam futuris temporibus conſequentes corã deo & angelis eius,quod ſi quiſquã conte/ ſtationis temerator extiterit atq; contemptor,& quacumq; argumentatione odioſe eos moleſtare,aut in aliquo fuerit conatus ledere,ſit anathema in chriſtianorũ oim cetu,atq; ſuperno cõdemnetur iudi cio,ſit exprobrabilis omnib⁹ catholicis & abominabilis ſanctis angelis in miniſterio dei conſtitutis, ſit hoc ſeculo perditus & in futuro condemnatus qui tam recte prouiſioni noluit prebere conſenſum

Capitulum tertium.

A ¶Inexpertis nobis moribus nouam decet inuenire medelam, quapropter quoniã ſunt inconſyde/ rate quorundam mentes & ſe minime capientes quos nec origo ornat,nec virtus decorat,qui paſſim putant licẽterq; ad regalia maieſtatis puenire faſtigia, Huius rei cauſa noſtra omniũ cum inuocatio ne diuina prebetur ſententia,vt ſi quis talia meditatus fuerit,quem nec electio omniũ preficit nec go/ thice gentis nobilitas ad hunc apicem trahit,ſit conſortio catholicorum priuatus,& diuino anathema te condemnatus.

Capitulum quartum.

B ¶Ergo quia & religioni inimicũ & hominibus conſtat eſſe pniciosum futura illicite cogitare,& caſ⁹ principum exquirere,ac ſibi in poſterũ prouidere cum ſcriptum ſit,Non eſt veſtrum noſſe momenta vel tempora que pater poſuit in ſua poteſtate,hoc decreto cenſemus,vt quiſquis inuentus fuerit talia perquiſiſſe& viuente principe in alium attendiſſe pro futura regni ſpe,aut alios inſe propter id attra xiſſe,a conuentu catholicorum cum excommunicationis ſententia expellatur,

Capitulum quintum.

C ¶Sed & hoc pro peſtilentioſis hominũ moribus ſalubri deliberatione cẽſem⁹. ne quis in principem maledicta congerat, ſcriptũ eſt enim a legiſlatore,Principẽ populi tui ne maledixeris.Quod ſi quis fecerit excõmunicatione eccleſiaſtica plectatur,nam ſi maledicti regnum dei non poſſidebunt,quan tomagis talis ab eccleſia neceſſario pellitur,qui diuine violator ſententie inuenitur?

Capitulum ſextum

D ¶Simili prouidentia pro fidelibus regum noſtra datur ſententia, vt quiſquis ſuperſtes principum extiterit iuſte in rebus profligatis aut largitate principis acquiſitis nullam debeat habere iacturã,nã ſi licenter & iniuſte pertubẽtur fidelium mẽtes,nemo optabit propriũ ac fidele prebere obſequiũ,dũ cuncta nutant in incertum, & in futuro diſcriminis formidant cauſam,ſed ſaluti & rebus eorũ prin/ cipalis pietas debet prebere ſuffragia,exemplis enim ceteri prouocantur ad fidem cum fideles non fraudantur mercede.

Capitulum ſeptimum.

E ¶Propter malarũ mentiũ facilitatem & memorie obliuionis hoc ſacratiſſima ſtatuit ſynodus,vt in omni concilio epiſcoporum hyſpanie vniuerſalis concilii decretum quod propter principum noſtro/ rum eſt ſalutem conſtitutum,peractis omib⁹ in ſynodo publica voce debeat pronunciari,quatinus ſe pe replicatum auribus vel aſſiduitate iniquorum mens territa corrigatur,que ad preuaricandum & obliuione & facilitate perducitur.

Capitulum octauum.

F ¶In his omnibus que p̃miſim⁹ poteſtatẽ indulgẽtie in culpis delinquentium principi reſeruam⁹, vt iuxta bonitatis ſue moderatiẽ vbi emendationẽ proſpexerit mentium veniam tribuat culparũ.

Capitulum nonum.

G ¶His vero omnibus finem & robur ſubſcriptione noſtra facientes,gloriam & laudem omnipotẽti domino

deo in quantum mortalium valitudo sinit reddimus,post hec gratias excellentissimo & glorioſissimo principi nostro Chintillano regi peragimus, cuius ardor fidei studium bone intentionis,& vnanimitatis concordiam nobis tribuit& charitatis,Donet ei dominus de inimicis triūphū,& de beatitudine gaudium,custodiat eum protectione assidua,& muniat bone voluntatis sue circunspectione tutissima,cuius regnum manet in secula seculorum,Ego eugenius toletane ecclesie prouintie carthaginensis metropolitanus episcopus his omnibus de ceteris annuēs subscripsi.Similiter & alii episcopi subscripserunt numero viginti. ¶Explicit concilium quintum toletanum.

¶INCIPIVNT SEXTI CONCILII TOLETANI CAPITVLA

i ¶De plenitudine fidei catholice.
ii ¶De obseruatione letaniarum.
iii ¶De custodia fidei iudeorum
iiii ¶De damnatione clericorum per pecuniam ecclsiasticos gradus assequentium
v ¶De stipēdiis clericorum ne a iure alienentur ecclesiarum
vi ¶Deviris & feminis sacris propositum transgredientibus sacrum
vii ¶De penitentibus transgressoribus
viii ¶Quod quibusdam penitentibus prius tina tradantur collegia
ix ¶De professoribus & obedientia libertorum ecclesie
x ¶De progenie libertorū ecclesie ne eis vel pnūtiatione ab ecclesia liceat euagari.
xi ¶Ne in accusatione legitima quispiam condemnetur.
xii ¶De confugientibus ad hostes.
xiii ¶De honore primatum palatii
xiiii ¶De remūeratiōe collata fidelibꝰ regū
xv ¶Vt res ecclesie a quibuslibet iuste collate i earū iure firma stabilitate pmaneāt
xvi ¶De incolumitate & adhibenda dilectione regie prolis
xvii ¶De his qui rege supstite aut sibi aut aliis affuturum prouident regnum & de personis que prohibētur ad regnum accedere.
xviii ¶De custodia vite principum & defensione precedentium regum a sequentibꝰ adhibenda
xix ¶De gratiarum actionibus in confirmatione concilii deo & principi datis.

¶INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM SEXTVM.

¶CONVENIENTIBVS NOBIS HISPANIARVM GALLITIE que pōtificibus cum orthodoxi & glorioſi Chintillani regis salutaribus hortamentis absq; impedimento in pretorio toletano,in ecclesia sancte leochadie martiris sedibꝰ collatis sub die sexta idus ianuarii, anno primo predicti principis & triumphatoris christi.era.Dc.lxxx.statuimus subter inserta capitula.

Capitulum primum.

¶Cum primum omnipotenti deo pro corona fratrum ita numerose gratie in nobis fuissent pacte,nihil melius,nihil salubrius omniū insedit animo quam more synodi vniuersalis post solemnia pfuncte orationis quod mente interius ruminabamꝰ ligua narraremꝰ,& quod corde credebamꝰ,ore ructaremꝰ superna fauēte sententia que ait, Eructauit cor meū verbū bonū,& iuxta pphetā.Verbū fecit dns adbreuiatū super terrā.Quāobrem ex abundantia nostri cordis sit confessio vocis,vt fidem quā omniū mēs intrinsecus gestat,in cōfessione interpres ligua foris effundat,Itaq; credimus & pfitemur sacratissimam omnipotētissimā trinitatē,patrem & filiū & spiritum sanctū, vnū deū solum nō solitariū,vnius essentie,virtutis,potestatis,maiestatis,vniusq; nature,discretā in separabilibꝰ personis,indiscretā essentialiter substantia deitatis,creatricē oīm creaturarū, patrē ingenitū increatum,fontē & originē totius diuinitatis,filiū a patre intēporaliter ante oēm creaturam sine initio genitum nō creaturā,nam nec pater vnq; sine filio,nec filiꝰ extitit sine patre,sed tn filius deꝰ de patre deo nō pīr deꝰ de filio deo,ille aūt filiꝰ pīris,& deꝰ de pīre per oia coequalis pīri,deꝰ verꝰ de deo vero,spiritū vero sanctū neq; genitum neq; creatū, sed de patre filioq; pcedentem vtriusq; esse spiritū. Ac p hoc substātialiter vnū sunt qui & vnus ab vtroq; pcedit, In hac āt trinitate tāta est vnitas substātie,vt pluralitate careat,&equalitatē teneat.Nec minor i singulis quā i oibꝰ,nec maior quā i singulis psonis manet. A

Ex hís trĩbus díuínitatís perſonís ſolum filíum fatemur ad redemptíonem humani generís propter culparum debita que per inobedientiã ade orígínaliter,& noſtro libero arbitrío ccntraximus reſoluẽda ſecreto patrís,ex archano prodiſſe,& hoíem ſine peccato de ſancta ſempvirgine maría aſſumpſiſſe, vt ídem filíus dei patrís eſſet filíus hominís,deus perfectus & homo perfectus,vt homo perfectus & deus eſſet vnus chriſtus, naturís in duab⁹ vna perſona,ne quaternitas trínitatí accederet, ſi in chriſto geminata perſona eſſet. Ergo a patre, & ſpíritu ſancto ſeparabilís creditur perſona , ab homine autem aſſumpto natura, ídem cum eodem homine vnus extat perſona cum patre & ſpíritu ſancto natura,ac ſicut díximus ex duabus naturís & vna perſona,vnus eſt dominus noſter ieſus chriſt⁹, in forma díuínitatís equalis patrí,in forma ſeruí mínor patre,Hec eſt enĩ vox eíus in pſalmo,de ventre matrís mee de⁹ meus es tu,natus itaq; a deo ſine matre,natus a vírgine ſine patre,ſolus verbum caro factũ eſt,& habitauit in nobís,Et cũ tota cooperata ſit trínitas formationẽ ſuſcepti hominís,quoniã inſeparabília ſunt opera trínitatís,ſolus tñ filíus ſuſcepit hominẽ in ſingularítate pſone, non invnítate díuine nature id eſt qđ ꝓpríũ eſt filii nõ qđ cõmune eſt trínitatí,Nã ſi vnã natí hoís,dei alterã confeciſſet perſonã,tota trínitas corpus aſſumpſiſſet, quoniã conſtat naturã trínitatís eſſe vnam,non tamẽ pſonam, Híc ergo dñs noſter ieſus chriſt⁹ míſſus a patre ſuſcípiẽs quod non erat,nec amittens quod erat, inuíolabílis de ſuo,mortalis de noſtro venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere,& credentes iuſtificare,facienſq; mirabília traditus eſt ꝓpter delícta noſtra, mortuus eſt ꝓpter expíationẽ noſtam,reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram,huí⁹ líuore ſanatí,huíus morte deo patrí recõciliatí,huíus reſurrectione ſumus reſuſcitatí,Quẽ etiam vẽturũ in fine expectam⁹ ſeculorũ cũ reſurrectiõe omníũ equiſſimo ſuo iudicío reddíturũ iuſtis premía,impíis penas,Eccleſiã quoq; catholicã credím⁹ ſine macula & ruga,corpus eius eſſe, regnũq; habituram cũ capite ſuo omnipotentí chriſto ieſu,poſtq̃ hoc corruptíbile induerit incorruptionẽ & mortale ímortalitatẽ, vt ſit de⁹ oĩa in oĩbus,Hac fíde corda purificantur hac hereſes extírpantur,in hac omnis eccl'ia collata iam celeſtí regno deinceps in ſeculo preſentí gloríatur,& non in alía fide eſt ſalus,nec enĩ nomen aliud eſt ſub celo datũ hominibus in quo oporteat nos ſaluos fierí.

Capítulum ſecundum.

A ¶Religioſiſſimí príncipis nr̃i deuotionẽ & noſtrorũ cõſacerdotũ prímo anno regní ſuí conſtitutionem cum magna reuerẽtia & veneratiõe ſuſcípiẽtes,quã cõſtat iam in omní regno ſuo annua vice celebrarí,quã placuit etiam noſtra aſſentione firmarí,Proindevníuerſalis auctorítate cenſemus cõcílíí,vt hí díes letaníarũ quí i ſynodo premiſſa ſunt inſtitutí,eodẽ in tẽpore quo iuſſi ſunt excolí annuo recurſu omní obſeruatione habeãtur celeberrímí,vt pro íllís quib⁹nũc vſq; ſimul ſumus implicatí delictís, ſit nr̃a expíatío ante oculos dei omnípotẽtís.

Captiulum tertium.

B ¶Inflexibílís iudeorũ pfídía deflexa tandẽ vídetur pietate & potẽtía ſupna,Hínc enĩ líquet qđ i ſpíramine ſummi dei excellẽtiſſim⁹ & xp̃ianiſſimus princeps ardore fídei inflãmatus,cũ regní ſuí ſacerdotibus preuaricationes & ſupſtitiones eorũ eradícare elegit funditus,nec ſínit degere in regno ſuo eũ quí nõ eſt catholícus,ob cuius feruorem fídei gratías omipotẽtí domino celorum agímus,eo quod ei tam íllustrẽ creauerit animam & ſua repleuerit ſapiẽtia,ipſe quoq; donet ei & in preſentí ſeculo longeuam vítam,& i futuro gloríam eternã, Illud autem prouída nobís cura,& valde eſt decernẽdumvigilãtí ſolertía, ne eíus fídei calor & nr̃ labor quandoq; in poſterís tepefact⁹ líqueſcat,Quo circa cõſonã cum eo corde & ore promulgamus deo placituram ſententíam , ſimul etíam cum ſuorum optimatum illuſtríumq; vírorum cõſenſu & deliberatione ſancímus,vt quíſquís ſuccedentíum temporum regní ſortitus fuerít apicẽ,nõ ante conſcendat regum ſedem,quam inter relíqua conditionũ ſacramẽta pollícitus fuerít hanc ſe catholícam non permiſſurum eos violare fídem,ſed & nullatenus eorum perfidíe fauens vel quolíbet neglectu,aut cupidítate illectus ad precipitía infidelitatís aditũ prebeat preuaricationís,ſed quod magnopere noſtro eſt tempore conquiſítum debeat illíbatum perſeuerare in futurum .Nam incaſſum bonum agitur,ſi non eíus prouídetur perſeuerãtia. Ergo poſtq̃ ordíne premiſſorum ad gubernacula acceſſerit regní,ſi ipſe temerator huíus extiterit promiſſí, ſit anathema marathana in conſpectu dei,& pabulum efficíatur ígnis eterní,ſimulq; cũ eo damnatione perculſi quícunq; ſacerdotum vel quílibet chriſtíanorũ eorum ímplícatí fuerint errore.Nos eteníta preſentía decernimus,vt preterita que in vníuerſalí ſynodo de iudeís conſcripta ſunt confirmemus, quoníam ea que neceſſaría pro eorum ſaluatione ſcríbí potuerunt,in eíſdem eſſe cauta ſancímus.Qua-

propter que tunc decreta ſunt valitura eſſe cenſemus.

Capitulum quartum.

¶Sepe pullulantia prauitatis germina licet ſepiſſime patrũ iuſta nouerimus ſeuerítate damnata quia tamen crebris conſpiciuntur denuo vigere radicibus, iuſticie acriore vigore radicitus amputare lancimus, Proinde quicunq; ſymonis imitator ſymoniace quoq; hereſis extiterit ſectator, vt eccleſiaſticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, ſed munerum impenſione conquirat, & per oblata numera capiat, quib⁹ hunc nec rationis ordo nec dignitas morũ vlla cõmẽdat, talis inuẽtus ſacrorum ordinum apices penitus adipiſci nullo modo permittatur, ſed & ſi adeptus fuerit, communione priuatus cum ordinatoribus ſuis propriorum bonorum amiſſione damnetur. A

Capitulum quintum.

¶Sepe fit vt ꝓprietati originis obſiſtat longinquitas temporis, Quaproter prouidentes decernimus, vt quis clericorum ſtipendium de rebus eccleſie cuiuſq; epiſcopi percipit largitate, ſub precarie nomine debeat profeſſionem ſcribere, nec per retentionem diuturnam preiudiciũ afferat eccleſie, & quecunq; in vſu perceperit, debeat vtiliter laborare, vt nec res diuini iuris videantur aliqua occaſione negligi, & ſubſidium ab eccleſia cui deſeruiunt percipere poſſint clerici. Quodſi quis eorum contempſerit facere, ipſe ſe ſtipendio ſuo videbitur priuare. B

Capitulum ſextum.

¶Prodiuis curſus eſt ad voluptatem & imitatrix natura vitiorum, quamobrem quiſquis virorum vel mulierum habitum ſemel induerit ſpontanee religioſum, aut ſi vir deditus eccleſie, vel femina fuerit aut fuit delegata puellarum monaſterio, in vtroq; ſexu preuaricator ad propoſitum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monaſteriũ regrediatur, Si aũt quolibet prõcinio deſertores ꝑmanere voluerint, ſacerdotali ſnia a chriſtianorũ cetu habeãtur extorres, vt nec locus eis vllus ſit communionis, Vidue quoq; ſicut vniuerſalis ſynodus iam ſtatuit profeſſionis vel habitus ſui deſertrices ſuperiori ſententia condemnentur. C

Capitulum ſeptimum.

¶Quamuis priora nunq; ſiluerint de tanto facinore concilia, ratio tamen depoſcit, vt ea que frequẽti preuaricatione iterantur, crequenti ſentẽtia condẽnentur, Et ideo tanta extitit peruerſitas hominum, vt hi quos ſub religioſo habitu penitentie profeſſio pro venia peccatorum ad manum ſacerdotis deducit vel adduxit, iterum rediuiua malitia ad vite priſtine ſordes reuocet, huius rei cauſa ſancta ſynodus decernit, vt ſi qui ingenuorum vtriuſq; ſexus ſub noie penitẽtis in habitu religioſo ſunt cõuerſati, poſt hec autem comã nutriẽtes vel veſtimẽta ſecularia ſumentẽs ad id quod reliquerant redierunt, ab epiſcopo ciuitatis in cuius territorio ſunt conuerſi, comprehenſi rurſus legibus penitentie in monaſteriis ſubdantur inuiti, quod ſi fieri propter alicuius poteſtatis vigorem difficille fuerit, tunc ſicut priſcorum canonum ſtatuerunt decreta quouſq; ad dimiſſum ordinem reuertantur, excommunicati & anathemate condemnati habeantur, Similiter & hi qui poſt communionem vel interdictum cum ipſis communicauerit, Sacerdos autem ad quem pertinere noſcuntur ſi eos quolibet munere vel fauore aut negligentia admonere noluerit, vt aut reuertentes ſuſcipiat, aut contemnentes de eccleſia reiiciat, ſimili ſententia plectatur, quouſq; emẽdationis eorum vel damnationis ab eo ſententia promulgetur D

Capitulum octauum,

¶Antiqui & ſanctiſſimi eſt patris ſententia pape Leonis, vt is qui in etate adoleſcentie poſitus, dũ mortis formidat caſũ puenerit ad penitentie remediũ, ſi coniugatus forte fuerit incõtinẽs, ne poſtea adulterii incurrat lapſum, redeat ad priſtinum coniugium quouſq; poſſit adipiſci temporis maturitate continentie ſtatũ. Quod nos ſicut de viris ita de feminis equo modo cenſemus, non quidẽ hoc generaliter & canonice preceptũ, ſed cõſtat a nobis pro humana fragilitate indultũ ea dũtaxat ratione, vt ſi is qui penitentie non eſt legibus deditus ante ab hac vita deceſſerit quam ex conſenſu ad continentiam eorum vnde fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo ad vxoris tranſire amplexus. Si autem illius vita extiterit ſuperſtes qui nõ accepit benedictionẽ penitẽtis nubat ſi ſe cõtinere nõ põt, & vteri⁹ cõſortio fruat vxoris, qđ de vtroq; ſexu pari mõ a nobis manifeſtũ eſt decretũ eſſe, ita videlicet E

vt in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur,vt iuxta quod etatem aptam perspexerit continentie absolutionis vel districtionis tribuat legem.

Capitulum nonum.

A ¶ Longinquitate sepe fit tẽporis vt non pateat conditio originis,vnde iam decretum est in anteriori vniuersalis concilii canone vt professionem suam liberti ecclesie debeant facere,qui profiteantur se & de familiis esse ecclesie,& ecclesie obsequiũ nunq̃ relicturos,Vnde his quoq; nos adiicim9 vt quoties cursum vite sacerdos impleuerit,& de hac vita migrauerit,mox cum successor eius aduenerit,omnes liberti ecclesie vel ab eis progeniti cartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi qui substituitur, pontifici publicare & professionem in conspectu ecclesie renouare,quatinus status sui vigorẽ obtineãt, & obedientia eorum ecclesia nõ careat. Si autem aut scripturas libertatis sue intra annũ ordinationis noui pontificis manifestare contempserint,aut professiones renouare noluerint,vacue & inanes cartule ipse remaneant,& illi origini sue redditi sint perpetuo serui.

Capitulum decimum.

B ¶ Et enim decet vt hi quorum parentes titulum libertatis de familiis ecclesie perceperint,intra ecclesiam cui obsequium debent causa eruditionis enutriantur,Contemptus quippe est patronorum si ipsis neglectis aliis ad educandum detur progenies manumissorum.

¶ Itaq; censemus vt sine status sui preiudicio ab episcopo habeantur in doctrine obsequio,quatinus & illi debitum reddant famulatum & nullum patiantur sue ingenuitatis detrimentum,Eos vero qui aliter quam sententia nostra decreuerit agere tentauerint,inuitos iubemus ab episcopis ad hec ipsos reduci. Quod si forte parentes eorũ pontificibus suis dare contempserint,& alios sibi patronos adoptauerint ingratorum feriantur lege libertorum.

Capitulum vndecimum.

C ¶ Dignum est vt vlta innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris,ideo quisquis a quolibet criminatur,non ante accusatus supplicio detur,quam accusator presentetur,atq; legum & canonum sententia exquiratur, Quod si indigna ad accusandũ persona inuenitur,ad eius accusationẽ nõ iudicetur.

Capitulum duodecimum.

D ¶ Prauarum audacia mẽtiũ sepe malicia cogitationũ aut causa culparũ refugium appetit hostium, Vnde quisquis patrator culparum extiterit talium,virtutem petens defendere aduersariorum,& patrie vel genti sue detrimenta intulerit rerum,potestate regis ac gentis reductus excommunicat9 & retrusus longinquioris penitentie legibus subdatur,quod si ipse mali sui prius reminiscens ad ecclesiã fecerit confugiũ,intercessu sacerdotũ & reuerẽtia loci regia in eis pietas reseruetur comitante iusticia.

Capitulum decimum tertium.

E ¶ Qui primatu dignitatis atq; reuerentie vel gratie ob meritum in palatio honorabiles habentur, his a iunioribus modestus honor per omnia deferatur,qui etiam minores a senioribus & dilectionis amplectãtur affectu,& vtilitatis imbuantur exemplo.

Capitulum decimum quartum,

F ¶ Premium fraudare fidelibus non solum inhumanum sed etiam existit iniustum,Ideoq; cum fidei meritum tam in rebus diuinis quam in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur vt sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis,Proinde vt anno primo sereniss̃imi principis nostri decreuit concilium,sanctum omnes fideles qui obsequio & sincero seruitio voluntatibus vel iussis paruerint principis totaq; intentione salutis eius custodiam habuerint,a regni successoribus nec a dignitate,nec a rebus pristinis causa repellantur iniusta,sed nunc ita pro vniuscuiusq; vtilitate principis moderetur discretione,sicut eos perspexerit necessarios esse patrie. Et sic illis impartiatur benignitas,vt in ceteris magne monstretur gratie potestas,quatinus ita omnia in rebus iuste conquisita lucrentur vt posteris relinquendi vel quibus voluntas eorum decreuerit conferendi spontaneo fruantur arbitrio. Ceterum si infidelis quisq̃ in capite regio aut inutilis in rebus commissis presente domino nostro piissimo Chintillano rege extiterit in clementia eius maneat potestatis suo nutu constituẽda huiusmodi moderatio,nefas est enim in dubium deducere eius potestatem cui omnium gubernatio superno constat delegata iudicio. Quod si post discessum quispiam repertus fuerit eius vire fuisse infidelis,quicquid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis careat,confiscando illo & fidelibus largiendo.

Capitulum decimum quintum.

¶Quia his qui principibus digne deseruiunt atq; deferentibus fidele illis obsequiū cōstat nos optimū ministralle suffragiū,dū iuste a principibus acqsita in eorū iure pſistere sancimus indiuisa. Equū est maxime vt rebus ecclesiarū dei adhibeatur a nobis prouidētia opportuna,adeo vt quecūq; res ecclesiis dei a principibus iuste cōcesse sunt,vel fuerint, vel cuiuscūq; alterius pſone quolibet titulo illis nō iniuste collate sunt vel extiterit,ita in earum iure perſistere firma habilitate iubemus, vt euelli quoquo casu vel tpe nullatenus possint. Opportunū est enim vt sicut fidelia hominū seruitia nō existere censuimus ingrata,ita ecclesiis collata que propria sunt pauperum alimenta eorum iniurie pro mercede offerentium maneant incōuulsa. A

Capitulum decimumsextum.

¶Sicut insolentia malorum regum odiosa & execrabilis semper exist subiectis, ita bonorum prouida vtilitas amabilis efficitur populis, Quocirca quis ferat,aut quis talem errātem christianum videat qui regiam sobolem,aut posteritatem conetur expoliare rebus,aut priuare dignitatibus? q̄ne fiat, cū generalis promatur de principis filiis sententia, de presenti excellentissimi Chintillani regis posteritate dantur apta decreta a nobis,vt ea que synodus preterito anno in hac ecclesia habita constituit,circa omnem posteritatem eius vniuersitas regni sui conseruet,hoc est vt prebeatur filiis eius dilectio benigna,& firma,& tribuātur vbi loci opportunitas exhibuerit defensionis adminicula iusta,ne de reb⁹ iuste profligatis,aut parētum dignitate procuratis,vel largitate principum,vel alicuius impensis, aut etiā proprietate debitis fraudentur quibuslibet insidiis calliditatis,neq; a quoq̄ ledendi eos prebeātur argumenta machinationis,quia dignum est vt cuius regimine habemus securitatem,eius posteritati decreto concilii impertiamus quietem. Deniq; tanta erga nos nostri principis extāt beneficia, vt longum sit sigillatim ea promere lingua. Ipse enim auctore deo nobis pacem,ipse quasi captiuam reduxit caritatem,ipsius ope quieti,ipsius sumus largitione ditati,ipse medicamine bonitatis iue,& reis pepercit,& rectos sublimauit. Cui si dignis voluerimus respondere beneficiis, non tatis extamus copis virtutis qb⁹ tāte voto sufficiam⁹ volūtatis. B

Capitulum decimumseptimum.

¶Quoniam in concilio anteriori,quod anno primo glorioſi principis nostri habitum est de huiusmodi re fuerit promulgata sententia,tamen placet iterare quod conuenit custodiri,Itaq; regis vita cōstante nullus sibi aliquo opere,vel deliberatione cuiuscūq; dignitatis laicus,seu gradu episcopi,aut p̄sbyteri,aut diaconi consecratus,ceterisq; clericatus officiis deditus futurum regem prouideat contra viuentis regis vtilitatem,& proculdubio voluntatem nullo blandimento, vel suatione pro eadem spe,aut alios in se trahat,aut ipse in aliū acquiescat. Iniquum enim,& valde execrabile christianis debet haberi futuri tēporis illicitis prospicere,& vite sue ignaros vētura disponere,Quod si quisq; iam talia iniqua deliberatione cum quocunq; est meditatus hoc sibi nouerit esse sacerdotali moderatione concessum,si veniabiliter poscit,vt hoc sine mora presentis principis auribus studeat publicare. Si autem retineat,& deliberationis sue machinamēta noluerit dicere pessimo plectatur anathemate, rege vero defuncto nullus tyrānica presumptione regnum assumat,nullus sub religionis habitu detonsus,aut turpiter decaluatus,aut seruilem originem trahens,vel extranee gentis homo nisi genere,& moribus dignis promoueatur ad apicem regni, Temerator autem huius preceptiōis sanctissime perpetuo anathemate damnetur. C

Capitulum decimumoctauum.

¶Iam quidē in antecedēti vniuersali synodo saluti nostrorum principum constat esse cōsultum,sed libet iterare bene sancita, & digna auctoritate munire salubriter ordinata,ideoq; testamur coram deo & omni ordine angelorum coram prophetarum atq; apostolorum,vel omni martyrum choro,coram omni ecclesia catholica,& christianorum cetu,vt nemo intendat in interitū regis,nemo vitam principis attrectet,nemo regni eum gubernaculis priuet, nemo tyrannica presumptione apicem regni sibi vsurpet,nemo quolibet machinamento in eius aduersitate sibi coniuratorum manum associet,quod si quicq̄ horum quisq̄ nostrorum temerare presumpserit,anathemate diuino perculsus absq; vllo remedii loco habeatur condemnatus eterno iudicio. Is autem qui eius sedem fuerit affectus, si vult tanto expiari piaculo quasi proprii patris eius vlciscatur interitum. In cuius defensionis auxilium vniuersi regni gothorum consentiat fortitudo. Si autem desidie causa,& minori zelo,tam funestrum noluerint vindicare scelus, sint omnes ex nostra sententia opprobrium ceteris gentibus. D

Capitulum decimumnonum.

¶His omnibus rite dispositis,& diuturna collatione deliberatis, benedictionem gloriam, & honorē inuisibili omniū auctori rependimus luminum patri,& in conseruandis eius imploramus opem suffragii,vt constitutionibus nostris robur tribuat, seu virtutem,fragilitatemq; humanam huic dispo E

sitioní reddat efficacem,id est salubrem,vt nō iudicet preuaricatricem, Nos ergo omnia superscripta oi auctoritate priscorum canonum subscriptione nostra firmamus, & gratias agimus christianissimo & glorioſissimo Chintillano principi nostro,cuius studio aduocati & instantia collecti sumus. Cuius voluntas probata ordinatio extitit religiosa,donet ei dominus optimo principi diuturnum in seculo presenti triumphum,& in parte iustorum perpetuum regnum, felicibusq; annis felix ipse in longa felicitate fruatur,& diuine dextere protectione vbiq; muniatur. Ego silua & si indignus ecclesie episcopus Narbonensis,in his constitutiōibus a nobis editis subscripsi, Simliter & alii episcopi subscripserunt numero triginta septem.

¶Explicit Concilium sextum Toletanum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII.VII.TOLETANI.

i ¶De refugis atq; perfidis clericis, siue laicis.

ii ¶De languoris euentu ministrantium clericorum.

iii ¶De exequiis morientis episcopi.

iiii ¶De exactione eccleſiarum gallitie pro uintie.

v ¶De reclusis inhonestis, siue vagis.

vi ¶De conuicinis episcopis in vrbe regia commorandis.

¶Finiunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM SEPTIMVM TOLETANVM.XXX.EPISCOPORVM. ANNO SEXTO CINDASIVNDI REGIS ERA.DC.LXXX.QVINTO kALENDAS NOVEMBRIS.

A CVM IN NOMINE SANCTE TRINITATIS PRO QVIbusdam disciplinis ecclesiasticis tam nostra deuotione quā studio serenissimi,& amatoris Christi Chindasiundi regis nostri apud Toletanam vrbem conuentus adesset,competenter visum est mutua collatiōe decernere,qđ sollicite conseruandū & pntibus & futuris cōmodis nimium v t confidimus prodesse constabit,magisq; semper est magnopere prouidendum quicquid ecclesiasticis moribus,vel publice vtilitati,sine qua quieti non viuimus opportunum esse perpēdi-tur, Nam licet & ante constitutiones canonum exist̄at que ad omnem possint correptionem sufficere, si quis eas dignetur libenter attendere tanto tamen luminis claritas amplius emicat,quanto fuerit studiosius sepissime contrectata. Non parum proficit ad emendationem multorum, si ea que constituta sunt per fraternam collationem ad memoriam reducantur,si illa etiam adiiciantur,que aut deesse vidētur,aut omnino constituenda competenter existimātur, Quis enim nesciat quanta sint hactenus per tyrannos,& refugas transferendo se in externas partes illicite perpetrata,& quam nefanda eorum superbia iugiter frequentata que & patrie diminutionem afferrent & exercitui gothorū indesinentem laborē i ponerēt? qđ siqdē laicorū isania fuisset factū,tolerādū a nobis forsitā aliquotiēs videretur, Illđ tñ est vehemētius stupēdū qđ peius est tāte religiōis ꝓposito in hac interdū p̄sūptiōe p̄cipites efferūtur, vt ad nō leuē cōfusionē nr̄am ptineat,si res vllaten9 remaneat,quā & mūdana lege & eccl'iastica cōuenit instāter disciplina corrigere,Iōq; placuit nūc cōcordi snia definire,vt qsqs i ordie clericat9 a maxio gradu vsq; ad minimū constitut9 i aliene gētis regionē se q̄cūq; occasiōe trāsduxerit,vt exide supbiē do vl' redditū suū vel quolibet alíđ videatur expetere,siue etiā qđ gēti gothorū,vel p̄rie vel regno spāl' sub hac occasiōe possit nocere vl' fieri disposuerit vel aliq̄tenus fecerit, sed & qcūq; talib9 cōsci9 repitur eisq; vel cōciliū vel opē administrare cognoscitur,q̄l'r aut ad gētem alienā fugā appeterēt,aut in malis que ceperāt pdurarēt,seu q̄cūq; lesionē gēti gothorū vel p̄rie,aut principi poss̄t fugā inferrent,atq; in eadem prauitate perseuerarent,quisquis hoc fecisse dinoscitur, iste ita indubitāter oi honoris sui gradu priuetur,vt locū eius in quo ministrauerat alter cōtinuo ꝓpetim regendū accipiat,Ipse vero trāgressor sub penitētia cōstitutus,si reminiscēs mali quod fecerat vsq; in diem mortis siue rectissime penituerit,

in solo

in ſolo tantum fine communio ei danda eſt,ita vt anteq̃ finis eius tempus adueniat, Si quiſquam ſacerdotum etiam ordinante ei principe communicare conſenſerit, particeps criminis illius effectus anathema fiat imperpetuum, ac ſimili cum eo cui communicauerit ſententia condemnetur, quoniam poteſtati principis nullus ſacerdotum in hoc prebere debet aſſenſum. vnde vel periurium videatur icurrere,Vel(quod abſit)ſi quicunq; catholice fidei preuaricator princeps ſurrexerit, ſacerdos nullatenus fauore principis, vel terrore a recte credulitatis lumine ad tenebras cogatur reuerti,Sic enim nec ſuper annexa capitula vel imperiis pricipum, vel terroribus oportebit vnquam euacuare,quia no uim⁹ omnes pene Hiſpanie ſacerdotes omneſq; ſeniores,vel iudices ac ceteros homines officii palatini iuraſſe,atq; ita nunc legibus decretum fuiſſe,vt nullus refuga vel perfidus qui contra gentem gothorum vel patriam ſeu regem agere in alterius gentis ſocietatem ſe tranſducere reperitur, integritate rerum ſuarum nullatenus reformetur,niſi forſitan principes humanitatis aliquid perſonis talibus impartire voluerint,qui tamen non amplius quam vigeſimam partem rerum ei qui perfidus extitit de rebus vnde rex elegerit tribuendi poteſtatem habebit,Sed quia pleroſq; clericos inſtãtis leuitatis interdum prauitatis preſumptio ita eleuat, vt pretermiſſa ordinis ſui grauitate, ac pollicíti ſacramẽti immemores,conſtante principe,cui fidem ſeruare promiſerant in alterius electionem temeraria leuitate conſentiant,Abrogari decet hanc omnino licentiam,& a noſtro cõſortio penitus extirpari,ita vt ſi quicunq; laicorum quandoq; intra fines patrie gothorum ſuperbiens regni apicem ſumere fortaſſe tentauerit,eiq; clericorum quilibet adiutorium vel fauorem p̃ſtiterit,atq; hunc qui ſuperbire videtur ad eandem regni ambitionem preualente delicto peruenire contigerit,ex eo quidam die,vel tempore eũdem epiſcopum,vel cuiuſlibet ordinis clericum excommunicatum manere perpetim oportebit, qui tali ſe ſcelere implicauit,tamen ſi ꝓpter improbitatem principis,cui inique conſenſit non potuerit inſtantia ſacerdotum a comunione ſuſpẽdi,ſaltem ſi ſuperſtitem poſt eiuſdem regis obitum tempus inuenerit,ſuperiori anathematis correptioni ſubiaceat,& quicũq; illi preter in vltimo vite ſue fine.(ſi tamen eum legitime penitere probauerit)communionis gratiam conſenſerit impendendam, Nobis interim ratio perſuaſit ſynodali ſuper hoc conſtitutione decernere, vt quicunq; etiam laicorum interdictis capitulis hoc in aduerſitatem gentis,aut patrie poteſtatis ve regie in externas partes ſe conferendo vel talibus opem prebendo noxius fuerit vltra repertus,nõ ſolum vt dictum eſt omniũ rerum ſuarũ proprietate priuetur, ſed & perpetua excommunicatiõe dãnetur,& nunq̃ illi niſi i vltimo mortis ſue tempore communio tribuatur,excepto ſi communionis eius remedium vel eorum de quibus ſupra taxauimus imploratione ſacerdotum apud principem fuerit impetratum.Nam ſi in derogationem, aut contumeliam principis reperiatur aliquis nequiter loqui,aut in necẽ regis, ſeu direptionem intẽdere,vel conſenſum prebere,nos quidem huiuſcemodi excommunicatione dignum cenſemus,vtrum tamen ſit illi quandoq; communicandum pietati principis decernendum relinquimus,cuius procul dubio poteſtatis eſt ſubiectorum culpas miſericordie iudiciiq; ſententia temperare.Conteſtamur autem clementiſſimos principes,& per inefabile diuini nominis ſacramentum obteſtantes vnanimiter obſecramus, ne quandocunque abſq; iuſta(vbi neceſſe fuerit) imploratione ſacerdotali excommunicatiõis huius ſententiam a perfidis clericis,vel laicis ad externas partes ſe tranſferentibus,vel conſenſum prebentibus quacunq; temeritate ſuſpendant, nam hoc magis vtilitatibus videtur ferre conſultũ ſi conſtitutionis noſtre forma ſeruetur,Execrandum anathema fiat,& velut preuaricator catholice fidei ſemper ad dominum reus exiſtat quicunq; regum deinceps canonis huius cenſurã in quocunq; crediderit,vel permiſerit violandum. Capitulum ſecundum.

¶Nichil contra ordinis ſtatutũ temeritatis auſu p̃ſumatur neq; illa que ſumma veneratione cenſentur,vel minimo preſumptionis tactu ſoluantur,cum ad hoc tantũ fieri iuſſa ſunt ne interrupta noſcãtur,vel languoris prouentu robore ſalutis priuetur natura,Non ergo fragilitati ſolum conſulit humane, ſed etiam ſacris myſteriorum dei prouidetur haberi ſollicitudinem. Cenſuimus ergo conuenire, vt cum a ſacerdotibus myſſarum tempore ſancta miſteria conſecrantur, ſi egritudinis accidit cuiuſlibet euentus quo ceptum nequeat conſecrationis expleri myſterium,ſit liberum epiſcopo,vel preſbytero alteri conſecrationem exequi officii cepti,Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis competit quam aut incipientis,aut ſubſequentis completa benedictione ſacerdotis,quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. Dum enim ſumus omnes vnum in Chriſto nichil contrarium diuerſitas format,vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repreſentat,quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduum eſſe ſibi non ambigant, ſed vt premiſſum eſt prece

A

dentibus libenter alii pro complemento succedant, nec tamen quod natura languoris causa consuli-
tur in presumptionis pernitiem conuertatur,Nullus post cibum potumq; quelibet minum sumptū
missas facere,nullus absq; patenti prouentu molestie minister vel sacerdos cum ceperit imperfecta of
ficia presumat omnino relinquere, Si quis hec temerare presumpserit excommunicationis sentētiam
sustinebit.

Capitulum tertium.

A ¶Ea que competunt honestati contingit sepe quorundam desidia non impleri. Proinde quia notū
est que dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus conseruetur traditione moris antiqui,
hoc tātum adiicimus, vt si quis sacerdotum secundum statuta cōcilii Valentini ad humanda decedē-
tis episcopi membra venire commonitus pigra voluntate distulerit, appellantibus clericis obeuntis
episcopi apud synodum, siue apud metropolitanum episcopum tempore anni vnius non faciendi
missam nec communicādi habeat omnino licentiam, Presbyteri autem siue ceteri clerici quibus ma
ior honoris locus apud eandem ecclesiam fuerit cuius sacerdos obierit,sed omni sollicitudine pro exe
quiis aut iam mortui,aut continuo antistitis morituri ad commonendum tardi inueniantur, aut per
quamcunq; molestiam animi id negligere comprobentur,totius anni spatio ad penitentiam in mo-
nasteriis deputentur.

Capitulum quartum.

B ¶Inter cetera deniq; que cōmuni consensu nos cōferre cōpetāter oportuit,querimonias etiam paro-
chianorum presbyterorum gallitie prouintie solertissime discernere decuit, quas contra pontificum
suorum rapacitates necessitasvt comperimus)tandem compulit in publicum examen deferri,hic eni
pontifices (vt euidens inquisitio patefecit) indiscreto moderamine parochianas ecclesias pregrauantes,
dum in exactionibus superflui frequenter existunt pene vsq; ad exactionem extreme virtutis quas-
dam basilicas perduxisse probātur,Ne ergo fiat de cetero quod constat hactenus inordinate presum-
ptum,non amplius quam duos solidos vnusquisq; episcoporum priuate prouintie per singulas dio-
ceses,vel singulas ecclesias iuxta synodum braccarensem annua illatione sibi expectet inferri, monaste
riorum tamen basilicis ab hac solutionis expensione seiunctis. Cum vero episcopus diocesem visitat
nulli pre multitudine onerosus existat,nec vnquam quinarium numerum euectionis excedat,aut am
plius quam vna die per vnam quamq; basilicam remorandi licentiam habeat,Quicūq; vero pontifi
cum eorundem aliter quam decernimus agendum presumpserit correptioni proculdubio canonum
subiacebit tanquam constitutionum synodalium transgressor,& priscorū patrū edicti corruptor.

Capitulum quintum.

C ¶Quosdā paternarū ignaros,vel oblitos traditionum in tātam cōspicimus corruisse desidiam,vt eo
rum execrando vsu pene oblita patescant que extiterunt legitime constituta. Dum enim indocti do-
cere appetunt quid aliud quam quia ignorantie errore vexentur ostendunt? Et quia gressu prepo-
stero innitentes presumptionem doctrine docendi studio anteponunt, patet quod non summe hu-
militatis gratiam petunt,sed actioni deprauationis inseruiūt, Ex hoc ergo iuste seueritatis talia decer-
nētes opportuno amputare iudicio innuimus eos quos in cellulis propriis reclusa sancte vite ambitio
tenet,quosq; eiusdem sancti propositi,& merita iuuant,& probitas ornat,quia hos dei auxilio,& no-
stro fauore tutos esse constat, illos vero quos in tali proposito ignauia impulit non prudentie cogni-
tio deputauit quosq; nulla vite dignitas ornat,sed (quod est deteri-) & ignorātia fedat,& morū execra
tio turbat, decernimus ab his abiici cellulis atq; locis in quibus aut feruntur vagi, aut tenentur inclusi
atq; ab episcopis siue rectoribus monasteriorum ex quorum congregatione fuerunt, vel in quorum
vicinitate constituunt in monasteriis omnimodo deputentur,vt illic sancti ordinis meditantes doctri-
nam primum possint discere que sunt a patribus instituta,vt postea valeāt docere que sunt sancta me
ditatione percepta, atq; tunc demum si doctrine & sancti operis fructu extiterint fecundati ad sum-
mam virtutis properent exercitio sancte intentionis imbuti, Deinceps autem quicunque ad hoc san-
ctum propositum venire disposuerint non aliter illis iterum dabitur assequi, nec hoc antea poterunt
adipisci,nisi prius in monasteriis instituti,& secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eru-
diti,& dignitatem honeste vite, & notitiam potuerint sancte promerere doctrine. Illos autem quos
tantum extrema vesania occuparit,vt incertis locis vagi, ac morum deprauationibus inhonesti vllam
prorsus,nec stabilitatem sedis,nec honestatem mentis habere extiterint cogniti, quicunq; ex sacerdo-
tibus vel ministris vagantes reppererint,aut si fuerint prope,cenobiorum patribus corrigendos assi-
gnent,aut si difficile est pro sola honestate vigoris sue potestati erudiendos inclinent.

Capitulum sextum.

¶Id etiam

¶Id etiam placuit vt pro reuerentia principis, ac regie sedis honore,vel metropolitani ciuitatis ipsius,& cōsolatione conuicini Toletane vrbis episcopi,qui eiusdem pontificis admonitionem acceperint singulis per annum mensibus in eadem vrbe debeant commorari, messiuis ac vindemialibus feriis relaxatis.Nos autem immortali deo,& glorioso Cindasiundo principi ob cuius votum in hanc vrbem sancta deuotione conuenimus,gratias vnanimiter offerentes optabili annisu deposcimus,vt sancte ecclesie catholice fidei semper ac pacis cumuletur affectus,& memorato principi cum prosperitate presentis regni futuri etiam largiantur premia gaudii,ipso prestāte qui in trinitate vnus deus viuit & gloriatur in secula seculorum. Hiorōtius in Christi nomine sancte Emeritēsis ecclesie metropolitanus episcopus hec constituta definiēs subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserūt numero triginta octo.

¶Explicit concilium Toletanum septimum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII TOLETANI OCTAVI.

¶Allocutio recessiunthi regis ad synodum.

i ¶De catholice fidei plenitudine.

ii ¶De incauto iuramento.

iii ¶De his qui sacrosanctos ordines muneribus assequuntur, & fautoribus eorum.

iiii ¶De incontinentibus episcopis.

v ¶De incōtinētibus presbyteris,ac diaconibus, & feminis que talibus coniunguntur.

vi ¶De incōtinentibus subdiaconibus.

vii ¶De his qui post assumpta ecclesiasticarū dignitatū officia,ad cōiugia redeūt

viii ¶De non ordinandis his qui psalmorū canticorū,seu hymnorum ignari sūt.

ix ¶De his qui pretextu incōmode egritudinis quadragesime ieiunium soluūt.

x ¶De his qui aut per auctoritatem aut per vim ordinati sunt.

xi ¶De confirmatione vniuersalium decretorum.

xii ¶De iudeis.

¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM OCTAVVM CELEBRATVM ERA.DCLI. SEXTO CALENDAS IANVARII.

ANNO QVINTO ORTHODOXI ATQVE GLORIOSI, & vera clementie dignitate precipui recessiunti regis,cum omnes nos diuine ordinatio volūtatis eiusdem principis sereniſſimo iussu in basilica sanctorū apostolorum ad sacrum synodi coegisset congregari conuentum, dies tandem letitie appetitu diutissime preoptatus & gratus affuit, & iocundus tanto nostri pectoris auidiori voto susceptus,quanto ad remedium salutis extiterat anhelātium precordiis exquisitus. Cunq; ex more vnusquisq; nostri ordinis sedes debitas occupasset,& euentū rei tranquille intentionis expectatio sustineret,adest sereniſſimus princeps pia religione pleniſſimus,& summo laudum tytulo glorioſus,qui se nostro cetui reddens accliuē, vt hunc omnipotenti domino precibus commendaremus astans dulcibus vt filius nos cohortatus est verbis,grates deferens deo virtutum quod sue iussionis implentes decretum in vnum fuissemus adunati concilium,sed cum tam humilem cognouissemus eius anime voluntatem, & tam sublimis glorie celsitudinem videremus accliuem,tanta sumus inde gloria exultationis succensi,vt grates illi debitas et honorem,& leti redderemus,& cernui,sed quātum extulerat principem humilitatis ordo sublimis, tantum ad exercitia summe virtutis instruebant exempla sacratiſſimi principis formam nostre religionis,tum relatis deo laudibus de vnitatis alterne prouentu magna nos cum tranquillitatis gratia allocutus est dicēs, Et si summus auctor rerū me diue memorie domini genitoris mei temporibus regni sede subuexit atq; ipsius glorie deferens participem fecit, nunc tamen cum ipse requiem eternarum adeptus est mansionum,ea que in me totius regiminis transfusa iura reliquit ex toto diuina michi potentia subiugauit,vnde quia regendorum membrorum causa salus est capitis,& felicitas

populorum non niſi mãſuetudo eſt principum,votiue decreui vobis coram poſitis & votorum meo/
rũ deliberationes ſanctione patula referare,& ſtudiorũ apta decreta ſincera exhibitiõe deferre. At vero quia anhelum pectus ſe in promiſſionum compita diffundit, ne pigritie feſſum retardationis one/
ribus ſe ſubmittat,longam proſecutionem compendio breuitatis aſtrinxi,& quod productionibus lo
quelarum in concione diffundere potui, totum in Tomi huius complicamento prorſus alme veſtre ſanctitudini offerre decreui,id magno precatu deliberationis exhortans,vt quecunq; illic tenentur aſ/
ſcripta valido attendatis intuitu,ſagaci perſcrutemini ſtudio,& quecunq; extiterint placita deo,veſtri oris ad nos ſacro referãtur oraculo,Accepto deinde oblato nobis tomo agentes dño gr̃as acclamaui/
mus,gloria in excelſis deo,& in terra pax hominib9 bone volũtatis. Poſt huius exultatiõis beate gau/
diũ,& celeſtis gl̃ie hymnũ eidẽ ſacro pricipi bñdiximus,reſeratoq; tomo hec inibi cõtexta repimus.

IN noie domini Flauius Receſiũtus rex reuerẽtiſſimis pr̃ibus in hac ſct̃a ſynodo reſidentib9 ſanctis ep̃is. Admirabili dono regulã fidei mee ſolidã tenẽs,& inſtructã agnoſcẽs,atq; in honore ei9 diadema glorie cũ cordis humilitate ꝓſternens, illo letus auditu quod oẽs reges terre ſeruiũt,& obe/
diũt deo,eo reuerendi p̃res excelſiori michi veneratiõis honore ſublimes corã vobis aduenio in gratiã manſuetudinis veſtre ſtudiũ cõuocans,& ad teſtimoniũ viſionis vr̃e me & corã oĩpotentis dei nutib9 tremendis acclinãs,referens illi corde leto gr̃as opulentas, quod vos clementia volũtatis ipſius ex nr̃e iuſſu celſitudinis ad huius ſancte congregatiõis votiuũ dignat9 eſt deducere cetũ, cõfidẽs tã michi q̃ vobis & in p̃ſentiũ ſerie tẽporũ,& futurorũ lõgitudie ſeculorũ eius adeſſe gr̃ie premiũ,quoniã vr̃a cõ/
cordia in cõueniendo vnanimũ ac religioſum demõſtratis affectũ,& diſpoſitionis mee in regendis populis q̃ piũ ſit poteritis patenter agnoſcere votum. Nunc igitur quia monens prelocutio longe di/
ctiõis nõ capit exceſſum,qd de ſctã fide noueri quã celitus illapſam michi p ſctorũ apl̃orũ frequen/
tiũq; patrum ora cognoui,ſeu qd de ſecuturis negotiis ꝓ quib9 hũc cõuentũ cõgregatiõis coadunari ꝓcenſui intimare decreueri, in hui9 tomi ſerie cõſcripta tenete,ac relicta ꝓnoſcite,& cũctis que teneri eius nr̃e amplitudinis poteſtas impreſſit vr̃e beatitudinis grauitas effectũ tam eis promat,ac miſeran
ter impendat,quam noſtre manſuetudinis ſerenitas hoc nobis ip̃lenda commendat.

A CExordium itaq; allocutionis mee ex diffinitione ſancte fidei ichoãs,cetera que futuris ſunt ꝓſecu/
tionib9 intimanda velut ſupra ſoliditatem Petre cõſtructur9 a deo etiã operis mei edificiũ cõgreſſut9, eo cõſequentia valid9 ponã,quo decenti9 firmiſſima p̃tuleri. Prio itaq; corã ſe reuerẽtia vr̃a habeat qd noſſe nõ ãbigit me orthodoxe fidei verã ſanctã,& ſincerã regulã de corde puro,& cõſcia bõa pleniſſi/
me hr̃e,veraciter ſcire & firmiſſime retinere,atq; eã ita cõplecti atq; venerari,atq; diligere, ſicut eã ſct̃a apl̃ica traditio docet,ſicut etiã ſct̃a ſynodus incena cõſtituit, ſicut cõſtãtinopoli ſanctorũ patrũ congre
gatio definiuit, ſicut epheſini primi cetus vnitas affirmauit,ſicut Calcedonẽ ſis cõcilii definitio p̃tulit, hãc cũ fidelib9 ſeruãs ad hanc ſaluãdos infideles inuitãs i hanc ſubiectos pp̃los regẽs,hãc ꝓpriis gẽti/
bus tenendã iſinuãs,hãc i pp̃lis alienis annũtiãs,vt in illa gl̃ificãs deũ,& iter mortales me ſumme di/
uinitatis felicitas aſſequatur,& in terra viuentium hereditas a me glorie capiatur. En reuerentiſſimi patres quantum ad veritatem fidei ſancte pertinuit ex toto animam meam ſue confeſſiõis titulos ex/
plicuiſſe honorificentia veſtra penſauit, Iam nũc magnopere arbitror eſſe michi opportunum que ten
dimus ſocietati eiuſdem vere fidei ſtudia ſancte operationis innectere,ne hanc aut ſine operibus mor/
tuam habeamus,aut non plenitudinis ſue dignitate perſpicua decidat inhoneſta, dum ſcriptura non ſilente de quibuſdam inferat qui dicunt ſe noſſe deum factis autem negant,Vt ergo hanc fidem ſupra lapidem illum ſolidatam quem reprobauerunt quidam edificantes. Idem tamen a domino factus eſt in caput anguli,& eſt admirabilis in oculis noſtris plenius habeamus eiuſq; inſignibus decẽtius ex/
ornemur,attendite cuius operis fructum,cuiuſq; operationis augmentum ſtudiis huius ſancte fidei cõſociare velimus,& innectere quãtopere optemus. Itaq; reuolutis retro temporibus,ita vos omnem q; populũ iuraſſe recolimus,vt cuiuſcunq; ordinis vel honoris p̃ſona que in necẽ regiã excidiũq; go/
thorũ gẽtis,ac patrie detecta fuiſſet, vel cogitaſſe noxia vel egiſſe,irreuocabilis ſentẽtie mulctatus atro
citate nuſq̃ mereretur venie remedium,vel alicuius temperantie percipere qualecũq; ſubſidiũ. At nũc quia graue oneroſumq; cenſetur,quia pietatis actibus grauí contradictione hec ſententia reſultare p/
pẽditur,& ſic funditus damnationis aſtipulatio retinetur,ne pietati que apl̃o p̃cinẽte ad omnia vtilis eſt, quicũq; aditus reſeruetur,veſtris hec cõmitto fidẽti animo ſacris ptractãda iudiciis, ac dirimenda ſententiis,vnde iam veſtrum erit inſpirante vobis miſeratione diuina,ita vtriuſq; diſcriminis tẽperare menſurã,ne aut in iuramento cõditio teneat reos,aut impietatis vltio habeat in humanos,ſicq; veſtri

nos inſtruat

nos instruat forma iudicii,vt subiectos populos nec in ꝓphanationib⁹ habeamus subditos, nec impietatis vinculis doleamus cõtaminatos. Post huius cõtentionis alloquiũ sequentiũ causas negotiorum simili quoqꝫ subiungim⁹ vos intendere attentione, Decernimus attestãtes vniuersitatẽ nostrã per sũme diuinitatis coequalẽ & coeternam & inseparabilem trinitatẽ,atqꝫ illius mysteriũ sacramẽtũ quod incarnatũ dei filiũ de spiritu sancto & maria virgine pro salute mũdi vera fides in toto orbe denũtiat, atqꝫ aduentũ eiusdẽ ielu christi filii dei nostri domini, quo ꝓmendi sunt impii,& regnũ ei⁹ quo glorificandi sunt sancti, vt quecunqꝫ negotia de quarũlibet querelarũ auditibus extiterint,patefacta cum iusticia & vigore misericorditer & cũ tẽperamento miserationis iustissime cõcorditer terminẽtur in legũ sentẽtiis que aut deprauata cõsistũt,aut ex supfluo vel indebito cõiecta videtur nre serenitatis accõmodãte consensu hec solũ que ad sincerã iustitiã & negotiorũ sufficientiã cõueniant ordinetis,canonũ obscura quedã &in dubiũ versa i meridiẽ lucide intelligentie reducatis,omniũqꝫ negotiorũ cõuentus ordinũqꝫ status qui in vestrã extiterit douolutipresntiã ita maiorũ regulis concordantes iustissime pieqꝫ ac temperanter cõstituere studeatis,vt & mihi qui ad studiorũ fructus bonorũ anhelo pars beatorũ adueniat,&vos qui adiplentes voluntatẽ dei me non spernitis imprecãtẽ religio beatitudinis eterne suscipiat,& visio delectationis dei sibi ꝓhenniter inherere cõcedat,Vos etiã illustres viros quos ex officio palatino huic sancte synodo interesse primatus obtinuit,ac nobilitas spectabilis honorauit, & experiẽtia equalitatis plebiũ rectores exegit,quos in regimine socios i aduersitate fidos,& in ꝓsperis ãplector-strẽnuos,ꝓ quos iustitia leges iplet,miseratio legis ipletur, cõtra iusticiã legũ moderatio equitatis tẽperãtiã legis extorquet,& adiurãs obtestor ꝓ oẽ illud admirabile & solũvni⁹ sacre fidei sacramẽtum,et per venerabilẽ oĩm sanctorũ patrũ per quẽ obtestor sanctum cõuẽtũ,vt ad cuncte veritatis aẽ discretiõis iustissime formulã ita animos dirigatis, vt nichil a consensu presentiũ patrũ,sanctorũqꝫ virorũ aliorsum mẽtis ducentes obtutũ,quicquid innocẽtie vicinũ,quicquid iusticie ꝓximũ,quicquid a pietate nõ alienũ, vel soli deo agnoueritis existere placitũ,instanter modeste & cũ omni dignemini intẽtione cõplere.Sciẽtes quia in eo quod hec mea sobria vota cõpletis,vos amabiles deo assignatis,& i eo qd decretorũ nrorũ edicta fauoris exhibitiõe corroboro mevobiscũ simlr cũ dño placiturũ assigno In cõmune iam vobis cũctis & diuini cultus ministris idoneis,& ex aula regia rectoribus diuini nominis adiuratiõe cõstrictis,adicio cõsensiõis mee verũ purũqꝫ ꝓmissum,vt quodcũqꝫ iusticie aut pietati salutariqꝫ discretiõi vicinũ decernere seu adimplere cũ cõsensu elegeritis oia fauẽte deo perficiã, et aduersi⁹ cõmoda cõtrouersiarũ ꝑmissis illis que ad domesticos fidei regula veritatis ptinuisse ꝓbauit adhuc aliq̃ a beatitudinis vre cõuẽtu eiusdẽ fidei debita sctã deposcit cõnectẽs me in sequẽdis traditionib⁹ cõfirmo causã que vre dignitati ꝓbatõn extranea,quãlibet ꝑ me lucrari,xps exhortet,inimicã sibi tn esse nõ ambigit, donec quod ardenter optat,obtineat,Iudeorũ scilicet & vitã moresqꝫ denuntio, quorũ tantũmodo noui terrã regiminis mei pollutã esse peste contagii. Nã cũ de⁹ oipotens oẽs ex hac regione radicit⁹ extirpauerit hereses,hoc solũ sacrilegii dedec⁹ remãsisse dinoscit,quod aut nre deuotionis instantia corrigat,aut vltionis sue vindicta dispdat,Ex eis eni quosdã traditiõis errore vetusto video retinere iura ꝓfidie,quosdã vero sacri baptismatis ex piatos ablutione ita in apostasie denuo relapsos errorẽ vt detestabilior inueniat,in eis ꝓfatio blasphemie, quã in illis quos nondũ constat purificatos esse regnationis sacre liquore,pro quo bone intẽtiõis agone & lucro fidei vere obsecro reuerentiã beatitudiuis vestre atqꝫ supra taxato contestor tremẽde cõiurationis tenore,vt absqꝫ omni fauore,absqꝫoi ꝓsonarũ partis ipsorũ acceptione,quicquid ad dñi & redẽptoris mei iesu christi verã fidẽ verumqꝫ ptinet honorẽ, de his iubeatis ardẽter &veriſſime deo ac fidei mee placitã sniam dare, vt sicut michi diuina pietas regnũ fideliũ dedit,cũ quibus eã cognoscit,ita quoqꝫ infideliũ assequi tribuat lucrũ,i quib⁹ volũtatis sue fieri bonũ & in ei⁹ cõueniſſe cõgaudeã venerabile regnũ,Datũ sub die kalendarum Ianuariarũ, anno feliciter quinto glorie regni nostri. In nomine dñi Flaui⁹ recceſiũth⁹ rex hanc fedei & bone voluntatis mee deliberationem manu mea subscripsi.

Capitulum primum.

¶Relecta omni pagina vel finita cum glorificassem⁹ deum de fidei principalis auditu, & de bone voluntatis eius affectu ad peragendarum causarum ceterarum negotium statim vertimus animum, simulqꝫ sumus exorsi initiũ. Tunc prime narrationis exortuvere fidei nobis tractatus occurrit, incepimus de illa premitus loqui vt inde soliditatis auspicemur exordium, vnde sacre sumpsimus natiuitatis initium, quatinus assertionum sanctarum forti premissa sententia, quicquid imposterum subsequẽter aduenerit de actis negotiorum fortius sustinere valeat seriem decretorum, Vnam ergo sa A

cre fidei veram profeſſionem verãq; regulam tenere, nos tota virtute & animi profitemur & acclamamus cunctiſq; percipiendam ac retinendam plena deliberatione inceſſanter predicamus, ſicut a ſanctis apoſtolis oſtenſa docetur, ſicut a ſequentibus patribus orthodoxis diſſerta probatur, ſicut etiam a ſanctis illis ſynodalibus geſtis vere ſancteq; confirmata dinoſcitur, in quibus arrii vel eutycetis inſaniſſimus error deprehẽditur & radicitus extirpatur, ſicut deniq; in ſacris miſſarum ſolemnitatibus concordi voce profitemur ac dicimus,

CREDIMVS IN VNVM DEVM PATREM OMNIPOTENtem factorem celi & terre, viſibilium omnium & inuiſibilium cõditorem. Et in vnum dominum ieſum chriſtum filium dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſecula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natũ non factum, omouſion patri, hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtãtie, per quem omnia facta ſunt, que in celo & que in terra, qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnat⁹ eſt de ſpiritu ſancto ex maria virgine, homo factus & paſſus ſub pontio pilato ac ſepultus, & tertia die reſurrexit. Aſcendit in celos, ſedet ad dexterã patris, inde venturus iudicare in gloria viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus & in ſpiritum ſanctum viuificatorem ex patre & filio procedentem, cũ patre & filio adorandum & glorificandum, qui locutus eſt per prophetas. Et vnã catholicam atq; apoſtolicam eccleſiam. Confitemur vnũ baptiſma in remiſſionem peccatorum, expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen. Huius fidei ſancte regula idcirco nunc tractatus non recipit aperturam, quia & a ſacris doctoribus abunde cõſtat expoſita, & imminentium cauſarum negotia ad alia trahunt peragenda.

Capitulum ſecundum.

A ¶Secunde diſputationis occurſu affuit negotium, tam facile quam & graue, in quo de refugis atq; perfidis diſputatione commota, vtrum ne poſſit eorundem contemperari ſententia damnatorũ, magno ſatis conatu eſt exquiſitum, ſed cum illarum ſeries conditionum ad quas decurſis non longe tẽpor⁹ pro eorum penuria hoſtilitatis vaſtitas nos iurare coegerat, noſtris eſſet auditibus recenſita, tãtam reperimus obligationis illic ineſſe cenſuram, vt macularum ſuarum nodoſitas non tantum videretur prohibitionem dediſſe tranſgreſſionum quantum concluſiſſe viſcera pietatum. Aderat enim quod in vtroq; pauor agebat, & ne ſancti nominis profanatio fieret, & ne miſerationis operatio interiret, quia ex dei nominis profanatione non aberat quod terrebat, prohibitione pietatis aderat quod tendebat. Dũ quoq; alterno periculorum obiectu ſibi prolate ſententie repugnarẽt, periclitabamur ancipites in biſido partium diſſidentium calle, quo direptionis tramite iudicium properaret. Sed cum greſſibus diſputationis noſtre eſſet difficultatis congreſſio, & de via nos deieciſſet properandi, tandẽ relicto diſcrimine cum fragore ſingultuum & imbribus lachrimarum ad deum qui pietatis fons eſt verba ſimul & corda conuertimus orantia. Spira ſancte ſpiritus & ducito nos in portum voluntatis tue ſedatis fluctibus ignorantie noſtre, ecce enim periculorum ſyrtes in littore curſus noſtri ꝓueniũt, atq; hinc inde obuiantibus naufragiorum obicibus quo diſputationis noſtre vela pandamus attentionis conſideratione non cernimus, ſed aſpira tu ſancte ſpiritus & dato nobis te donante noſſe quod iubeas, ac te iubente implere poſſe quod iuſſeris, vt perluſtrando illumines quod neſcimus, & adiuuãdo perficias quod implere pauemus. Simus ergo in te requieſcentes, & erroneorum fluctuum pauoribus abiectis cõmercia nos iube diſponere pacis. Incohemus illa que & in gloriam tue omnipotentie conferantur, & humane ſaluti te annuente donentur. Tpibus non procul excurſis cum quorundam refutatorum tumultuoſa ſeditio frequenter vaſtationes terris inferret, & ſcandala populis cum exciſiis irrogaret, adeo vt captiuorum turmas ducerẽt, & deſolationes eccleſiarũ facerẽt, que tali cõcuſſe ſunt peſte, vt quilibet conatus nequeat reparare, exactũ eſt vi potius neceſſitatis exorte quã deliberatione iudicii, vt contra eoſdem eiſdemq; ſimillimos cum omni fere populo acerrima iuramẽta daremus. Vnde iuraſſe nos per attrectationẽ diuini nominis cõditio iuramẽti demõſtrat, & ne reſolui queat ſacre ſcripture auctoritas inſtat, ſcriptũ nãq; in exodo eſt. Non aſſumes nomẽ dñi dei tui in vanũ, nec inſontem eni habebit dñs eũ qui aſſumpſerit nomen dei ſui fruſtra. Item in leuitico. Non periurabis in noie meo, nec pollues nomẽ dñi dei tui, ego dñs. At vero qa illata ꝑſſurarũ acerbitas reſolui poſſit ac debeat, tã vincu'orum & lamentorum horũ aſpitas inſinuat, quã eiuſdẽ auctoritatis domínice precepta commendant, etenim iuxta veterem tranſlationem ita quoſdam per Eſaiam graui exprobratione dominus increpat & arguit dicens, Ve filiis deſertionis dicit dominus, feciſtis cõcilium non per me

per me,& ſponſionem nõ per ſpiritum meum,adiecere peccatum ſuper peccatum, item in hieremia, iniquitates noſtre declinauerunt omnia,& peccata noſtra amouerunt bona a nobis,quia inuenti ſunt in populo meo impii, & loquentes vana ſtatuerunt ad diſpergendos viros, & comprehenderunt, vt laqueus venantis plenus volatilibus,ſic domus eorum plene dolo,& item per eundẽ. Ve mihi anima mea quia periit reuertens a terra,& qui corrigat inter homines non eſt,omnes in ſanguine iudicantur,vnuſquiſq; proximum ſuum tribulat,omnes in malum ſuas manus preparant. Beneficẽtie certe que diuinis oculis tanto eſt gratior quanto & inuenitur eſſe preſentior, ſic nos eſaias inſtruit dicens, Diſſolue colligationes impietatis,ſolue faſciculos deprimentes, Paulus etiam vas electionis,pietas ad omnia vtilis eſt. Et iacobus. Iudicium ſine miſericordia illi fiet qui non fecit miſericordiam. Superexcellit autem miſericordia iudicio,Iohannes item,Qui odit fratrem ſuum homicida eſt,& ſcitis quia omnis homicida nõ habet vitam eternam in ſe manentẽ. Et per ſemetipſum veritas. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos odiunt,& iterum,dimittite & dimittetur vobis. Si autem non dimiſeritis,nec pater veſter celeſtis dimittet vobis peccata veſtra. Ecce ſunt dominice iuſſionis hinc inde aſtipulata firmiſſima cautiõe precepta,ac proinde quia ſunt diuini oris profecutione taxata manebunt per omnia eterna lege prefixa,Quid ergo? Et iuramenta iuſtitie & iuramẽta pacis ſibi contraire narrabimus dum ſcriptum ſit,miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi,iuſticia & pax complexe ſũt ſe? At qui controuerſiarum lapſus eſſe intẽtione faſſi ſumus. & cum vnius partis aſſertionem narramus non impendendam,cur alterius aſſertio partis iacture patietur inſtantiam? Et quia iuramenti cuſtodia vltionem non temperat paueſcendam. Iccirco impietatis atrocitas mortem pariat execrãdam? abſit. Etenim ſi publicis ſacramentorum geſtis (quod deus auertat) a quibuſlibet illicita,vel non bona extitiſſe conditio allegatur, que aut iugulare animam patris,aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſſime virginis, nunquid tolerabilius eſſet ſtulte promiſſionis eiicere vota, quam inutilium promiſſorum cuſtodia exhorrendam criminum implere menſuram? Quod ſi ita eſſet quomodo crederetur vnius obſeruantia iuſſionis fons pietatis,cum emitteret tribulos vltionis? Aut quenam illa eſſet ſacre obſeruatio legis,que ſacrilegia committeret probitatis? vel cuius menſure iniquitas videretur, vt ex vnius precepti cautela necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contẽdimus vt cõtentionum diuortiis concitatis nos ipſos contẽtionis certaminibus miſceamus,eſt vera pax in vtroq; quod dicimus,quia ſic ſpiritus ſanctus iter noſtrum ac curſum temperat,vt in nullo deuius nos caſus a diſpoſitione ſecludat, Vnde plena iam voce pleniori fide pleniſſimaq; intentione predicimus,atq; in tota ſancte eccleſie vniuerſitate predicamus pariter & optamus nulla pfanatione ſolius & ſumme diuinitatis nomen exiſtere aſſumendum,nullo periurio ſacrilegii indebito profanãdũ,nullo vnq̃ conta ctu fallacie contingendum, Nã ſi atteſtante veritate propter profanationem periurii euitandam prohibetur omnino iurare cum dicitur, ſit ſermo veſter,eſt eſt, non non,quod autem plus eſt,a malo eſt, quomodo impunitum erit nomen tante glorie voluntarie profanaſſe. dum in eo taxata fides dinoſcitur interiiſſe? vel quatenus pacis federa inter gentium diſſidia ligabuntur,ſi non iuramenti pacta ſanctiori integritate ſeruentur. Et enim omne quod in pacis federa venit,tunc ſolidius ſubſiſtit,cum iuramẽti hoc interpoſitio roborat,ſed & omne quod animos amicorum conciliat,tunc fides durat, cum ea ſacramẽti vincula ligant, Omne etiam quod teſtis aſtipulatur,tunc verius conſtat cum id adiectio iurationis affirmat,quod ſi & geſtis deficiat. nocentis fidem ſola iuriſiurandi, taxatio manifeſtat, hinc vt mentibus humanis diuina volũtas panderet quod volebat, ne labãs fragilitas pro incerto teneret quod inuiolate veritatis promiſſio exprimebat per eſaiam loquitur dicẽs, Ego dominus & non eſt alius,in memetipſo iurauí, Si ergo tante inſtitutiõis limite ſunt votiua iuramenta ſeruanda quis alienus a veritate coſtituat execrabiliter violanda. Stabunt ergo ſacre auctoritatis viuifica iuſſa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda Verum ne iuramenta que data ſunt videantur in nos ita penitus miſerationum concluſiſſe precordia,vt nullam de pietatis affectu animeviſcera concipiant indulgentiam parituram ſic ſtabilitis contractibus iuramenti ſinum mie aperimus, atq; illa cunctis deo placita miſereri cenſemus,vt nos nec iuramenti teneat cautio reos nec inhumanitas faciat execrandos. Occurrere certe miſerorum ruinis debet, ſubſidio vnuſquiſq; quo valet & ex releuatione aliene vindicte a ſe dei amouere vindictam,libat enim domino proſpera qui ab afflictis pellit aduerſa, vnde Iob iuuante paſſionis experiẽtia impẽdens patiẽtib9 paſſionis ſue patientiam memorabat, ſuarũ virtutũ cathalogũ texẽs iter cetera ſic cõnectit,bñ dictio pituri ſup meveniebat & corvidue cõſolatus ſum. Et paulopoſt,flebam quondã ſup eo qui afflictus erat & cõpatiebatur anima mea pauperi.

Hinc &ſalomõ. Erue eos qui ducũtur ad mortem,& qui trahũtur ad interitum liberare ne ceſſes,qui bus ſancte auctoritatis inſtructi decretis nec ſanctum nomen profanaſſe nos conſtat, quod nullate⸗ nus proſanandum ius noſtre predicationis inſinuat,& indulgentie viſceribus adapertis licet oris ſui proteſſione damnati difficile mereantur abſolui,iuxta quod ſcriptum eſt,Sãguis tuus ſuper caput tu⸗ um,os enim tuum locutum eſt aduerſum te,Iterum,ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo iuſtifi caberis,tamen pietatis intuitu & precedenti viam pandimus & miſericordiam prorogamus, huius ſane promiſſionis incaute crudam, cruentamq; temperare ſententiam illa quammaxime compel⸗ limur cauſa, quod hec duo mala licet ſint oĩno cautiſſime precauenda,tñ ſi periculi neceſſitas ex his vnum temperare compulerit, id debemus reſoluereqd̃ minori nexu noſcitur obligari,quid aũt ex his leui⁹, quid ve ſit grauius pietatis acumine veſtigemus,Etenim dum periurare compellimur, creatorẽ quidẽ offendimus,ſed nos tantunmodo maculamus. Cum vero noxia promiſſa complemus,& dei iuſſa ſuperbe contemnimus,& ꝓximis impia crudelitate nocemus,& nos ipſos crudeliori gladio tru cidam⁹. Illic enim duplici culparum telo percutimur ,hic tripliciter iugulamur,Reſtat ergovt hac no ſtra pergat ſententia qua miſericordie patuerit via, que ita in domino probatur accepta, vt plus iã cupiat q̃ ſacrificia veneranda,dicente ipſo, Miſericordiam volo & non ſacrificiũ , Hac indulgentie cõ ceſſa licentia miſerationis ipſius opus in glorioſi principis poteſtate redigimus,vt quia deus illi miſe rendi aditũ patefecit,remedia pietatis ipſe quoq; non deneget,Q ue ita principali diſcretione mode rata perſiſtant,vt & illis ſit aliquatenus miſericordia cõtributa & nuſq̃ gens aut patria per eoſdem aut periculum quodcunq; perferat aut iacturam,hec miſerationis obtentu temperaſſe ſufficiat. Ceterum quecunq; iuramenta pro regie poteſtatis ſalute & contutatiõe gentis & patrie vel hactenus ſunt exa⸗ cta vel deinceps extiterint exigenda,omni cuſtodia omniq; vigilãtia indiſſolubiliter decernimus ob ſeruanda,a membrocum truncatione mortiſq; ſententia religione penitus abſoluta,Sed ne prauarum mentium verſuta nequitia noſmetipſos ad periurii qñq; deuocet culpam, nec a ſancte fidei regula hanc afferat venire ſententiam, tam diuine auctoritatis oracula quam precedentium patrum aſſerta huic narrationi curauimus innectenda. Etenim imutabilis deitatis licet dicta ſint firmiſſima crebro tamen eius & iuramenta leguntur & penitentia,que ſacris extant myſteriis adoperta,Iurare namq; dei eſt a ſe ipſo nullatenus ordinata conuellere,penitere vero eadem ordinata cum voluerit immuta⸗ re. Sic enim per hieremiã dicit. Repente loquar aduerſum gẽtem,& aduerſum regnum,vt eradicem & deſtruam & diſperdam illud, ſi penitentiam egerit gens illa ſuper malo ſuo qd̃ locutus ſum aduer⸗ ſus eam,agam & ego penitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei Et per ezechielem,Si dixe ro iuſto viro quod vita viuat,& conuerſus a iuſticia ſua fecerit iniquitatem, oẽs iuſticie eius obliuio ni tradentur,& iniquitate ſua quam operatus eſt in ipſa morietur. Si autem dixero impio morte mo rieris & egerit penitentiam a peccato ſuo, vita viuet & nõ morietur. Si ergo noſtra cõuerſio ſic diuinã mutat ſententiam,cur miſetorum tante lachrime vel preſſura tam crudam non temperant ex miſera tione vindictam? Hinc etiam iſraelitico populo ſepe vltio promiſſa ſuſpẽditur, & niniuitarũ perditio diuine ſententie permutatione ſedatur. At vero illuſtrium laudum titulo preclarus autor Ambro⸗ ſius in libro de officiis primo huiuſce rei cauſa ſic loquitur,Eſt etiam contra officium nonnunquam promiſſum ſacramentum cuſtodire,vt herodes qui iurauit quoniam quicquid petitura eſſet daret fi lie herodiadis,& necem iohannis preſtitit,ne promiſſum denegaret. Nã de iepte quid dicam qui immolauit filiã que ſibivictori primum occurrerat,quovotum impleret quod ſpoponderat,vt quicquid ſibi primum occurriſſet offerret deo,Melius fuerat nichil tale promittere, quam promiſſum ſoluere parricidio,Itẽ in libro tertio,Purum ergo ac ſincerum oportet eſſe affectũ,& vnuſquiſq; ſimplicem ſer monem proferat,vas ſuum in ſanctitate poſſideat,nec fratrem circunſcriptione verborum ſeducat ,ni chil promittat inhoneſtum,ac ſi promiſerit,tolerabilius eſt promiſſum non facere,quam facere quod turpe ſit. Sepe pleriq; cõſtringunt ſe iuriſiurandi ſacramento, & cũ ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe,ſacramenti tamen contemplatione faciunt quod ſpoponderint,ſicut de Herode ſupraſcri pſimus,qui ſaltatrici premiũ turpiter promiſit,crudeliter ſoluit,turpe eſt quod regnum pro ſaltatio⸗ ne promittitur,crudele quod mors pro profeſſa iuriſiurandi religione datur. Quãto tolerabilius ta⸗ le fuiſſet periurium ſacramento? & poſt pauca deiepte diſputãs, miſerabilis neceſſitas que ſoluitur parricidio,Melius eſt votũ nõ ſoluere,quam id quod ſibi is cui promittitur nolit exolui, & poſt pau lulũ. Nõ ſemper igit̃ ꝓmiſſa ſoluenda omnia ſunt,Deniq; ipſe deus ſicut ſcriptura indicat frequen⸗ ter mutat ſuam ſententiam.

¶Vir quoq; sanctissimus augustinus vestigationis acumine cautus inueniendi arte precipuus,affe- A
rendi copia profluus,eloquentie flore venustus,sapientie fructu fecundus,hec in suis narrat affatibus.
Duo sunt omnino genera mēdaciorum, in quibus non magna culpa est,sed tamen non est sine cul-
pa cum aut iocamur, aut pro misericordia mentimur,illud primū in iocando non est pernitiosissi-
mum,quia non fallit,nouit enim ille cui dicitur ioci causa esse dictum, secundum autem minus est.
ideo quia retinet nonnullam beniuolentiam, idem ipse. Non auferat inquit veritas misericordiam,
nec misericordia impediat veritatem,si enim pro veritate,aut quasi rigidaveritate oblitus fueris mise-
ricordiam,non ambulabis in via domini in qua misericordia & veritas obuiauerūt sibi, Beatus etiam
papa Gregorius & vite meritis honorandus atq; in ethicis assertionibus pene cunctis merito prefe
rend⁹ sic in libris infert moralib⁹, Quia ergo beemoth iste tā iexplicabilib⁹ modis ligatur ,vtplerūq;
mēs in dubio adducta vnde se a culpa soluere nitit̄,inde culpa arti⁹ astrigatur recte dicitur. Nerui te
sticulorū ei⁹ pplexi sunt,argumēta nāq; machinationū illi⁹ quo magis relaxāturvt reliquāt, eo magis
implicantur vt teneant, Est tamen quod ad destruendas versutias vtiliter fiat, vt cum mens minori &
maximo peccato constringitur,si omnino nullus sine peccato aditus euadendi patet,minora semper
eligantur,quia & qui murorū ambitu ne fugiat clauditur,ibi se in fugam precipitat, vbi breuior mu-
rus inuenitur,Nostri quoq; seculi doctor egregius ecclesie catholice nouissimum decus precedentib⁹
etate postremus doctrine comparatione non infimus, atq; & quod maius est iā seculorum finitorū
doctissimus, cum reuerentia nominandus ysidorus in libro sententiarum secundo hec pro tali nar-
rat negotio. Nō est conseruandum sacramentum quod male & incaute promittitur,velut si quispiam
adultere perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sa-
cramentum,quam permanere in stupri flagitio,Similiter in sinonimis. In malis promissis rescinde fi
dem,in turpi voto muta decretū, quod incaute vouisti,impia est promissio que scelere adimpletur,
Hec de sacris paginis auctoribusq; precipuis breuissime sufficiat prelibasse. Nam plurima colligere
poterit qui hec attētius legendo quesierit, Ceterum quibus hec nequaq̄ sufficiuntvel hic sumant cum
rubore silentium quia optat vas electionis anathema esse a christo pro fratribus suis quam perdura-
re crudelibus in delictis.

Capitulum tertium.

¶Tertio ratiocinationis alloquio doluimus contra priora monita patrum vota, pernitiosissima po- B
sterorum,nam quanto frequentius illi noxiavetuerunt,tanto studiosius isti perpetrare vetita non quie
scūt. Sicq; per contrarium quod penitus occumbere debuit,insultare non desinit,& res que tot exci-
sa decretis arescere potuit,ad vicem lernei capitis,(vt ferūt fabule)trūcata virescit. Deniq; quod nō sine
magno dolore dicendū est,reperiūtur quamplurimi negotio muneris perituri mercari velle gratiam
spiritus sancti dum ille premium donat,vt pontificalis ordinis sui sublime culmen accipiat oblit⁹ver-
borum petri qui dixit ad symonē. Pecunia tua tecum sit in pditionē,quoniā donū dei extimasti per
pecuniam possideri,proinde quia & vsitatū est tantum malum & maiorum frequenter constat mu-
crone succisum,nos quoscq; huic vulneri canceroso ignitū quod superest adhuc iniicimus ferrum de-
cernentes omnino,vt quicunq; deinceps propter accipiendam sacerdotii dignitatem,quodlibet pre-
mium fuerit detectus obtulisse,ex eodem tempore se nouerit, anathematis opprobrio cōdemnatum,
atq; a participatiōe christi corporis&sanguinis alienum,ex quo illum cōstat execrabile christo perpe
trasse flagitium. Quod si aliquis extiterit qui accuset,ille qui hūc ordinem munerum fuerat acceptio
ne lucrat⁹,&suscepto honoris gradu priuetur,& in monasterio sub perhenni penitentia relegetur, illi
vero qui hac causa munerum acceptatores extiterint, si clerici fuerint,honoris amissiōe mulctentur. Si
vero laici,anathemathe perpetuo condemnentur.

Capitulum quartum.

¶Quarte congregationis euentu obuius sese nobis intulit pōtificalis culminis lapsus, quoniam an- C
te flere q̄ disponere compulsi ex ordine sumus,nam dum secundum carnis assumpte mysterium ec-
clesie sue fuerit dignatus caput existere xps, merito in membris eius intentio episcoporum officia
pagere cernit̄ oculorū,Ipi eni de sublimioribus celsitudine ordinis regūt & disponūt subiectas mlti-tu
dines plebiū,vn quāto ipsi frequēti⁹ fiūt ductores,tāto meritorū lumie dnt prefulgere, quappropter
oēs epi inter cetera virtutū ornamenta nitore carnis dnt ppensius enitere,vt ex hoc audientes mūditiā

appetant ex quo doctores immundicia non deturpat, adeo vt si deinceps episcopi detecti fuerint exe crabilibus flagitiis cum quibuslibet feminis pollui ac familiari peculiaritate versari, nouerint se irre uocabili sententia patrum vlcisci, id est & loci & ordinis dignitate priuari.

Capitulum quintum.

A ¶Quite actionis impulsu peruenit ad totius concilii sacrum auditum quosdam sacerdotes & mini stros obliuiscentes maiorū ac veterū constitutorum, aut vxorū aut quaruncunq; feminarū immunda societate, & exeecrabili contagione turpari, & pessima cordis obstinatiōe, tam sacris litteris quā patrū re gulis obuiantes, nec leui quidem respiramine contemplantes quod scriptū est. Sācti estote quoniā & ego sanctus sum dicit dominus, & illud apostolicū. Mortificate membra vestra, que sunt super terram id est fornicationē & immūdiciā, concupiscentiam malā & auaritiam, quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto auctorū conuenit obuiare decretis, propter quod flagitiis detectis specialiter hoc a sancto concilio definitur, vt omnes episcopi ad ipsum in suis querere sollicite curent, Et cū hoc verissi me reperire potuerint, omnes placita cautione taliter distringant, vt nunq̄ vlterius tam abominan da cōmittant, mulieres vero seu libere sint seu ancille tam turpiter societate ita omnimode separentur, aut certe vendantur, vt vlterius ad cōsocios sui criminis reuertendi omnē habeant aditū denegatū, Illi vero si omnino coherceri nequiuerit vsq; ad exitū vite sue monasteriis deputati disciplinis monasti cis maneant omnino subiecti.

Capitulum sextum.

B ¶Sexte discussionis obiectu quorūdā male sibi consciorum patuit denotatum elogium, nam relatū est nobis quosdā subdiaconos postq̄ ad sacri ordinis puenerint gradū, nō solū carnis immūdicia sordi dari cū scriptū sit, Mūdamini qui fertis vasa dñi, sed etiā (qđ dictu nefas est) quoq; vxorib⁹ copari, asse rētes hoc ideo sibi licere, quia bñdictionē a pōtifice nesciūt pcepisse, Proide oi excusationū dilcisso vela mine id precipimus obseruari, vt cum iidem subdiacōes ordinātur cūvasis ministerii bñdictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, & sacra dinoscitur consuetudo sub stare prolata, omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota, Quod si hoc vulnere dein ceps fuerint sauciati, mox erunt sub penitentie oneribus vsq; ad extremum vite monasteriis religādi.

Capitulum septimum.

C ¶Septime assertionis accessu adiit cetum nostrū tam inuerecunda progressio q̄ ignobilis ac detestan da presumptio, quosdam enim aut euentu necessitatum aut metu periculorum ab episcopis sumpsis se nouimus ecclesiasticarum officia dignitatū. Et quoniam cum illis hec imponerentur, id sibi fieri no luisse testati sunt, idcirco id spernere atq; ad pristina pertētant coniugia, moresq; redire, tam nequiter celestia iura soluentes, quam prompte seculi extant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos cōuenit qđ epalis eminētie diuine auctoritas nō imerito sacris oībus esse sūma percēsuit, que ceteris sacerdoti bus exercēda phibuit, scilicet tēplorū dei sacrationē, chrismatis benedictionē, sacrorūq; ordinū restitu tionem, que tamdiu aliter ordiata pristūt quā excellētissime cōferunt, quia & tāto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda seruantur. Quomodo ergo quod in se re cipit a se reiicere poterit, cum hec a nullo altero cōferri quā a solis pontificibus nouit quibus nec liga ta solui, nec soluta potuerunt ab aliquo religari? Sic enim ad petrū veritas ait, quodcūq; ligauerītis sup terram erit ligatum & in celo, & quodcunq; solueritis super terram erit solutum & in celo, nequaq̄ ali quādo poterit profanari quod diuina iussiōe simulq; apostolice traditiōis auctoritate sacrū noscitur extitisse, Verum sicut sanctum chrisma collatum & altaris honor euelli non queūt, ita quoq; sacrum decus honorū quod his compar habetur, & socium qualibet fuerit occasione perceptum manebit om nimode incōuulsū, Ad extirpandū vero radicit⁹ hui⁹ callide machinatiōis iutile argumētū, id sibi ra tiōabiliter dari noluerūt obiectu qđ sacro sācti baptismatis iappciabile donū est semp & sepe nō solū nolentibus verū etiā (quod maius est) nescientibus impartitur sed hoc a nullo penit⁹ pfanari pmittit, qđ si & hoc opponitur, nec dū rationis capacē existere qui hoc probatur acipere, hinc omnimodo co gnoscant, quia si maiores impune non deserunt quod paruuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt, quanto magis non conuenit violari, quod pro mortis aut penarū euadenda pnitie occulta dei dispen sasione dinoscitur obuenisse? Recedant ergo taliū desideriorum sine verecūdia impudorati fauores, & licet inuiti perceperint qđ nō merebantur habere, libenter tamē ob celeste retineant meritū, quod nolendo pter terrene cōsecuti sunt necessitatis euentū, vt tam inuiti appetāt bona diligere, quāspōte videtur desidētes ipugnare, Quod si quis post hoc phēnis dispositionis edictū nō sinceriter sacris in

heserit

heſerit cũltibus & abiiciens a ſe gratiam quam accepit relabitur ad coniugium,moreſq; ſeculi attenta uerit,vel eum redire ad hoc conſtiterit,mox omni eccleſiaſtici ordinis dignitate priuetur, & vt apoſta ta a ſancte eccleſie liminib⁹ & ſocietate fideliũ habeatur prorſus excluſus, monaſterii clauſtris donec vixerit ſub penitentia retrudendus.

Capitulum octauum.

¶ Reperimus quoſdam diuinis officiis mancipatos,tanta neſcientie ſocordia plenos,ita litterarũ & diſcipline ignaros, vt nec in illis probentur inſtructi competenter ordinibus qui quotidianos ver ſantur in vſus,Proinde ſollicite conſtituitur atq; decernitur,vt nullius cuiuſcũq; dignitatis eccleſiaſti ce deinceps percipiant gradum,qui non totum pſalterium,vel canticorum vſualium,& hymnorum, ſiue baptizandi perfecte nouerint ſupplementum,Illi ſane qui iam honore dignitatum fungũtur hu iuſce tamen ignorantie cecitate vexantur. aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi, aut a maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Abſurdum ſiquidem eſt eos qui ceteros ſim pliciores & laicos habẽt docere,quibus & diſcipline & vite debẽt eſſe veluti quoddam ſpeculũ ad ali cuius ordinis,vel dignitatis promoueri ſtatum,qui legem dei ignorant,nec litterarũ ſaltem medio critate ſunt inſigniti,Nullus igitur ad ſacra dei myſteria tractanda veniat illotus aliquis, Ignorantie tenebris cecutiens,ſed ſolus is accedat,quem morum innocentia & litterarum ſplendor reddunt illu ſtrem,aliter ordinaturis & ordinandis imminente impoſterum dei & eius eccleſie vindicta. A

Capitulum nonum.

¶ None intentionis admonitu detecta eſt ingluuies horrenda voratuũ que dum freno parſimonie nõ aſtringitur religioni cõtraire monſtratur,dicente enim ſcriptura,Qui ſpernit minima paulatim decidit,illi tante edacitatis improbe graſſantur vt celeſtia & pene ſumma cõtẽnere videantur, Et etiã quicũq; quadrageſime dies que anni totius decime putantur que & in oblatione ieiunii domino eõ ſecrantur,quib⁹ etiã ſaluberrime cõditio humani gñis expiatur, dũ a quattuor mũdi ptibus ad hãc homo religionem creditur⁹ adducitur,& quattuor elementis formatur, & propter tranſgreſſionem decalogi quattuor decies cõuenienter affligitur,illi qui temerarie,hec omnia contẽnunt nec voracita tis ingluuiem frenant,& quod peius eſt paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione profanant,qui bus ex hoc adeo accerrime interdicitur,vt quiſquis ſine ineuitabili neceſſitate,atq; fragilitate,& eui denti languore,ſeu etiam impoſſibilitate etatis dieb⁹ quadrageſime eſum carnium preſumpſerit at tentare non ſolum reus erit reſurrectionis dñice,verumetiam alienus ab eiuſdem diei ſancta commu nione &hoc illi cumuletur ad penam,vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinentie oblitus eſt diſciplinam. Illi vero quos aut etas incuruat,aut languor ex tenuat,aut neceſſitas arctat,non ante prohibita violare preſumant,quam a ſacerdote permiſſum per cipiant. B

Capitulum decimum.

¶ Decime colluctationis aſſenſu moleſtis actibus quib⁹ ſagax indagatio pietatis obuiaret decreuit non tam bene regendi licentia, quam ſe manſuetudo impugnaſſe probatur,ſatis vt opinamur illi & glorioſi principis & decreto ſancte ſynodi huius contradictum eſſe conſpeximus, Ita enim ſanctus ſpiritus per vtraſq; definitiones mortalium corda perflauit,vt vitali flatu verborum impoſterũ oẽm exureret male concupiſcentium rabiem animorum. Actum namq; eſt definitionibus ipſis, vt quia pietatis diuine incomprehenſibilis natura ſe conditioni mortalium in vnione perſone coniũxit my ſterio redemptionis humane.Nos quoq; membra capitis hui⁹ & perfidie malũ & concupiſcentiam que radix malorũ eſt omnium,& auaritiam que inuenitur ſeruit⁹ idolorum pari ſimul igne ac mu crone totoq; artificio radicit⁹ euellam⁹ ac deſecem⁹. Ab hinc ergo deinceps ita erũt in regni gloriam preficiendi rectores,vt aut in vrbe regia,aut in loco vbi princeps deceſſerit cum pontificum maiorũ q; palatii oĩmodo eligantur aſſenſu,non forinſecus cetu,aut conſpiratione paucorũ,aut ruſticarũ ple bium ſeditione tumultuoſa,ſed erũt catholice fidei aſſertores.eamq;& hanc que imminet iudeorum pfidiã & cũctarum hereſum iniuriã defendentes erunt actibus iudices & vita modeſti erũt,in ꝓuiſio nibus rerũ parci pluſq; extenti,vt factione ſcripturarũ vel definitionũ qualiũcũq; contractus a ſub ditis vel exigant vel exigẽdos intendant,erunt in conquiſitis obligationis gratiſſime rebus nõ ꝓſpe ctantes ꝓprii iura cõmodi,ſed cõſulentes patrie atq; genti, De rebus cõgregatis ab eis illas tãtũ ſibi vendicent ꝓtes quas dictauerit auctoritas principalis regũ,quecũq; inordinata reliquerint hereditа bũt ſucceſſores ꝓprii eorũ,& ante regnũ iuſtiſſime cõqſita aut filii aut heredes capiãt iure ꝓximita tis, De affiniũ ſucceſſione vel munere q̃uis inordinata relicta ſint,aut prio tantũ filiis, aut heredibus C

M.t. L

frequenter proficiant vel propinquis, Ita in eorum cunctis actibus moribus atq; rebus prius lege legis auctoritas erit valitura,vt & perhenniter maneat inconuulsa,& non prius apicem regni quisq; per/cipiat,quam se illa per omnia suppleturum iurisiurandi taxatione definiat, Cui etiam lege vel decreto episcopalem non solum in futuro,sed etiam in p̃senti reuerentiam apponentes decernimus,vt quicunq; detractor & non potius venerator decreti eiusdem atq; legis esse maluerit siue religiosus ille sit siue laicus,non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur , verum & sui ordinis dignitate priuetur.

Capitulum vndecimum.

A ¶Vndecime occasionis articulo decretorum vniuersalium perhenne dedimus firmamentum, scientes quod multimoda semper deus oppressione iudiciorum erumnas releuat oppressorum, & sicut malis exigẽtibus hominum permittit exercere penurias vltionum ,ita cum voluerit grauedines releuat pressurarum,hinc & decreta precedentium patrum ad contentionis iurgium radicitus euellẽdum rite synodalem fieri censuere conuentum,vt illic de diuersitate iudiciorum preterite lites habeãt terminum,vbi sanctus spiritus vniuersalem coadunauerit cetum. Ab hoc ergo spiritu sancto successiones quelibet in posterum aut impune valeant commoueri,vt generalitas tuta valeat consistere ,plena decernimus vnanimitate connexi,vt quicũq; pro fidei causis ecclesiasticisq; negotiis aut in preteritis gestis aut in presentibus constitutis,aut in futuris etiam decretis vel sint,vel fuerint definitiones conscripte vniuersalis auctoritatis,nullus deinceps contradicere audeat,nullus vertere presumat, nullus non implere contendat . Nam si quis ex religione contra hec inobediens,aut susurrans, aut certe lacerator, aut inuidus,ac non potius eorundem factor extiterit,gratia & honoris sui & communionis sacre lugeat amissione mulctatus. Cum vero aut quelibet sancta synodus agitur,aut pacifice inter pontifices quippiam definitur , si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant, aut commoniti a plurimorum cetu cum dedecore confusionis abscedant,aut excõmunicationis annue sententiam luant.

Capitulum duodecimum.

B ¶Duodecime questionis ꝓpositione sacratissimi principis obsecratione piissima pro iudeorũ abominabili , ac nefanda perfidia execranda,nostro cetui perpatuit causa,quam iccirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam,quoniam eandem gẽtem delicti sui merito retroductam per diuine sanctionis oracula capite positã,deflemus nũc esse in cauda ,sed quia xp̃s vt ꝓ nobis, ita quoq; ꝓ illis mortuꝰ est, iuxta qđ ipse ait.Nõ sum missus nisi ad oues que pierant domus israel,necessariũ duximꝰ summam ꝓ eis impendere curã,pro quibꝰ suam ponere non dedignatꝰ est animã,id quoq; principali clemẽtia deuotissime approbãte, que ob hoc sui regni apicem a deo solidari preoptat, si catholice fidei pereuntium turmas acquirat,indignum reputans orthodoxe fidei principem sacri legis imperare,& infidelium societate pollui.Nichil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quã vt decreta concilii Toletani quod diue memorie Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentione.Q ui autem ab eiusdem synodi voluerit sentẽtia dissentire,vt vere sacrilegum nouerit se condamnari,Diuine trinitatis inseparabile nomen sicut inspiratione mirabili nostrum tractatum primordio illuminauit,ita consummatione sublimi eundem iam perficiendo concludat,vt in illo sit nostrum explicuisse a quo nobis fuit inchoasse,Damus ergo gloriam & honorem eidem sancte & indiuisibili trinitati que nobis & hec dicere contulit,& in se dicta compleuit,que reformauit in extremitate seculorum remedia etatum,& resoluit ligamina vinculotum,Sit gratiarum salus & benedictio exercituum domino super serenissimo recessiuntho principe glorioso gratiarum actio,& reuerentie plenitudo a nobis omnibus in commune ipsi clementissimo pricipi bonorum gratifico largitori,cui votorum instantia benigna deus attulit complenda,cuius dispositio piissima pressurarum remouit exitia,cuius temporibus confert iustitia vigorem,& exuberat misericordia opulenta, cui dominus post presentis eui tempora diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam.Nos autem omnes hanc decretorum seriem iustorum & recte fidei vel pietatis,ac iustitie fontem manantem coram deo & angelis eius orthodoxis omnibus, & nũc & in futuro impensius commendamus,obsecrantes vt hanc & reuerenter adimpleant, & ab emulis benigne defendant.Contẽnentibus autem eam diuine seueritatis vltio pauenda pueniat,obseruantibus aũt mia profluens pax ꝑpetua & gloria sempiterna cõtingat, Huiꝰ quoq; sñie fortitudine vel vigore decreti

gore decreti nostri seriemquam in sereníssimi domini nostri recceſiunthi regis edidimus nomine, ꝑ rebus a diue memorie patri ſuo quolibet titulo exquiſitis decernimus oino conſtare, legem deniq; quã ꝑ excecrãda pricipũ horrẽda cupiditate idẽ clemẽtiſſim⁹ edidit princeps ſimili robore firmam⁹, atq; vt futuris retro temporibus modis omnibus obſeruetur pari ſententia definimus, que etiam ne taciturna temporum vel obliuioſa vetuſtate deſerantur huic noſtre conſtitutionum decreuimus vtra q; innectenda, ita cunctorum memorie commendamus, vt a cunctis regulis ſuperius ordinatis ne quaquã maneat ſegregata. Cetera quoq; decretorum noſtrorum iudicia, que ab hac ſancta ſynodo noſcuntur eſſe confecta. ſi quis cõuellere forſitam decreuerit, aut temere implere neglexerit, vel infrin gere quandoq; voluerit, per iudicium omnipotentis dei anathema ſit, Soli autem deo noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM NVMERO. LIX. DECRE⁄TVM VNIVERSALIS CONCILII EDITVM IN NO⁄MINE PRINCIPIS.

SOliditatem reddidiſſe fracture atq; feciſſe conſurgere quod extiterat colliſum, & incremẽtum eſt huius mercedis & plenitudo cõſummate pfectionis, Ponderi & enim collidẽtis ruine ſi equalium proximorum cura conuenit obuiare, quandoq; grandioris erit culpe prelibate incurie diſcrimen in⁄currere, ſi non quo valent ex communi onere ſibi commiſſos procurent populos ſublimare, Properã⁄dum ergo eſt inter ruinas colliſionum cateruas eripere colliſorum, vt ex hoc iugiter & vltra nec vigo⁄rem nocendi habeat execranda preſſura, & omnis compreſſus nouerit ſancte ſanctionis eſſe ſibi col⁄lata remedia. A

¶Cum decurſis ergo temporibus dure dominationis ſeſe poteſtas grauis attolleret, & in ſubiectis populis impiorum dominatus non reformaret iura regimius ſed excidia vltionis, aſpeximus ſubdi⁄torum ſtatum non ex ordine vegetari rectoris, ſed deiici ex grauedine poteſtatis. Cõtraxerunt enim reges elata faſtigia in briſonti diſſidio motionis, & aut in culpis lex ardua ſeuiebat, aut in ſpoliis ſauo rem lex voluntaria cõmodabat, Inde meſtos animos non ſpes fouebat ex munere, ſed tolerantia vexa bat in funere. Vnde iam increpationis occurſu non tantum nos abire ſola ratio cogit, verum & ipſa commotio rerum impellit, vt ex omnium deliberatione animorum concordi illa maneat ſentẽtia di⁄cti, que & finẽ auſibus rite ponat illicitis, & conſultum ſaluandis iure ferat populis, Quoſdã namq; conſpeximus reges poſtquam fuerint regni gloriam aſſecuti extenuatis viribus populorum regie ꝑ prie congerere lucrum, & oblíti quod reges ſint vocati defenſionem in vaſtationem conuertunt, & va ſtationem defenſione pellere defugiunt, illud grauius innectentes quod ea que videntur acquirere non regni deputant honori vel glorie, ſed ita malunt in ſuo iure confundi, vt veluti ex debito decer⁄nant hec in liberorũ poſteritatem tranſmitti, Quãobrem in proprietatis illa conãtur redigere ſinu pro quo ſolo conſtat illos imperii percepiſſe faſtigium, & illud in iuris proprii collocant antro, quod populi vtilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtentu. Nam nunquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere cenſus, niſi extitiſſent glorie ſublimati culminibus? aut ab equalibus il li potuerint rerum coaceruatione ditari, niſi per ſubiectos glorioſo apice potuiſſẽt attolli? Omnia re⁄cte totius plebis memoria ſubiecta principale caput reuelat, attentum debite iuſſionis obtutu nego⁄tiorum ab illo proſpectãt remedium, cui modo gratum, mõ debitũ irrogant cenſum. Regalis ꝑin⁄de orthodoxa ſublimitas hec cuncta ſibi debere cõuincit ex quo ſe regẽ recognoſcit, & inde conquiſi ta non alteri, quam ſibi iuſte defendit. Vnde non perſone, ſed potentie ſubdi hec debere non ambigit, Regem eterna iura faciunt, non perſona, quia non conſtat ſui mediocritate, ſed ſublimitatis honore, Que ergo honori debeant, honori deſeruiant, & que reges accumulant regno reliquant, vt quia eos regni gloria decorat, ipſi quoq; regni gloriam non extenuent, ſed exornent. Habeant deinceps iure conditi reges in regendo iudicia iuſta, in parcendo pectora prompta, in conquirẽdo ſtudia parca, in conſeruando vota ſincera, & tanto gloriam regni cũ felicitate retentent, quanto iura regiminis & mã ſuetudinis conſeruauerint & equitate direxerint promiſſe premium ditionis, Ne non prodiſſe pute tur ex fomite rationis reuelare conuenit euidentiſſima ſpecie operis, vt ex illo nos idoneos aſſertores habeat probitas veritatis, ex quo ſemper ſemetipſam reſeruauerit qualitas actionis, Ecce enim ita ex gentis nr̃e mediocribus maioribuſq; ꝑſonis multos hacten⁹ corruiſſe reperim⁹, & deflemus, vt eorũ B

agnitis ruinis non aliud possimus,quam diuine iudicia consyderare promissionis,quorum domo-
rum spolia,& potentiarum diuitias simul ac predia ita conspicimus prorsus exinanita, vt nec fisci vsi
bus commoda, nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cuius rei serie
ex vtroqꝫ concurrente,dum & iudicatos sententia iudiciorum elisit,in eorum bonis ad ipsorum vicē
munificatus nemo,pene non tenuisse disciplinam in ordine,sed defectum potuisse pensantur in gen
te illo maiori salutis dispendio cumulato,quod tam hec que a iudiciis vigor iudiciorum abstraxerat
quam illa que qualiscūqꝫ prouentus ordine profligationis contriuerat tota proprietatis principum
amplitudo in sinum sue receptionis incluserat, Siccqꝫ solo principali ventre suppleto,cuncta totius mē
bra gentis vacuata langueścerent ex defuncto,Vnde venit vt nec subsidium mediocres. nec dignitatē
valerent obtinere maiores,quia dū solius potestatis vigor maxima occupauit,totius plebis status nec
minima iura defendit,atqꝫ cum omni palatino officio simulqꝫ cum maiorum minorūqꝫ conuentu,
nos omnes tam pontifices quam etiam sacerdotes,& vniuersi sacris ordinibus famulantes concordi
definitione decernimus & optamus,vt omnis conquisitionis profligatio in omnium rerum viuen-
tium immobiliumqꝫ,& moueri valentium corpore vel specie,forma,vel genere que a glorioſe memo
rie cindasiuntho rege a die quo in regnum dinoscitur conscendisse reperta quolibet modo extiterit,
omnia in sereniſſimi atqꝫ clementiſſimi domini nostri recceſiunthi principis perhenni transeant po
testate,& perpetuo deputētur in iure non habenda parentali succesſu,sed possidenda regali congres-
sione,ita vt iuste sibi debita quisqꝫ percipiat,& de rebus ad remedia subiectorum quecumqꝫ elegerit
principis voluntas exerceat, illis tantummodo exceptis que memoratus diue memorie cindasiun-
thus priceps ante regnum aut ex propriis ,aut ex iustissime conquisitis visus est habuisse,In quibus
cunctis filiis vna cum glorioso domino nostro recceſiūtho rege maneat diuisio libera & possessio pa
ce pleniſſima,Sed ille res quas predictus princeps de iustis prouentibus filiis suis vel quibuslibet iu-
stissime visus est contulisse vel reliquisse omnes in eorum iure maneant inconuulse illa huius nego-
tii seruata veritate,vt quia grata voluntas domini nostri recceſiunthi regis reddere decernit vnicuiqꝫ
iustissime debita,nemo inuasionis calumniam moueat,aut damna requirat preter que glorioſe me-
morie genitorem eius quedam indebite habuisse constiterat.

¶LEX EDITA IN EODEM CONCILIO IMPERANTE PRINCIPE GLORIOSO.

A IN nomine domini Flauius recceſiunthus rex,Eminētie celsitudo terrene tūc salubrius sublima p
batur appetere cum salute proximorum pia cernitur compassione prodesse,vnde solet cōtingere vt
plus commodi de aliena salute cōquirat quam de propria humilitate quisqꝫ ꝓficiat,In multis enim
quia multorum salus attenditur maioris lucri summa perficitur, Ipsi autem quia priuati commodi
fructus appetitur non satis est si vnius beneficii premium cōquiratur,Hinc & illa regendarū tantū-
dem salus est plebiū,que non suos priuata voluntate concludit,sed que vniuersitatis limites commu
ni pietatis lege defendunt,Quapropter ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obti-
neri quam pactis,de sublimitatis obtentu declinamus ad vota supplicum trāquille visionis aspectū,
vt inde salutaris compassio habeat commodum,vnde plebes adepte fuerint supplicationis effectum.
Cum ergo precedentū serie temporum imoderationis auiditas principum sese prona diffunderet
in spoliis populorum,& augeret eis proprietatis censum erumna flebilis subiectorum,tandem sup-
ne respectionis affectu nobis est diuinitus inspiratum,vt quia subiectis regibus reuerentiam dedera
mus,principum quoqꝫ excessibus retinaculum temperantie poneremus. Proinde sincera mansuetu
dinis deliberatione tam nobis,quam cunctis glorie nostre successoribus affuturis deo mediante le-
gem ponimus,decretum diualis obseruantie promulgamus,vt nullus regum impulsionis sue qui-
buscūqꝫ motibus,aut factionis scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis ita extorqueat, vel extor
quēdas instituat,quatin9iniuste ac violenter indebitarū sibi quisqꝫ probare possit dominium rerū.
Quod si alicuius gratissima voluntate quippiam de rebus a quocūqꝫ perceperit,vel euidenti presta-
tione lucratus aliquid fuerit,in eadem scriptura patens voluntatis prestite cōditio annotetur, per quā
aut oppressio principis ,aut conferentis fraus euidentissime detegatur, & si patuerit a nolente fuisse
scripturam exactam,aut resipiscat improbitas principis,& euacuet quod male construxit, aut certe
post eius mortem ad eum cui exacta est scriptura vel heredes eius,res ipse sine cunctatione debeant
reuocari. Ille autem res que remota omni comprehensionis argumentatione, sed mera libidine

directo modo

directo modo transierunt in principis potestatem,in eiꝰ perhenniter iure ꝓdurent, & quicqd ex rebus ipsis idē princeps ordinare voluerit sue potestatis arbitrio subiacebit, Verū vt omne huius negotium actionis roboret sinceritas veritatis cū quarūcūqꝫ rerum scripture & principis nomine extiterint,ab his quos elegerit princeps diligentissime ꝓquiratur,si nō aliquod iudiciū aut de impressione principis,aut de fraude scripturam faciētis modo quocūqꝫ cognouerint,Ac sic aut rite facta series scripture ꝓmaneat,aut irrite cōfecta vanescat Similis quoqꝫ sentētia de terris vineis atqꝫ famulis obseruetur,si sine scripture textu tantūmodo coram testibꝰ quolibet pacto fuerit definitio,De rebus autē oibus a tempore simitillani regis hucvsqꝫ a principibus acquisitis,aut deinceps si ꝓuenerit acquirēdis,quecūqꝫ forsitam princeps inordinata siue reliquit, siue relinquerit que ꝓ regni apice ꝓbantur acquisita fuisse,ad successorem tantūmodo regni decernimus ptinere,ita habita potestate, vt quicquid ex his elegerit facere liberū habeat velle. In illis autem rebus que ipsis aut de bonis parentum,aut de quorūcūqꝫ peruenerint successionibꝰ proximorum, ita eidē pricipi eiusqꝫ (si filii defuerint) heredibꝰ legitimis hereditatis iura patebunt,sicut etiam ceteris lege vel concessione paterna patuisse noscūtur. Quod si aliquid de rebus quorūcūqꝫ parentum proximorum non solum successione,sed etiam qualibet collatione,aut quocunqꝫ contractu aut ius ipsius peruenisse patuerit, si contingat hec inordinata relinqui non ad successorem regni,sed & ad filios vel heredes eius qui conquisiuit specialiter eis eadem cōquisitio pertinebit. Nam de illis rebus que idem princeps ante regnum aut ex ꝓprio aut ex iustissimo conquisito dinoscitur habuisse,irreuocabili ordine aut faciendi quod voluerit potestas manebit,aut certe filiis eius successio plena patebit. Quod si filii defuerint legitimis heredibus ex his que inordinata reliquerit hereditario iure adire licebit. Huius sane legis sententia in solis erit principum negotiis obseruanda atqꝫ ita perpetim valitura,vt non ante quispiam solium regale conscēdat quam iuramenti federe hanc legem se in omnibus implere promittat, quecūqꝫ vero aut p tumultuosas plebes,aut per absconsam dignitatem publice machinatū adeptum esse constiterit regni fastigia mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentiētibus, & anathema fiat,& christianorum cōmunionem amittat tam dire percussionis vltione collisus,vt omnis diuini ordinis cultor qui illi cōmunicare presumpserit,simili cum ipso damnatione dispereat,& pena tabescat,Nam si quis legis huius seriem ex officio palatino maleuolendo,aut detrahendo lacerare voluerit, aut euacuando quandoqꝫ vel silenter insultans vel aperte resultans proloqui detectus extiterit,cunctis palatine dignitatis consortiis & officiis mox nudatus omnium rerum suarum dimidiam partem amittat,& in deputato sibi loco redactus totius palatii maneat societate seclusus. Religiosus etiam qui se in hac culpa deuolueritsimili rerum proprietatis sue dispendio subiacebit.

¶Explicit concilium Toletanum octauum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII TOLLETANI NONI.

Capitulum primum.

i ¶Vt de rebus ecclesie nichil ēpi auferant, & qualiter proximi fundatoris ecclesie sollicitudinem gerant.

ii ¶Vt fundatores ecclesiarum quoadusqꝫ vixerint earum habeant curā,ipsi que illic ministros eligant seruituros.

iii ¶Si de rebus ecclesie pro prestatione aliquid dari dicatur,causa prestiti cognoscatur.

iiii ¶Quod de conquisitis rebus inter ecclesiam & sacerdotis heredes equalis diuisio fiat.

v ¶Si episcopus monasteriū facit vel parochianam ecclesiam ditat quartam partē de rebus ecclesie conferat.

vi ¶Vt episcopus tertiam partem ecclesiasticarum rerum sibi debitam cui elegerit conferat.

vii ¶Ne extra constitutum ordinem moriētis sacerdotis heredes rem eius adire presumant.

viii ¶Vt in scripturis quas sacerdotes vel ministri iiuste fecerint, post mortem eorum habeāt annorum numerum cōputatum.

ix ¶Quantum commodum sibi episcopus tollat de ecclesia cuius tumulauerit sacerdotem.

x ¶De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus & ministris geniti probantur.

xi ¶Quod seruilibꝰ clericis dare debeant episcopi libertatem.

xii ¶Quod post mortem sacerdotis in libertate seruis collata annorum tempus debeat computari.

xiii ¶Vt ex libertis ecclesie & personis ingenuis geniti ab obsequiis eccl'ie nō recedāt
xiiii ¶Quod si liberti ecclesie ad eam reuerti noluerint,omnis eorum regula iuri applicetur ecclesie.
xv ¶De obsequio & disciplina libertorum ecclesie.
xvi ¶Quod liberto ecclesie nichil de rebus suis in alienum liceat transferre.
xvii ¶Vt baptizati iudei cum episcopis celebrent dies festos.
¶Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM NONVM TOLETANVM HABITVM ERA, DC. LXIII. ANNO TERTIO RECCESIVNTI REGIS, KALEND. NOVEM. AB EPISCOPIS. XVI.

A CVM CANONICE DEFINITIONIS EDICTO IN TOLEtana vrbe peragendo cōcilio post'dies kalend. Nouembriū anno septimo recce siunti principis glorioſi in basilica sancte Marie semper virginis in vnū fuisse mus domino fauente collecti id communi definitione decreuimus, vt capitula que in priscis canonibus minime habebātur inserta,pari ꝓmulgarentur sentētia,& antiquis iūgerentur regulis perhenni iugitate mansura,& omni reuerentia cōseruanda,Sed quia nequaquā recte subditos iudicat qui nonseipsum prī iustitie censura castigat aptum nobis & expedibile visum est ante nostris excessib9 imponere modū, & sic errata corrigere subditorum, Tunc namq; melius iudiciorū exordia dicuntur,cum iudiciū ante disponitur,eo quod potius iudicii forma completur cum negotiorum principiis equitas iudicantium antefertur, Ideo exordium equitatis inchoari a iudicibus debet,vt perfecta iuris causatio limitē apertius formet.

Capitulum primum.

B OMnis itaq; rei ecclesiastice quantitas sicut remedium venie tribuit cōferenti, ita damnum rite preparat fraudatori, Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesie que in quibuscūq; locis a fidelibus largiūtur aliquid auferat,& iuri suo aut cathedre proprie ciuitati connectat. Deuotio enim vniuscuiusq; sicut gratanter votum contulit,ideo ita definiuit quod plenitudo votorum conseruaretur in loco in quo velut si locata tenentur,manet gratia offerentis,ita si frustrātur iminet pernities defraudantis,Verum vt huius rei potior solidítas habeatur, condignis filiis,vel nepotibus,honestioribusq; propinquis eius qui construxit vel ditauit ecclesiam licitum sit hanc bone intētionis habere solertiam,vt si sacerdotem seu ministrū aliquid ex collatis rebus preuiderint defraudare, aut commonitionis honeste conuentione compescant,aut episcopo vel iudici corrigenda denuncient Quod si talia episcopus agere tentet metropolitano eius hec insinuare procurent, Si autem metropolitanus talia gerat regis hec auribus intimare non differant, Ipsis tamen heredibus in eisdem reb9 nō liceat quasi iuris proprii potestatem preferre,non rapinam,non fraudem ingerere,nec violētiam quācūq; presumere,sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere,quod aut vt in nullam noxam operatio nocens attingat aut vt in multam partem aut aliquam salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps hec monita temerare voluerit,& male rapta cum confusione restituet & excōmunicationis annue sententiam sustinebit.

Capitulum secundū.

C ¶Cum sepe sit solitum etiam illa que non debentur prece supplicationis & vi quodammodo extorqueri doloris,quatomagis & sine obstaculo concedi debent exquisita simul & ordine iuris & dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumq; cognoscitur,vt ecclesie parochiales,vel sacra monasteria ita quorundam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior exoriatur edificantibus meror, quam instruendo gaudii extiterat labor,vnde pia compassione decernimus, vt quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint,pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam & sollicitudinem ferre precipuā,atq; rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopis ordinandos, Quod si tales forsitam non inueniantur, ab eis,tunc quos episcopus loci probauerit deo placitos sacris cultibus instituat cum eorum cōniuētia seruituros

tia ſeruituros,Quod ſi ſuperſtitib⁹ eiſdē fundatoribus rectores ibidem preſumpſerit epiſcopus ordi
nare,& ordinationem ſuam irritam nouerit eſſe,& ad verecūdiam ſuam alios in eorū loco quos iidē
ipſi fundatores condignos elegerint ordinari.

Capitulum tertium.

¶Si ſacerdotes vel miniſtri de rebus eccleſie quippiā alicui ſub preſtationis obtētu concedāt,inſtru A
menti cauſam eui dēter exponāt,vt hoc aut iuſte confecta tranſactio innoteſcat,aut fraus incōpetens
que latet appareat,aliter vero pro huius negotii cauſa deineeps non valeat.

Capitulum quartum.

¶Sacerdotes vel quicūq; illi ſunt quibus eccleſiaſticarum rerū cura cōmiſſa eſt, quecūq; admini/ B
ſtrationis ſue tempore emerint,ſi de rebus propriis,velvile,vel carum habuerint ad eccleſie nomē cui
cartarum preſunt inſtrumēta conficere procurent,Nō enim cōuenit,vt eccleſia quē ſuſcepit externū
efficiat in alieno diuitem,& i ſuo retineat fraudatorē. Hi vero qui ſuarū rerū noſcuntur habere cō/
pendiū,ex omni re quā poſt ordinationis ſue diēviſi ſunt aquiſiſſe,ſiue aliqua ſint inſtrumēta cōfe/
cta compenſata tā iuris ſui quā eccleſiaſticarū rerum habitudine,ſi ſe vtriuſq; rei quātitas exequaue/
rit inter eccleſiam,& decedentis heredes equo iure cōquiſitio pertinebit. Si autem quelibet pars ma
iori cumulo ſui iuris excreuerit maiorem portionem etiam in diuiſione percipiet,Quicūq; vero de
predictis ſacerdotibus vel miniſtris pro ſui vtilitate atq; amicitia vel preſtatione,aut quocūq; modo
aut per ſcripture ſeriē aliquid meruerint a quolibet percipere in reb⁹ eccleſiaſticis nō poterit nume/
rari,ſed qd exinde voluerint facere in ipſorū volūtatis arbitrio ſubiacebit,quod ſi hoc poſt eorū mor
tem inordinatum fortaſſe remāſerit,eccleſia hec ſibi cui prefuitvel miniſter extiterit in perpetuūvin/
dicabit.

Capitulum quintum.

¶Bone rei dare conſultū, & preſentis habetur vite ſubſidium,& eterne remunerationis expectare C
cernitur premiū,Quiſquis itaq; epiſcoporū in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit,
& hoc rebus eccleſie cui preſidet ditauerit,non amplius ibidē q̄ quinquageſimā partem dare debe/
bit,vt hac temperamenti equitate ſeruata & cui tribuit competens ſubſidiū conferat,& cui tollit dā/
na grauia non infligat,Eccleſiam vero que monaſticis nō informabitur regulis,aut quā pro ſuis ma
gnificare noluerit ſcripturis,non amplius q̄ centeſimā partem cenſus eccleſie cui preſidet ibidem con
ferre licebit,ea tamen cautela ſeruata,vt vnam tantūmodo que placuerit ex his duab⁹ remuneratio/
nem aſſumat,

Capitulum ſextum.

¶Cū preteritis ſanctionibus notiſſimū habeatur,que de rebus parochialiū eccleſiarum pars epiſco D
po conferatur,opportune tamē duximus decernēdum,vt epiſcopus tertiam quā de rebus eiſdē ſan/
ctione pariter ſibi debitam nouit aut ipſi eccleſie cuius res eſſe patebit,aut alteri eccleſie cui elegit cō/
ferre decreuerit,& licitum maneat & irreuocabile robur eius ſententia ferat.

Capitulum ſeptimum.

¶Propiqui morientis epiſcopi nichil de rebus eius abſq; metropolitani cognitione vſurpare pre/ E
ſumant,quod ſi is qui receſſerit metropolitanus fuerit ſucceſſores ſententiā eius aut conciliū ſuſtine/
bunt,ne paſſim hereditatis adeunde danda licentia de rebus eccleſie,aut non retineat ratio plena,aut
fraus inueniatur illata,Quod ſi preſbyteri aut diaconi fuerint quos obiſſe conſtiterit, non ſine agni
tione ſui epiſcopi rem eius heredibus adire licebit. Quiſquis ſane poſt hec tranſgreſſor inuētus exti
terit,pro his que non expectato ordine adierit inuaſionis dāno legis ſententie ſubiacebit.

Capitulum octauum.

¶Si ſacerdos vel miniſter dū gubernacula eccleſiarum adminiſtrare videtur contra patrū ſanctio F
nes de reb⁹ eccleſie defuiſſe aliquid dinoſcitur non ex die qua talia ſcribendo decreuit,ſed ex quo ta/
lia moriendo definita reliquit ſupputationis ordo ſubſtabit,nuſq̄ enim ad triēniū temporis pertine
bit irritū hoc iudicantes,quia ſtatus contractuū initia non ſumpſit ab origine equitatis.

Capitulum nonum.

¶Plericq; dum rapinis inhiantvt nō debent, aut miſerationis opus condigne nō implent,aut inde G
bita ipſius miſerationis dāna permiſcent. Ideoq; ne ampli⁹ miſericordie opus execrabiliter labatur
id cōmuni decreto ſancim⁹,vt cū pontificem mori contigerit, epiſcop⁹ qui ad humandū corpus ad/
uenerit, deſcriptis theſauris atq; ornamentis omnib⁹ ſi locuples decedentis eccleſia fuerit,nō ampli⁹
q̄ libram auri exceptis ornamentis eccleſie cū gratia offerentium aūferre pertentet. Si vero minor re/
bus extiterit dimidiā libram ſibi licentervſurpet,nam & hecvſurpare ipſa ratio nulla permitteret niſi

eius qui conuenit sacerdotis iniurie contẽplatione antiquitas hoc vsurpata seruasset, Porro breue de scriptarum rerum sub fidelí ratione hic qui descripsit dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis ecclesia nichil prorsus auferre presumat, sed solam que ad eum pertinet curam salutarem impendat.

Capitulum decimum.

A ¶ Cum multe super incontinẽtia ordinis clericorũ hactenus emanauerint sentẽtie patrũ, & nullatenus ipsorum formari quiuerit correctio morũ, vsq; adeo sentẽtiã iudicantium protractauere commissa culparũ, vt non tantũ ferretur vltio in auctoribus scelerum, verũ & in progenie damnatorum, Ideoq; quilibet ab episcopo vsq; ad subdiaconũ deinceps vel ex ancille, vel ex ingenue detestãdo cõnubio in honore cõstituti filios procrearẽt, illi quidẽ ex quibus geniti ꝓbantur canonica censura dãnentur, Proles autẽ aliena pollutione nõ solum hereditatẽ parentũ nusq; accipiet, sed etiam in seruitutem eius ecclesie, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt iure phenni manebunt.

Capitulum vndecimum.

B ¶ Qui ex familiis ecclesie seruituri deuocãtur in clerũ ab episcopis suis libertatis necesse est vt percipiant donũ, & si honeste vite claruerint meritis, tunc demũ maioribus fungãtur officiis, Quos vero flagitii sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet in cathena.

Capitulum duodecimum.

C ¶ Si sacerdos libertatem seruis ecclesie conferre voluerit, non a die confectionis scripture temp⁹ annorum computatũ tenebit, sed ex eo cum eum qui scripturam confecit verius obiisse constiterit.

Capitulum decimũtertium.

D ¶ Excessibus libertorum ecclesie plerũq; paternã videm⁹ ecclesiã cõuexari, & bicipiti coacti sumus tedio condolere, vno dum superbia reluctantis auctor contemnitur libertatis, altero dũ libertas superbientis in conditionẽ relabi cogitur seruitutis. Ideo cũ iam preteritis patrũ regulis multe super hoc diuerse constitutionis emanauerint sanctiones, tamen quoddã ad plenitudinẽ rei aptum conspeximus adhuc innectere complemẽtũ, Igitur sicut legum reuerenda sanctio censuit, ita seruari totius generis nobilitas dedit, vt in nulla aliena cõmixtio maculet, quod generositas propria decorauit, Vnde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris, quã feminis eorũq; propagini interdicitur iudicio generali, ne deinceps causa cõnubii aut Romanis ingenuis copulentur aut gothis, Quod si hoc factũ quãdoq; patuerit, permixtiõe tali genita ꝑles nunq; merebitur ius debite dignitatis, nec ecclesie vnq; carebit obsequiis, cuius beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

Capitulum decimũquartum.

E ¶ Si cõtingat quẽcũq; de libertis ecclesie eorũq; prosapie cõtra primeuas moderãtesq; patrũ regulas, aut gothis, aut Romanis ingenuis copulari, tam illis quã eorum stirpi non licebit ab ecclesie patrocinio euagari, sed ad debita obsequia reuerti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quecũq; vel parentes eorum vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, vel in eius patrocinio visi sunt conquisisse insistente pontifice in ditionem proprie reducantur ecclesie.

Capitulum decimũquintum.

F ¶ Ecclesie liberti eorũq; progenies eidem basilice de qua libertatis gratiam meruerũt obsequia prõpta sinceraq; parabũt, quia sicut hoc in obsequio pro possibilitate sui quod vtiles ingenui dabunt, ita quoq; in emendatione culparũ quod inutiles ingenui sustinebunt.

Capitulum decimũsextum.

G ¶ Libertis ecclesie eorũq; propagini ex omnibus que de iure eccclesie noscuntur habere, nichil licebit in extraneum dominũ trãsactione quacũq; deducere, sed si ex his quelibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti eiusdem ecclesie afferant conueniẽter emenda, earũq; precia vt eis placuerit aut dispensent, aut habeãt, Nã & in dominium partis alterius rei successum nullomodo transire permittimus, Suis ergo filiis vel propinquis eiusdem ecclesie vel seruitio vel patrocinio subiugatis quecũq; vendere vel donare voluerint aditus omnino patebit.

Capitulum decimũseptimum.

H ¶ Baptizati iudei quocũq; loco certo tempore conuersentur, festis tamen precipuis noui testamẽti serie consecratis, ac diebus illis quos olim sanctione veteris legis sibimet censebant esse solẽnes, in ciuitatibus publici sq; conuẽtibus cum summis sacerdotibus celebrare precipimus, vt eorum cõuersationem & fidem & pontifex approbet & veritas seruetur, Huiusvero temerator edicti prout episcopus

permiserit

permiſerit,aut flagris aut abſtinentie ſubiacebit,Expletis omnib9 que ad honeſtatis regulã in colla tionem venerint fraternã grates exoluimus immortali domino ſoli cuius diſpoſitione mirabili ad hunc ſancte congregationis cetum meruim9 adunari, vt cõmunis viſio proſperitatem oſten deret. & pari iunctione concordiam aſſignaret,Obſecrantes eius miſericordiã largam,vt ſereniſſimo do/mino & amabili Chriſto receſiunto principi glorioſo ita preſentis vite felicitatem impendat, vt an/gelice beatitudinis gloriam poſt longeua tempora concedat,atq3 ita nos eiuſdem felicitatis letos ef/ficiat,vt in terra viuentium remunerãdos attollat, Antiquitatis dehinc ordinẽ ſaluberrime retinẽtes poſtq3 rationem feſti paſchalis fraternitas veſtra cognouit,nouerit ſe anno venturo die kalendarum Nouẽbrium cauſa peragendi concilii in hac vrbe fauente domino cõgregari,vt ſimili diſceptatu aut que proſpexerimus congrua decernamus,aut ſolius pacis conuentu letemur. Conſummatũ eſt hoc ſanctum concilium die octaua kalendarũ nouembriũ anno feliciter ſeptimo regni ſereniſſimi, atq3 clementiſſimi domini noſtri receſiũti regis era. dc,lxvii.

¶Explicit concilium Toletanum nonum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII TOLETANI DECIMI.

i ¶De celebritate annunciatiõis dominice.

ii ¶De his qui aduerſus principẽ cõiuraue runt.

iii ¶De epiſcopis qui monaſteriis vel eccle/ſiis conſanguineos ſuosvel ſibi fauẽtes pre/ficiunt.

iiii ¶De profeſſiõe & habituviduarum ſanctimonialium.

v ¶De ſanctimonialibus feminis que ppo ſitum abiecerunt.

vi ¶De his qui in parua etate coram parẽti bus religionis habitũ tenuerint,vel vſq3 ad quotum annũ liceat parentibus filios tra/dere religioni.

¶Expliciunt capitula,

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM ERA DC. LXVIII. ANNO OCTAVO RECCESIVNTI REGIS.

GRATVLATIONEM NOBIS SPIRITVALEM CONTV/lit diuina gratia, quando tribuit inter nos & ſalutaris diſcipline frequẽtiam,& conuenire ad pacificorum ſtudia preoptata. Congregatis ergo nobis & in con cordiam animi,& in conuentum loci referentes gratias inuiſibili deo, & glo/rioſo rerum domino receſiunto regi cuius ſanctiſſimo voto retenta paternita tis ſancte traditione ad ſacrũ quiuimus adunari cõuentũ, has ſubter annexas regulas concordi definitione prolatas eterna ſtatuimus manere lege prefixas. A

Capitulum primum.

DE celebritate feſtiuitatis diuine matris cum nichil fidei ſinceritas per diuerſitatem aduerſum B
incurrat,& vnitatem catholice regule varietas nulla decerpat, eſt tamen qd niſi tẽporũ vnitate ſeruetur,& diſſidiũ indiſciſſevnitatis pturiat & ſacramẽtorũvnitate cõſtare nõvaleat,Hinc eſt eni qd paſchale feſtũ vno die celebremus & tẽpore,ne i iudaicũ decidam9 errorẽ, Hic aduẽtũ ſancti ſpirit9 poſt reſurrectionẽ dñi niſi expectem9 tempore definito dierũ numero nõ poſſum9 implere eiuſdẽ ſpiritus dono,quoniã ſi caret plenitudine numeri,carere poteſt & miſterii ſacramento,hinc natiuita tis domínice ſacrum quo euidenter de vtero virginali verbũ prodiit caro factum abſq3 dubio ſeruat & temporis curſum,& repreſentat ſpeciale diei monimẽtum. Si ergo natiuitatis & mortis hui9 in/carnati verbi dies abſq3 immutatione ita certus habetur,vt abſq3 diuerſitate in toto orbe terrarũ ab omni concordi eccleſia celebretur. cur non feſtiuitas glorioſe matris eius eadẽ obſeruantia vno ſimul vbiq3 die ſimulq3 habeatur honore? Inuenitur & enim in multis hyſpanie partibus huius ſancte virginis feſtum in vno die per omnes annorũ circulos agi,Quo enim trãſducit homines diuerſitas temporũ dũ varietatẽ celebritatis non habere ꝓbantur? Qua de re quoniã die qua inuenitur angel9 virgini verbi cõceptũ & nunciaſſe verbis & indidiſſe miraculis, eadem die feſtiuitas non poteſt cele brari condigne, quod interdum quadregeſima vel paſchale feſtum videatur incumbere, in quibus nichil de ſanctorum ſolẽnitatibus ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt cõuenit celebrari, cum ſe/

cundum ipſam incarnationem verbi non cõueniat tunc celebritatibus predicari,quando conſtat in id ipſum poſt mortem carnis gloria reſurrectiõis attolli,ideo ſpeciali conſtitutione ſancitur, vt ante octauũ diem quo natus eſt dominus genitricis quoq; eius dies habeatur celeberrimus& preclarus, ex pari enim honore conſtat,vt ſicut natiuitatem filii ſequẽtium dierum inſequitur dignitas, ita feſtiuitatem matris tot dierum ſequatur ſacra ſolẽnitas, Nã quod feſtũ matris eſt niſi incarnatio verbi? Cuius feſtum ita debet eſſe ſolẽne ſicut eſt & eiuſdem natiuitatis verbi,Quod tamẽ nec ſine exẽplo decẽtis moris qui per diuerſas mũdi partes dinoſcitur obſeruari videtur inſtitui, In multis itaq; eccleſiis a nobis & ſpatio remotis,& terris hic mos agnoſcitur retineri, ꝓinde vt de cetero quicquid eſt dubium ſit remotũ,ſolẽnitas dominice matris die decimo quinto kalendarũ Ianuariarũ omnimodo celebretur,& natiuitas filii eius ſaluatoris noſtri die octauo kalendarum earũdem ſicut mos eſt ſolemnis in omnibus habeatur.

Capitulum ſecundum.

A ¶Frequẽtium moleſtiarum nocens impulſus contẽni quidẽ magnitudine decentis poterit grauitatis,ſed quia honeſta ſollicitudo cohibere properat,quod frequẽtata vſitatio vitare nõ curat,ideo & cũ quorũdam paternorũ ſanctionibus decretorũ & inſtitutionibus ſit legalibus cautũ,ne contra ſalutẽ principũ,gentiſq;,aut propríe patríe quiſq; meditari conetur aduerſum,Hoc vnum ſpecialiter nunc depromitur obſeruãdum,vt ſi quis religioſorum ab epiſcopo vſq; ad extremũ ordinis clericorũ ſiue monachorum generalia iuramẽta in ſalutem regiã gentiſq; aut patríe data reperiatur violaſſe voluntate profana,mox propría dignitate priuat9,& loco & honore habeatur excluſus eo miſerationis obtentu tantũmodo reſeruato,vt an locum,an honorem, an vtraq; poſſideat concedendi ius licentiãq; principalis poteſtas obtineat.

Capitulum tertium.

B ¶Reuerẽtie toti9 auditu pcipiatur,q̃a res dura nõ fruſtra cogitur hac duriori extirpari cẽſura,Agnouimus enim quoſdã pontifices precepti principis apoſtolorum qui ait,Paſcite qui in vobis eſt gregẽ nõ coacte,ſed ſponte nee,neq; dominãtes i clero,ſed forma factis gregis,ita eſſe imemores,vt qbuſdã monaſteriis parochialibuſq; eccleſiis,aut ſue cõſanguinitatis perſonas,aut fauoris participes iniquũ ſepe ſtatuunt prelatum, ita illis prouidẽtes cõmoda inhoneſta,vt aut eis deferantur que proprio epiſcopo dare iuſtus ordo depopoſcerit,aut que rapere deputati exactoris violẽtia poterit, Proinde decenter omnibus placet in preſenti tale reſcindere factũ,& nõ eſſe de cetero faciendum, nam quiſquis pontificũ deinceps,aut ſanguine propinquis,aut fauore perſonis quibuſcunq; deuinctis talia cõmẽ dare lucra tentauerit,& ſuum nefande preſumptionis excidiũ,& quod iuſſum fuerit deuocetur in irritum,& qui ordinauit annue excommunicationi ſubiaceat,que vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo qui tulit reddantur in duplum.

Capitulum quartum

C ¶Bene per ſpiritum domini poſſumus cum ſancto apoſtolo dicere, non ignorare vos aſtutiam ſathane,quia impellimur zelo domus dei,& ardore cremari,videmus enim ad tanta fraudum ſtudia conualeſcentem excreuiſſe pernitiẽ,vt & primeua patrũ conſtitutio a qbuſdã eſtimetur illudi, & noua iudicum putetur intentio pelli, Nã inueniũtur nõnulle vidue diuerſis excuſationibus ſe adeo cõtegentes,vt blandiantur ſibi ſe non patrũ plena religionis alligatas inſtitutione teneri,vnde antiquis inconcuſſe permanentibus regulis hoc adiicitur noue oraculo ſanctionis,vt vidua que ſancte religionis obtinere propoſitum voluerit ſacerdoti & miniſtro ad quẽ aut ipſa venerit,aut quẽ ad ſe venire contigerit ſcriptis profeſſionem faciat a ſe aut ſigno,aut ſub ſcriptione notatã,continẽtem ſe & religionis propoſitum velle hoc perhenniter inuolate ſeruare. Tunc accepta a ſacerdote vel miniſtro apta religionis huius veſte ſeu lectulo quieſcens,ſiue quocũq; in loco cõſiſtẽs incũctãter ea vtatur, nec diuerſi coloris aut diuerſe partis eadem ſit notabilis veſtis,ſed religioſa & nõ ſuſpecta,que careat varietatibus colorum & diuerſitatibus ſpecierum,adeo vt abſq; vlla ſuſpitione trãſgreſſionis maneat vſui tantum apta ſancte religionis,& ſui ſexui competens ad teſtimonium probitatis. Vt autem deinceps nil deuocetur in dubium pallio purpureo vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſcepte religionis,vt dum illic tulerit ſignum probabilis ſanctitatis vbi nullius falli poterit viſio intuentis,nunq̃ attentet aſtus deteſtande preſumptionis.

Capitulum quintum.

D ¶Omnes femine que iam in preteritum religionis veſte probãtur indute fuiſſe nichil excuſatiõis vale at in

valeat in oppositionem quelibet obiectio, quãuis diuersis ac callidis adumbrare se velint fallatie argumentis,sed ad sacratissimã sanctionẽ disciplina sanctiores teneat religatas atq; subnexas. Cõmoneantur sane sacerdotis auctoritate,vt redeant spõte,que si redire noluerint impulsu sacerdotis,ad religionis cultum reducãtur,& in mõasteriis redacte excõmunicationis cõdigne sentẽtia feriãtur,hic idem quoq; ordo in illarũ condẽnatione manebit,que quãlibet a sacerdote sanctimonie vestem nõ accepissent,ipse tamen aut indute sunt,aut in illo diu habitu consenserũt,qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, si coram ecclesia vel sacerdote aut etiam competẽtibus testibus quãdoq; indute certis indiciis,aut testimoniis approbantur,omnes tamen he seu venientes ad primã religionem,seu post trãsgressum resumẽtes iteratã conuersionẽ sicut p̃missum est,& pallio capita contegãt & conscriptam roboratãq; professionis faciant scripturã,per quãvlterius non sinantur relabi ad preuaricationis audaciã. Que vero ex omnibus his fuerint reperte animũ aut vestem in transgressiõe dedisse excõmunicationis sententiã ferant,& rursum mutato habitu in monasteriis donec diẽ vltimum claudant sub etumnis ardue penitẽtie maneant religate,

Capitulum sextum.

¶De his qui in parua etate corã parentibus religionis habitum tenuerunt,qui vsq; huc dissolute A
operationis effectus interdũ mutare fecit honestum constitutionis edictum,dum incondite resolui putatur,quod indissolubile sanctionis auctoritate tenetur,Ideo quicquid obuium ex incerto occurrit euidenter abiici debet,vt de cetero nichil superesit quod in dubiũ nutet,ideoq; si in qualibet minori etate vel religionis tonsurãvel religioni debitã vestẽ in vtroq; sexu filiis,aut vn⁹,aut ambo parẽtes dederũt, certe aut nolentibus vel nescientibus se susceptam,non moxvisam in filiis abdicauerint, sed vl̃ coram se vel coram ecclesia palãq; in cõuentu eosdem filios talia habere permiserint,ad secularem reuerti habitum ipsis filiis quãdoq; penitus nõ licebit, sed conuicti quod tonsuram aut religiosam vestem aliquãdo habuerint mox ad religionis cultum habitũq; reuocẽtur,& sub strenua districtiõe huiuscemodi obseruãtie inseruire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere nõ amplius quã vsq; ad decimũ etatis eorum annũ licentia poterit esse,postea vero an cũ voluntate parẽtũ an sue deuotionis sit solitariũ votum erit filiis licitũ religionis assumere cultum. Quisquis autẽ vel abolitione tonsure vel secularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse trãsgressionem,& excõmunicationis censurã accipiat,& religioni semper inhereat,Opitulãte miseratione diuina & glorioſissimi recessiunthi principis inherẽte volũtate religiosa his testibus decentissime allegatis in pace cõnexis,ex totis precordiorũvisceribus damus gloriã & honorẽ soli eterno & immortali deo patri & filio & spiritui sancto,cuius dono collatum nobis agnoscimus pro eius ecclesie statu, & regere curam & posse sacri regiminis competẽtia disponere iura,a quo petimus & optamus,vt porrectã in longitudine felicium dierum sacratissimi principis vitam,& omni gloriarũ decore perpetim faciat pollere salute. Nobis quoq; attribuat susceptũ ecclesie sue regnum,cum equitate disponere ac sollicitudine gubernare & i pace tenere,vt post huius mundi susceptа pericula peruenire possimus ad celestia regna. Amen. Eugenius indignus toletane sedis metropolitanus episcopus hec nostrarum definitionum statuta subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt numero sexdecim.

¶ITEM DECREVVM PRO POTAMIO EPISCOPO.

ASSVMERE POTERAMVS CANONICAM IN TANTVM B
fraterne letitie tybiã,quia diuina pietas cõuentũ nostrũ ad cõcordie cõuocauerat studia,& conuenerat mesticiã vitare, quoniã visitatione disciplíne videbatur paternas regulas innouasse, sed grauius sistrum pro cimbalo sumim⁹, & funus pro carmine decantam⁹ gemẽteq; cum hieremie fletib⁹ dicimus,dissolutum est gaudiũ cordis nostri,versus est in luctũ chorus noster,Vnde & ve coram nobis conspicimus,quoniã cecidisse coronam capitis nostri videm⁹,dum tam nobile in infirmũ corruit,quod in tam sublime sanctitatis optimũ stetit,Ecce & eni tractãtib⁹ nobis i pace de ecclesiasticis regulis delatũ est cõuentui nostro epistolium confuse cõfessionis & abolende subscriptiõis, quod potamius braccarẽsis ecclesie episcop⁹ de factis propriis suis annotarat articulis,Quo relato quid oblitteranda pagina,& abolenda litterarũ panderent elementa fletib⁹ potius quã sermonibus lachrimosa contio recensuit. Tunc solitarie tantũ secretiq; adunatis pontifici-

bus dei,predictum episcopum adesse coram nobis fecimus,quē singultibus aggredientes amplio ꝙ loquelis reseratam illi sue deformitatis,& nostre cōfusionis scripturam protulimus,quā accipiens ac recurrens sciscitantibus nobis,vtrum sui operis, & sue annotationis intimatio esset,ille suum actum suiq; oris eloquium,suorum digitorum esse robur asseruit,quod illic relegēdo preuidit. Rursum diuini nominis cōtestatione hunc adiurantes obtestati sumus,vt an de se spōte mēdacium diceret,aut alicuiusviolētia premeretur & perterritus talia enarraret,veraciter indicaret,qui mox flebili voce luminibusq; ploratu madentibus,& fragore singultuū cum vnius dei nominis iuramēto clamauit se & vera eadem mala de se cōfiteri,& ad hec cōfitēda nulla se violentia pregrauari,vnde etiā ferme per nouem menses spōte deseruisse regimen ecclesie sue, & ergastulo quodā pro admisso flagitio actu rus penitētiam se cōclusisse predixit. Tunc per fidelem cōfessionem est agnitio,quod tactu femineo sorduisset declarata,Licet hunc paterna antiquitas sacris regulis deiicere ab honore decernat,nos tamen miseratiōis iura seruantes nō abstulimus nomen honoris,quod ipse sibi sui criminis cōfessiōe iam abstulerat, sed valida auctoritate decreuimꝰ ppetua penitētia hunc inseruire officiis & erūniis, prouidentes melius illum per asperam ire penitentie solitudinem, vt quandoq; peruenire ad refrigerii mansionem quā relictum in voluntatis sue latitudine ad precipitiū deiici eterna damnatiōe. Tuncvenerabilem fructuosum ecclesie dunilensis episcopum cōmuni omnium nostrum electione cōstituimus ecclesie braccarēsis gubernacula cōtinere,itavt omnem metropolim,puintie gallicie cūctosq; episcopos populosq; cōuentus ipsius omniūq; curam animarum Braccarensis ecclesie sic gubernandam suscipiens ita cōponat atq; cōseruet,vt & dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet,& nobis de incolumitate ecclesie eius gaudiū prestet,Quiavero ad futura prospicere cōuenit, ne exoriatur in statu pacis quedam cōmotio litis patrum sentētiā que iam dictum potamium episcopum rectitudine damnat huic decreto cōnectere nostra vigilantia procurat.

¶EX CONCILIO VALENTINO TITVLO QVARTO.

A MEc illud fratres scribere alienum ob ecclesievtilitatem censuimus,vt sciretis quicūq; sub ordinatiōe, vel diaconatus,vel presbyterii, vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos a supradictis ordinibus submouēdos,reos scilicet vel veri cōfessiōe,vel mēdacio falsitatis, Neq; enim absolui potest i his si i se ipsos dixerint,quod dictum i alios puniretur.quoniā omnis qui sibi fuerit mortis causa maior homicida fit,Multe quidē & alie sententie huic poterāt innecti decreto que predictum potamiū episcopum seueriſſima austeritate abiicere iubent,sed ex omnibus hanc cōscriptam ponere sniam maluimus,ne si totius dānationis edicta replicassemus grauissimevltionis auctores existerevideremur. Factum decretū sub die kalendarū Decembris, anno feliciter octauo Regni glorioſissimi domini recceſiunthi regis, Eugenius indignus toletane sedis metropolitanus episcopus hoc iudicii nostri decretum subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt numero decem & septem.

¶ALIVD DECRETVM.

B VIdimus tractatibus inuenire quod iustum est, & experientia esse iudicantiū comprobatum, & iuxta summi iudicii statuta plenior inuenitur auctoritas,Ideo mētis intentionem moriſq; simul studia deducentes in cognitionem audiendi negotii delatum est ad nos cōuentum sancti cōcilii ex directo glorioſi domini nostri recceſiūthi regis per illustrem virum vuambanē testamētum glorioſe memorie sancti Martini ecclesie braccarensis episcopi, qui & dunilēse monasteriū visus est construxisse,vt relato eo quod hic memoratus beatissimus vir decreuisset nostre cognitioni patesceret,quo testamento in omniū conuentu relecto comperimus ex ordine a memorato principe ad nos esse directum,quoniā ideo glorioſe memorie sanctusvir ita decreuerat,vt succedentibus per ordinem regibus ad cōplementum eius ipsius constitutio commendata maneret. Tunc deinde allatum est nobis testamentum ricuniri memorate ecclesie dunilensis episcopi, quod de rebus suis in eadem ecclesia decreuerat examinatione veridica dirimēdum, Quo relecto cognouimus eundē auctorē suum illi diuerse constitutionis edidisse conditiones inter quasvnam validam conatus est relegationem constringere,deputans & illationes tributorum,& precia frugum absq; aliqua diminutione annua vice pauperibus erogare, nichilq; esse absq; deliberatione relictum, quo vsibus ecclesie

posset

posset quadam liberalitate seruire. Tunc ex voce partis Dunilensis ecclesie astructum est, quod vniuersas species generis & corporis rerum que in eiusdē ecclesie domo intrinsecus ad vsus domesticos ex tempore sue ordinationis idem episcopus Ricimirus inuenit, & que ipse aut de operevtriusq; sexus artificum familiarum ecclesie potuit habere confecta atq; illata, aut que sua professione habuisse visus est cōquisita omnia moriens iussisset pauperibus errogare. Quedāvero ita vili p̄cio vendere ordinasse, vt negotiatio harum rerum perditio potius q̄ mercatio censeretur, Edidisse quoq; quosdā liberos ex eiusdem ecclesie familiis quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus omnibus amplius quā quinquaginta reperitur vtriusq; sexus dedisse mancipia, quib⁹ dānis ita cognitis quia & cuncta remedia intrinsecus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quid ad integritatem ecclesie reliquū supereset, cū nulla imminēs causa pauperum necessitatis existeret, que hoc tā integre & perfecte examussim erogare deposceret, atq; pro libertis illis nichil secundum canonicam sanctionē datum in cōmutationem patesceret, sed nec pro mancipiis & reliquis rebus eisdem libertis collatis aliquid in repensationem ecclesie relictum notesceret, verum & suam rem ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiasticus vsus attingeret, ducti sumus tam rationis intuitu q̄ paternarum sanctionum dicto, ipsius testamenti seriem & si non vsq; quaq; in irritum deuocare, in quodam tamen rationabili anctoritate temperamento deducere, scilicet quia tātorum dispendiorum damnis a memorato ricimiro episcopo factis res ecclesiastica dinoscitur subiacere, omnis res eius quā indelegatā reliquit pauperum nomini tamdiu dunilēsi ecclesie plena deseruiat facultate, donec omne hoc dānum quod in vtensilibus dom⁹ sustinuit valeat euidentius reparari. At tunc cōpleta restitutione damni obseruetur sicut decreta est series testamenti, liberti vero qui ex familiis ecclesie facti sunt & seu res & vniuersa que in mācipiis aliisq; corporib⁹, vel illis, vel suis hominib⁹ collata esse dinoscuntur, cuncta in discretione venerabilis fratris nostri fructuosi episcopi disponenda relinquimus, vt quia hec euidens ordo patrum in irritum deuocat, illius temperamentum hec ad miseratione adducat qualiter nec regulam paternam modus excedat & miserationē seueritas extinguat, vt secūdum merita seruientium & libertatis premia & rerum, vel subtrahat donaria, vel concedat. Editum sub die kalendarū Decembris anno feliciter septimo regni glorioſissimi domini nostri recesiunti regis. Eugenius indignus toletane sedis metropolitanus episcopus hoc iudicii nostri decretum subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt numero decem.

¶Explicit concilium decimum Toletanum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII VNDECIMI TOLETANI.

i ¶Ne tumultu concilium agitetur.

ii ¶Non debere metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.

iii ¶Vt in vna prouintia diuersitas officiorum non teneatur.

iiii ¶De discordia sacerdotum.

v ¶De compescendis excessibus sacerdotum.

vi ¶Non debere sacerdotes qualibet in ecclesio familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum est iudicare.

vii ¶Que debeat discretio ecclesiarum esse rectoribus, ne per inconditam disciplinā subeant homicidii notam.

viii ¶Ne quicq̄ premii pro diuinis sacramentis accipiatur.

ix ¶Quid custodiri debeat, si per premiū quis episcop⁹ fiat. vel qua sentētia feriatur qui ad honorem acceptum per pecuniam ordinatus fuisse detegitur.

x ¶Vt omnes pontifices rectoresq; ecclesiarum tempore quo ordinādi sunt sub cautione promittant, quod iustissime viuere debeant.

xi ¶De elucidatione antiqui canonis quo precipitur, vt si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit velut sacrilegus propellatur.

xii ¶Ne in confinio mortis penitens a reconciliaciōe diuine suspendatur, & vt oblatio eius penitentis qui nec tamē reconciliatus de hac vita exierit ab ecclesia receptetur,

xiii ¶De sacerdotibus qui vexati caderevidentur.

xiiii ¶Vt hi qui domino canunt atq; sacrifi-

ẽant poſt ſe ſemper habeant aditoria con/ſtituta.
xv ¶De inſtitutione certi temporis quo con/cilium agatur.
xvi ¶De relatione gratiarum pro conſumma/tione concilii.
¶Expliciunt capitula

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM VNDECIMVM HABITVM ERA DCC.XIII. ANNO XIII. VVAMBANI REGIS VI. IDVS NOVEMBRIS.

IN NOMINE SANCTE TRINITATIS COLLECTIS IN vnum carthaginenſium prouintie ſacerdotibus in toletana vrbe in beate ma/tris domini Marie virginis ſede,anno quarto excellẽtiſſimi ac religioſi vuam/bani principis ſub die ſeptimo idus Nouembris res votiua gaudii,& dies nimium optate gratulationis occurrit,in quo nobis datum eſt conſpicere pa/riter deflere quid lachrymarum de preteritis domino debeamus,eramus enim huc vſq; pro labentis ſeculi colluuione inſtabiles, quia annoſa ſeries tempo⁹ ſubtracta luce conciliorum non tam vitia auferebat quã matrem omnium errorum ignorantiã ocio/ſis mentibus ingerebat.Hactenus enim florentem domini vineam deuaſtauerunt apri frẽdentes, ſponſam Chriſti quã ſui precioſiſſimi ſanguinis effuſione conciliauit conſpurcare & polluere cona/ta eſt hereticorum ſubdola machinatio,& inconſutilem domini veſtem diuidere,vnitatem fidei ſcin/dere,charitatis tollere fomenta,cũ ſuo proprio pertinaciter ſenſui volens inherere ſacre ſcripture puri/tatem ſue prauitatis intelligentia prophanat. Preterea ſacroſanctam eccleſiam dei vulnerant etiam cuſtodes eius qui cum deberẽt ob dignitatis excellentiam ceteros p̃ ſue virtutis imitationem prouo/care ad charitatis & vnitatis obſeruantiam, tanquã ſal infatuatum potius ſcandali q̃ edificationis dant materiam.Hinc cernentibus quomodo Babilonice confuſionis olla ſuccenſa nunc tempora auerteret conciliorum,nunc ſacerdotes domini de reſolutis moribus irretiret, purpurate enim me/retricis ſequebantur incitamenta,quia eccleſiaſtici conuentus nõ aderat diſciplina,nec erat qui errã/tium corrigeret partes,cum ſermo diuinus haberetur exoſus. Et quia non erat adunandorum pon/tificum vlla preceptio,creſcebat immanis vita deteriorũ cum tandem nos diuina demẽtia operis ma/nuum ſuarum perditioni condolens,praua in directa reducens,ſuum ſanctum ſabaoth nouis pro/pagínibus ac plantis nouellis fecundare volens, negligentie ſurrogans diligentiam,pro ignorantia diſciplinam imittens,pro ſecordia ſolertiam, pro ſchiſmate vnitatem inducens,pro zizania vere pa/cis vinculum largiens,pro caducis celeſtium deſyderia infundẽs, pro turpib⁹ honeſta ſectari ſtimu/lans,a terrenis & infimis ad ſublimia etigens,nos in hac lachrymarũ valle potius moriẽtes q̃ viuẽtes, in hoc vaſto periculorum mari vagantes ſine remige,ſine clauo huc illuc tempeſtatum fluctibus per/abrupta colliſos,in continua malorum acie cõfligentes,vbi nos circũſtant mille diſcrimina,vbi verſu/tiſſimus inſidatur hoſtis mille nocẽdi artib⁹ inſtruct⁹ex alto celi domicilio reſpiciẽs aſperitati noſtre ſe occurſurã prebuit & ſaluti,preparãs noſtris ſeculis religioſi principis mentẽ deuotam pariter & in/ſtructam.Cuius prouide ſollicitudinis voto & lux conciliorũ renouata reſplẽduit & alterna charitas ſe mutuo in corrigẽdis vel inſtruẽdis moribus excitauit,dum & aggregãdi nobis hortatu principis glorioſi facultas data eſt, & opportuna corrigẽdis p̃parata eſt diſciplina,vt qui decurſis longe ante tẽ/poribus poſt decẽ & octo ſcilicet labentiũ annorũ excurſum in vnũ meruimus aggregari conuẽtũ, mereri poſſim⁹ ſpiritali gratia ſanitatẽ, nec enim numer⁹ iſte alienus eſt a ſalute, hic quippe mulier illa i euãgelio ter ſenis annorũ excurſib⁹ curua que figurã toti⁹ humani generis geſtabat ſub ſacramẽto hui⁹ numeri ſalutis priſtine ſanitate donatur.nos ergo p̃ annos curuo nri ordinis perſiſtẽte ſtatu i eo qd̃ nulla nos cõciliorũ definitio iungeret,null⁹ etiã cõuẽtus eccleſiaſtici ordinis adunaret,tãdẽ diuine volũtatis imperio & religioſi principis iuſſu euocati i toletanã vrbẽ cõuenim⁹, qui cũ in eccleſia bea/te marie virginis debitis in ſedibus locaremur inter cetera que ſubterius diſcreto capitulorum or/dine ſunt digeſta nõ aliunde primũ cepimus habere ſermonẽ niſi de fidei puritate,vt quia initiãdis ad beatã vitã hominib⁹ hec prima ſemp eſt via ſalutis,preuia quoq; nris fieret p̃ceptis,vñ ſacre inſtitu/ctiõis archana ſanctorũ niceni ſcilicet,cõſtãtinopolitãi,epheſini,atq; calcedonẽſis cõciliorũ monimẽ/ta amplectẽtes,p̃ que & radicit⁹ hereticorũ falſa cõciliabula deſtruãtur,& fidei catholice norma decla/retur,hoc cõi alternoq; aiorũ iudicio definiuim⁹,vt hãc ip̃am fidei nre regulãverbis ſimplicib⁹ nitere/mur alternati nobis ſingulariterq; referre,itavt qcqd p̃ triduũ de hmõi queſtiõib⁹ vnicuiq; nrm le/ctionis viſe mẽoria occurreret, oĩ ſobrietatis cõpẽdio ſimplici notaretur ſtilo,relatio tñ ip̃ſi⁹ ſacramẽ/

ti pura & euidẽs,& a capite primum inciperet & sic ad membra reliqua peruenire t nullas obscu-
ritatis in se lineas habens, nullas etiam inusitate locutionis regulas continens, sed puritas sola esset
clara sermonum, que posset euidentiam exprimere, suaq; excitatione magis ad intelligendum
verborum redderet simplex collatio,quã relata condense lectionis instructio,quia & reuera tante
rei mysterium ita sacerdotes dei conuenit nosse,vt non superficieverborum efferantur incogniti,sed
sane sensu intelligentie repperiantur instructi, vt in differendo precipue huius sancte trinitatis ar-
chana plus euidentia quã eloquẽtia eos efficiat saporatos,Sic enim & diuini muneris dono attracti
sunt,vt iusta definitiõis alterne ꝓmissio mõstraretur in opere,vnde quod primo die presidentis me
tropolitani lingua profudit die tertia omniũ nostrum vox sigillatim collatiue repetiit. Iste ergo te-
nor fidei nostre qui & a capite copiose profluxit,& a membris probatus gloriose emicuit.

COnfitemur & credimus sanctam atq; ineffabilem trinitatem patrem & filium,& spiritum A
sanctum,vnum deum naturaliter esse vnius substantie,vnius nature,vnius quoq; maiestatis
atq; virtutis. Et patrem quidem non genitum nõ creatum , sed ingenitum profitemur,Ipse enim a
nullo originem ducit,ex quo & filius natiuitatem,& spiritus sanctus processionem accepit. Fons er
go & origo totius diuinitatis ipe est. Ipse quoq; pater essentia quidem ineffabilis substantie sue fi-
lium ineffabiliter genuit,nec tamen aliud quã quod ipse est genuit,deus deum, lux lucẽ. Ab ipso
ergo est omnis paternitas in celo & in terra,filium quoq; de substantia patris sine initio ante secula
natum,nec tamen factum esse fatemur,quia nec pater sine filio,nec filius sine patre aliquando extitit
Et tamẽ non vt filius de patre ita pater de filio ,quia non pater a filio,sed filius a patre generationẽ
accepit,filius ergo deus de patre,pater autem deus,sed non de filio,ille autem filius patris,& deus de
patre,equalis tamen per omnia filius deo patri,quia nec nasci cepit aliquãdo nec desiit. Hic etiãvni9
cum patre substantie creditur,propter quod & omousion patri dicitur,hoc est eiusdẽ cum patre sub
stantie, omos enim grece vnum,vsia vero substantia dicitur,quod vtrũq; cõiunctum sonat vna sub-
stantia,nec enim de nichilo,neq; de alia aliqua substantia,sed de patris vtero, id est de substãtia eius
idem filius genitus vel natus esse credendus,est sempiternus, & si filius. Quod si pater semper fuit,
semper habuit filium cuius pater esset, & ob hoc filium de patre natum sine initio confitemur. Nec
enim eundem filium dei pro eo quod de patre sit genitus desecte nature portiunculã nominamus,
sed perfectum patrem perfectum filium sine imminutione,sine defectione genuisse asserimus,quia
solius diuinitatis est inequalem filium non habere. hinc etiam filius dei natura est filius non optiõe,
quẽ deus pater nec voluntate,nec necessitate genuisse credendus est,quia nec vlla in deo necessitas ca
dit,nec voluntas sapientiã preuenit. Spiritum quoq; sanctum qui est tertia in trinitate persona vnũ
atq; equalem cum deo patre & filio credimus esse deum vnius substantievnius quoq; eẽ nature,nõ
tamen genitum vel creatum,sed ab vtrisq; procedentem amborum esse spiritum, hic etiam spiritus
sanctus nec ingenitus,nec genitus creditur,ne aut si ingenitum dicimus,duos patres dicamus, aut
si genitum duosfilios predicare monstremur,qui tamen nec patris tantum,nec filii tãtum,sed simul
patris & filii spirit9 dicitur,Nec enim de patre procedit in filium, vel de filio procedit ad sanctifican
dam creaturam,sed simul ab vtrisq; processisse mõstratur,quia charitas siue sanctitas amborum esse
agnoscitur,Hic ergo spiritus sanct9 missus ab vtrisq; sicut filius creditur,sed minor patre & filio nõ
habetur, sicut filius propter assumptam carnem minorem se patre & spiritu sancto esse testatur,
Hec est sancte trinitatis relata narratio que nõ triplex sed trinitas,& dici & credi debet,nec recte di
ci potest,vt in vno deo sit trinitas,sed vnus deus trinitas,In relatiuis vero personarum nominibus
pater ad filium,filius ad patrem,spiritus sanctus ad vtrosq; refertur,que cum relatiue tres persone
dicantur,vna tamen naturalis substantia creditur,nec licut tres personas,ita tres substantias predi-
camus,sed vnam substantiam,tres autem personas, quod enim pater est,non ad se sed ad filium,&
quod filius est non ad se sed ad patrem. Similiter & spiritus sanctus non ad se sed ad patrem & filiũ
relatiue refertur,in eo quod spiritus patris & filii predicatur. Item cum dicimus deus non ad ali-
quid dicitur,sicut pater ad filium,vel filius ad patrem,vel spiritus sanctus ad patrem & filium,sed ad
se specialiter deus dicitur. Nam si de singulis personis interrogemur deum necesse est fateamur,
De9 ergo pater deus filius deus spirit9 sanct9 singulariter dicitur,nec tamẽ tres dii sed vn9 est de9. Itẽ
& pr̃ oipotẽs,& fili9 omnipotẽs,& spirit9 sanct9 omnipotẽs,singulariter dicitur,nec tñ tres omnipotẽs
sed vnus oipotẽs,sicut & vnũ lumẽ vnũq; principiũ p̃dicatur,Singulariter ergo vna queq; psona vnus

deus confitetur & creditur vna illis & indiuiſa atq; equalis deitas maieſtatis ſiue poteſtatis, nec minoratur in ſingulis,nec augetur in tribus,quia nec minus aliquid habet,cum vna queq; perſona deus ſingulariter dicitur, nec amplius cum tote tres perſone vnus deus enuntiãtur,Hec ergo ſancta trinitas,que vnus & verus eſt deus, nec recedit a numero, nec capitur numero,In relatione enim perſonarum numerus cernitur,in diuinitatis vero ſubſtantia quid enumeratum ſit non comprehẽditur,ergo hoc ſolum numerum inſinuat, quod ad inuicem ſunt, & in hoc numero carent, quod in ſe ſunt,Nã ita ſctẽ huic trinitativnũ naturale conuenit nomen,vt tribus perſonis non poſſit eſſe plurale,ob hoc ergo credimus illud in ſacris litteris dictum,Magnus dominus noſter,& magna virtus eius,& ſapientie eius non eſt numerus,Nec quia tres has perſonas eſſe diximus vnum deum,eundẽ eſſe patrẽ quẽ filium,vel eum eſſe filium qui eſt pater,aut eum qui eſt ſpiritus ſanctus,vel patrem & filium dicere poterimus.Nõ enim ipſe eſt pater,nec ſpiritus ſanctus, ipſe qui eſt vel pater,vel filius, cum tamen ipſum ſit pater quod filius, ipſum filius quod pater: ipſum pater & filius quod eſt & ſpiritus ſanctus,id eſt natura vnusdeus,Cum enim dicimus non ipſum patrẽ quẽ filium ad perſonarum diſtinctionem refertur,cum autem dicimus ipſum eſſe patrem quod filium,& ipſum filium quod patrem,ipſum ſpiritum ſanctum quod patrem & filium,ad naturam qua deus eſt vel ſubſtãtiam pertinere monſtratur,quia ſubſtantia vnum ſunt,perſonas enim diſtinguimus, non deitatem ſeparamus, Trinitatẽ igitur in perſonarum diſtinctione agnoſcimus poteſtatem propter naturam vel ſubſtantiam profitemur, Tria ergo iſta vnũ ſunt natura ſcilicet non perſona,nec tamen iſte perſone tres perſone eſtimande ſunt ſeparabiles cum nulla ante aliam nulla poſt aliam,nulla ſine alia vel extitiſſe vel quippiã operata eſſe aliquãdo creditur. Inſeparabiles enim inueniuntur & in eo quod ſunt,& in eo quod faciunt,quia inter generãtem patrem & generatum filium, vel procedentem ſpiritum ſanctum nullum fuiſſe credimus temporis interuallum,quo aut genitor genitum aliquando precederet,aut genitus genitori deeſſet aut procedens ſpiritus patrevel filio poſterior appareret,ob hoc ergo inſeparabilis & inconfuſa hec trinitas a nobis & creditur & predicatur,Tres igitur perſone iſte dicuntur iuxta quod maiores definiunt, vt agnoſcantur, Nam ſi attendamus illud quod ſcriptura ſancta dicit,de ſapientia ſplẽdor eſt lucis eterne,ſicut ſplendorem luci videmus inſeparabiliter inherere ſic confitemur filium a patre ſeparari non poſſe. Tres ergo illas vnius atq; inſeparabilis nature perſonas ſicut non confundimus, ita ſeparabiles nullatenus predicamus, quandoquidem hoc nobis dignata eſt ipſa trinitas euidenter oſtendere, vt etiam in omnibus quibus voluit ſigillatim perſonas agnoſci vnam ſine altera non permittat intelligi, nec enim patre abſq; filio cognoſcitur, nec ſine patre filius inuenitur. Relatio quippe ipſa vocabuli perſonalis perſonas ſeparari vetat. Que etiam non ſimul nominat ſimul inſinuat,Nemo audire poteſt vnum quodq; iſtorum nominum,in quo non intelligere cogatur & alterum. Cum ergo hec tria ſint vnum, & in vnum tria,eſt tamen vnicuiq; perſone manens ſua proprietas. Pater enim eternitatem habet ſine natiuitate, filius eternitatem cum natiuitate.Spiritus vero ſanctus proceſſionem ſine natiuitate, De his tribus perſonis ſolam filii perſonam pro liberatione humani generis hominem verum ſine peccato de ſancta & immaculata maria virgine credimus aſſumpſiſſe,de qua nouo ordine nouaq; natiuitate eſt genitus,qua inuiſibilis natiuitate viſibilis monſtraretur in carne,noua autem natiuitate eſt genitus,quia intacta virginitas & virilem coitum neſciuit & fecundata per ſpiritum ſanctum carnis materiam miniſtrauit,Qui partusvirginis nec ratione colligitur,nec exemplo erit enim ſingulare, Nec tamẽ ſpiritus ſanctus pater eſſe credendus eſt filii pro eo quod maria eodem ſpiritu ſancto obumbrante concepit,ne duos patres filii videamur aſſerere,quod vtiq; nefas eſt dici,In quo mirabili cõceptu edificans ſibi ſapientia domum verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis, nec tamen verbũ ipſum ita in carnem conuerſum atq; mutatum eſt,vt deſiſteret deus eſſe qui homo eſſe voluiſſet,vt non tãtum ibi ſit verbum dei,ſed & hominis omnia,atq; hoc tantum,& deus dicatur propter deum,& homo propter hominẽ,In quo dei filio duas credimus eſſe naturas,vnam diuinitatis,alteram humanitatis,quas ita in ſe vna Chriſti perſona vniuit,vt nec diuinitas ab humanitate,nec humanitas a diuinitate poſſit aliquando ſeiungi, vnde perfectus deus perfectus & homo in vnitate perſone,Nec tamen quia duas in filio diximus eſſe naturas duas profitemur in eo eſſe perſonas,ne trinitati quod abſit accidere videatur quaternitas. Deus enim verbum non accepit perſonam hominis, ſed naturam, & in eternum perſona diuinitatis temporalem accepit ſubſtantiam carnis. Item

vnius

vnius ſubſtantie credímus eſſe deum patrē & filium & ſpiritū ſanctum, nō tamen dícimusvt huius trínitatis vnitatem maria vírgo genuerit,ſed tantūmodo filium qui ſolus naturā noſtram in vnitate perſone ſue aſſumpſit,Incarnationē quoq; huius filíi dei tota trínitas operata eſſe credēda eſt, quía inſeparabília ſunt opera trinitatís,ſolus tn filius formā ſerui accepit in ſingularitate pſōe nō ívnitate diuine nature,in id quod propriū eſt filii, non quod cōmune trínitati,que forma illí ad vnitatem perſone coaptata eſt,vt filius dei & filius hominís vnus ſit Chriſtus. Item ídem chriſtus ín his dua bus naturís tribus extat ſubſtantiis,verbí quod ad ſolius dei eſſentiā referendū eſt,corporis & aní/me,quod ad verū hominem pertinet. Habet ergo in ſe geminā ſubſtantiā diuínitatis ſue,& huma/nitatis noſtre,híc tamen per hoc quod de deo patre ſine ínítio prodiit natus tātum. Nam neq; fa/ctus,neq; predeſtínatus accípitur,per hoc tamen quod de mariavírgine factus eſt & natus,& fact⁹ & predeſtinatus eſſe recedendus eſt. Ambe tamen ílle generationes mírabiles,quía & de patre an/te ſecula ſine matre eſt genítus,& ín fine ſeculorum de matre ſine patre eſt generatus,quí tamen ſe/cundū quod homo creatus marie matrís eſt filius. Itē per hoc quod de⁹ ē,equalis eſt patrí,per hoc quod homo mínor eſt patre. Item & maior & mínor ſe ípſo credendus eſt,in forma enim dei etiam ípſe filius ſe ípſo maior eſt propter humanitatem aſſumptam, quía diuínitas maior eſt,In forma autem ſerui ſeípſo minor eſt ídem humanitate,que mínor diuínitate accípitur,Nā ſicut per aſſum/ptam carnem non tantū patre,ſed ſeípſo mínor accípitur, íta ſecundū diuínitatēqua eſt equalis pa/trí,& ípſe & pater maíor eſt homine,quē ſola filíi perſona aſſumpſit. ¶Item ín eo quod queritur A
vtrum poſſit filius ſic equalis,& minor eſſe ſpíritu ſancto ſicut nunc equalis eſt, nūc mínor patre cre ditur eſſe. Reſpondemus,ſecundū formam dei equalis eſt & patri & ſpíritui ſancto,ſecundum for/mam ſerui mínor eſt & a patre,& a ſpíritu ſancto,quía nec ſpíritus ſanctus nec deus pater,ſed ſola fi lii perſona ſuſcepit carnem,per quam mínor eſſe creditur illís perſonis duabus. Item híc filius a deo patre & ſpíritu ſancto ſeparabiliter díſcretus creditur eſſe perſona,ab homine autem aſſumpto na/tura. Item cum homine vnus extat perſona, cum patre vero & ſpíritu ſancto,natura diuínitatís ſue, filius tamen non ſolum a patre ſed & a ſpíritu ſancto miſſus eſſe credendus eſt ín eo quod per pro/phetam dícitur. Et nunc dominus miſit me & ſpíritus ſanctus. Ab ípſo quoq; miſſus accípitur pro eo quod inſeparalís non ſolum voluntas,ſed operatío totí⁹ trínitatís agnoſcitur,Hínc enim quí ante ſecula vnígenítus eſt vocatus,temporaliter primogenítus propter aſſumptam carnem,ín qua ſuſce/pit hominís formam,iuxta euangelícam veritatem ſine peccato mortuus creditur quí ſolus pro no bis paſſ.onem ípſam(tamē ſalua díuínitate ſua) pro delictís noſtris ſuſtínuit mortiq; adiudicatus, & cruci veram carnis mortem accepit. Tertío quoq; díe virtute propría ſuſcítatus a ſepulchro ſurre/xit, Hoc ergo exēplo capítis noſtrí confitemur vera fide reſurrectionem carnis om nium mortuorū nec ín aere vel qualibet alía carne,vt quídam delírantes ſurrecturos nos credunt,ſed ín íſta qua viuí/mus conſiſtimus & mouemur,peracto huius ſancte reſurrectionís exemplo dum dominus noſter atq; ſaluator paternā aſcendendo ſedem repetíit de qua nunq; per díuinitatē díſceſſit. Illic ad dexte ram patrís ſedens expectatur ín fine ſeculorum iudex omniumviuorum & mortuorum,Inde cum ſanctis omnibus veníet ad ferendnm iudícium reddere vnícuiq; mercedís propríe debítum, prout quiſq; geſſerit in corpore poſitus ſiue bonum,ſiue malum,Eccleſiam ſane catholícam precío ſuí ſan guinis comparatam cum eo credímus ín perpetuum regnaturam,íntra cuius gremium conſtituti vnum baptiſmū credímus,& confitemur remíſſionem omníū peccatorum,ſub qua fide & reſurre/ctíonem mortuorum veraciter credímus,& futurí ſeculi gaudía expectamus,Hoc tātum orandum eſt nobis & petendum, vt cum peracto fínitoq; iudício tradíderit filius regnum deo & patrí partici pes efficíat nos regni ſuí, vt per hanc fídem qua illí inheſimus cum illo ſine fíne regnem⁹. Hoc eſt confeſſionís noſtre fides expoſita per quā omníū hereticorum dogma perímitur,per quā omnium fidelíum corda mundantur,per quā & ad deum glorioſe accedítur,cuius ſacroſancto ſapore ſub trí/duano ieíunío contínua relationum collatíone rorantes ad ea que ſubnexa ſunt ſequenti díe decer/nenda tranſibímus.

Capitulum primum.

IN loco benedictionís conſídentes dñí ſacerdotes nullís debent aut indíſcretís vocíbus perſtrepe/re,aut quibuſlíbet tumultíbus perturbarí,nullís etiamvanís fabulís vel riſíbus agí & qđ deterí⁹ eſt B
obſtínatis díſceptatiónibus tumultuoſas voces effundere,Sí quis enim(vt apoſtolus aít)putat ſe reli gioſum eſſe non refrenans línguam ſuam,ſed ſeducens cor ſuum,huiusvana eſt religío. Cultū enim

ſuum iuſtitia perdit,quando ſilentium perit, & iudicium obſtrepentium turba confundit dicente propheta. Erit cultus iuſtitie ſilentium. Debet ergo quicquid ante cõſultatiões cõſidentium agitur, aut a cauſantium parte proponitur ſic mitiſſima verborum relatione proferri,vt nec cõtentioſis voci bus ſenſus audiẽtium turbent,nec iudicũ vigorem de tumultu eneruent. Quicũq; ergo in cõuentu concilii hec que premiſſa ſunt violanda crediderit & contra hec interdicta,aut tumultu, aut cõtume liis,vel riſibus conciliũ conturbauerit, iuxta diuine legis edictum quo precipitur,eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgiũ, cum omni dedecore de cõſeſſione abſtractus a cõmuni cetu ſeceđat, & trium dierum excommunicationis ſententiam perferat.

Capitulum ſecundum.

A ¶Quãtum quis preceſſi culminis obtineat locum, tantũ neceſſe eſt, precedat certe gratia meritorum,vt in eo quod preſidet ſingulis,ſinguläriter ornetur eminentia ſanctitatis,habens & in ore gladium veritatis,& in opere efficientiã luminis,& iuxta paulum potẽs ſit exhortari in doctrina ſana & contradicẽtẽ reuincere,Nos ꝓximũ noſtri ordinis gradum,vel ſuſcepti regiminis modũ magnope re cogitare debemus,vt qui officium predicationis ſuſcepimus nullis curis a diuina lectione priuemur,Nam quorũdam mentes põtificum ita corpois otio a lectionis gratia ſeclu duntur,vt quid doctrine gregibus ſubditis exhibeat non inueniat preco mutus,Inſiſtẽdum ergo ſemper erit maioribus, vt quos ſub regiminis cura tuentur fame verbi dei perire nõ ſinãt, Sicut metropolitanis i cõfinitimos ceteroſq; eccleſiaſticis ordinib⁹ deditos, ſic cõfinitimis in cõmiſſos ſibi religioſos ex numero vigilandũ eſt, qualiter neſcientia taliũ diuine legis eruditionib⁹ imbuatur,Ita indeſinenti ſollicitudine prelatus quiſq; ſubditos querens,aut perfectum eorũ letabund⁹ agnoſcat, aut neſciẽtiam ſine arrogantia inſtruat,Placuit ergo de talibus iuxta inſtituta toletani cõcilii hoc ſpecialiter definire,vt aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi,aut a maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti.

Capitulum tertium.

B ¶De his qui contra apoſtoli voluntatem circũferuntur omni vento doctrine placuit hoc ſancto cõcilio,vt metropolitane ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſq; prouintie ciues rectoreſq; eccleſiarũ vnũ eũdemq; in pſallendo teneant modum quẽ in metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, nec aliqua diuerſitate cuiuſcũq; ordinis vel officii a metropolitana ſe patiatur ſede diſiungi. Sic enim iuſtũ eſt,vt inde vnuſquiſq; ſumat regulas magiſterii vnde honoris cõſecrationẽ accipit, vt iuxta maiorũ decreta ſedes quevnicuiq; ſacerdotalis mater eſt dignitatis ſit eccleſiaſtice magiſtra rationis. Abbatibus ſane indultis officiis que iuxta voluntatem ſui epiſcopi regulariter illis implenda ſunt cetera officia publica,id eſt veſperam matutinum ſiue miſſam aliter quã in principali eccleſia celebrare nõ liceat. Quiſquis autem horũ decretorum violator extiterit ſex menſibus communione priuetur,ac apud metropolitanum ſub penitentie cenſura permaneat corrigendus,qualiter apud illum & prete rite tranſgreſſionis culpam lachrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſe addiſcat. Sub iſta ergo regula non ſolum metropolitanus totius prouincie pontifices vel ſacerdotes aſtringat, ſed etiam ceteri epiſcopi ſubiectos ſibi eccleſiarum rectores obtemperare inſtitutionibus cogant.

Capitulum quartum.

C ¶Sicut omnis qui diligit fratrem ſuum ex deo,ita omnis qui odit proximũ ex diabolo eſt. dilectione enim ſola diſcernitur quis ex quo genitus approbetur,dicente Iohanne,In hoc manifeſtati ſunt filii dei,& filii diaboli, omnis qui nõ facit iuſticiam nõ ex eſt deo,& qui nõ diligit fratrem ſuũ, Quoniã hec eſt annunciatio quã ab initio audiſtis,vt diligamus alterutum,& poſt paululũ. Omnis qui odit proximũ ſuum homicida eſt,& ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in ſe manentem, ecce homicida eſſe probabiliter declaratur,qui a fraterna ſocietate diuiditur. Nam & ſi manus non moueat ad occidendum pro eo tamen quod immitis eſt ad occidẽdum,iam a deo homicida tenetur, Viuit ille,& iſte iam interfector eſſe cõuincitur, Cũ ergo his preceptis beat⁹ apoſtolus Paulus cum ſana predicatione concordet dicens, Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram,& nolite locum dare diabolo,relate ſunt nobie quorũdam ſacerdotum perſone in tantam obſtinatiõis efferbuiſſe diſcordiam,vt nõ ſolum illos ab ira occaſus ſolis nõ reuocet,ſed nec annoſa quidem tranſactio temporum ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus ſol iuuſticie Chriſtus occubuit,vt ad lumẽ charitatis redire vix poſſint. Horum ergo & ſimilium diſcordãtium

fratrum

fratrum oblationes iuxta antiqui canonis definitionem nullomodo recipiendas esse censuimus,per/
sonis tamen discordantiū id speciali definitione precipim⁹, vt antequam eos reconciliatio vera inne/
ctat,nullus eorū accedere ad altare domini audeat vel gratiam cōmunionis sancte percipiat,sed ge/
minato tempore per penitentiā compensabunt,quod discordie seruierūt,Quod si vnus alio contē/
nente ad satisfactionem charitatis cucurrerit ex eo tempore vt pacificus intra ecclesiam reputetur,ex
quo ad concordiam festinasse conuincitur sententia tamen superiori seruata, vt tempus quod in ira
expēdit geminatū in penitentie satisfactione persoluat.

Capitulum quintū.

¶Nullis vita presulū perturbari debet excessibus,quia valde indignum est,vt qui throni dei vocan A
tur leui motione turbentur,& qui debent esse iter iustitie ipsi efficiantur seminarium litis atq; rapi/
ne,Quomodo ergo hmōi iuxta apostolū irreprehensibiles erūt,qui non solū reprehensibilia faciunt
sed mortifera potius & execranda cōmittunt? Relati enim nobis sunt quidam ex sacerdotibus, quod
omni grauitate sacerdotalis ordinis p̄termissa audietiū iudiciū furore preueniāt,& excessu inhoneste
motionis iudicia audire refugiunt,p̄ quib⁹ eos oportuerat equitatis iudicia sustinere, Dū enim de
honoris sui culmine blandiūtur patientiā habere refugiūt,& q incōcusse debuerant veritatis conserua
re statum subito religionis mutant ꝓpositū,& precipiti furore iudiciū antecedunt. Sicq; in quo de/
cuerat eos iudicii sustinere conuentū peruasione agūt,vndede p̄sumptionibus confundātur,Qui ta
men aut damno pariter & excōmunicatione plectendi sunt,aut omissis cōpositionibus rerū sola sa/
tisfactione penitentie curabuntur, Illi enim qui rei proprie facultate suffulti sunt,aut qui rem suam
iam antea in nomine ecclesie p̄sentes transfudisse noscūtur,si aut per se,aut per subditos, seu p̄ quosli
bet aliena diripiūt,vel presumptionis,seu cedis quippiam agūt,tam in rebus fiscalibus,quam etiam
in quorūlibet dnio constitutis, & peruasa vel presumpta de reb⁹ iuxta legē excellentissimi principis
sarciant,& ꝓ excessu religioni contrario quod inhoneste ante iudiciū perpetrauerūt duarum ebdo/
madarum excōmunicatione plectendi sunt,& qui nichil proprietatis habere vidētur magna discre/
tionis arte medendi sunt,quo nec ausus illicitos ecclesiarū facultatibus redimant,nec ipsi penitus exo/
tres a pena persistant,Nec enim iustum est vt ꝓ prauis actibus sacerdotum ecclesie quibus preminēt
sustineant damnū, & pro excessib⁹ talibus satisfactio ab ecclesiis exigatur, cū ecclesia cultores suos nō
ad litem sed honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis
aut in quocūq; peruasores extiterint,aut quibuslibet p̄sonis cedes vel quodcūq; presumptionis intu/
lerint,nulla eos incuruatione stat⁹ sui seruituti hominum debere addici,sed iuxta quod presumptuo
sus quisquis ille extiterit,ita & penitentie legibus subiacebit,id est si in decem solidorū summam p̄/
sumptor esse cōuincitur viginti dierū penitentie satisfactione purgetur,ita vt siue minoris siue ma/
ioris summe excessum peregerit,similiter geminata hoc semper satisfactione penitentie recompen/
set,Seruos autem ecclesiarū qui hmōi excessus operati noscūtur, ad leges seculares audiendos remit
timus,Et hec quidem de generali excessu dicta sufficiant. Ceterum specialitatis ordinem prosequen
tes decernim⁹,si quis eōrum magnati cuiusq̄ vxorē,filiā, neptem, seu quolibet illū gradu adhibito
ptingentē quacūq; fraude vel subtilitate adulterina pollutione fedauerit,& honoris proprii gradum
amittat,& sub exilii relegatione ppetuam excommunicationis sentētiam perferat,qui tamen circa fi/
nem vite cōmunionis remedio adiuuand⁹ est,Hāc sane & illi sententiam merebuntur,qui aut volen
tes homicidium fecerint,aut primatibus palatii generosisq; p̄sonis seu nobilioribus quibuscūq; mu/
lieribus,aut puellis aliquid p̄ necē,aut per quācūq; irrogatam iniuriam visi fuerint intulisse. Vnde eos
iuxta legum secularium instituta,aut talionem recipere,aut traditionem de his fieri vel proscriptio/
nem oporteat.

Capitulum sextum.

¶His a quibus domini sacramēta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non licet,& ideo ma B
gnopere talibus excessibus prohibendum est ne indiscrete presumptionis motibus agitati,aut quod
morte plectēdū est sentētia ꝓpria iudicare presumant,aut truncationes quibuslibet personis aut per
se inferāt,aut inferēdas p̄cipiant,Quod si quisquam horum immemor preceptorum,aut ecclesie sue
familiis,aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit & concessi ordinis honore priuetur & loco,sub
perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo. Cui tn̄ communio exeunti ex hac vita non ne/
ganda est propter domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed vt conuertatur &
viuat.

Capitulum septimum.

¶ Cum iuxta antique inſtitutionis edictū plus erga corrigendos agere debeat beniuolentia quam ſeueritas,pl⁹ cohortatio quam cōmotio,plus charitas quā poteſtas. Relatum eſt nobis quod quidam ex fratribus plus liuore odii quam correctionis ſtudio ſubditos inſequentes,dū ſe ſimulant ſpiritua lem eis adhibere correctionem indiſcretam ſubito afferunt mortē,cum inauditos a ſe ꝓiiciunt,& il licitis eos iudiciis ſub penitētia puniunt. Non ergo de cetero peruerſis voluntatibus ſit liberum ſimu lare ſe quod fingūt,ſed quotienſcūqꝫ quilibet ex ſubditis corrigendus eſt,aut publica debet a ſacerdo te diſciplina curari, aut ſi aliter rectoribus placet duorum vel triū fratrum ſpiritualiū teſtimonio pe culiariter adhibito & modus criminis agnoſcatur,& mod⁹ penitētie irrogetur, ita tamen vt ſi exilio vel retruſione dignū cum eſſe cognouerit,aut quid aliud peculiare decreuerit modus penitētie quā coram trib⁹ fratribus ſacerdos tranſgreſſori indixerit ſpeciali debeat eius qui ſniam protulit manus ꝓprie ſubſcriptione notari,Sicqꝫ fiet vt nec tranſgreſſores ſine teſtimonio excidia vite ſue incurrant, nec rectores accuſatos ſe de quorūlibet intentationibus erubeſcant.

Capitulum octauum.

A ¶Quicquid inuiſibilis gratie collatione tribuitur nunquam queſtu,vel quibuſlibet ꝓmiis venū dari penit⁹ debet,dicente domino,Quod gratis accepiſtis gratis date, & ideo quicūqꝫ deinceps in eccleſiaſtico ordine cōſtitutus,aut ꝓ baptizandis conſignandiſqꝫ fidelibus, aut collatione chriſmatis vel ꝓmotionibus graduū pretia quelibet vel p̄mia niſi voluntarie oblata pro hmōi ambitione ſuſce perit, Equidem ſi ſciente loci epiſcopo tale quicquam a ſubditis perpetratur idem eps duobus men ſibus excommunicationi ſubiaceat ,pro eo quod ſcientie mala contexit,& correptionem neceſſariam nō adhibuit. Sin autem ſuorū quiſpiam eodem neſciente de ſupradictis quodcūqꝫ capitulis accipiē dum eſſe ſibi crediderit ,ſi pbr eſt trium menſiū excōmunicatione plectatur,ſi diaconus quatuor,ſub diaconus vero vel clericus his cupiditatibus ſeruiens & competenti pena & debita excommunicatio ne plectendus eſt.

Capitulum nonum.

B ¶Multe ſuper hoc capitulo patrū ſententie manauerūt,ſcilicet ne impretiabilem ſancti ſpirit⁹ grā tiam donis vel muneribus quis exiſtimet comparandam,ſed quod non ſine graui dolore dicēdum eſt quanto hec frequēti decretorū eſt preceptione ꝓhibita,tanto a nobis fraudibus cognoſcitur itera ta, dū hi qui tali precio mercari nituntur gratiam ordinationis ſue tempora preueniūt munere, aut poſt acceptū honorem promiſſis ſuis conferūt apparatibus turpis lucri mercedem. Et ideo vt horum & ſimilium argumētorū deinceps amputetur occaſio,Hec ſancta ſynodus definiuit, vt cum quiſqꝫ pontificale culmen ante domini altare percepturus acceſſerit,exactione aſtringatur quod pro confe renda ſibi conſecratione honoris nulli perſone cuiuſlibet premii collationem vel aliquando dediſſet, vel aliquando in futurum dare ꝓcuret,Sicqꝫ aut mūdus ab hoc contagio prelationis conſecrationem accipiat,aut publicato hoc ſcelere manifeſte denudet coram eccleſia,& ad honorem quem mercari vo luit nō accedat. Illos autem quos deinceps poſt prelationem per premiū ordinatos fuiſſe patuit ſub definitis penitentie legibus,vt hereſimoniachos ab eccleſia ſeparandos eſſe cenſem⁹id eſt vt duorum annorū ſpatio exilio relegati,& digna ſatiſfactione, vel excōmunicationis ſententia coerciti honoris gradum quem premiis emerant lachrymis conquirere & reparare intendant,Vnde ſi digna ſatiſfa ctio eos penitentie tempore inuenerit non tantum communioni ſed & loco & totius ordinis officiis a quibus ſeparati fuerant reſtaurandi ſunt.

Capitulum decimum.

C ¶Quāquam omnes qui ſacris mancipantur ordinibus canonicis regulis teneantur aſtricti,expe dibile tamen eſt,vt promiſſionis ſue vota ſub cautione ſpondeant,quod ad ꝓmotionis gradus eccle ſiaſtica probat diſciplina,Solet enim plus timeri quod ſingulariter pollicetur, quā quod generali ſpō ſione cōcluditur ,Et ideo placuit huic ſancto cōcilio,vt vnuſquiſqꝫ qui ad eccleſiaſticos gradus eſt ac ceſſurus,non ante honoris conſecrationem accipiat,quā placita ſibi annotatione promitat, vt fidem catholicam ſincera cordis deuotione cuſtodiens iuſte & pie viuere debeat,vt in nullis operibus ſuis ca nonicis regulis contradicat,atqꝫ vt debitum per omnia honorem atqꝫ obſequii reuerentiam premi nenti ſibi vnuſquiſqꝫ dependat iuxta illud beati pape Leonis edictum,Qui ſe ſcit aliquibus eſſe p̄ poſitum non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prelatum,ſed obedientiam quam exigit etiam ipſe depē dat. Pena tamē iuxta eccleſiaſtice conſuetudinis morem & placitis taliū inferenda,& ab his qui trāſ greſſores fuerint perſoluenda eſt,

Capitulum

Capitulum vndecimum.

¶ Cum nichil in diuino canone debeat esse confusum, nichil dubium, nichil etiam indiscretum in collatione nostri cetus relectus est canon Toletani concilii primi, in quo preceptum est vt si quis acceptam a sacerdote eucharistiam nō sumpserit, velut sacrilegus propellatur, nec adiecta est discretio voluntatum cum & fidelis fideliter accipiat quod naturaliter illum necessitas deglutire non sinat, A
Solet enim humane nature infirmitas in ipso mortis exitu pregrauata tanto siccitatis pondere depri mi, vt nullis ciborum illationibus refici, sed vix tantundem illati delectetur poculi gratia sustentari, Quod etiam in multorum exitu vidimus qui optatum suis votis siue communionis expetentes viaticum collatam sibi a sacerdote eucharistiam reiecerunt, nō quod infidelitate hoc agerent, sed qđ propter dominici calicis haustum traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Non ergo huiusmodi a corpore ecclesie separandi sunt, qui talia non infidelitate sed necessitate fecerunt, Presertim hi de quib⁹ nichil fidei sinistre sentitur, Placuit ergo definire qđ nec fideli officiat, nec infideli inultū existat, Quicūqꝫ ergo fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus eucharistiam perceptā reiecerit in nulla ecclesiastice damnationis damnatione subiaceat, Similiter nec illos cuiusq̄ punitiōis censura redarguet, qui talia aut tempore infantie faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, qui qđ fecerint ignorare vidētur. Iam vero quicūqꝫ aut de fidelium vel infidelium numero corpus domini absqꝫ ineuitabili (vt dictum est) infirmitate proiecerit, si fidelis est perpetua cōmunione priuetur, si infidelis est, & verberibus subdatur & perpetuo exilio relegetur, Quod si horū quilibet huiusmodi excessus digna penitentie satisfactione defleuerit, post quinquennium licebit illum communioni pristine reformari.

Capitulum duodecimum.

¶ Qui penitentiam in mortis agit periculo nō diutine a reconciliationis gratia differendus est, sed si precincto mortis vrgeatur periculo penitentia per manus impositionem accepta statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus eger abscedat, quam donū reconciliationis accipiat, sicqꝫ superstitib⁹ quodammodo doloris videatur esse perpetui, si precisum ab ecclesie membris eum qui vticqꝫ reconciliationem nō meruerit raptū a p̄senti vita mortis natura subduxerit, Vnde iuxta pape Leonis edictū his qui in tempore necessitatis & in periculi vrgentis instantia presidium penitentie ex more recōciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec recōciliatio denegāda, quia in misericordia dei, nec mensuras possumus ponere, nec tēpora definire. De his autem qui accepta penitentia antequam reconciliētur ab hac vita recesserint, quāquam diuersitas preceptorum de hoc capitulo habeatur, Illorum tamen nobis sententia placuit qui multiplici nūero de huiusmodi humanius decreuerūt, vt & memoria taliū in ecclesiis cōmendetur, & oblatio pro eorum delicto a presbyteris recipiatur. B

Capitulum decimumtertium.

¶ Bene siquidem maiorum regulis definitum est, vt demoniis aliisqꝫ passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat, Cū precepto consensu rationis adhibito id cōmuniter definimus vt null⁹ de his qui aut in terra accepti a demonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussi se diuinis ingerant sacramentis, exceptis illis qui in variis corporis in cōmoditatibus dediti in eiusmodi passionibus in terra approbantur eli si, Qui tamen & ipsi tādiu erūt ab officii sui & ordine & loco suspensi quousqꝫ vnius anni spacio per discretionem episcopi inueniātur ab incursu demonū alieni. C

Capitulum decimumquartum.

¶ Et illud diuini oraculi monentis singuli precaueant, quo scribitur, ve soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem, summopere verendum nobis est & cauendū, ne horis illis atqꝫ temporibus quibus domino psallitur vel sacrificatur, vnicuicqꝫ diuinis singulariter officiis insistenti pernitiosa passio, vel corporis quelibet valitudo occurrat, que aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat, Pro huiusmodi ergo ausibus precauentes necessarium duximus instituere, vt vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis ille canens deo, atqꝫ sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille q officia ipleturus accedet turbat⁹ fuerit, vel ad terram elisus a tergo semper habeat qui eius vicem exequatur itrepidus. D

Capitulum decimumquitum.

¶ Peractis omnibus que ad correctionem nostri ordinis in hoc cōcilio promulgata sunt placuit defi E

nire,vt paternis institutionibus obsequentes omni anno ad peragẽdum celebritatẽ concilii in metro politana sede tempore quo principis vel metropolitani electio definierit,deuotis semper animorum studiis conferamus,nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur,sed in preparato die quo iudicium fuerit adunatis in metropolitana sede omnibus prouincie pontificibus concilium deo presule celebretur,Quisquis autem episcoporum excepta ineuitabili causa vel necessitate de paragendo se concilio absentauerit per vnius anni metas erit excommunicatione plectẽdus, Quod si deinceps absq; celebratione concilii anni vnius metas transierit omnium in commune pontificum carthaginis prouincie superioris censure sententiam obnoxius retinebit,id est,si nulla eum impediẽte principis potestate vel infirmitate,aut ineuitabili causa,sed solius proprie voluntatis libitu sese ad celebrandum concilium non collegerit.

Capitulum decimumsextum.

A THis ergo constitutionibus nostris quas necessario gerendas credidim⁹ finalem manus nostre subscriptionem adiecimus,immortali deo nostro & domino gloriam & honorem reddẽtes,qui nos de conuentu alterne visionis letos efficit,qui os nostrum in confessione laudis sue aperuit,qui etiam decreta huius nostri cõcilii honestate compleuit,Post hec religioso domino nostro,& amabili principi nostro Vuambano regi gratiarum actiones persoluimus,cuius & studio aggregati sumus. Qui ecclesiastice discipline nostris seculis nouus reparator occurrẽs omissos conciliorum ordines non solum restaurare intendit,sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, & alterna morum correctione annuo tempore alacriter cõcurrentes iuxta prophete vaticiniũ,quod in nobis defractum est alligetur,& quod abiectũ est reducatur.Det ergo eidem principi dominus pro huius sacre sollicitudinis voto & cursum presentis vite in pace transire,& post diuturna tempora ad se in pace remissis iniquitatibus peruenire,qualiter & ille felicia tempora ducat,& felix cum omnibus quibus principatur ad christum sine confusione perueniat,vt quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur coronam futuri regni capiat ex hoc in regione viuorum regnãs cũ christo in secula seculorum.Amen. Interfuerunt huic concilio pontifices decem & septem. Ego Quiricus vrbis regie metropolitanus episcopus hec gesta synodica a nobis definita subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt decem & septẽ.

TExplicit concilium Toletanum vndecimum.

INCIPIT CONCILIVM

TOLETANVM DVODECIMVM HABITVM ERA, DCC. XIX. ANNO PRIMO ERINGII REGIS QVINTO IDVS IANVARII.

B CVM EX GLORIOSO PREDICTI PRINCIPIS IVSSV IN vnum fuissemus aggregati conuentum,& in basilica sanctorum apostolorũ debitis in sedib⁹ locaremur,Affuit coram nobis idem clemẽtissimus princeps humanitatis gratia plenus,& claro pietatis cultu perspicuus, qui nostro se cetui reliquem exhibens ac deuotũ imprimis omnium sacerdotũ se commisit precibus adiuuandum ,deinde grates multiplices omnipotenti domino egit de conuentu concilii totius , vt sue gloriose iussionis , cum in vnum adessent impleuerint votum & alterne visionis innouationem fecerint gaudiorum , deinde adiiciens sic omne concilium est allocutus.Non dubium est sanctissimi patres quod optima conciliorum adiutoria ruenti mundo subueniant,si officiosis que corrigenda sunt studiis peragãtur,Et ideo quibus plagis pro euentu dierum succedentium peream⁹ paternitati vestre nõ reor esse incognitum. Ob inde quia certum apud nos gerimus quod pro cõtẽptu diuinorum preceptorũ terra perniciem sustineat pressurarum dicẽte domino per prophetam. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, Ideo oportet,vt quia os saluatoris nostri & domini oracula esse probamini,per vos saluationis obtineat lucrum,per quos regenerationis percepit sacramentũ,vt diligẽtia dignationis vestre ab omni munda ta cõtagione & ab infirmitatis peste sit libera,& bonorũ omnium ,puentibus gratiosa sit, Iam nunc quicqd me adhuc dicere opportuna ratio finit,quicquid etiam narrandum auribusvestris cõuenit,

memorie

aut memorie titulorū intercapedo ſubducit,aut faſtidiū,plixe oīonis intercipit,ecce in breui cōple-
xa vel exarata deuotionis mee negotia,in huius tomo complicationis agnoſcēda perlegite, perlecta
diſcutite,diſcuſſa elimatis ac diſcretis titulorum ſentētiis definite, vt pura & placens deo veſtrarum
definitionum valitura diſcretio & regni noſtri primordia decoret exhortatiōe iuſtitie,& terrores ple
bium digna cohibeat ſeueritate cenſure,ſcriptū eſt enim. Iuſtitia eleuat gentem,miſeros facit popu-
los peccatū. Tunc ſuſcepto a glorioſo principe hoc tomo pro tam ſalubri inuitamento, & copioſas
grates retulimus dño Ieſu chriſto & item benediximus principi glorioſo,Poſt egreſſum ergo eiuſdē
ſereniſſimi principis hec in iam dicto tomo ſcripta reperimus.

¶ Compellatio regis Eringii ad concilium.

IN nomine domini Flauius eringius rex ſanctiſſimis patribus in hac ſancta ſynodo reſidentib⁹, A
I Reuerētiſſimi patres, ſi patres& honorabiles miniſteriorū celeſtiū ſacerdotes ſolidꝫtatem ſancte fi
dei veraciter teneat,ſincera cordis deuotione amplectantur,teſtimoniū paternitatis veſtre fortiſſimū
in ſalutis noſtre aduoco adiumentū,vt qui regnum factore deo ad ſaluationem terre,& ſubleuationē
plebium ſuſcepiſſe nos credim⁹,ſanctitudinis veſtre cōciliis adiuuemur,Vnde licet ſublimationis no
ſtre primordia paternitatis veſtre cetū opinabili relatione nō lateāt,quib⁹ clara diuinorum iudiciorū
diſpoſitione preuentus,& regnandi conſcēderim ſedem, & ſacroſancti regni pceperim vnctionē,nūc
tn melius id poteritis & ſcripti relatione cognoſcere,& ꝓmulgationis veſtre ſentētiis publicare, vt ſi-
cut eadem regni noſtri primordia cōuent⁹ veſtre ſanctitudinis cōperit diuinit⁹ ordinata,ita in his
& orationibus ſolamen impēdat,& ſalubriū conciliorum nutrimēta impertiat,quo ſuſceptum regnū
ſicut iam veſtris aſſentionibus teneo gratū,ita benedictionum veſtrarū ꝓfruar definitionibus conſe-
crandum,vt innouatio quodāmodo noſtri videatur imperii hec numeroſitas veſtri ordinis aggre-
gata,Et ideo quia dominus p̄cepit in euagelio dicens. Amen dico vobis,ſi duo exvobis conſenſerint
ſuper terram de omni re quācūq; petierint,fiet illis a patre meo qui in celis eſt,ob hoc venerabilē pa-
ternitatis veſtre cetū cum lachrymarum effuſione cōueni,vt zelo veſtri reiminis purgetur terra cō-
tagione prauitatis. Exurgite queſo exurgite,culpatorū ſoluite nodos,tranſgreſſorum mores corrigi
te inhoneſtos,& excitate zeli diſciplinam in perfidos,ſuperborum mordacitates extinguite, oppreſ-
ſorum ponderib⁹ ſubuenite,& quod plus omnibus eſt,iudeorum peſtem que in nouam ſemper re-
crudeſcit inſaniam radicitus extirpate,leges quoq; que in eorūdem iudeorum perfidiam propter va
nam gloriā nouiter promulgate ſunt omni examinationis ꝓbitate pcurrite,& tam eiſdem legib⁹ te-
norem incōuulſum adiicite,quā pro eorūdem perfidorū exceſſibus cōplexas in vnum ſentētias pro-
mulgate, Etenim valde nobis cauēdum ne tot antiquorum canonum regule que pro eorum errori-
bus ſunt promulgate, nos illorum culpis obnoxios reddant, ſi noſtri regni temporibus eorundem
canonum cōſtructio diſſoluta pertranſeat,Preſertim ſi legis illius(quod abſit) ſerenitatis noſtre in tē
pore illa clare fidei inſtitutio ceſſet,vbi diue memorie dominus atq; p̄ceſſor noſter ſiſebutus rex oēs
ſucceſſores ſuos ſub perpetua maledictionis cenſura obſtrinxit,quicūq; regum mancipium chriſtia
num iudeo ſeruire vel famulari permiſerit & cetera. Poſt hec illud quoq; veſtris de eo placitis infero
ſenſibus corrigendū quod deceſſoris noſtri preceptio promulgata lege ſanciuit,vt omnis aut in ex-
peditionem exercitus non progrediens,aut de exercitu fugiēs teſtimonio dignitatis ſue ſit irreuoca
biliter carens. Cuius ſeueritatis inſtitutio dum non per totos hyſpanie fines ordinata decurrit,dimi-
diam fere partē populi ignobilitati perpetue ſubiugauit,ita vt quia in quibuſdam villulis,vel territo
riis ſiue vicis portis huius infamationis habitatores ipſorum locorum ſint degeneres redditi, & quia
teſtificandi nullam habent licentiam veritatis ex toto videatur interiiſſe cēſura,ſicq; gemino malo ter
ra atteritur,dum & lege & reperiende veritatis deſtituitur adiumento,Vnde licet eandem legem no
ſtre glorie manſuetudo temperare diſponat,veſtre tamen paternitatis ſententia hos qui per illam in-
famie notam titulum dignitatis amiſerant,reueſtiri iterum claro priſtine generoſitatis teſtimonio de
uotiſſime optat.Nunc vero miſericordia preeunte taliter hec diſponite qualiter nec noſtra gloria mi-
niſterium crudelitatis adhibeat, nec tam ſeua preceptio terram ſub diutino infamationis iugulo pre
mat. Nam & hoc generaliter obſecro, vt quicquid in noſtre glorie legibus abſurdum quicquid iu-
ſtitie videatur contrarium, humanitatis veſtre iudicio corrigatur. De ceteris autem cauſis atq;
negotiis que nouella competunt inſtitutione formari,videndarum ſententiarum titulis exaranda cō
ſcribite,vt quia preſto ſunt religioſi prouinciarum rectores,& clariſſimorum ordinū totius hyſpanie

duces promulgationis vestre sentẽtias coram positi p̃noscentes, eo illas incõmissas sibi terrarum latitudine inoffendibili exerant iudiciorũ instantia, quo presentialiter assistẽtes pspicua oris nostri perceperint instituta, Omnes tamen in cõmune cõuenio & vos patres sanctissimos & vos illustres aule regie viros, quos interesse huic sancto cõcilio delegit nostra sublimitas p diuini nominis attestationem & terribile cũctis futuri iudicii diem, vt sine personarũ acceptione aliqua, vel fauore, sine aliquo quoq; aut maligne cõtentionis scrupulo, aut subuertẽde veritatis studio, que vestris sensibus audienda ingesserint sana verborũ examinatione discutite, sanioriq; iudicio comprobate, vt collatarũ habita prius deliberatione causarũ discreta nostri ordinis condatur probitas titulorũ, qualiter cum nos amor equitatis in negotiorũ acceleratione reddiderit feruidos, efficientia quoq; iustorũ operum cõnectat deo perhenniter sociandos, vt bonorũ vestrorum actibus letabundus & presentis vite capiam lucrum, & eternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datũ sub die quinto idus Ianuarii, Anno felicissimo primo regni serenitatis & tranquillitatis nostre in dei nomine toleto.

¶SVBSCRIPTIO.

A ¶In nomine domini Flauius eringius rex, Magna salus populi gentisq; nostre ac regni cõscribitur si hec synodalium decreta gestorũ, sicut pio deuotionis nostre studio acta sunt, ita incõuulsibilis legis nostre valido oraculo cõfirmẽtur, vt quod sereníssimo celsitudinis nostre iussu venerandis patrib⁹ & clarissimis palatii nostri senioribus decreta titulorũ exaratione est edictum, presentis huius legis nostre edicto ab emulis defendatur, Est enim hec ipsa definitio canonũ sub isto notata ordine titulorũ.

¶INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM CONCILII.

Capitulum primum.

i ¶De agnita & confirmata prelatione fastigii principalis in nomine sancte trinitatis.

ii ¶De his qui penitentiam cõsentientes accipiunt.

iii ¶De culpatorum receptione, vel cõmunione apud ecclesiam.

iiii ¶Vt in locis vbi episcopus non fuerit nunquam episcopus ordinetur.

v ¶De quorundam consuetudine sacerdotũ fedissima qui oblatis deo sacrificiis non cõmunicant.

vi ¶De concessa toletana pontificis generalis synodi potestate, vt episcopus alterius prouincie conniuentia principum in vrbe regia ordinetur.

vii ¶De recepto testimonio personarum que per legem que de promotione exercit⁹ facta est testificandi licentiam perdiderint.

viii ¶De his qui vxores suas diuortio interueniente relinquunt.

ix ¶De confirmatione legum que in iudeorum nequitia promulgate sunt earundẽq; legum prefixo ordine titulorũ qui in eodem canone annumerantur.

x ¶De his qui ad ecclesiam confugium faciunt.

xi ¶De cultoribus idolorum.

xii ¶De indicto temporis cõstituti quod debeat concilium celebrari.

xiii ¶Conclusio definitionum, in qua & deo gratie referuntur & p̃ principe exoratur.

¶Explicíunt capitula.

INCIPIVNT DECRETA CONCILII TOLETANI DVODECIMI.

B PRIMO DIE SYNODALIS EXORDII CONSIDENTIBVS epís atq; senioribus palatii vniuersis, habita est primo de sancta trinitate collatio, non que nouello exactionis stilo definita patescerẽt, sed que verbis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret, vbi p̃missa semper lectio precederet, qd sequens expositio aperiret. Credentes pariter & docentes de eadẽ sancte fidei puritate quicquid euangelica & apostolica traditio sanxit, quicqd sancta synodus nicena constituit, quicqd cõstantinopolitana patrũ aggregata collectio ꝓmulgauit, quicquid ephesini cetus definitio docuit, sicut multorum catholicorũ patrũ documẽto expositũ traditumq; nobis accepimus, sicut etiam in missarum solemniis patulis confessionũ vocibus proclamamus.

¶Credimus

¶Credimus in vnum deum patrem omnipotentem factorem celi & terre, visibiliu & inuisibiliū conditorem,& in vnum dominum Iesum christum filium dei vnigenitum,ex patre natum ante oia secula,deum ex deo,lumen ex lumine,deum verum ex deo vero,natum non factum, omousion patri hoc est eiusdem cum patre substātie,per quem omnia facta sunt que in celo & que in terra, qui propter nos,& propter nostram salutem descēdit,& incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine,hō factus est passus sub pontio pylato, & sepultus tertia die resurrexit, ascendit in celos,sedet ad dexterā patris. Iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos,cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum dominū & viuificatorem,ex patre,& filio procedentem,cum patre & filio adorandum,& glorificandum,qui locutus est per prophetas.Vnā catholicam,& apostolicam ecclesiam,Cōfitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum,expectamus resurrectionem mortuorum,& vitam futuri seculi.Amen. Capitulum primum.

¶Post pacifica ergo huius sancte fidei collationum studia, illa se primum nostris sensibus saluatoris cognitio cognoscendam inuexit, que tanto corda omnium ardore charitatis astrinxit,quāto se per eandem ipsa cognitio in conuentu generalis cōcilii prenoscendam exiliuit. Et enim sub qua pace vel ordine sereníssimus eringius princeps regni conscenderit culmen, regnandiq; per sacrosanctam vnctionem susceperit potestatem,ostensa nobis scripturarum euidētia docet,in quibus & p̄ceptis,& vuā be principis penitentie susceptio noscitur,& translatus regni honor in huius nostri principis nomine deriuatur,Idem vuamba dum ineuitabili necessitudinis teneretur euentu,susceptо religionis debito cultu, & venerabili tonsure sacre signaculo mox per scripturam definitionis sue hunc inclitum domum nostrum Eringium post se preelegit regnaturum,& sacerdotali benedictione vngendum,Vidimus enim & pariter patulo alterne visionis intuitu prelucente perspeximus huius premissi ordinis scripturas,id est notitiam manu seniorum palatii roboratam, coram quibus antecedēs princeps & religionis cultum,& tonsure sacre adeptus est venerabile signum.Scripturam quoq; definitionis ab eodem edictam vbi glorioſum dominum nostrum Eringium post se fieri regem exoptat, aliam quoq; informationem iam dicti viri in nomine honorabilis & sanctissimi fratris nostri Iuliani Toletane sedis episcopi,vbi eum separauit pariter & instruxit,vt cum omni diligentia iam dictum dominū nostrum Eringium in regno vngere deberet,& omni diligentia vnctionis ipsius celebritas fieret,In qua scriptura & subscriptionobis eiusdem Vuambe principis daruit,& omnis euidentia confirmationis earūdem scripturarum sese manifeste monstrauit,Quibus omnibus approbatis atq; perlectis dignum sane nostro cetui visum est,vt predictis definitiōibus scripturarum nostrorū oim confirmatio apponatur,vt qui ante tempora in occultis iudiciis prescitus est regnaturus, nunc manifesto in tēpore generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo iuramēti que p̄dicto viro Vuambe dum regnū adhuc teneret alligata est,hunc solum qui permansit sereníssimum Eringium principem obsecutura grate seruitutis famulatu seq̄tur & libera,quem & diuinum iudicium in regno preelegit,& decessor princeps successorem sibi instituit,& quod superest quem totius populi amabilitas exquisiuit. Vnde his precognitis atq; p̄scitis seruiendum est deo celi,& p̄dicto principi nostro Eringio regi,eiq; pia deuotione obsequendum,& ꝓmptissima voluntate agēdum,& enitēdum quicquid eius saluti ꝓficiat,quicquid gētis sue vtilitatiꝫ & patrie cōsuluerit. Vnde nō erit iam deiceps,ab anathematis sentētia alienus,aut diuine animaduersionis vltione securus quisquis contra salutē eius deinceps aut erexerit vocem,aut commouerit cedem, aut quācunq; exquisierit ledēdi vltionē. Capitulum secundum.

¶Plerumq; hi quibus miseratio domini etiam volentibus subuenit, beneficiis dei videntur esse ingrati,& abuti gra largitoris q̄ bn̄ vsi poterāt cōseq; absolutionē facinoris,Impugnāt sepe qđ honorare debuerūt,& ꝓphanis questiōibꝫ indulte gratie munꝫ a se reiiciūt qđ summis votis amplecti debuerīt, Etenī multos sepe aspeximus in salute positos vltimū desiderātes penitētie fructū, vt rursus nimieta te egritudinis ita loquēdi,& sentiendi naturale perdidisse officiū,vt nulla illis cura salutis sue videretur inesse,nullo etiam pristine deuotionis noscerentur desiderio anhelare,quorum tamen casibus fraternitas condolens ita talium necessitates in fide susceperit sua,vt vltimum illis tribuatur viaticum,scilicet ne sine fructu penitentie videātur trāsire e seculo.Quod si forsitan respiciēte domino saluti pristine reformentur, agunt cautionibus vanis,& oppositionibus execrandis qualiter a se tonsure venerabile signum expellant,atque habitum religionis abiiciant,imprudentissime asserētes ideo se nullis regulis ecclesiastice disciplne sub hoc voto teneri,quia penitentiam nec ipsi petierunt,nec consentientes

acceperunt,quorum impudentia diuine bonitatis que eos ad tam venerabile ac fecundi fructus vo/ cauit ſacramẽtũ turpiter imemor, & obſtinata procacitas non aliquãdo diceret talia, ſi qualiter ad vi/ tam per ſacroſancti lauachri gratiam veniret meminiſſet,etenim paruulorum infantium vita origina li peccato obnoxia,que nulli propter etatem diſcernendi vel expetendi ſenſui aptior iudicetur niſi ex ſponſione fidelĩũ baptiſmi accipiant ſacramentum,nnullo ſenſu, nulla etiam diſcretionis induſtria,id appetere poſſunt. Vnde ſicut baptiſma quod neſcientibus paruulis ſine vlla contentiõe in fide tantũ p ximorum accipitur,ita penitentie donũ qđ neſcientibus illabitur aliiſque impugnantia violationis hi qui illud exceperint obſeruabunt. Si quis autem quolibet modo penitentiam accipiens hoc violaue/ rit ſynodale inſtitutum,vt vere tranſgreſſor paternis regulis feriatur,Nec enim iſta ſtatuentes ſacerdo/ tes quoſq; vt paſſim,& licenter donum penitentie non penitentibus audeant prorogare abſoluimus, ſed hos qui qualibet ſorte penitentiam ſuſceperint,ne vlterius ad militare cingulum redeant religa/ mus.Sacerdotes tamen qui non conſentiendo neque penitentie auſu temerario penitentiam dede/ rint,neque ſe exhortatu eius qui penitentiam accipit vel manuum indiciis,vel quibuſlibet aliis euiden tibus ſignificationibus inuitatum fuiſſe probauerit vnius anni excõmunicationis ſentẽtie ſubiacebit.

Capitulum tertium.

A ¶Vidimus quoſdam, & fleuimus ex numero culpatorum receptos,in gratiam principum extorres extitiſſe a collegio ſacerdotum,quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo ſe ſolui licẽtius curat,ibi alios alligat,& quos in ſuam communionem videtur ſuſcipere,a communio/ ne,& pace eccleſie videtur ſeparare,vt qui cum illo conueſcuntur ſacerdotum communiõe ſola priuen tur. Et ideo quia remiſſio talium qui contra Legem,gentem,vel patriam ag[illegible] per definitiones ca/ nonum antiquorum poteſtate ſolum regia punitur, cui & peccaſſe noſcuntur ab eis nulla ſe deinceps abſtinebit ſacerdotum communio,ſed quos regia poteſtas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſe ſue effecerit,hos etiam ſacerdotum,& populorum conuentus ſuſcipere in eccleſiaſti/ cam communionem debebit,vt quod principalis pietas habet acceptum non a ſacerdotibus dei debet eſſe extraneum.

Capitulum quartum.

B ¶Maiorũ inſtitutiõibus auſu temerario cõtraire,& ſctõrũ patrũ decreta cõuellere & ſuperiorũ ſuo/ rum effrenata libidine contra ſanctiſſimam apoſtoli doctrinam ſanctionibus reniti qd aliud eſt q̃ vi culum ſocietatis Chriſti abrũpere,& vſurpate preſumptionis licentia ſtatum eccleſie diſſipare? Proſe/ quente igitur venerabili & ſanctiſſimo viro fratre noſtro Stephano emeritenſis ſedis epiſcopo res no bis nouelle preſumptionis vſurpatione ſeſe intulit pertractanda, tanto communi noſtro iudicio con/ uellenda,quanto & prauitatis auſu noſcitur perpetrata,Dixit enim violentia principali ſe impulſum fuiſſe, vt in monaſterio villule in qua venerabile corpus ſanctiſſimi Pineuii confeſſoris debito quie/ ſcit honore nouam epiſcopalis honoris ordinationem efficeret, & ideo ex indiſcreto,& facillimo aſſen ſu iniuſtis Vuambe principis iuſſionibus parens nouam & iniuſtam illic pontificalis ſedis prelectio/ nem induxit,vbi canonica conſtitutio id fieri omnimoda ratione refellit,predictus idem vir proſtrat⁹ humi medicamie noſtri precepti, & ſibi dariveniam petit,& quid potiſſimum fieri oporteat de perſo na eius qui illic ordinatus fuerat noſtri oris ſententia decerni popoſcit. Sed quia veraciter immo cõ/ muniter noueramus predictum principem concilio leuitatis agentem non ſolum precepiſſe vt in p̃/ dicto loco aliquis epiſcopus fieret,ſed etiã ita cũ cõſuetis obſtinatiõib⁹ definiſſet vt in ſuburbio Tole tano in eccl'ia Pretoriẽſi ſctõrũ Petri & Pauli ep̃m ordinaret,'necnõ & in aliis vicis vel villulis ſimili/ ter faceret,ideo pro tam inſolenti huiuſmodi extirpationis licentia quid de hac re hñt inſtituta cano/ num in medium proferri precipimus. Tunc hec in ordine cõſtituta plecta ſunt. Imprimis ex epiſto la pauli tito diſcipulo,vt epiſcopos per ciuitates conſtituere debeat precepit. Item ex concilio Niceno titulo octauo vbi inter cetera precipitur, vt in ciuitate vna non videantur duo epiſcopi eſſe. Item ex cõcilio Laodiceno titulo quinquageſimo ſeptimo,vbi dicit. Non oportet in vicis,& in villulis ep̃os or dinari,& cetera. Item ex concilio Africe ſecũdo titulo.v. vbi felix ep̃s Selemſelitanus dixit,Etiã ſi hoc placuit ſanctitati vr̃e inſinuo,vt dioceſes que nunq̃ habuerunt ep̃os nõ habeãt,dioceſis que aliquando habuit hẽat ꝓpriũ ep̃m,ſcdm aũt hãc ꝓſecutionẽ ſctitatis vr̃e ẽ eſtimate qd fieri debeat Genedi⁹ ep̃s dixit.Si placet iſinuatio fr̃is & coep̃i nr̃i felicis,ab oib⁹ cõfirmetur, ab vniuerſis ep̃is dictũ ẽ,placet. Itẽ ex cõci. Africe.iiii.ti.xlii.vbi dicit.vt nõ accipiat alterũ ep̃m plebs q̃ i dioc. ſep ſubiacuit. Epigoni⁹ eni

ep̃s inter

episcopus inter cetera sic dixit, Hoc dico,non debere rectorem accipere eã plebem que in dioceſi sem per subiacuit, nec vnq̃ proprium episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo cetui pla/ cet hoc quod prefatus tum confirmetur,Aurelius episcopus dixit, Fratris & cõsacerdotis nostri pro/ secutioni non obsisto,sed hoc me feciſſe, & facturum esse profiteor. Item ex concilio Sardicensi vbi in ter cetera precipitur. Licentia passim danda non est. Si enim subito aut vicus aliquis,aut modica ciui tas cui satis est vnus presbyter voluerit sibi episcopum ordinari ad hoc vt vilescat nomen episcopi & auctoritas, non debent illi ex alia prouintia inuitati facere episcopum in quibus antea nõ fuit. Item de sententia eorum qui huiusmodi ordinationes faciunt,vel de his qui contra hec instituta canonum ordinantur ex cõcilio Tauritano titulo vbi dicit, Gestorum quoq; seriem conscribi placuit ad perpe tem disciplinam quod circa octauum vrsionem Remigium Adrete episcopum synodus sancta de/ creuit, qui in vsurpationem quandam de ordinatione sacerdotum ad inuidiam vocabatur, quod ita his videtur indultum,vt de cetero hac auctoritate commoniti nichil vsurpare conentur,siquidem se ab hac causa tali excusatione defenderint,qua dicerent se non esse prius conuentos,Proinde iudica/ uit synodus, vt si quis ex hoc fecerit contra instituta maiorum,sciat is qui ordinatus fuerit sacerdotis se honore priuandum,& ille qui ordinauerit auctoritatem se in ordinationibus,vel in conciliis mini/ me retenturum, Non solum autem circa memoratum episcopum hec sententia prealebit,sed & cir/ ca omnes simili errore deceptos,qui ordinationes huiusmodi perpetrarunt. His ergo fortissimis re/ gulis effectum pii operis opponentes, in communi definitione elegimus vt in loco villule supradi/ cte deinceps sedes episcopalis non remaneat,neq; episcopus illic vltra constituendus existat,hic tamẽ conuildus qui contra maiorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententiis vlciscendus,quia non ambitione, sed principis impulsione consti/ tit ordinatus,& ideo hoc illi remedium humilitatis concedimus,vt in sedem aliam decedentis cuius/ libet episcopi transferatur,& predictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus non epis/ copali vltra priuilegio fretus, sed sub regimine abbatis (sicut huc vsq; fuit) erit modis omnibus mã/ cipandus, Iam vero de cetero generale ponentes edictum. Si quis contra hec canonum interdicta ve nire conatus fuerit,vt in locis illis episcopum eligat fieri vbi episcopus nunq̃ fuit anathema sit in con spectu dei omnipotentis,& insuper tam ordinator quam ordinatus gradus sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum patrum decreta,sed apostolica ausus est conuellere instituta.

Capitulum quintum.

¶Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sancte gratiam sume/ re, quot sacrificia in vna die videntur offerre,sed in vno die,si plurima per se deo offerant sacrificia in omnibus se oblationibus a communione suspendunt,& in sola tantum extremi sacrificii oblatione cõ munionis sancte gratiam sumunt, quasi non sit totiens illi vero & singulari sacrificio participandum quotiens corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi immolatio facta cõstiterit,Nam ecce apo stolus dicit, Nõne qui edunt hostias participes sunt altaris? Certum est quod hi qui sacrificantes non edunt,rei sunt dominicis sacramentis. Quicunq; ergo sacerdotum deinceps diuino altario sacrificiũ oblaturus accesserit,& se a communione suspenderit, ab ipsa qua se indecẽter priuauit gratia commu nionis anno vno repulsum se nouerit. Nam quale erit illud sacrificium cui nec ipe sacrificãs particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus est tenendum,vt quotienscunq; sacrificans corpus,& sangui/ nem Iesu Christi domini nostri in altario immolat,totiens perceptionis corporis & sanguinis Chri/ sti participem se prebeat. A

Capitulum sextum.

¶Illud quoq; collatione mutua decernendum nobis occurrit,quod in quibusdam ciuitatibus decedẽ tibus epis propriis dũ differtur diu ordinatio successoris,nõ minima creatur officiorũ diuinorum of/ fensio,dum tractu terrarum commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat re/ gis auribus decedentis presulis transitus innotesci,aut de successore morientis episcopi libera princi/ pis electio prestolari. Nascitur sepe & nostro ordini de relatiõe talium difficultas,& regie potestati dũ consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet iniuriosa necessitas. Vnde placuit omni/ bus pontifibus Hispanie atque Gallitie saluo preuilegio vniuscuiusque prouitie licitum maneat B

deinceps Toletano pontifici quoscūque regalis potestas elegerit,& iam dicti Toletani pontificis iu/
dicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouintiis in precedentium sedibus prefice re/
sules,& decedentibus episcopis eligere successores, sic tamen vt quisquis ille fuerit ordinatus post ordi
nationis sue tempus infra trium mensium spatium proprii metropolitani presentiam visurus acce/
dat,qualiter eius auctoritate vel disciplina istruct9 cōdigne susceptę sedis gubernacula teneat Quod
si per desidiam,aut neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit quibus nequeat metro/
politani sui obtutibus presentari,excommunicatum se per omnia nouerit,excepto si regia iussione im
peditum se esse probauerit.Hanc quoq; definitionibus formulam sicut de episcopis,ita de ceteris ec/
desiarū rectoribus placuit obseruādū. Capitulum septimum.

A ¶ Omnis disciplina sic subiectos debet arguere, vt spem venie non videatur auferre, nec funditus
curuationis indicere iugum,sed temperantie semper adhibere consultum,Et ideo quia legem illam a
domino Vuambano principe edictam que de proditione est annotata,huius principis nostri domi/
ni Eringii mansuetudo temperare dispossuit,ideo annuente nobis glorioso, & religiosissimo Eringio
principe nostro necessarie hoc sanctum concilium definiuit,vt hi qui per superiorem legem testifican
di dignitatem perdiderint,recepto testimonio pristine dignitatis causas exequi possint debite actio/
nis equaliter nobilitatis solide titulum reportantes,& queq; de preteritis legitime testificari voluerint
licentie obtineant votum, & iudicibus nullis prohibentibus arceantur, hoc videlicet adiicientes vt
si quid in preteritis testificari voluerint,si pro sola huius rei infamatiōe reiecti sunt,testimonio suo nu
per conquirant quod in preteritis conquirere potuerant,tantum si illo tempore quo in preteritis ad
testimonium dicendum vocati sunt,& supradicte legis institutionibus reprobati, & aliam criminis
notam eos tunc non habuisse patuerit, aut tricennium tunc effluxisse cum ad testimonium fuerant
prolati,hi qui eos reprobauerant manifeste conuicerint.

Capitulum octauum.

B ¶ Preceptum dñi est, vt excepta causa fornicationis vxor a viro dimitti non debeat,& ideo quicun/
que citra culpam criminis supradicti vxorē suā quacunq; occasione dimiserit,quia quod deus iunxit
ille separare dispossuit, tamdiu ab ecclesiastica communione priuatus, & acetu omnium Christiano/
rum maneat alienatus,quamdiu societatem relicte coniugis sinceriter amplectatur, & foueat. Ita ta/
men vt qui iam admoniti a sacerdote semel bis terq;,vt corrigerentur ad thorum sue coniugis nolue/
rint redire,ipsi se suis meritis & a palatine dignitatis officio separabunt,& insuper generose dignita/
tis testimonium quamdiu in culpa fuerint amissuri sunt,quia carnem suam dissidii iugulo tradide/
runt. Capitulum nonum.

C ¶ De iudeorum autem execranda perfidia discretis titulorum sententiis deditas nouiter a glorioso
principe leges vigilanti sensuum intentione perlegimus,districto etiam grauitatis pondere earum in
stituta probauimus,Proinde que debite rationis iudicio edite synodali dignatione probate sunt,irre
uocabili deinceps iudiciorum ordine pro eorum excessibus tenebuntur.i. leges que de commemora
tione priscarū ceremoniarū iudeorum transgressionibus promulgate sunt,atq; de nouella confirma/
tione earum. Item de blasphematoribus sancte Trinitatis. Item ne iudei aut se,aut filios suos,vel fa/
mulos a baptismi gratia subtrahant. Item ne iudei more suo celebrēt Pascha, vel carnis circuncisiones
exerceant, ac ne Christianum quemq̄ a fide christi dimoueant. Item ne iudei sabbata ceteraq; festiui
tates ritus sui celebrare presumant. Item vt omnis iudeus diebus dominicis,& in p̄notatis diebus ab
opere cesset. Item ne iudei more suo diiudicent escas. Item ne iudei ex propiquitate sui sanguinis cō/
nubia ducāt,& vt sine benedictione sacerdotis nubere non audeant, Item ne iudei religioni nostre in/
sultantes sectam suam deffendere audeant,nec a fide refugientes alibi se transducant,Et ne quilibet re/
fugientes eos suscipiat. Item ne xp̄ianus a iudeis quodcūq; mumeris cōtra fidē xp̄i accipiat. Itē ne iu
dei libros legere audeāt quos xp̄iana fides repudiat. Itē ne iudeis mancipia deseruiant,vel adhereant
xp̄iana. Itē si iude9 se xp̄ianū esse testetur,& ob hoc nō velit ase reiecere mancipiū xp̄ianū. Itē ꝓfessio
iudeorū,quomodo vnusquisq; ad fidē veniens indiculum professionis sue cōscribere debeat. Item con
ditiōes iudeorū quas iurare debeāt hi,q ex eis ad fidē veniētes,ꝓfessiōes suas dederint. Itē de xp̄ianis
mancipiis iudeorū que se nō ꝓdiderint xp̄iana,siue de publicatoribus eorū. Itē ne iudei a quolibet po
testate accepta extra regiam ordinationem xp̄ianum quemq; impetere plectere,vel distringere aude
ant. Item vt si iudeorum seruí nec dum adhuc conuersi ad Christi gratiam conuolauerint libertati do
nentur. Itē ne iudei administratorio vsu in ordinem villicorum atq; actorū xp̄ianā familiā redigere

audeant,& de damnis eorum qui talia ordinanda iniunxerint. Item iudeus ex aliis prouintiis vel territoriis ad Regis nostri ditionem pertinentibus veniens Episcopo loci, vel sacerdoti se presenta re non differat, vt quid sciateũ in toto obseruare cõueniat. Item vt concursus iudeorum diebus institutis ad episcopum fieri debeant. Item vt quicũq; iudeum secum assequentem habuerit expetente sacerdote eum apud se retinere non audeat. Item vt cura omnis distringendi iudeos solis sacerdotibus debeatur. Item de damnis sacerdotum, vel iudicum qui iudeis instituta legum adimplere distulerint. Item ne iudices quicq̃ de perfidorum excessibus extra sacerdotum cõniuentiam iudicare presumãt. Item vt episcopi tunc immunes habeantur a dãnis cũ eorũ pbris ad ea que ipsi nõ correxerint remi serint corrigenda. Item de seruata principibus miserendi potestate in his qui conuersi ad fidem Christi veraciter fuerint. Item vt episcopi omnes iudeis ad se pertinentibus libellum de suis editum errori bus tradant,& vt professiones eorum, vel conditiones in scriniis ecclesie condant. Quarũ omnium legum promulgatio grauida sicut synodali iudicio comprobata, ita generali omniũ nostrorum definitione in eorũ erit deiceps excessus exercẽda. Capitulum decimum.

¶Pro his qui quolibet metu vel terrore ecclesiam appetunt consentiẽte pariter glorioſissimo dño nostro Eringio rege hoc sanctum concilium definiuit, vt nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel damni, seu spolii residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt per omnia licitum in triginta passus ab ecclesie ianuis progredi. In quibus triginta passib⁹ vniuscuiusq; ecclesie in toto circuitu reuerẽtia defendatur, sic tamen vt hi qui ad eam confugiunt in extraneis, vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscedãt, sed in hoc triginta passuum numero absq; domorum extranearum receptaculo progredientes aditum obtinebunt, vt ad requisite nature vsum debitis exeant locis. Et nullomodo teneãtur euentu necessitudinis, qui dominicis se deffendẽdos commiserint claustris, Si quis autem hoc decretum tẽtauerit violare,& ecclesiastice excommunicationi subiaceat,& seueritatis regie feriatur sententia, ipsos tamen qui ad ecclesiam cõfugium fecerint, si iuxta priscorum canonum instituta, hi qui eos repetunt sacramenta reddiderit,& sacerdos ecclesie ipsius ab ecclesie non abstraxerit foribus, aut fuga talium si euenerit sacerdoti querenda est, aut damnorum sententia secundum electionem principis huiusmodi sacerdotibus irroganda. Capitulum vndecimum. A

¶Precepta domini sunt dicẽtis. Nõ facies tibi scupltile neq; omnem similitudinem que est i celo desuper,& que in terra deorsum, nec eorum que sunt in aquis sub terra, nec adorabis ea neq; coles, Item, Qui immolat diis occidetur preterq̃ domino soli, Item vir aut mulier qui faciũt malum ante conspectum domini dei sui,& transgrediuntur pactum illius, vt vadant,& seruiãt diis alienis, & adorẽt eos vel solem & lunam,& omnem militiam celi que nõ p̃cepi, & hoc tibi fuerit nũciatum, audieſq; inquisieris diligẽter,& verum esse reppereris,& abhominatio facta est in israel, educes virum ac mulierem qrem sceleratissimam ꝓpetrauerũt ad portas ciuitatis,& lapidibus obruẽtur, Precepta dñi hec nõ in vltione, sed in terrore deliquẽtiũ apponẽtes nõ mortis sniam ꝓmulgam⁹, sed cultores idolorũ, veneratores lapidũ, accẽsores facularũ,& excultores fontiũ admonemus, vt agnoscãt qd ipsi spõtanee se morti subiiciũt q diabolo sacrificare vidẽtur, mortis eni noie diabol⁹ appellatur sicut de eo scriptũ ẽ,& erat illi nomẽ mors, Ac ꝓuide oẽ sacrilegiũ idolatrie, vel qcqd illud est cõtra sanctã fidẽ in quo ipsi pẽtes homines captiuati diabolicis culturis inseruiũt sacerdotis vel iudicis instãtia inuentũ, vt sacrilegia eradãtur,& exterminata trũcentur, Eos vero q ad talẽ errorẽ accurrũt,& verberib⁹ coerceãt & onustos ferro dñis suis tradãt, si tñ dñi eorũ p iusiurãdũ attestationẽ ꝓmittãt se eos tã sollicite custodire, vt vltra eis nõ liceat tale nefas cõmittere, Q d si dñi eorũ nolit hmõi reos in fide sua suscipe, tunc ab eis a qbus eorerciti sunt regiis aspectibus p̃sentẽtur, vt priceps auctoritatẽ, ac liberã de talib⁹ dñandi ptãtẽ obtineat, Dñi tñ eorũ q nũtiatos sibi taliũ seruorũ errores vlcisci noluerit & excõicatiõis sniam pferãt & iura serui illi⁹ quẽ coercere noluerit se amisisse cognoscãt, Q d si ingenuorũ psone his erroribus fuerit iplicate,& ꝓpetua excõicatiõis snia feriãtur,& arciori exilio vlciscãtur. Capitulum.xii. B

¶Placuit huic sctõ cõcilio, vt iuxta priorũ eporũ singulariũ, quintiarũ canonũ instituta ãnis singulis in vna q̃q; quitia kalẽdis nouẽb. cõciliũ celebraturi cõueniãt, qsqs aũt in p̃dictis Kalendis nouemb. pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debite subiacebit. C

Capitulum decimumtertium.

¶Premissis his omnibus synodalibus gestis que honesto decretorum fine compleuim⁹ perpetuũ his robur p manuũ nostrarũ subscriptionẽ ãnectimus, dãtes pro his gloriã & honorẽ imortali deo & dño D

noſtro quo inſpirante,& determinationis noſtre ſententia viguit,& probitas cauſarum honeſto ſe fine compleuit, Vnde ſancte Trinitatis poſcimus inenarrabile nomen & glorioſam ineffabilis potentie maieſtatem,vt det amatori chriſti ſereniſſimo domino noſtro atq; amantiſſimo Eringio principi, cuius iuſſu ad hūc meruimus aduocari aduentum imperare clementer,regnare feliciter,habere de clementia fructum,obtinere de iuſtitia premium,de pietate tropheum,quo & hic inuictus victor hoſtium ſemper appareat & poſt diuturna huius ſeculi curricula ad regnum eternum cum ſuis omnibus coronandus perueniat,preſtante deo & ſaluatore Ieſu Chriſto domino noſtro qui cum patre & ſpiritu ſancto in Trinitate viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum. Amem.

¶ Conſummatum eſt hoc ſanctum concilium, Die octaua kalendarū Februariarum,anno feliciter primo,ſereniſſimi domini noſtri Eringii regis Era. dccxviii. ¶ Subſcriptio epiſcoporum.

A Vlianus dei gratia ſpalenſis eccleſie ſedis epiſcopus hec ſynodica inſtituta a nobis edita ſubſcripſi. Ego Iulius indignus vrbis regie Toletane ſedis epiſcopus hec ſynodica a nobis inſtituta ſubſcripſi. Ego Iuba indignus braccarenſis ſedis epiſcopus Hec ſynodica a nobis inſtituta edita ſubſcripſi, Ego Stephanus ſancte Emeritinēſis eccleſie epiſcopus Hec ſynodica. a. n. i. edita ſubſcripſi , Affalius dei miſeratione Auelenſis eccleſie epiſcopus hec ſynodica a nobis inſtituta edita ſubſcripſi. In Chriſti nomine Leander hilicitane,& Iotane ep̄s Hec ſynodica a nobis inſtituta edita ſubſcripſi,In Chriſti nomine Palinatius vrcitane eccleſie epiſcopus,Hec ſynodica inſtituta a nobis ſubſcripſi. Concordius palatine ſedis epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi . Riccila haccitane ecc'eſie epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi. Sinpernus erpauicenſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Sparandeo talicēſis epiſcopus ſedis,ſimiliter ſubſcripſi. Geta elipenſis eccleſie epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Memori⁹ egobinenſis eccleſie epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Tructimundus elborenſis epiſcopus ſubſcripſi. Iſidorus ſitalenſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Gendctius valeu ſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Deo datus ſegonienſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi,gentinus tudēlis epiſcopus ſubſcripſi. Eroaricus portucalienſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Felix irrienſis eccleſie epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Antoninus baſtine eccleſie epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Proculus iugaſtrēſis eccleſie epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Atala caurienſis eccleſie epiſcopus , ſimiliter ſubſcripſi. Separatus veſenſis eccleſie epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Prouidentius ſalamanticenſis epiſcopus eccleſie,ſimiliter ſubſcripſi , Argibado eliberitane epiſcop⁹ ecc'eſie ſimiliter ſubſcripſi. Siſebado ducite eccleſie ſedis epiſcop⁹,ſimiliter ſubſcripſi, Ellaſegotienſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Sebarianus noxienſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Iohānes pacenſis epiſcopus,ſimiliter ſubſcripſi. Teudulfus aſtigitane epiſcopus ſubſcripſi. Samuel gundulfus. Eufraſius terdoratus bateradus abbas ſubſcripſerunt. Annibonius preſbyter tenens vicem domini noſtri Sub demeri eccleſie complutenſis epiſcopi ſubſcripſi. Seſulfus hec inſtituta quibus interfui annuens ſubſcripſi. Raccaredus,ſimiliter ſubſcripſi. Vuitiza ſimiliter ſubſcripſi. Vuimars ſimiliter ſubſcripſi. Theuditendila,ſimiliter ſubſcripſi. Oſtulfus ſimiliter ſubſcripſi . Salimurius ſimiliter ſubſcripſi. Theudefridus ſimiliter ſubſcripſi. Hildigiſus ſimiliter ſubſcripſi . Vitulus, ſimiliter ſubſcripſi. Edila ſimiliter ſubſcripſi. Adeluibus ſimiliter ſubſcripſi. Attulfus ſimiliter ſubſcripſi.

B ¶ Quibus omnibus ſynodalibus geſtis decretis atq; peractis,& debitam reuerentiam honoris impendimus,& patulum auctoritatis noſtre vigorem, his innectere ꝓperamus. Ideoq; premiſſas has conſtitutiones ſynodicas a preſenti die,vel tempore, id eſt ab octauo kalen . Februarii . Anno primo regni noſtri nullus audeat contemnere,nullus etiā p̄terire, nemo earūdem cō ſtitionū audeat iura cōuellere,nullus temerator hec decreta ſubuertere , Nemo illicitator,vel contemptor vigorem his inſtitutionibus ſubtrahat,ſed generaliter per cūctas regni noſtri prouintias hec canonū inſtituta noſtre glorie temporibus acta,& auctoritatis debite faſtigio prepollebunt, & inuiolabili tenore iudiciorum habebuntur. Si quis autem hec inſtituta contemnat, contemptorum ſe nouerit damnari ſententia,id eſt vt iuxta voluntatē noſtre glorie,& excommunicatus a cetu noſtro reſiliat, & inſuper partem decimam facultatis ſue fiſci ꝓtibus ſociandā amittat , qđ ſi nihil habuerit facultatis vñ p̄dictā cō poſitionē exoluere poſſit, abſq; alia infamia ſui quinquaginta oportebit eū ictibus verberari. vt ſemp infamis pmaneat Edita lex in confirmatione concilii Toletani,ſub die octoua kalen. Februarii,anno feliciter prio regni glorie noſtre, In nomine Domini Flauius eruigius rex hoc legis noſtre edictum in confirmatione huius concilii promulgatum ſubſcripſi.

¶ Explicit concilium Toletanum duodecimum.

CINCIPIT CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM TERTIVM ACTVM ERA.DCC.XXI.ANNO QVARTO ERINGII REGIS.

ALLIBATE CHARITATIS INSTINCTV ALTERNIS VIsionum odtutibus redditi & in vnũ cetũ factore deo pariter aggregati in eccleſia videlícet ſanctorũ apoſtolorũ petri & pauli, anno regni quarto ſereniſſimi Eringii pricipis ſub die ſecunda nonas nouẽbris .era dcc. xxi. cumvnuſquiſq; noſtrũ debitis locaretur in ſedibus,affuit ídem princeps pleno fidei ardore ſubnixus,& humilitatis gratia decoratus, qui ſynodo deliberationis ſue vota commendans,& vt pro ſe deum inſtantiſſime deprecaretur expoſtulans, hoc preſertim eſt allocut⁹ ſufficienti exhortatione conciliũ,vt eccleſiaſtice diſcipline que cõgruunt & corrigendis moribus que conueniunt tract⁹ noſtri euidentia ſancirẽtur,Deinde religioſis votis ſue clementie quibus ſubueniendum miſeris definiuit,ſynodali cõuentu confirmanda cõmiſit,offerensvidelicet ſacris pontificibus tomum obſecrans pariter & cõteſtans, vt quicquid illic venuſtioris eſſet calami reſperſione cõgeſtũ ſynodalis potẽtie cõderetur ordine titulorũ. Tunc nos ꝑ ſuſcepto a principe tomo gloriam dedimus deo,et eidem principi benedíximus glorioſo. Idem tamẽ princeps poſ. q̃ votorum ſuorum actionem peregit,a conuentu concilii gratioſus exiuit. Tunc poſt preſentie principalis abſceſſum,hoc in tomi ipſius allegatione reperímus exaratum.

IN nomine domini Flauius eringius rex,ſanctiſſimis patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus, Ecce ſanctiſſimi religioſa pietate excolendi pontifices & diuini cultus inſtantiſſimi ſectatores,corã cetus veſtri reuerentia humilis deuotuſq; proſternor. Rediuis aſſiſto promptus aſtipulor,primũ de conuentus veſtri aggregatione patri luminũ gratiarũ copiam ſo'uens,deindevotorũ meorum ſtudia veſtris iudiciis dirimenda cõmittens, Nec enim fas eſt,quemq̃ etiam ſi nondum ſit opus,ſinecollegio agere, cũ multa tãtũ permiſit deus bona cũ cõcilio bonorũ egiſſe,vnde vt breui exhortatiõe peretem,vota mea quibus remedía pietatũ exercere delector ſenſibus paternitatis,veſtre agnoſcenda innuo.Q ue tamen ne oblíõe quadã memoriã fugíant,& relationí proprie curarũ intercapedo ſubducat, in cuius tomi cõplicatione accipite annotata,Illud primũvoluenti mihi miſeris parcere,cõuenit intimare,quod diuulſam per tyrannidem noſtri corporis partem in ſocietatis noſtre gremiũ conamur reducere, Eteni retroactis díue mẽorie preceſſoris noſtri Vuambe regis temporibus que in profanatorib⁹patrie,qui cũ paulo quõdã tyrãnidẽ aſſumpſerunt illata eſt ſentẽtiavltionũ, qui per iudicii vniuerſalis edictũ amiſerunt teſtimonium,rebuſq; proptiis caruerunt,que cunctaveſtre ſanctitudini nota ſunt,quos tñ & in collegio ſocietatis noſtre recipere,& rebus quibus fas fuerit deuouímus deueſtíre,Nam & de accuſatis modũ volumus ponere iuſtiſſime perquſitionis,quo ſiue de religioſis ſiue de laicis quiſq; accuſationes cuiuſq̃ ſtudio fuerit propulſatus non occultis fraudibus,vel violentiis cõprimatur nec clam profeſſione violẽter arceatur, ſed in cõmuni omniũ examine iudicetur,quo ſecundum publice profeſſionis ſue tenorem aut offenſibilis debitas damnationis penas excípiat,aut innocens ex iudicio omniũ cõprobatus clareſcat, Nã quid iam de tributorũ fiſcaliũ exactionibus referam,quorum redhibitiões tantis debitorum cumulis increuerunt,vt exigi penitus iubeantur & ſtatus ſubruatur fundit⁹populorũ,&fragmine colliſionis eorum vltimũ terre ſentiat ꝓprie ꝓlapſionis excídiũ .Vnde talibus nõ ſolum priuatis,ſed etiam fiſcalibus ſeruis remedia pietatis preoptans noſtra gloria affluenter impẽdere,vt omnes tributorum exactiones que apud illos de retroactis temporibus adiacent,vſq; ad primum annũ manſuetudo noſtra illis remittendas laxauit, & ſtilo proprie auctoritatis ſacroſancto cetui noſtro relegendas elegit.Illud quoq; adiiciens loquar quod votis noſtris horribile& animis execrabile eſt ſemper,Ignobilitatis conditio libertorum vel ſeruorum,& adequata gentis noſtre ſtatum degenerat,ob quam rem hoc noſtre glorie animis placet,vt exceptis fiſcalibus ſeruis vel libertis abraſa deiceps huius male preſumptiõis licentia nullus qui ex ſeruitute quorumlibet ſeruus ſit vel libertus ad palatina officia tranſeat,Quod ſi fecerit illic ſeruiturum proculdio recludendum ſe nouerit,quo aut cõditionis proprie originẽ ſumpſit,aut libertatis titulũ reportauit,His votorum meorũ inſinuationibus allegatis queſo vt fortia paternitatis veſtre adiutoria prerogetis,Luce enim clarius conſtat,quod aggregatio ſacro ſancta pontificum quicquid cenſuerit obſeruandum per ſancti ſpiritus donũ omnino eſt ad eternitatẽ prefixũ, Et ideo vniuerſitatem paternitatis veſtreq; ſublimium virorum nobilitatem, qui ex aule regalis officio i hac ſancta ſynodo nobiſcũ ſeſſuri preelect.

sunt,obtestor pariter & cõiuro atq; per ineffabile illud sacramẽtũ cõuenio,vt quisquis in mediovestri se iudicandũ vel rettractandum inuexerit,tam que per nos dicta quã etiã cetera que vestris auditibus se ingesserint audienda commui vigore iustície & temperamento mie dirimere procuretis,quo cũ omni reuerentia patrum precedentium regulis subditi totius vnanimitatis vestre sententia non aliunde q̃ ex veritatis fonte procedat. Sicq; & his que premissa sunt solidũ deliberationis stilum prõptissime apponatis,& reliqua adhuc que necessaria sunt in peragendis ecclesiastiee regule disciplinis & dirimeda tracttetis,& direpta religiosioribus diligenter conscribatis,qualiter dum doctrinam dispergitis salutarem in populis christũ dominũ in cumulãdo iustitiefructu capiatis, vt vobis predicãtibus & implẽtibus & que diuinis oculis complaceant, & que nobis proficiãt semper agere valeam⁹. Sit vtrisq; parentibus in hoc seculo,de lucro animarum ineffabile gaudium,& in futuro de peruentione eternitatis premiũ inconuulsum, Datũ sub die quinto nonas nouembris, anno feliciter quarto regni glo
A rie nostre in dei nomine toleto. Perlecto ergo coram cunctis Tomi necessarie institutionis exorsu prius de fide sancte trinitatis sermocinationis nostre cepit esse principiũ, profitẽtes pariter & credẽtes ea que de hac sancta trinitate & euangelia tradunt,& apostolorum sanctiones instituunt,sicut nicena synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut constãtinopolitana definitio sanxit, vel primi ephesini cetus atq; calcedonesis euidens doctrina constituit,iuxta quod etiã sacro sancti symboli elucubrata professio claret que in missarum solemnitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce.

¶ Fides niceni concilii.

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentẽ factorem celi & terre,visibiliũ oim &inuisibiliũ conditorem,& in vnum dominũ iesum christum filium dei vnigenitum,ex patre natum ante omnea secula,deum ex deo,lumen ex lumine,deum verum ex deo vero,natum non factũ,omousion patri,hoc est eiusdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt,que in celo & que intera,qui propter nos & propter nostrã salutẽ descẽdit,& incarnatus est de spiritu sctõ ex maria virgine,homo factus passus est sub pontio pilato, sepultus tertia die resurrexit,Ascẽdit in celos, sedet ad dexterã patris,iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos. Cuius regni nõ erit finis. Credimus in spiritum,sanctum dominũ & viuificatorem ex patre & filio procedentem,cũ patre adorandum & glorificãdum,qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam atq; apostolicã ecclesiam. Cõfitemur vnũ baptisma in remissionẽ peccatorum,expectamus resurrectionẽ mortuorũ & vitã futuri seculi. Amẽ.

POst huius sancte fidei, dispositam scripturã quasi super solidissimã petram ceterorum sequẽtiũ cõstruximus fabricã,vt firmitate inconuulsibili durent,que super fundamentũ vere fidei fuerit perhenne cõstructa,vnde & has omniũ i cõmune sententias quas principis hortatu construendas accepimus, cõmuni voto edidimus,quas etiam eterno reuerentie vigore obseruandas fore censemus.

¶ Concilium toletanum decimum tertium explicit.

¶ INCIPIT CONCILIVM BRACCARENSE PRIMVM ERA.DLXIX.ANNO TERTIO ARIAMIRI REGIS KALENDIS MAII.

B ANNO TERTIO ARIAMIRI REGIS KALENDIS MAII Cum gallicie prouintie episcopi Lucretius,andreas,martinus,Cottus,hilderic⁹, luceti⁹, Timothe⁹, maliosus ex preceptis prefati glorioſissimi Ariamiri regis, in metropolitana eiusdem prouintie ecclesia connueniſſent,considẽtibus simul episcopis,presentibusq; presbyteris,astantibusq; ministris, vel vniuerso clero, lucretius memorate metropolitane ecclesie episcop⁹ dixit,Diu est sanctissimi fratres quod secundum instituta venerabilium canonũ & decreta catholice & apostolice discipline desiderabamus sacerdotalem inter nos fieri debere conuentum,quia non solum ecclesiasticis regulis & ordinibus opportunam,sed stabilem etiam semper efficit charitatis fraterne concordiã, dũ cõgregati simul in nomine domini sacerdotes ea inter se salutari collatione requirunt,que secundum doctrinã apostolicam vnitatem spiritus in vinculo pacis obtineant,Nũnc ergo quãdo optatum nobis huius congregationis diem glorioſissimus atq; piissimus filius noster aspirante sibi domino vtiliter commendauit prius de statu fidei,(sicut superius dictũ est)coferamus, nam licet iam olim priscilliane heresis contagio in hispaniarũ prouintiis detecta sit & damnata, ne quis tamen per ignorantiã,aut aliqbus(vt assolet) scripturis decept⁹ apocriphis aliqua adhuc ipsius erroris pestilẽtia

sit infectus

ſit infectius,manifeſtius ignaris hominibus declaretur,quia ipſi iextremitate & invltimis huius pro uintie finibus conſtituti aut exiguã,aut pene nullã recte eruditionis noticiã contigerunt,Credo autẽ veſtre beatitudinis fraternitatem noſſe,quia eo tẽpore quãdo in regionib⁹ nefandiſſime priſcilliane ſe cte venena ſerpebãt,Beatiſſim⁹ papa vrbis Rome Leo qui quadrageſim⁹ fere apoſtoli petri ſucceſſor extitit per turpiũ notariũ ſedis ſue ad ſynodũ gallitie contra impiã priſcilliane hereſis ſectam ſcripta ſua direxit.Cuius etiam precepta tarraconẽſes & carthaginenſes epiſcopi,luſitani quoq; & betici fa/cto inter ſe concilio regulam fidei contra priſcillianani hereſim cum aliquibus capitulis conſcribentes ad baleonium tunc huiuisbraccarenſis eccleſie preſulem direxerunt,vnde quia & ipſum preſcripte fi dei exemplar cum ſuis capitulis pre manibus hic habemus,pro inſtructiõe ignorantiũ(ſi veſtre pla/cet reuerẽtie) recitẽt,Oẽs epi dixerũt,Valde neceſſaria horũ capitulorũ eſt lectio vt dũ ſimpliciorib⁹ quibuſq; priſtina ſanctorum inſtituta panduntur, abominata iam olim a ſede beatiſſimi Petri apo/ſtoli,& dãnata Priſcilliane hereſis figmẽta cognoſcãtur , lectũ eſt exẽplar fidei,cũ capitulis ſuis que ne prolixitatem facerẽt his geſtis minime ſunt inſerta, Poſt lectionem capitulorũ licet lectio neceſſaria re cenſita eſt,tñ euidentius & ſimplicius ea que ſunt execrabilia ita poſitis etiã capitulis modo declaren/tur,vt qui minus eſt eruditus intelligat,& ſic anathematis ſententia exploſa iam priſcilliani erroris figmẽta damnẽtur,vt quiſquis clericus vel moachus ſiue laicus tale aliquid ſentire adhuc,vel defen/dere fuerit deprehenſus,tanq; vere putridum mẽbrum continuo de corpore abſcindatur catholice ec/cleſie,ne aut ſocietatis ſiue prauitatis eius macula a recte credentibus de pmixtione taliũ aliquid ortho doxis reputetur opprobrium,Propoſita contra priſcillianam hereſim capitula & relecta cõtinent hec.

Capitulum primum.

¶Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum non confitetur tres perſonas vnius ſubſtantie & vir/tutis ac poteſtatis ſicut catholica & apoſtolica eccleſia docet,ſed vnam tantũ ac ſolitariã dicit eſſe perſo/nam,ita vt ipſe ſit pater qui filius,etiam ſit paracletus ſpiritus ſicut ſabellius & priſcillianus dixerunt, anathema ſit. A

Capitulum ſecundum.

¶Si quis extra ſanctam trinitatem mala neſcio que diuinitatis nomina introducit dicens,quod ip/ſa diuinitas ſit trinitas ſicut gnoſtici & priſcillianus dixerunt,anathema ſit. B

Capitum tertium,

¶Si quis dicit filium dei dominum noſtrum anteq̃ ex virgine naſceretur non fuiſſe ſicut Paulus ſa/moſatenus & fotinus & priſcillianus dixerunt,anathema ſint. C

Capitulum quartum.

¶Si quis natale chriſti ſecundum carnem non vere honorat,ſed honorare ſimulat ſe,ieiunans in eo dem die vel in dominico quia chriſtum i homnis natura eſſe non credit,ſicut Cerdon,martion,mani che⁹ & priſcillian⁹ dixerũt anathema ſit, Capitulum quintum D

¶Si quis animas humanas, vel angelos ex dei credit ſubſtantia extitiſſe, ſicut manicheus & priſcil/lianus dixerunt,anathema ſit. E Capitulum ſextum.

¶Si quis animas humanas dicit prius in celeſti habitatione peccaſſe,& pro hoc in corpora humana in terrã deiectas ſicut priſcillianus dixit anathema ſit. E

Capitulum ſeptimum.

¶Si quis dicit diabolũ non fuiſſe prius angelum bonum a deo factum,nec dei opificium fuiſſe na turã eius,ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe nõ aliquẽ ſui habere autorẽ,ſed ipſum eſſe principiũ abſ/q; ſubſtantia mala ſicut manicheus & priſcillianus dixerunt,anathema ſit. G

Capitulum octauum.

¶Si quis credit quod aliquas imũdas creaturas diabolus fecerit,& tonitrua,& fulgura,& tẽpeſtates, & ſiccitates ipſe diabolus ſua auctoritate facit ſicut priſcillianus dixit anathema ſit. H

Capitulum nonum.

¶Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit aſtringi ſicut pagani & priſcillian⁹ dixerũt anathema ſit. I Capitulum decimum.

¶Si quis duodecim ſigna id eſt ſydera que mathematici obſeruare ſolẽt p ſingula anime vel corpo/ris membra diſſipata credunt,& nominibus patriarcharũ aſcripta dicunt ſicut priſcillianus dixit,ana thema ſit. k Capitulum vndecimum.

¶Si quis coniugia humana damnat,& procreationem naſcentium perhorreſcit,ſicut manicheus & priſcillianus dixerunt anathema ſit. L Captulum duodecimum.

A ¶Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit figmentū esse, & conceptiones in vteris matrū operibus dicit demonum fieri, propter qđ resurrectionē carnis non credit, sicut Manicheus & prisscillianus dixerunt, anathema sit. Capitulum decimum tertium.

B ¶Si quis dicit creationem vniuerse carnis non opificum esse dei, sed malorum angelorū sicut manicheꝰ & prisscillianꝰ dixerūt, anathema sit. Capitulum decimum quartum.

C ¶Si quis imundos putat cibos carniū quas deus in vsu hominū dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quia immundiciam putauerit. ita abstineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibꝰ per gustet. sicut manicheus & prisscillianus docuerunt, anathema sit.
Capitulum decimum quintum.

D ¶Si qui clericorum preter matrem aut germanam vel etiam que proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quia adoptiuas feminas secum retinent, & cū ipsis habitant sicut prisciliani secta docuit, anathema sit. Capitulum decimum sextum.

E ¶Si quis quinta feria paschali que vocatur cena domini hora legitima post nonam ieiunus in ecclesiis missas nontenet, sed secundū sectam prisscilliani festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorū soluto ieiuinio colit, anathema sit. Capitulum decimum septimum.

F ¶Si quis scripturas quas prisscillianus secundum suū deprauauit errorē, vel tractatus dictinii quos ipse dictinius anteq̄ conuerteretur scripsit, sub nomine patriarcharum prophetarū & apostolorum & suo errori consona cōfinxit legit, & impia eorum figmenta sequitur aut defendit, anathema sit.
Capitulum decimum octauum.

G ¶Propositis his capitulis & relectis Lucretiꝰ epūs dixit, Quoniā etiā ea que a catholicis abomiata sunt & damnata manifestius & apertius etiā ignorantibus declarata sunt, necessarium post hoc arbitror si vestre fraternitati videtur, vt instituta nobis sanctorum patrū recensitis antiquis canonibus innotescant, que & si non omnia certe vel pauca, que ad instructionem clericalis disciplīne ptinent relegātur, Omnes episcopi dixerūt, placet hoc edictū & cōgrua res est, vt quibꝰ fortasse & per incuriā abolita sunt ecclesiastica cōstituta, audiant sanctorum canonū regulam & obseruent, relectis ex codice coram concilio tam generalium synodorū canonibus quā localium, Post quorum lectionem Lucretius epūs dixit, Ecce ex ipsa canonum lectione cognoscat sancta fraternitas vestra non solum generalibus cōciliis, sed & in localibus congregatos simul sacerdotes vno consensu ea que ecclesiastico conueniebant ordini statuisse, & secundum quod vniuscuiusq̄ rei expetebat ratio prospexisse sequentes sententiam doctrine apostolice dicētis, probate que bona sunt & tenete, si ergo placet charitati vestre quia sunt alia qua ecclesiastice institutionis obsequia, que in huiꝰ prefertim extremitate prouintie non per cōtentionem quod absit, sed magis (sicut prefati sumus) fiunt per incuriam, aut per ignorantiam constituamus quedam inter nos capitula: vt que non vno modo tenentur a nobis ad vnam omnino formulā reuocētur, oēs episopi dixerūt, Necessariū & valde vtile arbitramur, vt ea que apud vnū quēq̄ nostrū varia & inordinata cōsuetudine retinentur, vnito inter nos dei gratia & concordi celebrentur officio. Et iccirco si qd illud est magnū vel paruum quod variari videmus, ad vnam (sicut dictum est) formulā prefixis rationabiliter capitulis reuocetur, precipue cum & de certis quibusdam causis instructionē apud nos sedis apostolice habeamus, que ad interrogationes suas quondam venerande memorie precessores tui prudentia, pfutura ab ipsa beatissimi Petri, accepit cathedra, Lucretius episcopus dixit. Recte fraternitas vestra auctoritatem sedis apostolice recordata est, que licet eodem tempore innotuerit quo directa est, tamen pro firmitate testimonii & instructiōe multorū (si vestre vnanimitati cōplacet) quia premanibus est, coram omnibus legatur, omnes epi dixerūt. Iustum est vt quia mentio ipsius auctoritatis est habita que est eius doctrina a circūstantibus audiatur. Relecta est auctoritas sedis apostolice ad quendā profuturū directa epm, que propter prolixitatem his gestis minime est inserta, post cuius lectionem Lucretius epūs dixit, Manifestiꝰ patet apostolicā nobis opitulari doctrinam, & ideo sicut fraternitas vestra predixit, si quid per ignorātiam apud quosdā variatur, ad vnam formulā concordi regula prescriptis inter nos capitulis astringatur, proposita sunt capitula que continent hec.
Capitulum decimum nonum.

H ¶Placuit omnibus communi consensu, vt vnus atq̄ idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officiis teneatur & non diuerse ac priuate monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permixte. Capitucum vigesimum.

I ¶Item placuit vt per solemnium dierum vigilias, vel missas omnes easdem & non diuersas lectiones in

nes in ecclesia legant. Capitulum vigesimum primum.

¶Item placuit vt non aliter episcopi & aliter presbyteri populũ,sed vnomodo salutent dicentes,do/ A
minus sit vobiscum,sicut in libro Ruth legitur, & vt respondeatur a populo,& cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis apostolis traditum omnis retinet oriens, & non sicut priscilliana heresis permutauit.

Capitulum vigesimum secundum.

¶Item placuit vt eodem ordine misse celebrentur ab omnibus quo profuturus quõdam huius me B
tropolitane ecclesie episcopus ab ipsa apostolice sedis auctoritate susscepit scriptum.

Capitulum vigesimum tertium.

¶Item placuit vt nullus eum baptizandi ordinem pretermittat, quẽ & antea tenuit metropolitana C
braccarensis ecclesia,& pro amputãda aliquorũ dubietate predict⁹ prefutur⁹eps scriptũ sibi & directũ a sede beatissimi Petri apostoli susscepit. Capitulum vigesimum quartum.

¶Item placuit,vt coseruato metropolitani episcopi primatu ceteri episcoporum secundum sue ordi D
nationis tẽp⁹ alius alio sedẽdi deferat locũ.Capitulum vigesimum quintum.

¶Item placuit,de rebus ecclesiasticis tres eque fiant portiones,id est vna episcopi,alia clericorum, ter E
tia in reparatione vel in luminariis ecclesie. De quarta parte siue archipresbyter,siue archidiaconus il lam administrans epo faciat rationem. Capitulum vigesimum sextum.

¶Item placuit vt nullus eps clericũ alterius ordinare presumat,sicut & antiqui canones vetuerunt, F
nisi forte signata ipsius scripta susceperit. Capitulum vigesimum septimum.

¶Item placuit quia aliquanti huius prouincie ecclesie suis diacones absconsis infra tunicam vtuntur G
orariis,ita vt nichil differre a subdiacono videantur,vt de cetero superpositis scapulis sicut decet vtan/tur orariis. Capitulum vigesimum octauum.

¶Item placuit vt nõ liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare,nec aliis nisi his qui ab epis H
copo subdyaconi fuerint ordinati. Capitulum vigesimum nonum.

¶Item placuit vt lectores in ecclesia in habitu seculari ordinati non psallant neq; granos gentili ri/ I
tu dimittant. Capitulum trigesimum.

¶Itẽ placuit vt veteris testamenti nihil poetice compositum in ecclesia psallatur,sicut & sancti pre/ k
cipiunt canones. Capitulum trigesimum primum.

¶Item placuit vt ingredi ad communicandum non liceat sacrarium laicis viris vel mulieribus,nisi L
tantum clericis,sicut & antiquis canonibus institutum est.

Capitulum trigesimum secundum.

¶Item placuit vt quicunq; in clero cibo carniũ non vtuntur, pro amputanda suspitione prisscilliane M
heresis vel olera cocta carnibus tantũ pregustare cogantur,Quod si contempserint secundum quod de talibus sancti patres antiquitus statuerunt,necesse est pro suspitione heresis,huius officio excõmu nicatos omnimode remoueri. Capitulum trigesimum tertium.

¶Item placuit,vt qui pro heresi aut pro crimine aliquo excommunicantur,nullus eis communica/ N
re presumat,sicut & antiqua canonum continent statuta,quod si quis spernit voluntarie se ipsum alie numa communione facit. Capitulum trigesimum quartum.

¶Item placuit vt hi qui sibiipsis aut per ferrum,aut per venenum,aut per precipitium, aut suspen/ O
diũ,aut quolibet modo violentie inferunt mortẽ,nulla pro illis i oblatione cõmemoratio fiat,neq; cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur,multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurpãt,Si militer & de his placuit fieri qui pro suis sceleribus puniuntur.

Capitulum trigesimum quintum.

¶Itẽ placuitvt cathecuminis sine redẽptione baptismi defunctis similimodo nõ oblationis cõmẽora P
tio,neq; psallendi impendatur officium,nam & hoc per ignorantiam vsurpatum est.

Capitulum trigesimum sextum.

¶Item placuit,vt corpora defunctorũ nullomodo iter basilicã sanctorũ sepeliant, sed si necesse est de Q
foris circa murũ basilice vsq; ad eũ nõ abhorreat.Nã si firmissimũ hoc priuilegiũ vsq; nũc retinẽt ciui tates,vt nullomodo intra ambitũ murorũ cuiuslibet defuncti corp⁹ sit hũatũ, quãtomagis hoc vene/rabiliũ martyrũ debet reuerẽtia obtinere? Capitulũ trigesimum septimum.

¶Item placuit vt si quis presbyter post hoc iterdictũ ausus fuerit chrisma benedicere,aut ecclesiam R
aut altarium consecrare a suo officio deponatur.Nam & antiqui canones hoc vetuerunt.

Capitulum trigesimum octauum.

A ¶Item placuit vt ex laico ad gradū sacerdotii nemo veniat,nisi prius anno integro in officio lectorū vel diaconatus disciplinā ecclesiasticam discat.& sic per singulos gradus eruditꝰ ad sacerdotiū veniat, nam satis reprehensibile est,vt qui nondū didicit iam docere presumat,dum & antiquis hoc patrū institutionibus interdictum sit. Capitulum trigesimum nonum.

B ¶Item placuit vt si quid ex collatiōe fideliū aut per festiuitates martyrū,aut per cōmemorationē defunctorū offertur, apud vnum clericorū fideliter colligat̄,& cōstituto tempore,aut semel,aut bis in anno inter omnes clericos diuidatur,nā nō modice ex ipsa iequalitate discordie generantur,sic vnuquisq; in sua septimana quod oblatum fuerit sibi dependat.

Capitulum quadragesimum.

C ¶Item placuit vt p̄cepta antiquorū canonū(quomodo in concilio recitata sunt) nullus audeat p̄terire,si quis aūt cōtumax transgredi t̄ ista,necesse est vt de suo degradetur officio,Relictis capitulis lucretius episcopꝰ dixit,Quia opitulāte domino nobis ea que infirmitatē catholice & orthodoxe fidei,vel que ad officium ordinis ecclesiastici ptinebantvnanimi(sicut oportebat) collatione decreuimus, restat nunc vt ex omnibꝰ his que dei gratia salubriter instituta sunt propriam vnusquisq; nostrū studeat docere,atq; informare diocesim.Si quis autem ex nobis in parrochiis suis post agnita huius concilii instituta aut clericū aut monachū sane huic doctrine resistentem iuenerit, aut in aliquo adhuc priscillia ne secte errore latitare persenserit, & non cōtinuo illū excōmunicatum & anathematizatum de ecclesia eiecerit foras(ita vt c ū hmōi homine nec cibū aliquis fidelis sumere,nec cōmunicare presumat),nouerit se is qui talē receperit,fraterne esse excōmunicationi obnoxiū,& diuine ꝑculdubio sententie reum.Omnes epi dixerunt.Quecūq; a nobis vnito per dei gratiā consensu decreta sunt,peruigili necesse est sollicitudine obseruētur.Que vt stabilitatē placite constitutiōis obtineāt firmitatem, propria vnusquisq; his gestis manu subscribat. Et post eporum subscriptio subsecuta est, Lucretius eps subscripsi.Andreas episcopus subscripsi.Martius episcopus subscripsi. Cottus eps subscripsi. Hildericꝰ eps subscripsi. Lucentius episcopus subscripsi. Timotheus eps subscripsi,Maliosus eps subscripsi.

¶Explicit concilium Braccarense primum.

¶INCIPIT SECVNDVM.

D REGNANTE DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO CVRrente era,DC.X.anno secundo regis ariamiri,die decimo octauo kalēdarū Ianuariarū cū gallitie ꝑuintie epi tam ex braccarēsi quā ex lucensi synodo cū suis metropolitanis p̄cepto prefati glorioſissimi regis simul in metropolitana braccarensi eccl'ia cōueniſſet,id est Martinꝰ,nitigis Remisol,Andreas,lucētiꝰ,Adoriēs vectimer,sardinarius,Viator,Auila Polemꝰ Mailoc,cōsidentibꝰ simul epis atq; vniuerso clero presente Martinus braccarensis ecclesie eps dixit,Inspiratione hoc dei credam proueniſſe sanctiſſimi patres vt per ordinationē gl'ioſiſſimi filii nostri regis ex vtroq; cōcilio cōueniremꝰ in vnū,vt non solū de visione alterutra gratularemur,sed etiā ea que ad ordinationē & disciplinā ecclesiasticā pertinēt pariter colloquamur.Scriptū est enim in euāgelio dicēte domino. Vbicūq; fuerint duo vel tres in noie meo cōgregati,ibi ero in medio eorū.Nitigis lucrēsis ecclesie eps dixit.Nec aliud potest credi nisi ea que ad vtilitatē nostrarū pertinent animarum diuina inspiratione & inchoari, & perfici oportere.

E ET ideo vnanimes oēs atq; id ipsum in domino sentiētes,quecūq; ad instructionē nostrā pertinēt,in mediū prolata desideramus agnoscere.Martinus eps dixit. Arbitramur vestrā beatitudinem recordari quia cū primū in ecclesia braccarensi eporum cōcilium cōgregatū est,post multa que ad concordiam fidei fuerant roborata.aliqua etiam que regularum sanctorū canonum continent discretionem firmauimus.Quorum vtilitas vt possit euidentius in memoriam reuocari. ipsa si vobis placet epistola vestra i presentia relegatur,omnes episcopi dixerunt,Oportet omniode vt in omnium auribus qui hic assistunt recitetur.Recitatis ergo capitulis superioris concilii que ne prolixitatē facerent his gestis sunt iserta, Martinꝰ eps dixit Hec ergo que modo sunt recitata q̄ nobis tūc autvaria,aut dubia,aut inordinata sunt visa auxiliāte deo ordinentur & suā imobiliter obtineant firmitatē, que aūt tunc in memoriam nonvenerunt,aut onerosum fuit in illo primo cōcilio multa simul ingerere,necessariū videtur modo ad notitiā sctē charitatis deferri eis specialiter ꝑspectis,vt spirituali ventilata examine purgentur,sancti enī patres predecessores nostri aut gn̄ales synodos vndiq; collīgi ꝑ vnitare recte fidei fecerunt

dei fecerunt,ſicut in nicea contra Arrium trecenti decem & octo,& in conſtantinopoli centum quin quaginta contra Macedonium,& in epheſo contra Neſtorium ducenti,& in calcedona contra Euti cem ſexcenti triginta,aut certe ſpeciales ſynodos per ſuas vnuſquiſq; prouincias pro reſecandis contē tionibus vel emendandis aliquorum negligentiis collegerunt,& prout euentus culparum, aut qua ſ liſcunq; exceſſus exegit per ſingulas quaſq; diuinas canonum ſententias mediante inter eos dei ſpi ritu conſcripſerunt,quas oportet nos relegere & tenere,& quia opitulante chriſti gratia de vnitate, & rectitudine fidei in hac prouincia nichil eſt dubium,nobis modo ſpecialius eſt agendum, vt ſi quid fortaſſe extra apoſtolicam diſciplinam per ignorantiam,aut per negligentiam reprehenſibile inue ſ nitur in nobis,reccurrentes ad teſtimonia ſanctarum ſcripturarum,vel antiquorum canonum inſti ſ tuta adhibito communi conſenſu animi que diſplicuerint rationabili iudicio corrigamus. Et pri ſ mū ſi placet relectis beati Petri apoſtoli preceptis que pro regula ſacerdotum in ſua epiſtola euiden ter adſcripſit,quicquid non eodem tenore ſicut princeps apoſtolorum edocuit agi videtur a nobis ſi ne vlla cunctatione ad emendationem deducere feſtinem⁹,ne forte dum aliis predicamus ipſi repro bi effecti diuino illo condemnemur eloquio dicēte, Tu vero odiſti diſciplinam,& ꝓiecisti ſermones meos poſt te,Omnes epiſcopi dixerunt.Cupimus memoratā apoſtoli Petri epiſtolā ad locū a ferri ipſum vbi ſacerdotes decet audire. Tūc allato libro hec ex eadem epiſtola recitata ſunt,Seniores obſe cro conſenior.paſcite qui in vobis eſt gregem dei,prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum dominū,neq; turpis lucri gratia ſed volutarie,neq; dominātes in clericis,ſed forma facti gregi & ex animo,vt cum apparuerit princeps paſtorum,percipiatis immarceſſibilem glorie coronam,His rele ctis omnes epiſcopi dixerunt.Cognitis his que ex epiſtola beati Petri apoſtoli ſunt recitata deſyde ſ ramus auxiliante dei gratia diuinis obedire preceptis,& apoſtolice epiſtole que nobis recitata eſt in his omnib⁹ formulam imitari,ne forte in aliquibus inordinate ambulantes diuino (quod abſit) iudi cio condemnemur,ſed ſanctorum patrum veſtigia ſubſequentes in ipſorum requie mereamur eſſe participes,& immarceſſibilem illam glorie coronam que repromiſſa eſt,cum ipſis percipere merea ſ mur.Ob hoc ergo tuam ſimul omnes depoſcimus charitatem,vt has omnes cauſas ſingulis capitulis breuiter comprehenſas,vel qualiter corrigi debeant his geſtis ſubter annectas, Que cū ſtudioſus re lecta & in notitiam omnium noſtrum euidenter fuerint perducta,propria vnuſquiſq; manu pro eo rum emendatione & confirmatione ſubſcribat,vt non ſolum nobis,ſed etiam ſucceſſorib⁹ noſtris hec ad perfectionem epiſcopalis officii decreta proficiant.

Capitulum primum.

¶ Placuit omnibus epiſcopis atq; conuenit,vt per ſingulas eccleſias epiſcopi & dioceſes ambulantes A
primum diſcutiant clericos,quomodo ordinem baptiſmi teneant,vel miſſarum qualiter officia in ec cleſia peragant,& ſi recte quidem inuenerint,deo gratas,ſinautem minime, docere debent ignaros, Et hoc modis omnibus precipite ſicut antiqui canones iubent,vt ante dies viginti baptiſmi ad pur ſ gationem exorciſmi concurrant cathecumini,in quibus viginti diebus omnes cathecumini ſymbo ſ lum quod eſt,Credo in deum patrem omnipotētem ſpecialiter doceantur. Poſtquam ergo hec ſuis clericis diſcuſſerint vel docuerint epiſcopi alia die cōuocata plebe ipſius eccleſie doceant illos vt erro ſ res fugiant idolorum,vel diuerſa crimina,ideſt homicidium,adulterium,periurium,falſum teſtimo nium,& reliqua peccata mortifera,& quod nolunt ſibi fieri alteri non faciant,& vt credāt reſurrectio nem omnium hominum,& diem iudicii in quo vnuſquiſq; ſecūdum opera ſua recepturus ſit, Et ſic poſtea epiſcopus de eccleſia illa proficiſcatur ad aliā.

Capitulum ſecundum.

¶ Placuit vt nullus epiſcoporum per ſuas dioceſes ambulans preter honorem cathedre ſue,id eſt ſo ſ B
lidos duos,aliquid aliud per eccleſias tollat,neq; tertiam partem ex quacūq; oblatione populi in ec ſ cleſiis parochialibus requirat,ſed illic tertia pars pro luminarib⁹ eccleſie vel recuperatione ſeruetur,& per ſingulos annos epiſcopo inde ratio fiat.Nā ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat,lumen & ſa ſ cra tecta abſtulit eccleſie,Similitervt parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operib⁹ epiſcopis ſer uire non cogantur,quia ſcriptum eſt,neq; vt dominantes in clero.

Capitulum tertium.

¶ Placuit vt de ordinatione clericorum ēpi munera nulla accipiant,ſed ſicut ſcriptum eſt,quod gra ſ C
tis donante deo accipiunt,gratis dent,Non in aliquo precio gratia dei,& impoſitio manuum venun detur,quia antiqua definitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit dicens, Anathema

sit danti& accipienti,Propterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxii sancto indigni ministrātes altari non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent.Oportet ergo non per gratiam munerum sed per diligentem prius discussionem,deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

Capitulum quartum.

A ¶Placuit vt modicum balsami quod benedictum pro baptismi sacramēto per ecclesias datur, quia a singulis tremisses pro ipso exigi solent,nichil vlterius exigatur,ne forte quod pro salute animarum per inuocationem sancti spiritus consecratur,sicut Symon magus donum dei pecunia voluit emere ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

Capitulum quintum.

B ¶Placuit vt quotiens ab aliquo fideliū ad cōsecrandas ecclesias epī inuitantur,non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirāt,sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit non respuatur, Si vero aut paupertas illum,aut necessitas retinet,nichil exigetur ab illo, Attamen vnusquisq; episcoporum meminerit,vt nō prius dedicet ecclesiam,nisi antea dotem basilice & obsequiū ipsius p dona tionem cartule confirmatum accipiat.Nam non leue est ista temeritas sine luminariis vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem seruituri sunt,tanquam domus priuata cōsecretur ecclesia.

Capitulum sextum.

C ¶Placuit si quis basilicam non pro deuotione fidei,sed pro questu cupiditatis edificat,vt quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium vt clericis diuidat,eo quod basilicam in terra sua questus causa condiderit,quod in aliquibus locis vsq; modo dicitur fieri,Hoc ergo de cetero obseruari debet vt nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat,nec basilicam que non pro sanctorum patrocinio,sed magis sub tributaria conditione est cōdita,audeat consecrare.

Capitulum septimum.

D ¶Placuit vt vnusquisq; episcopus per ecclesias suas hoc precipiat,vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt,si quid voluntarie pro suo offerunt voto suscipiatur ab eis.Si vero per necessitatē paupertatis aliquid nō habent quod offerant,nullum illi pignus violenter tollatur a clericis .Nam multi pauperes hoc timentes filios a baptismo retrahunt ,qui forte differunt,Si sine gratia baptismi de hac vita recesserint,necesse est vt ab illis eorum perditio requiratur,quorū spolia pertimescentes a baptismi gratia se retraxerunt.

Capitulum octauum.

E ¶Placuit vt si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit,secundum preceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo,Q uod si nō potuerit datis testimoniis approbari quod dixit, excōmūnicationem accusati accusator accipiat.

Capitulum nonum.

F ¶Placuit vt priusquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata ,illud obseruetur vt superuenturum ipsius anni pascha quo kalend. die vel quota luna debet suscipi , a metropolitano episcopo nuntietur , quod ceteri epī , vel clerus reliquus breuiculo subnotantes , vnusquisq; in sua ecclesia adueniente natalis domini die astante populo post lectionem euangelicam nuntiet,in cuius principio cōuenientes in vnum vicine ecclesie per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes celebrant letanias, Tertio autem die celebratis hora nona siue decima missis dimisso populo precipiant quadragesime ieiuniis seruire,& mediante quadragesima ex viginti diebus baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

Capitulum decimum.

G ¶Placuit vt quia per stultitiam presumpti nuper erroris,aut certe ex veteris prescilliane adhuc heresis fetore corrupto cognouimus quosdam pbros in huius presumptionis audacia retineri, vt missas mortuorum etiam post acceptum merum vel oblationem ausi sunt cōsecrare,Ideoq; hoc prefixe euidentis sententie admonitione seruetur,vt si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit deprehensus,hoc est nō ieiunus,sed quocūq; cibo presumpto oblationē consecrauerit in altari,continuo ab officio suo priuatus a proprio deponatur episcopo,His ita gestis placuit omnib⁹ pro confirmanda horum obseruantia vnumquemq; propria manu subscribere,eo placitorum facto, vt si quis eorū capitulorum terminum transgressus ad inordinatas consuetudines reuerti voluerit,totius concilii excommunicatione correptus verissimam sibi de sui ordinis inclinatione nouerit immi nere sniam.Martin⁹bracca.metropolitane ecclie epūs his gestis subscripsi . Remisol bisensis ecclie epūs

his gestis

his gestis subscripsi,Lucentius columbrigensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Adoriens getane ecclesie episcopus his gestis subscripsi.Sardinarius lamucensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi,Viator magnatensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Alitigitis lucensis metropolitanus ecclesie episcopus his gestis subscripsi,Andreas herensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi,Anila tudensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi,Pulensus asturicensis ecclesie episcop⁹ his gestis subscripsi.Mailoc brittinorum ecclesie episcopus his gestis subscripsi. Victimer auriensis ecclesie episcopus subscripsi. ¶Explicit concilium braccarense secundum.

INCIPIT PREFATIO SANCTI MARTINI BRACCARENSIS EPISCOPI IN LIBRO CAPITVLORVM EX GRECORVM SYNODIS COLLECTORVM.

DOMINO MEO BEATISSIMO ATQVE APOSTOLICE sedis honore suscipiendo in christo fratri nigesio episcopo ,vel vniuerso concilio lucēsis ecclesie episcopus Martinus,Canones qui in partibus orientis ab antiquis patribus constituti sunt,greco prius sermone conscripti sunt,postea autē succedenti tempore in latinam linguā translati sunt,Et quia difficile est,vt simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam, simulq; & illud accidit, vt in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes,aut dormitātesmulta pretermittant,& propterea in ipsis canonibus aliqua simpliciorib⁹ videantur obscura.Ideo visum est vt cum omni diligentia,& que per translatores obscuri⁹ dicta sunt,& ea que per scriptores sunt immutata simplicius & emēdatius restaurarem id primum obseruans, vt illa que ad episcopos,vel vniuersum clerum pertinent vna in parte conscripta sint,similiter & que ad laicos pertinēt simul sint adunata,vt de quo capitulo scire aliquis voluerit,possit celerius inuenire.

Capitulum primum.

i ¶De electione episcopi.
ii ¶De ordinatione episcopi.
iii ¶De euacuanda ordinatione que absente metropolitano fuerit facta.
iiii ¶De primatu metropolitani.
v ¶De eo qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transire voluerit.
vi ¶De non mutandis parochiis.
vii ¶De presumptione aliene diocesis.
viii ¶De non constituendo epō successore.
ix ¶De irruptione vacantis ecclesie.
x ¶De episcopo per necessitatem vacāte.
xi ¶De contemptore episcopo.
xii ¶De seditioso episcopo.
xiii ¶De senioribus iudicii.
xiiii ¶De episcopi presumptione in rebus ecclesie.
xv ¶De rebus ecclesiasticis gubernandis.
xvi ¶De rebus ecclesie dispensandis.
xvii ¶¶De his qui de ministerio ecclesie aliquid vendunt.
xviii ¶De synodo facienda.
xix ¶De episcopo qui noluerit venire ad synodum.
xx ¶De legitima etate ordinandi pbros.
xxi ¶De eunuchis qui ab aliis fiunt,vel qui sibi naturalia abscindunt.
xxii ¶De neophitis.
xxiii ¶De penitente nō admittēda ad clerū.
xxiiii ¶De his quì indiscussi, aut pbyteri, aut diaconi ordinati sunt.
xxv ¶De pbris vel diaconibus qui post ordinationem denotantur.
xxvi ¶De his qui viduas,aut dimissas ducūt.
xxvii ¶De fornicatoribus clericis.
xxviii ¶De his quorum vxores mechantur.
xxix ¶De viduis clericorum.
xxx ¶De filia episcopi vel pbri que fuerit deuota,& peccauerit.
xxxi ¶De deuota vel peccante que se maritauerit.
xxxii ¶De subintroductis adoptiuis mulieribus.
xxxiii ¶De non recipiendis clericis, & de infirmanda ordinatione eius qui sine epi sui licentia ab alio episcopo ordinatur.
xxxiiii ¶De clericis desertoribus.
xxxv ¶De importunis clericis.
xxxvi ¶De purganda opinione heresis.
xxxvii ¶De clericis excommunicatis.
xxxviii ¶De pbris vt ad secundas non vadant nuptias.

xxxix ¶De his qui ad diaconum eliguntur.
xl ¶De eo quod non licet diaconum nisi iussum sedere.
xli ¶De eo quod non licet quemlibet sacra mysteria tangere.
xlii ¶Vt mulieres in sacrariū non intrent.
xliii ¶Ne lector alterius viduam duxerit.
xliiii ¶Si subdiaconus secundam duxerit vxorem.
xlv ¶Vt non ascendat in pulpitum nisi lector.
xlvi ¶De conditionalibus nō ordinandis, nisi consensu patroni.
xlvii ¶De non suscipiendis seruis in clero alienis.
xlviii ¶De non celebrandis natalitiis martyrū in quadragesima.
xlix ¶Non suscipi debere ante duas ebdomadas,sed ante tres infantes ad baptismum.
l ¶De non soluendo ieiunio in quinta feria pasche.
li ¶De chrismate conficiendo.
lii ¶Non liceat presbytero coram episcopo chrismare.
liii ¶Non licet presbytero ante episcopum in baptisterium introire.
liiii ¶De pregnātibus baptizandis.
lv ¶Que in altari offerri oportet.
lvi ¶De presbyteris forasticis.
lvii ¶De non ieiunando in die dominico neqꝫ genua flectendo.
lviii ¶De gustandis carnibus, & non execrandis.
lix ¶De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis spectaculis interesse.
lx ¶De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis incantatorias & contrarias ligaturas facere.
lxi ¶De eo quod non liceat conuiuia facere de confertis,
lxii ¶De vsuris vel negotiorum lucris.
lxiii ¶De clericis qui ad matutinum velspertinum non conueniunt.
lxiiii ¶De eo quod non liceat clericis die dominico ab ecclesia absentari.
lxv ¶De eo quod non liceat clericis ante horam tertiam prandere.
lxvi ¶De attondenda coma clericorum & habitu ornato.
lxvii ¶De eo quod non liceat poeticos psalmos in ecclesia dicere,& libros apocrifos legere,
lxviii ¶De eo quod non liceat super monumēta mortuorum missas tenere.

¶Capitula canonum ad laicos pertinentium sequuntur.

lxix ¶De eo quod non liceat christianis prādia ad monumenta portare.
lxx ¶De eo quod non liceat clericis vel laicis catholicis cathedras ab hereticis eulogias accipere,aut cum ipsis &schismaticis orare,
lxxi ¶De eo quod non liceat christianis obseruationes diuersas attendere.
lxxii ¶De eo quod non liceat christianis tenere traditiones gentilium.
lxxiii ¶Vt non liceat obseruare lunas,aut stellarum cursus.
lxxiiii ¶De eo quod non liceat obseruare Kalendas.
lxxv ¶De eo quod non liceat medicinales herbas cum aliqua obseruatione colligere.
lxxvi ¶De eo quod non liceat feminas christianas in lanificiis aliquid obseruare.
lxxvii ¶De adulteriis.
lxxviii ¶De mulierib9 fornicariis,& abortiuum facientibus.
lxxix ¶De homicidio voluntario, vel non volūtario,
lxxx ¶De muliere que duos fratres coniugio, & viro qui duas sorores habuit.
lxxxi ¶De his qui nuptias iterauerint.
lxxxii ¶De his qui se cum animalibus commiscuerit.
lxxxiii ¶De his qui vsqꝫ ad finem vite in peccatis perdurant, & in exitu communionem petunt.
lxxxiiii ¶De his qui intrantes ecclesiam ppter luxuriam sacramento se abstinent.
lxxxv ¶De excōmunicatis.

¶Explicium capitula.

Capitulum primum.

ANon licet populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium prouocantur,sed iudicium episcoporum est,vt ipsi eum qui ordinandus est probent,si in sermone & fide,& in vita edoctus sit.

Capitulum secundum.

¶Episcoporum

¶ Epíscopum oportet maxime quidem ab omní concílio constítuí,sed sí hoc aut pro necessítate,aut pro longínquitate ítíneris difficile fuerít,ex omnibus tres colligantur,& omnium presentíum vel absentíum subscríptiones teneantur,& sic postea ordínatio fíat,Huius autem reí potestas in omní prouíncia ad metropolítanum pertínet epíscopum. A

Capítulum tertium.

¶ Non debet ordínarí epíscopus absq; consílío & presentía metropolítaní epíscopí, Adesse autem omnes oportet quí sunt in prouíncia sacerdotes quos per suam debet epístolam conuocare,Et quidē sí omnes occurrerínt, bene, Sínautem hoc difficile fuerít plures oportet cōcurrere, Quí autem non conuenerínt presentíam suí per epístolas faciant,& sic omnium facto consensu ordínationem episcopí fierí oportet, Sí autem alíter preter quod terminatum est a nobis fuerít factum, talem ordínatíonem nichil preualere decernímus,Sínautem secūdū canones ordínatio epíscopí fuerít facta,& sí quís cum malítía in alíquo contradíxerít,plurímorum sensus obtíneat. B

Capítulum quartum.

¶ Per síngulas prouíncias oportet epíscopos cognoscere metropolítanum epíscopum, & ipsum prímatus curam susćipere,nichil autem agere relíquos epíscopos preter eum,secundum quod antíquit⁹ a patríbus nostrís constítutum contínetur in canone,propter quod & metropolítanus epíscopus nichil presumptíue assumat absq; consílío ceterorum. C

Capítulum quíntum.

¶ Sí quís ꝓticeps alícuíus fuerít ambítionís ínuentus, síue epíscopus, síue presbyter,vel díaconus de ínferíorí cíuítate non transeat ad maíorem,Sed sí quis contra hec magní concílíí cōstítuta ímportunís extíterít omnímodo euacuetur huiusmodí factum, et sue íterum restauretur ecclesíe cuí epíscopus,aut presbyter,aut díaconus prius fuerat cōstítutus. D

Capítulum sextum.

¶ Epíscopum a propría parochía non líceat transíre in alíam,neq; sua sponte íntroíre,neq; ínuítatū neq; ab ep̄o coactum, sed permaneat in loco in quo a deo est ordínatus,& in ea quam sortít⁹ est ecclesía secundum antíquum canonum constítutum. E

Capítulum septímum.

¶ Sí quís epíscopus non per scrípturam metropolítaní epíscopí,aut quí cum eo sunt, rogat⁹ de alía prouíncía in alíam venerít,sed presumptíue írruens ad ordínatíonem & constítutíonem clericorum quí ad íllum non pertínent ímportunus exístat,vacua sunt & ínanía omnía que ab eo fuerínt constítuta. Ipse autem dígna íncrepatíone excōmunícetur,& alíenetur a sancto concílío. F

Capítulū octauum.

¶ Epíscopo non líceat ante fínem vite alíum in loco suo constítuere succesſorem. Sí quís autem hoc vsurpare tentauerít,talís constítutío írrita erít. Non alíter ergo fierí oportet nísí cum consílío & íudícatu epíscoporum quí post exítum precessorís potestatem habent dignum elígere. G

Capítulum nonum.

¶ Sí quís epíscopus vacans in ecclesíam non habentem epíscopum subrepens populo sine concílío íntegrí ordínís írruerít, etíam sí populus quem seduxít desíderet íllum,alienū ab ecclesía esse oportet Integrum autem & perfectum concílíum dícímus íllud ín quo metropolítanus epíscopus fuerít. H

Capítulum decímum.

¶ Sí quís ordínatus per contentíonem populí,aut pro alíqua ratíone & non pro sua culpa in parochíā que eí fuerít data non ierít,hunc oportet ordínem sacerdotíí tantummodo contíngere,ita vt de rebus ecclesíe in qua conuenít nichil sibí presumat,sustíneat autem quod de eo sanctum concílíum iudícare voluerít. I

Capítulum vndecímum.

¶ Sí quís epíscopus ordínatus noluerít agere sacerdotíum,neq; consenserít in sibí commíssa ecclesía ambulare,ístum talem excōmunícarí oportet,quod sí coactus consenserít, sanctum concílíum quod placet de eodem terminet. k

Capítulum duodecímum.

¶ Sí quís epíscopus ordínatus fuerít,& nō vult ípsam parochíam susćípere ín qua nomínat⁹ est, sed alíbí vult ordínarí,& vim facít,ac seditíones cōcítat cōtra eos quí íllum ordínauerunt,hunc ab honore oportet remouerí,sí autem in prístíno honore presbyterií vult stare,non vetetur vt gradum quē habuít retíneat,Quod sí reluctatus fuerít,etíam ab honore pb̄rií deponatur. L

Capitulum decimumtertium.

A ¶Sí quis epíscopus ín alíquibus cauſatiónibus iudícatur,& víderít íplos epíſcopos quí in prouíncía ſunt ínter ſe iudício díſcrepare,vt alíí vídeãtur eũ quí iudícatur iuſtíficare,alíí cõdemnare,pro defíní tíone huí⁹ díſſenſionís hoc placuít ſancto cõcílío,vt de prouíncía vícína alter metropolítanus conuo⁄cetur epíſcopus,vt per eum cõfírmetur quod ſecundũ rectum placuerít canonem.

Capítulum decímumquartum.

B ¶Sí quís eps nulla eccleſíaſtíce rationís neceſſítate compulſus ín ſuo clero, aut vbí forte non eſt pbr̃ de rebus eccleſíaſtícís alíquíd preſumpſerít vẽdere, res ípſas eccleſíe proprie reſtaurare cogatur, & ín iudícío epíſcoporum deíiciatur auditus,& tanquam furtí aut latrocínií reus a ſuo priuetur honore.

Capítulum decímumquíntum.

C ¶Q ue ſunt eccleſíe conſeruarí cõmuní dílígentía,& bona conſcientía,& fíde deí quí omnía vídet. & iudícat gubernarí oportet cum iudícío & poteſtate epíſcopí,cuí & omnís populus & congregatío cõmíſſa eſt animarum. Manifeſta autem debent eſſe que ad eccleſíam pertínent ín conſcientía eorũ quí círca epíſcopos ſunt preſbyter & díaconus,vt hí omnes ſcíant que ſunt eccleſíe propría,vt ſí epíſco pí cõtígerít tranſítus, eos níchíl latere poſſít ex hís que ad eccleſíam pertínent, vt nullomodo poſſínt mínuí & perire,neq; res proprie epíſcopí debent ímportunítatem pro rebus eccleſíe patí, Dígnum vero & íuſtũ eſt apud deum & homínes,vt ea que ípſí propría ſunt cuí voluerít derelínquat, & que eccleſíe ſunt eídẽ conſeruẽtur eccleſíe,vt nec eccleſía patíatur damnum,neq; epíſcopus pro rebus eccle ſíe ín ſuís proſcríbatur,ne poſt eíus obítum ín cauſas íncídant,quí ad eum pertínent,nec ípſe ín ma⁄ledíctum íncídere vídeatur.

Capítulum decímumſextum.

D ¶Epíſcopus habeat poteſtatem ín rebus eccleſíe,vt díſpenſet neceſſítatem habentíbus cum omní re uerentía & tímore deí,Partícípare & eum oportet que neceſſaría ſunt, ſí tamen ípſe,aut quí cum eo ſunt fratres índíguerínt alíquo, vt neceſſítatem nullomodo patíantur ſecundum apoſtolum dícen⁄tem,víctu & tegumento hís contentí ſumus, Sí autem res eccleſíaſtícas epíſcopus ín ſuas voluntates vſurpare voluerít,& loca eccleſíe & fructus agrorum non cum pbr̃orum vel díaconorum conſílío cõ tamínauerít,aut fratríbus vel fílíís vel quíbuſcũq; propínquís dederít poteſtatem,vt per eos latenter ledantur res eccleſíe,hunc oportet obnoxíũ eſſe concílío,Sín alíter epíſcopus vel quí cum eo ſunt pbr̃í aut díaconí accuſentur, quía que ex reddítu vel ex quolíbet actu eccleſíe veníũt ín ſínus ſuos collígũt, & pauperes fraudant,& fame conſícíunt,hoc ením corrípí oportet ſecundum quod ordínatum fue⁄rít a ſancto concílío.

Capítulum decímumſeptímum.

E ¶Sí quís pbr̃ aut díaconus ínuentus fuerít alíquíd de mínſteríís eccleſíe venũdedíſſe,quía ſacrílegí um commíſít,placuít eum ín ordínatíone eccleſíaſtíca non haberí,In íudícío tamen epíſcopí dímittẽ dus eſt,ſíue índignus ín ſuo recípí debeat gradu,quía multotíens hoc ípſum quod de ſacroſancto al tarío contamínatum eſt ín epíſcopí poteſtate dímíſſum eſt.

Capítulum decímumoctauum.

F ¶Propter eccleſíaſtícas curas & altercatíonũ ſolutíones bene placuít per ſíngulas ꝓuíncías bís ín an no concílíum fíerí conuocante metropolítano epíſcopo omnes prouíntíales epíſcopos,ita vt ad con⁄cílíum p̃cedant omnes preſbyterí & díacones,vt eorũ quí ſe leſos exíſtímant ín concílío cauſe examí nate ad íuſtũ íudícíum perducãtur. Et ſí quí manífeſte epíſcopí, vel preſbyterí, aut díaconí ínuentí fuerínt ín offenſa ſecundum rationẽ excommunícentur,quãdíu communí conſenſu de hís placuerít dare ſententíam. Nullí aũt epíſcopo líceat propría apud ſemetípſum concílía facere preter eos quíb⁹ metropoles ſunt credíte.

Capítulum decímũnonum.

G ¶Ad concílíũ conuocatus eps non debet contẽnere ſed íre, & ea que ad vtílítatẽ eccleſíe,vel cetero⁄rũ pertínent docere ſí nouít,aut docerí ſí neſcít,nam ſí contempſerít íre extra egrítudínẽ reus erít fra terní concílíí.

Capítulum vígeſímũ.

H ¶Sí quís trígínta etatís ſue nõ ímpleuerít annos nullomodo pbr̃ ordínetur,etíam ſí valde ſít dígn⁹ quía & ípſe dominus trígeſímo anno baptízatus eſt,& ſíc cepít docere, Oportet ergo eum quí ordí nandus eſt vſq; ad hanc etatem legítímam conſeruarí.

Capítulum vígeſímumprímum.

¶Sí quís

¶Si quis pre egritudine naturalia a medicis habuit secta,similiter & qui a barbaris aut dominis stultis fuerint castrati,& morib⁹ digni fuerint visi,hos canon admittit ad clericatus officiū promoueri.Si quis autem sanus non per disciplinam religionis & abstinentie,sed per abscissionem plasmati adeo corporis existimās posse a se carnales concupiscentias amputari castrauerit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium,quod si etiam iam fuerat promotus ad clerū,prohibitus a suo ministerio deponatur. A

Capitulum vigesimum secundum.

¶Qui baptizatus fuerit iam etate legitima non continuo licebit eum ad ecclesiasticum ordinem ꝓmoueri, quia oportet illū prius doceri quomodo possit docere,& multo tēpore post baptismū ꝓbari,vt bene probatus veniat ad clerum secundū preceptum apostoli dicentis.Nō neophitum,ne forte in superbiam elatus in iudiciū incidat & laqueū diaboli.Si autem succedente tempore in aliquo graui peccato a duobus vel tribus fuerit deuictus,depositus de gradu suo cesset a clero.Si quis cōtra regulam facere presumpserit,quod sit contrarius magni concilii, proiiciatur a clero. B

Capitulum vigesimūtertium.

¶Penitens tantū si necessitas aut vsus exegerit inter hostiarios prius deputetur vel inter lectores, ita vt euangelia vel apostolum legat.Si quis autem ante ordinatus est inter subdiaconos habeatur, ita vt manus non imponat,aut sacra contingat,Ex penitēte enim dicimus, de eo qui post baptismū pro homicidio aut ꝓ diuersis criminibus,aut grauissimis peccatis publicam penitentiam sub cilicio gerens diuino fuerit reconciliatus altario. C

Capitulum vigesimūquartum.

¶Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt,aut certe cū discuterentur confessi sunt criminosa peccata sua,aut post ordinationem ab aliis sunt detecti,abiciātur ex clero.Similiter vero & de vniuerso ordine clericorum seruetur,nam hoc sibi quod irreprehensibile est sancta catholica defendit ecclesia. D

Capitulum vigesimūquintum.

¶Si quis presbyter ante ordinationem peccauerit,& post ordinationē peccatū cōfessus fuerit quod ante errauit non offerat,sed tantū pro religione nomen presbyteri portet,si autem ipse non confessus sed ab alio publice fuerit conuict⁹,non hoc ipsum habeat potestatem,vt nomen presbyteri portet,Similiter & de diaconibus obseruandū est,vt si ipse confessus fuerit ordinem subdiaconi accipiat. E

Capitulum vigesimumsextum.

¶Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit,nō admittatur ad clericatū, qđ si obrepserit deiiciatur.Similiter si homicidii,aut facto,aut precepto,aut consilio,aut defensione post baptismum conscius fuerit,& per aliquam subreptionem ad clericatum venerit deiiciatur,& in finem vite sue communionem recipiat. F

Capitulum vigesimumseptimum.

¶Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut mechatus proiiciatur & agat penitentiam. G

Capitulum vigesimumoctauum.

¶Si laici vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministeriū ecclesiasticū nullomodo addu catur,Si autem post ordinationem alicuius clerici vxor adulterata fuerit,dimittat eam,si autem cum ipsa voluerit permanere a ministerio alienus sit. H

Capitulum vigesimūnonum.

¶Si qua vidua episcopi vel presbyteri aut diaconi maritum acceperit,nullus clericus,nulla religiosa cum ea cōuiuium sumat,nunq̄ cōmunicet,morienti tantū ei sacramenta subueniant. I

Capitulum trigesimum.

¶De filia episcopi vel presbyteri siue diaconi,si deo deuota fuerit & maritum duxerit,si eam pater vel mater in affectum receperint,a cōmunione habeātur alieni. Pater vera causas in cōcilio se nouerit prestaturū.Mulier vero non admittatur ad cōmunionem nisi marito defuncto egerit penitētiā Sinautēviuente recesserit & penituerit,cōmunionē inultimo finevite deficiēs accipiat cōmunionem. k

Capitulum trigesimūprimum.

¶Deuotam peccantē non recipiendā in ecclesia nisi peccare desierit,& desinens egerit aptā penitētiam decem annis,& recipiat cōmunionem,Prius autem quā in ecclesia admittatur ad orationē,ad nullius cōuiuium christiane mulieris accedat,quod si admissa fuerit, etiam hec que eā receperit ha; L

beatur absens,corruptorē etiam par pena constringat. Que autem maritum acceperit,non admittatur ad penitentiam nisi adhuc viuente ipso marito caste vixerit, aut postq̄ ipse de hac vita decesserit.

Capitulum trigesimūsecundum.

A ¶Nullus episcopus,neq; presbyter, neq; diaconus,neq; omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuā aliquā mulierem quasi in loco filie, aut sororis,aut matris, nisi forte sororem patris vel matris,& illas solas personas que ab omni mala suspitione aliene sunt.Similiter & religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem & consortium prohibemus eorū sollicet,qui nec dei timori subiecti,nec continentie retinent disciplinam.

Capitulum trigesimūtertium.

B ¶Si quis in contemptu positus presbyter aut diacon⁹ vel quicunq; ex clero recesserit ab ecclesia sua, nullomodo in alia suscipiatur ecclesia,sed omnino cōpellatur vt ad suam reuertatur ecclesiam, si autē permanserit in superbia,& reuerti noluerit, excōmunicetur & proiiciatur. Si quis autem episcopus ausus fuerit eum ordinare in sua ecclesia nō consentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio illi⁹ vacua deputetur.

Capitulum trigesimū quartum.

C ¶Si quis presbyter,aut diaconus,aut aliquis de clero propriam ecclesiam derelinquens ad alteram ecclesiam vadit, & multo tēpore ibi demoratur,omnino nūq̄ ministret in clero,& si admonuerit eū episcopus suus,vt ad suam redeat parochiam & redire noluerit,vbi est ibi de officio suo deponatur, ita vt nunq̄ in suum reuertatur gradum propter dissolutionis peccatum.Si autem episcop⁹ alter eū receperit qui de reatu eius est consci⁹, oportet ipsum episcopum sine increpatione in cōmuni cōcilio non admitti,vt ecclesiasticum canonem vltra non soluat,

Capitulum trigesimūquintum.

D ¶Si quis episcopus presbyter aut diaconus excōmunicatus in concilio iniuste se queritur condemnatū,ad maiorum episcoporum cōcilium reuertatur,vt eorum inquisitionem & iudiciū expectās (si quas se iustas causas habere putat) illis exponat,Si autem cōtempserit,& importunans se palatio aures principum inquietare voluerit,hic ad nullam veniam poterit peruenire, neq; spem future reconciliationis habebit.

Capitulum trigesimumsextum.

E ¶Si quis episcopus,siue alicuius episcopi presbyter,aut diaconus in alicuius heresis opinionē offenderit,& ob hanc causam fuerit excōmunicatus,nullus episcopus eum in cōmunionem recipiat, nisi prius in cōmuni concilio porrecto fidei sue libello satisfaciat omnibus. Hoc idē & de fidelibus laicis sit decretum,si in aliquam heresis opinionem fuerint nominati.

Capitulum trigesimumseptimum.

F ¶Si quis episcopus in concilio excōmunitatus fuerit siue presbyter aut diaconus a suo episcopo, & post excōmunicationē presumpserit siue episcopus ille,aut presbyter,vel diaconus facere oblationem vel matutinū,aut vespertinū sacrificium quasi in officio suo agere sicut prius,non liceat ei nec in alio cōcilio spem recōciliationis habere,nec vltra reconciliari,sed etiā eos qui cōmunicauerint omnes ab ecclesia respui.Maxime eos qui sciebant eum esse deiectum,si autem permanserit turbans & concitans ecclesiam per forasticā potestatem,oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe compelli.

Capitulum trigesimumoctauum.

G ¶Presbyterum ad secundas nuptias cōuiuam fieri non oportet,quod si ad secundas nuptias venerit penitentiam postulet,quomodo presbyter ille potest esse qui propter cōuiuium interest tali conuiuio?

Capitulum trigesimūnonum.

H ¶Diaconus qui eligitur si cōtestat⁹ fuerit pro accipiēdo matrimonio,& dixerit nō posse in castitate permanere,hic non ordinetur,qđ si i ordinatiōe tacuerit, & ordinat⁹ fuerit,& postea matrimoniū desiderauerit,alienus sit a ministerio,& vacet a clero.

Capitulum quadragesimum

I ¶Non liceat diaconum ante presbyterum sedere nisi cum iussione presbyteri.

Capitulum quadragesimūprimum,

k ¶Non liceat cuilibet ministeria tangere nisi subdiacono aut accolito in secretario vasa dominica.

Capitulum quadragesimūsecundum

L ¶Non liceat mulierē in secretariū ingredi.

Capitulum quadragesimūtertium.

M ¶Lector si viduā alteri⁹ vxorē acceperit,i lectoris statu pmaneat,aut si forte necessitas sit,diacon⁹ fiat nichil autē supra,similiter & si bigam⁹ fuerit.

Capitulm quadragesimūquartum.

N ¶Si subdiaconus secundā duxerit vxorē inter lectores vel hostiarios habeatur, ita vt apostolum nō legat.

Capitulū quadragesimūquintum ¶Non

¶Non liceat in pulpito psallere aut legere nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati. A

Capitulum quadragesimumsextum.

¶Si quis obligatus est tributo seruili,vel aliqua cōditione,vel patrocinio cuiuslibet, non est ordinā B
dus clericus nisi probatevite fuerit,&,patroni consensus accesserit.

Capitulum quadragesimūseptimum.

¶Si quis seruum alienum causa religionis doceat contēnere dominum suum, & recedere a seruí/ C
tio eius,durissime in omnibus arguatur.

Capitulum quadragesimūoctauum.

¶Non liceat in quadragesima natales martyrum celebrare,sed tantū sabbato,& dominica pro cō/ D
memoratione eorum oblatiões offerre,sed nec natalicia,nec nuptias liceat in quadragesima celebrari

Capitulum quadragesimūnonum.

¶Non liceat ante duas septimanas pasche,sed ante tres ad baptismū suscipere aliquē. Oportet autē E
vt in ipsis diebus qui baptizādi sunt symbolum discant, & in quinta feria nouissime septimane epi
scopo vel presbytero reddant. Capitulum quinquagesimum.

¶Non liceat quinta feria nouissime septimane ieiunium soluere, & omnem exhonorare quadra/ F
gesimam,sed sincere abstinentes totam quadragesimam peragere

Capitulum quinquagesimūprimum

¶Omni tempore episcopo liceat chrisma conficere,& per suas dioceses destinare,ita vt dirigendum G
chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem pasche de singulis ecclesiis ad episcopum destinetur.

Capitulum quinquagesimūsecundum.

¶Presbyter presente episcopo non signet infantes,nisi forte ab episcopo fuerit illi preceptum. H

Capitulum quinquagesimūtertium.

¶Non liceat presbytero prius episcopo introire in baptisterium sed cum episcopo,nisi forte aut ab I
sens fuerit,aut egrotus. Capitulum quinquagesimumquartum

¶Si qua mulier pregnans desiderauerit gratiā baptismi percipere, quando voluerit habeat pote/ k
statem.Nā nichil participat in hoc mater infanti qui nascitur,propterea quod vnicuiq; propria vo/
luntas in confessione monstretur. Capitulum quinquagesimūquintum.

¶Non oportet aliquid aliud in sanctuario offerri preter panē & vinū & aquā, que in typo christi L
benedicuntur,quia dum in cruce penderet de corpore eius sanguis effluxit & aqua, hec tria vnum
sunt in christo Iesu.Hec hostia & oblatio dei in odorem suauitatis.

Capitulum quinquagesimūsextum.

¶Forasticis presbyteris presente episcopo vel presbyteris ciuitatis offerre non liceat,neq; minis/ M
trare in populo nisi forte illis absentibus. Capitulum quinquagesimūseptimum

¶Si quis presbyter publica penitentia a sacerdote accepta,aut aliqua necessitate die dominica pro N
quadam religione ieiunauerit,sicut manichei anathema sit.

Capitulum quinquagesimumoctauum.

¶Similiter & quod ab apostolis traditū canon tenet antiquus, placuitvt per omnes dominicas, & O
per omnes dies paschevsq; ad quinquagesimū non prosternant se in oratione humilitatis,sed recto
vultu ad dominum fungantur orationis officio,quia in his diebus gaudium resurrectionis c. mini
celebramus. Capitulum quinquagesimūnonum.

¶Si quis non pro abstinentia sed pro execratione escarum abstinet placuit sancto concilio, vt pre/ P
gustet,& sic si vult abstinere abstineat.Si autem spernit,itavt olera cocta cum carnibus non degu/
stet, iste non obediens,nec suspitionem heresis ase remouens deponatur de ordine clericatus.

Capitulum sexagesimum

¶Non liceat sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in cōuiuiis spectare,sed opor Q
tet anteq; ingrediātur ipsa spectacula surgere & redire inde.

Capitulum sexagesimūprimum.

¶Non liceat clericos incantatores esse & ligaturas facere quod est colligatio animarū, si quis hec fa R
cit,de ecclesia proiiciatur. Capitulum sexagesimūsecundum.

¶Non liceat sacerdotes vel clericos,sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. S

Capitulum sexagesimumtertium.

¶Si qui oblitus timorem domini,& sanctam scripturam que dicit, pecuniam suam non dedit ad T

vſuram,poſt hanc agnitionē ſancti concilii fenerauerit,& cēteſimā exegerit,aut ex quolibet negotio turpe lucrū queſierit,& per diuerſas ſpecies vini vel frugis,vel cuiuſlibet rei emendo vel vendendo aliqua incrementa ſuſceperit,depoſitus de gradu ſuo alienus habeatur a clero.

Capitulum ſexageſimūquartum.

A ¶Si quis preſbyter aut diaconus vel quilibet clericus eccleſie deputatus,ſi intra ciuitatem fuerit,aut in quolibet loco in quo eccleſia eſt, & ad cotidianum pſallendi ſacrificium matutinis vel veſpertinis horis ad eccleſiam non conuenit,deponatur a clero,ſi tamen caſtigatus veniam ab epiſcopo per ſatiſfactionem noluerit promereri. Capitulum ſexageſimūquintum.

B ¶Non liceat quēlibet clericum die dominico ab eccleſia abſentem eſſe,ſed miſſarū ſolēniis intereſſe & ieiunio. Capitulum ſexageſimūſextum.

C ¶Non oportet clericos vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire cōuiuia, neq; aliquando clericos niſi ymno dicto edere panem,& poſt cibos gratias auctori deo referre.

Capitulum ſexageſimūſeptimum.

D ¶Non oportet clericos comā nutrire & ſic miniſtrare,ſed attonſo capite patētibus auribus,& ſecundum aaron talarem veſtem induere,vt ſint in habitu ornato.

Capitulum ſexageſimūoctauum

E ¶Non oportet pſalmos compoſitos & vulgares in eccleſia dicere,neq; libros qui ſunt extra canonē legere niſi ſolos canonicos noui & veteris teſtamenti. Capitulum ſexageſimūnonum.

F ¶Non oportet clericos ignaros preſumptores ſuper monumenta in campum myſteria portare,aut diſtribuere ſacramenta,ſed aut in eccleſia,aut in baſilica vbi martyrū reliquie ſunt poſite,ibi pro defunctis oblationem offerri.

¶Sequuntur canones ad laicos pertinentes.

Capitulum ſeptuageſimū.

G ¶Non liceat chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre,& ſacrificare mortuis.

Capitulum ſeptuageſimūprimum.

H ¶Non liceat laicis vel clericis ab hereticis eulogias accipere,quia maledictiones magis ſunt q̄ benedictiones,neq; liceat aut cum hereticis aut cum ſchiſmaticis orare.

Capitulum ſeptuageſimūſecundum.

I ¶Si quis paganorū conſuetudinē ſequēs diuinos,& ſortilegos in domū ſuā introduxerit, quaſi vt malum foras mittant,aut maleficia inueniant,vel luſtrationes paganorum faciant,quinq; annis penitentiam agant. Capitulum ſeptuageſimūtertium.

k ¶Non liceat chriſtianis tenere traditiones gentiliū, & obſeruare & colere elemēta,aut lune,aut ſtellarum curſus,aut inanē ſignorum fallaciam pro domo facienda, aut propter ſegetes vel arbores plantādas vel coniugia ſocianda.Scriptū eſt enim. Omnia que facitis,aut in verbo,aut in opere omnia in nomine domini noſtri Ieſu chriſti facite gratias agentes deo,

Capitulum ſeptuageſimūquartum.

L ¶Non liceat agere diē kalēdarū & otiis vacare gentilibus, neq; lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hec obſeruatio paganiſſima eſt.

Capitulum ſeptuageſimūquintum.

M ¶Non liceat in herbarum collectionibus que medicinales ſunt aliquas obſeruationes,aut incantationes attendere niſi tantū cum ſymbolo diuino,& oratione dominica,vt tantū deus creator omniū & dominus honoretur. Capitulum ſeptuageſimūſextum.

N ¶Non liceat mulieres chriſtianas aliquā vanitatem in ſuis lanificiis obſeruare,ſed deum inuocent adiutorem,qui eis ſapientiam texendi donauit

Capitulum ſeptuagemūſeptimum.

O ¶Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, ſeptem annis penitentiam agat.

Capitulum ſeptuageſimūoctauum.

P ¶Si qua mulier fornicata fuerit & infantē qui exinde fuerit nat⁹ occiderit, & que ſtuduerit abortū facere,& quod conceptum eſt necare,aut certe vt nō concipiat elaborare ſiue ex adulterio,ſiue ex legitimo coniugio, has tales mulieres in morte recipere cōmunionem priores canones decreuerūt,nos tamen pro miſericordia ſiue tales mulieres,ſiue conſcias ſcelerum ipſorum decem annis agere penitentiam iudicamus. Capitulum ſeptuageſimūnonum.

¶Si quis

CSi quis voluntarie homicidium fecerit,ad ianuam ecclesie catholice semper subiaceat,& cōmunio A
nem in exitu vite sue recipiat,si autem non volūtarie,sed casu aliquo homicidium fecerit,prior canō
septem annis agere penitentiam iussit,secundus canon quinq; mandauit.

Capitulum octuagesimum

CSi qua mulier duos fratres,aut si quis vir duas sorores habuerit a cōmunione abstineant vsq; ad B
mortem,in morte autem ab eis cōmunione accepta,si de infirmitate cōualuerint,agant plenam pe=
nitentiam tempore constituto. Capitulum octuagesimūprimum.

CSi quis multis nuptiis fuerit copulatus penitentiam agat,conuerlio autem & fides penitentis cō= C
pendit tempus. Capitulum octuagesimūsecundum.

CSi quis cuiuslibet animalis cōmixtione peccauerit,quindecim annis in humilitate subiaceat ad D
ecclesie ianuam,& post hos aliis quinq; annis in orationis cōmunionē receptus penitentiam agat,&
sic gratiam suscipiat sacramenti,Interrogentur autem alii de eo qualē vitam in penitentia egerit,&
sic cōmunionis misericordiā consequatur,Si quis autem post viginti annos habens vxorē huic pecca
to irruerit viginti quinq; annis humilitati subiaceat & quinq; annis orationibus tantū cōmunicās
postea recipiat sacramētum,Quod si hanc mensurā aliquis trāsgressus fuerit, sacramentū in exitu
consequatur,oportet enim tales inter demoniosos orare.

Capitulum octuagesimūtertium.

CSi quis de corpore exiens nouissimū & necessarium cōmunionis viaticum expetit, non ei dene= E
getur,quod si in desperatione positus post perceptā cōmunionem iterum sanus fuerit factus,tātum
oratione patticeps sit.Nam non accipiat sacramentū,donec constitutum pure impleat temp9,Qui
ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum,cum consideratione & ꝓbatione epi
scopi accipere debent. Capitulum octuagesimūquartum.

CSi quis intrat in ecclesiam dei,& sacras scripturas audit,& pro luxuria sua auertit se a cōmunīōe F
sacramēti,& in obseruādis mysteriis declinat constitutam regulam disciplīne,illum talem proicien
dum de ecclesia catholica esse decernimus donec penitentiam agat,& ostendat fructum penitentie
sue,vt possit communione percepta indulgentiam promerei.

Capitulum octuagesimumquintum.

CNon liceat cōmuinicare excōmunicatis,neq; in domos eorū introeūtes orare cū eis,neq; liceat cū G
eis in alia ecclesia segregari, si autem aliquis episcopus,aut presbyter,aut diacon9,aut quilibet eccles
sticus excōmunicato cōmunicauerit quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam excom=
municetur.

CExplicit liber excerptorum sancti Martini braccarensis episcopi ex synodis orientalium.

INCIPIT CONCILIVM BRACCARENSE TERTIVM HABITVM ANNO QVARTO VVAMBANI REGIS ERA. DCXIII.

DECENTER SATIS PER DIVINVM SPIRITVM IN BRAC= H
carensi vrbe collecti,& de his que intra ecclesiā peruersa actione geruntur tractatu
ri cōuenim9,vt adiuuāte nos illo qui dicit, vbicūq; duo vel tres collecti fuerint in
nomine meo,ibi ero in medio eorum pari animo pariq; deuotionis studio exur=
gentes male habitos extirpemus errores, Et enim dū nos in vnū synodalis actio
aggregasset,debitis in sedibus collocati primum de sancte fidei sacramento cepi=
mus habere sermonem,scilicet,ne aut vanitate disputantiū aut nescientia simplicium erroris quippiā
in hoc sacramento fidei teneretur, vnde cum omnes nos in vera fidei vt speculum perlustraremus
illesos,i eo quia nullum nostrum schismatici erroris fati gauerat turbo,sed vera nos & simplex in hoc
sacramento apostolica ostendit idoneos p̄dicatio,grates omnipotenti peregimus deo,quod hāc no
stre fidei regulā ipsis verbis atq; sententiis cōmemoranter pretexímus,quibus & in cōuentu nicení
concilii declaratam esse scimus.

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem factorē celi & terre, visibiliū omniū & inui= I
sibilium conditorē,Et in vnum dominū Iesum Christum filium dei vnigenitum,ex patre na=

tum ante omnia ſecula. Deum ex deo,lumẽ ex lumine,deum verum ex deo vero,natum non factũ, omouſion patri hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie,per quẽ omnia facta ſunt que in celo,& que in terra,qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit,Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto natꝰ ex maria virgine,Homo natus ſub pontio pilato, ſepultus tertia die reſurrexit,aſcendit in celos ſedet ad dexteram dei patris,iterum venturus iudicare viuos & mortuos.Cuius regni non erit finis.Credimus & in ſpiritum ſanctum dominũ viuificatorẽ,ex patre & filio procedentẽ, cum patre filio adorandum & glorificãdũ.Qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam catholicam & apoſtolicã eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum. Et vitam futuri ſeculi. Amen.

A POſt huius ſancte fidei ſacramentum relegatus eſt in contione omnium noſtrum error manifeſtus pariter & diuerſus,qui tanta debet diſciplíne arte retundi quanta & peruerſitate comprobatur infundi. Quidã enim in ſacrificiis domini relati ſunt lac ꝓ vino offerre,euchariſtiã quoq; vino madidã pro complemento cõmunionis credunt populi porrigendã, & quod peius his omnibus eſt quidã ſacerdotum in vaſis domini epulas ſibi apponunt,& manducare in eis preſumunt, quidã etiam ex ſacerdotibus relati ſunt,qđ eccleſiaſtice conſuetudinis ordine pretermiſſo miſſam ſine ꝓce orationis audeãt dicere, & quod in ſolẽnitatibus martyrũ reliquias ſuo collo imponant, & in ſellulis non ab aliis ſe portandos niſi ab abbatis diaconibus credant. Illud quoq; quod plerique ſacerdotum abſq; teſtimonio cum feminis cõmorãtur,& quod quidã illorum honoratos fratres ſuos verberibus indiſcretis ſubiiciãt,Nec nõ & illud quod quidam ſymonis cupiditate arrepti quos ordinaturi ſunt ſub cautione dimittant, qualiter poſtq; ordinati fuerint, pecuniam ab illis promiſſam accipiãt. Illud quoq; quod familiam eccleſie in propriis laboribus quaſſant damnũ e dominicis faciẽtes, que omnia ne confuſe videãtur eſſe prolata, diſcretis titulorum ordinibus credimus ſubnectenda.

¶Incipiunt capitula.

i ¶Vt repulſis omnibus opinionibus ſuperſtitionum panis tantũ & vinũ aqua permixtum in ſacrificio offerãtur.

ii ¶Ne vaſa domino ſacrata humanis vſibꝰ ſeruiant.

iii ¶Ne ſacerdos ſine orario miſſam audeat celebrare.

iiii ¶Ne ſacerdotes ſiue qcũq; ex clero ſine teſtimonio cũ quibuſlibet feminis habitẽt.

v ¶De damnata ꝓſumptiõe quorũdã epiſcoporũ q in feſtiuitatibꝰ martyrũ ad eccleſiã ꝓcedẽtes,appenſis collo reliquis abbatis diaconibus in ſellulis vectantur.

vi ¶De honeſtate honoratorũ & diſciplína.

vii ¶Ne promiſſione munerum honoris gratia venundetur.

viii ¶Ne rectores eccleſie prius ꝓpria q̃ eccleſiaſtica iura laborare intendant.

Capitulum primum.

B CVM OMNE CRIMEN ATQVE PECCATVM OBLATIS deo ſacrificiis deleatur,quid de cetero pro delictorum expiatione domino dabitur,quando in ipſa ſacrificii oblatiõe erratur? Audiuimꝰ enim quoſdã ſchiſmatica ambitione detentos contra diuinos ordines,& apoſtolicas inſtitutiones lac pro vino in diuinis ſacrificiis dedicare,alios quippe intinctam euchariſtiã populis pro complemẽto cõmunionis porrigere, quoſdã etiã nõ expreſſum vinũ in ſacramentis dominici calicis offerre, ſed oblatis tantũ populos cõmunicare, Quod quã ſit euãgelice atq; apoſtolice doctrine cõtrariũ & conſuetudini eccleſiaſtice aduerſum,nõ difficile ab ipſo fonte veritatis ꝓbatur,a quo ordinata ſacramentorum myſteria ꝓceſſerũt. Cũ enim magiſter veritatis verum ſalutis noſtre ſacrificiũ ſuis cõmendaret diſcipulis nõ illis lac ſed panẽ tãtũ & calicem ſub hoc ſacramẽto cognoſcimus cõmendata. Ait enim euãgelica veritas,Accepit Ieſus panẽ & calicẽ,& benedicẽs dedit diſcipulis ſuis. Ceſſet ergo lac in ſacrificio offerri,quia manifeſtum & euidẽs exẽplũ euãgelice veritatis illuxit,quod ꝑter panẽ & vinũ aliud offerri nõ ſinit. Illud vero qđ pro cõplemento cõmunionis intinctã tradũt euchariſtiã populis,nec hoc ꝓlatũ teſtimoniũ ex euãgelio recipit,vbi apoſtolis corpꝰ ſuũ & ſanguinẽ cõmendauit,ſeorſum enim panis,& ſeorſum calicis cõmẽdatio memoratur. Nã intinctũ panẽ aliis chriſtũ ꝑbuiſſe non legimus excepto illi tãtũ diſcipulo quẽ intincta Bucella magiſtri ꝓditorẽ oſtẽderet,nõ que ſacramẽti huiꝰ inſtitutionẽ mõſtraret.

Nam quod

Nā qđ de exp̄ſſo botro.i.de vuarū granis populus cōiçatur,valde eſt ꝛmnino cōfuſum. Calix enī do minicus iuxta qđ qdā doctor ediſſerit vino & aqua pmixtus debet offerri,qa videmus in aqua popu lū intelligi,in vino vero oſtendi ſanguinē Chriſti. Ergo quando in calice vino aqua miſcetur,xp̄o po⁄ pulus adunatur,& credentium plebs ei in quē credidit copulatur & iūgitur. Q ue copulatio & cōiun ctio aque & vini ſic miſcetur in calice dñi,vt cōiunctio illa nō poſſit ſeparari , nā ſi vinum tantū quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis,ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine xp̄o. Ergo qn̄ botr⁹ ſolus offertur in quovini tantū efficiētia demōſtratur,ſacramētū nre ſalutis negligitur,qđ p aquā ſignificatur,Nō enī poteſt calix dñi eſſe aqua ſola,aut vinū ſolū,niſi vtrūq; ſibi miſceatur,& iō qa ia ex eo plurima & multiplex maiorū manauit ſentētia,quorū pietas in deū religioſa ſacramētorū horū, & efficientias copioſas diſſeruit,& inſtitutiōes veriſſimas declarauit,oīs talis error atq; p̄ſumptio ceſſare iā decetero debet,ne puerſorū inordiata cōpago ſtatū veritatis eneruet,Et iō nulli deiceps licitū ſit alid in ſacrificiis diuinis offerre niſi iuxta antiquorū ſniam cōciliorū panē tātū & calicēvino & aq̄ pmixtū, De cetero aliter quam preceptum eſt faciens tam diu a ſacrificando ceſſabit,q̄diu legitima penitentie ſatiſfactione correptus ad gradus ſui officii redeat quod amiſit.

Capitulum ſecundum.

¶Omni cura omniq; ſtudioq; prouidēdum eſt, ne hi qui locum videntur obtinere regiminis,cōtu meliam videantur inferre celeſtibus ſacramentis. Et enim quod & auditui terribile & viſui execrabi⁄ le iudicatur relatum eſt nobis quod quidam ſacerdotum ſacrilega temeritate pecipites vaſa domini in proprios vſus aſſumant,epulaſq; ſibi in eis comedendas apponant, quod malum & obſtupētes de flemus,& deflentes obſtupeſcimus,vt illic humana temeritas ſibi epulum preparet, vbi ſanctum ſpiri tum cognoſcitur aduocaſſe,& ibi eſum carnium crapulatus aſſumat,vbi diuia viſus eſt celebraſſe my⁄ ſteria,& in quibus tantum ſibi offerri ſacramenta pro expiatione delictorum precepit in his expleat volūtatem ludibrii ſui. Et ideo huius decetero preſumptionis perſona que ſciendo diuina vaſa,vel mi niſteria aut in vſus tranſtulerit,aut comedere in his,vel poculū ſibi ſumēdū elegerit,gradus ſui vel of⁄ ficii periculū ſuſtinebit,ita tamenvt ſi de ſecularibus fuerit,perpetua excōmunicatione damnetur,ſive ro religioſus ab officio deponatur,Sub hac quoq; dānationis ſententia & illi obnoxii tenebūtur eccle ſiaſtica ornamenta,vel a alia quelibet indumenta, atq; etiam vtenſilia ſciendo in ſuos vſus tranſtule⁄ rint,vel alii donanda,vel vendenda crediderint. A

Capitulum tertium.

¶Quoniā antiqua eccleſiaſtica nouerimus inſtitutione prefixū,vt oīs ſacerdos cum ordinatur ora⁄ rio vtroq; humero ambiatur,ſcilicet vt qui impturbatus precipitur conſiſtere inter proſpera & aduer⁄ ſa virtutum ſemper ornamēto vtrobiq; circunſeptus appareat humero,qua ratione tempore ſacrifi⁄ cii non aſſumit quod ſe i ſacramēto accepiſſe non dubitat? Proinde nobis omnibus cōuenit,vt quod quiſq; percepit in conſecratione honoris,hoc retineat & in oblatione,vel perceptione ſue ſalutis,ſcili⁄ cet vt cum ſacerdos ad ſolemnia miſſarū accedit,aut ipſe deo ſacrificiū oblaturus,aut ſacramentū cor⁄ poris & ſanguinis domini noſtri ieſu chriſti ſumpturus non aliter accedat,quam orariovtroq; hume ro circunſeptus,ſicut & tēpore ordinationis ſue dinoſcitur cōſecratus,ita vt de vno eodemq; orario cer uicem pariter &vtrumq; humerū premens ſignū in ſuo pectore preparet crucis,ſi quis aliter egerit excommunicationi debite ſubiaceat. B

Capitulum quartum.

¶Quamq̄ antiqua canonum inſtitutio de huiuſmodi preſumptione abſolutas & multiplices diſci⁄ plinas,atq; inſtitutiones ediderit,nos tamen breuitatis cauſa omnē fornicandi occaſionē cupientes au ferre id omnimoda ſancim⁹ auctoritate tenendum,vt nullus ſacerdotū ſiue quiſq; de clero abſq; ho neſto & cōpetenti teſtimonio excepta ſola matre cū quibuſlibet feminis ſecrete ſe p̄ſumat adiūgere,& nō ſolū cū extraneis mulieribus,ſed cū ipſis etiā ſororibus,vel propinquis ne licentia ſororū,vel ꝓpin quarū mulierū quiſq; ſolus familiarior habeatur, ad ꝓpetrandū ſcelus. Huius ergo preceptiōis tranſ⁄ tranſgreſſor ſex menſibus ſe nouerit penitentie legibus ſubiacere. C

Capitulum quintum.

¶Bona ſi quidē res eſt diuina ſacerdotib⁹ contrectatare myſteria,ſed cauendū valde eſt,ne hoc quiſq; ad vſum prauitatis ſue intorqueat,vnde ſoli deo de bona cōſciētia placere debuerat,Scriptū eſteni,ve his qui faciunt opus dñi fraudulenter & deſidioſe,vt eni quorundā eōrum deteſtanda preſumptio noſtro ſe cetui intulit dirimenda,agnouimus quoſdam de epiſcopis quod in ſolemnitatibus martyrū ad eccleſiam progreſſuri reliquias collo ſuo imponāt,vt maioris faſtus apud homines gloria intume D

ſcant, quaſi ipſi ſint reliquiarum archa,leuite albas induti in ſellulis eos deportēt. Que deteſtāda preſumptio abrogari per omnia debet,ne ſub ſanctitatis ſpecie ſimulata vanitas ſola preualeat,ſi modum ſuum vniuſcuiuſq; ordinis reuerētia nō agnoſcat, & ideo antiqua in hac parte, & ſolēnis conſuetudo ſeruabitur,vt in feſtis quibuſq; diebus archam domini cum reliquiis non epiſcopi,ſed leuite in humeris geſtent, quibus & in veteri lege onus idem impoſitum nouimus eſſe preceptum . Quod ſi & epiſcopus reliquias per ſe deportare elegerit,non ipſe a diaconibus in ſellula vehatur,ſed potius pedes eque vna cum populi progreſſione procedente ad conuenticula ſanctarum eccleſiarum ſancte dei reliquie per eundem epiſcopum portabuntur, iam vero qui hec inſtituta ſciendo adimplere diſtulerit, quamdiu in officio fuerit a ſacrificando ceſſabit.

Capitulum ſextum.

¶Cum beatus apoſtolus arguere obſecrare vel increpare in omni patientia precipiat,extra hanc doctrinam nouimus quoſdam ex fratribus tantis cedibus in honoratos efferueſcere,quanta poterant latrocinantium promereri perſone. Et ideo qui gradus iam eccleſiaſticos meruerūt, id eſt preſbyteri abbates & leuite qui excepto grauioribus & mortalibus culpis nullis debent verberibus ſubiacere, nō eſt dignum vt paſſim vnuſquiſq; prelatus honorabilia membra ſua prout voluerit,& ei placuerit verberibus ſubiici at & dolori , ne dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoq; debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat,iuxta illud quod quidam ſapiens dixit, leniter caſtigatus reuerentiā exhibet caſtiganti,aſperitatis autem nimie increpatio,nec increpationem recipit nec ſalutem, & ideo ſi quis aliter quam dictum eſt predictos honorabiles ſubditos licentia percepte poteſtatis elatus malitia tantum crediderit verberandos iuxta modum verberum quem intulerit excommunicationem pariter & exilii ſententiam ſuſtinebit.

Capitulum ſeptimum.

¶Quia non expedit,vt donum ſancti ſpiritus pecuniis comparetur,quamq̄ ex hoc antiquorum canonum diſcipline maneant diuerſe, tamen quia neceſſe eſt vt frequentius retundatur quod ſine intermiſſiōe preſumitur,ideo nouelle huius inſtitutionis formulam inſtituentes decernimus, quicunq; pro conferendo cuiq̄ ſacerdoti gradu,aut munus quodcunq;, aut promiſſiones muneris anteq̄ ordinetur acceperit,vel etiam poſtq̄ ordinatus fuerit in aliquo ſe pro hoc ipſo preſumpſerit munerari , ſiue qui dederit,ſiue ille qui acceperit, iuxta ſententiam Calcedonenſis concilii gradus ſui periculum ſuſtinebit.

Capitulum octauum.

¶Non decet rectores eccleſie in ſuis ſtrenuos,& in eccleſiaſticis rebus eſſe remiſſos.Nam quorundā fertur opinio quod quidam ſacerdotum familias eccleſie ſic in ſuis laboribus quaſſent rei proprie pfectum augentes,dominicis vero diſpendium nutrientes. Vnde quicunque ſub hoc neglectu res diuinas laborare diſtulerit placito ſpeciali diſtringendus eſt , qualiter ſi de rebus ſeu augmentis eccleſie ſic queſtum laboribus ſuis proprie auxit,& ex hoc eccleſiaſticis rebus aut neglectum laboris exhibuit,aut minorationem, vel perditionem induxit,quicquid in rebus eccleſie minuit illi reſtituat ex cuius rebꝰ atq; ſuffragiis ſuos cōuictus fuerit āpliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro vtilitatibus eccleſie,aut ſubſtantie expendit,aut diſpendii,vel perditionis quippiam tulit,ſi hoc comprobari potuerit,totum illi a rebus eccleſie eiuſdem reformabitur procuius vtilitatibus id expēdiſſe probatur,Gratias itaq; omnipotēti pagimus,poſt hec ſit pax ſalus,& diutumitas piiſſimo,& amatori chriſti domino noſtro Vuāmbano regi,cuius deuotio nos ad hoc decretum ſalutiferum conuocauit,diuinam poſtulantes clementiam,vt gloria Chriſti regnū eius corroboret vſq; ad vltimā ſenectutem preſtante ipſo,q cū pīe, & ſpū ſancto viuit & gl̄iatur in Trinitate Deus,in ſcla ſclorū. Amen. Leodigius in xp̄i noie ep̄s ſubſcripſi, Iulianus i xp̄i noie ep̄s ſubſcripſi,genitibꝰ in xp̄i noie tudēſis eccl̄ie ep̄s ſubſcripſi, Froaricꝰ deo iubēte portugalēſis eccleſie ep̄s ſubſcripſi,Beia in xp̄i nomine Brittaniēſis ep̄s eccleſie ſubſcripſi, Iſidorus aſturēſis eccleſie ep̄s ſubſcripſi. Alarius Aureſine eccleſie ep̄s ſubſcripſi,Rectogerus lucēſis eccleſie ep̄s ſubſcripſi. Hilduluſus qui cognominor Felix hiriēnſis eccleſie epiſcopus ſubſcripſi.

¶Explicit Concilium Braccarenſe tertium.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SPALENSIS PRIMI.

¶De concilio Spalēſi ad pegaſium epiſcopum miſſo. Capitulum primum.
¶De mancipiis eccleſie ab epiſcopo proximis ſuis collatis. Capitulum ſecundum
¶De clericis cum quibus mulieres cohabitant. Capitulum tertium.

INCIPIT CONCILIVM SPALENSE PRIMVM.

DOMINO SANCTO ET REVERENTER A NOBIS HO A
norando cariſſimo fratri Pegaſio epiſcopo, Leander, Iohannes, Agapius, Ste/
phanus, Baſilius, Velatus, ſintitio, & Petrus Epiſcopi qui in vna Vrbe Spalen/
ſe aſſumus, Sanctitatem tuam charitatis ſtudio ſalutãtes precamur dominum
qui nos de ſalute mutua, vel viſione letificare dignatur te latum multo conſer/
uet in tempore. Capitulum primum.

¶Interea conſidentibus nobis in eccleſia Spalenſi ſancta Hieruſalẽ breue mã B
cipiorum eccleſie que liberaſſe viſus fuerat deceſſor tuus ſancte recordationis Gaudentius epiſcopus
veſtri nobis diaconi obtulerunt, & non ſolum que liberauerat ibidem relegimus, ſed etiam que pro/
ximis ſuis de famulis eccleſie dõauerat in eodem breui inuenimus ãnotata, Qua de re canonum in/
ſtituta conſuluimus, ſi talis libertas, aut tranſactio potuiſſet eſſe ſtabilis. Comperimus autem in ca/
none, vt epiſcopus qui res proprias excepto filiis, & nepotibus alteri, & nõ eccleſie ſue dimiſerit, quic/
quid de eccleſie rebus, aut donauit, aut vendidit, aut quoquomodo ab eccleſia tranſtulit irritum habe
retur. Et ideo ſi res preceſſoris tui Gaudentii epiſcopi eccleſia veſtra nõ poſſidet, liberi qui ab eo facti
ſunt, nõ ſunt legitime abſoluti. Ceterum ſi res illius in compenſationem eccleſie veſtre deſeruiunt, illi
prorſus maneant liberi. Nam vt dictum eſt, ſi preſtitum de rebus ſuis non fecit, tale dãnum vtiq; fer/
re non debuit. Propterea ergo de vno conſenſu omnes ſignificamus magis humanius q̃ ſeuerius co
gitantes, vt hi quos conſtat tali conditione fuiſſe liberatos in iure eccleſie maneant vt idonei, & peculiũ
ſuum non aliis perſonis, ſed tantum filiis ſuis derelinquant, ipſis quoque filiis & nepotibus cum pe/
culiis ipſorum quaſi idoneis in iure eccleſie permanentibus in extaneam eis non liceat perſonam qp/
piam tranſmittere, Si qui eorum ſine herede deceſſerint peculium eorum ſancte proficiat eccleſie.

Capitulum ſecundum.

¶Ea vero mancipia que memoratus epiſcopus de iure eccleſie ſublata ſuis proximis contulit, ſi ſimi C
lia de proprio ſuo eccleſie ipſi non compenſauit. eccleſia veſtra abſq; aliqua oppoſitione recipiat. Hãc
formam non ſolum veſtra hoc eſt aſtigitana ſeruabit eccleſia, ſed & omnes qui per omnem betticam
prouintiam tali conditione vel ſorte de iure eccleſie commearunt, pari ſententie ſubiacebunt, Durum
eſt enim atq; irreligioſum, vt epiſcopus qui eccleſiaſticis ſtipendiis viuit, & proprietatem ſuam lucris
eccleſie minime confert, aliorum oblationes a iure eccleſiaſtico priuet.

Capitulum tertium.

¶Inter cetera vero cognoſcite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quia qui/ D
dam epiſcoporum non obſeruantes nuper edictum concilii Toletani decretum minus ſolliciti in ſub
iectis exiſtunt, placuit proinde vt ſi preſbyter diaconi, vel clerici conſortia extranearum feminarum,
vel ancillarum familiaritatem per ſacerdotis ſui admonitionem a ſe minus remouerint, ſeculi iudices
eaſdem mulieres cum voluntate & permiſſu epiſcopi comprehẽſas in ſuis lucris vſurpent, vt vitiũ hoc
dum ſacerdos inhibere non preualet, poteſtas iudicialis coherceat dato tamen ab eiſdem iudicibus ſa
cramento epiſcopo, vt eas clericis nulla arte reſtituant, quod ſi reſtituerint ipſi iudices ſententia excom
municatiõis feriãtur. Mulieribꝰ vero illis iuxta priores canones a ſacerdote diſtractis precium earum
indigentibus diſpenſetur, que ſtatuta manu noſtra ſubſcripſimus, data ad ſanctitatem veſtram die ſe/
cundo Nonas nouembris. Anno quito glorioſi domini noſtri Reccaredi regis Era. DC.XXVIII.
Leander eccleſie ſancte Spalenſis epiſcopus hanc conſtitutionem firmaui & ſubſcripſi. Iohãnes epiſ/
copus agabrenſis hanc conſtitutionẽ firmaui & ſubſcripſi Agapius eccleſie ſancte Cordubẽſis eps hãc
conſtitutionem firmaui & ſubſcripſi. Stephanus epiſcopus eliberitanus hanc conſtitutionem firmaui
& ſubſcripſi, Baſilius epiſcopus elipenſis hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi. Celatus epiſco/
pus tuicitanus hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi. Petrus epiſcopus alberitanus hanc conſtitu/
tionem firmaui, & ſubſcripſi.

¶Explicit Concilium Spalenſe primum.

¶INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SPALENSIS SECVNDI.

i ¶De theodulphi malacitane eccl'ie querimoniis aduersus reliquos episcopos p quibusdam parochiis.

ii ¶De querimoniis fulgentii & honorii episcoporum pro quibusdam parochiis.

iii ¶De desertoribus clericis,vt episcopis suis restituantur.

iiii ¶De bigamis ad presbyteriū,vel diaconatum non promouendis.

v ¶Ne presbyteri dianonum, vel presbyterum ordinare presumant.

vi ¶De presbyteris vel diaconib9 ab vno episcopo non deponendis.

vii ¶De his qui prohibentur corepiscopis presbyteris in ecclesiasticis sacramentis agere.

viii ¶De superbis ecclesie libertis, vt ad seruitium reuocentur.

ix ¶De economis, ne ex laicis constituantur.

x ¶De monasteriis non conuellendis.

xi ¶De monasteriis virginum, vt a monachis tueantur.

xii ¶De quodam acephalorum episcoporum.

xiii ¶De duabus in christo naturis & vna persona.

¶Finiunt capitula.

¶INCIPIT CONCILIVM

SPALENSE SECVNDVM HABITVM ERA.DC.LIX.TEMPORE SISEBVTI REGIS.

A N NOMINE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI Iesu christi Isidorus,Bisinnus,Rufinus,Fulgētius,Cambra,Fidentius, Theodulphus, & Honorius episcopi qui pariter in vrbe Spalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus. Cōsidentibus ergo nobis in secretario sacrosancte Hierlm spalēsis ecclesie cum illustribus viris Sisibuto rectore rerum publicarum, atq; sualane actore rerum fiscalium stāte religiosissimo dericorum cetu. Capitulum primum.

B ¶Prima actiōe Theodulphi malacitane antistitis ecclesie ad nos oblata precatio est asserētis antiquā eiusdem vrbis parochiam militaris quodam hostilitatis discrimine fuisse decisam,& ex parte aliqua ab ecclesiis astrigitane celeberritane atque Agabrensis vrbium esse retentam, pro qua re placuit,vt omnis parochia que ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiā suam q̄s quis comprobaret,eius priuilegio restitueretur.Sicut einm per legem mundialem, hi quos barbarica seueritas captiua necessitate transuexit postliminio reuertentibus redditur antiqua possessio, non aliter & ecclesia receptura parochiam quam ante tenuit cum rebus suis siue ab aliis ecclesiis possideatur, siue in cuiuslibet possessionem transfusa sit,non enim erit obiicienda prescriptio temporis,vbi necessitas interest hostilitatis. Capitulum secundum.

C ¶Inter memoratos fratres nostros fulgentium fastigitanum, & honoriūm cordubensem episcopos discussio agitata est propter parochiam Basilice cuiusdam quam horum alter celticensem,alter regi nensem asseruit, & quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vindicata est, cui quamuis vetusta retentione nullum iuris preiudiciū afferret. Ideoq; ne in dubiū vltra inter eos nra denotaretur sententia prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt, quorum auctoritas premonet ita oportere inhiberi cupiditatem, vt ne quis terminos alienos vsurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita vt si in diocesis possidentis sitam basilicam veterib9 signis limes preuisus monstrauerit,ecclesie cuius est ius retentiōis sit eternum dominium,Quod & si limes legitimus eandem basilicam non recludit,& tamen longe temporis probatur obiecta prescriptio,appellatio repetentis episcopi non valebit,quia illi trigenalis obiectio silentium imponit,hoc enim & secularium principum edicta precipiunt,& presulum Romanorum decreuit auctoritas,sin vero infra metas trigenas temporis extra alienos terminos Basilice iniusta retentio reperitur,repetentis episcopi iuri sine mora restituetur. Capitulum tertium.

¶Tertia definitione ad nos oblata precatio est a reuerentissimo fratre nostro Cambra italicensi epis- A
copo pro quodam clerico passando qui de ecclesie sue cultu in qua dicatus ab exordiis infantie fuerat,
ad ecclesiam cordubensem se contulit,quem elegimus vt si nichil proponeretur de eo, sine dilatiõis ob
iectu proprio reformetur episcopo. Scribitur enim in lege mũdiali de colonis agrorum,vt vbi esse qs
que iam cepit ibi perduret. Non aliter & de clericis qui in agro ecclesie operantur canonum decreto p̃
cipitur,nisi vt ibi permaneant vbi esse ceperunt. Ideoq; placuit,vt si quis clericus in ministeriis eccle-
sie proprie destitutis ad aliam transitum fecerit,compellente ad quem fugerit sacerdote ad ecclesiam quã
prius incoluerat remittatur,qui vero eum susceperit,nec statim sine vllo nisu exceptionis ad propriam
ecclesiam remittendum elegerit,quamdiu eum restituat communione se priuatum agnoscat,deserto
rem autem clericum cingulo honoris atq; ordinationis sue exutum aliquo tempore monasterio reli-
gari conuenit,sicq; postea in ministerio ecclesiastici ordinis reuocari,nam non poterit in talibus pro-
pagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correptionẽ disciplíne subsecuta censura.

Capitulum quartum.

¶Quarta actione nunciatum est nobis apud Astigitanam ecclesiam quasdem nuper ordinationes B
illicitas extitisse, ita vt quidam viduarum mariti leuitarum ministerio sacrarentur quosquidem con-
uenit a gradu susceptο in irritum deuocari,nec vltra prouehi ad diaconii ministerium qui contra di
uina atq; ecclíastica iura instituti repiuntur. Capitulum quintum.

¶Quinto iudicio ad agnitionem nostri exanimis agabrẽsis diaconi relatu deductũ est de quibus- C
dam ipsius ecclesie clericis,quorũ dũ vnus ad pbr̃i,duo ad leuitarũ misteriũ sacrarentur,eps eorũ ocu-
lorũ dolore detentus fertur manum suam super hos tantum posuisse, & presbyter quidam illis con-
tra ecclesiasticum ordinem benedictionẽ dedisse,q licet ꝓpter tantã p̃sumptiõis audaciã poterat accu-
satus iudicio p̃nti dãnari,si adhuc in corpore positus nõ fuisset mortis vocatione p̃uẽtus,sed quia iam
ille examini diuino relictus,humano iudicio accusari nõ põt. hi q supsunt & ab eo nõ cõsecratiõis titu
lũ, sed ignomine elogiũ perceperũt,ne sibi licentiã talis vsurpatio faciat, decreuimus vt a gradu sacer-
dotalis vel leuitici ordinis quem peruerse adepti sunt depositi equo iudicio abiiciantur,tales enim me
rito iudicati sunt remouendi,quia praue inuenti sunt constituti.

Capitulum sextum.

¶Sexta actiõe cõpimus fragitanũ cordubẽsis eccl̃ie pbr̃m a põtifice suo iniuste olim deiectũ, & in- D
nocẽtẽ exilio condẽnatũ,quẽ rursus ordini suo restituentes id denuo aduersus presumptionẽ nostram
decreuimus,vt iuxta priscorum patrum decretum synodali sententia nullus nostrum sine concilii exa
mine deiiciendum quemlibet presbyterum vel diaconum audeat. Nam multi sunt qui indiscusse
potestate tyrannica non auctoritate canonica damnant, & sicut nonnullos gratia fauoris sublimant,
ita quosdam odio inuidiaq; permoti humiliant,& leui opinionis aura condemnant,quorum crimen
non approbant. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest,auferre solus
non potest. Si enim hi qui in seculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt in seruitutis ne-
xum reuoluuntur, nisi publice apud pretores tribunali foro fuerint accusati,quantomagis hi qui di-
uinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur, qui pro peccato nec ab vno damnari, nec
vno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui,sed presentati synodali iudicio, quod canon de il-
lis preceperit definiri.

Capitulum septimum.

¶Septio examine relatũ est nobis venerãdissimũ quondã agapiũ Cordubẽsis vrbis ep̃m frequẽter E
corep̃os,vel pbr̃os destinasse,q tñ iuxta canones vnũ sunt q absente põtifice altaria erigerẽt,basilicas cõ
secrarẽt,qđ qdẽ nõ ẽ mirũ id p̃cepisse virũ ecclesiastice disciplíne ignarũ & stati a scl̃ari milítia in sacer
dotale ministeriũ delegatũ, ergo ne vltra talis a nobis licẽtia vsurpetur cõi sñia statuẽdũ oportuit,scien
tes q̃a sicut pbr̃o vel corep̃o illicita cõsecratio ẽ altaris ita & cõstitutio. Erexit altare sol⁹ Aaron,ipse vn-
xit qa sumus vtiq; sacerdos dei erat sicut scriptũ ẽ de eo,Moyses & Aaron in sacerdotib⁹ eius. Ideoq;
id qđ tãtũ facere principib⁹ sacerdotũ iussum ẽ quorũ typũ Moyses & Aaron tenuerũt pbr̃i q filiorũ
Aaron gestãt figurã corripe nõ p̃sumãt. Nã q̃is cũ ep̃is pluríma illis misteriorũ cõis sit dispẽsatio q̃-
dã tñ auctoritate veteris legis,quedã nouellis,& ecclíasticis regulis sibi ꝓhibita nouerit sicut pbr̃orum
& diaconorũ,ac virginũ cõsecratio,sicut cõstitutio altaris bñdictio,vel vnctio,siqdẽ nec bñdicere eis ec
clesiã,vel altaria cõsecrare,nec p ipositiões manus fidelib⁹ baptizãdis,vel cõuersis ex heresi spũm trade
re,nec chrisma cõficere,nec chrismate baptizatorũ frontẽ signare,sed nec publice qdẽ i missa quẽq; pe-
nitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hec omnia illicita esse presbyteris vel

corepiſcopis quia pontificatus apicem non habent,quem ſolis deberi epiſcopis auctoritate canonum precipitur,vt per hoc & diſcretio graduum & dignitatis faſtigium ſummi pontificis demonſtretur, ſed neq; coram epiſcopo licere eis in baptiſterium introire, nec preſente antiſtite infantē tingere,aut ſignare,nec penitentem ſine precepto epiſcopi ſui reconciliare, nec eo preſente ſacramentum corporis & ſanguinis chriſti cōficere,nec eo coram polito populum docere,vel benedicere,aut ſalutare,nec plebem vtiq; exhortari,que omnia eis a ſede apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur.

Capitulum octauum.

A ¶Octaua diſcuſſio agitata eſt de quodam helileo ex familia Agabrēſis eccleſie,qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati de libertate confeſtim ad contumacie morbum trauſiliuit, ſicq; per ſuperbiam non ſolum eiuſdem epiſcopi maleficis artibus ſalutem ledere voluit,ſed etiam patronam eccleſiam libertatis immemor predamnauit,Aduerſus quem ingratum actio canonū ac legum auctoritas iuſte dirigitur,ſcilicet vt immerite libertatis dāno mulctatus ad ſeruitutis nexum reuocetur,Talium enim ſtatus qui contra epiſcopum ſuum vel patronā eccleſiam nituntur decidere potius quam conſeruare cōuenit,vt quorum libertas pernitioſa eſt ſit ſalutifera ſeruitus,vt qui ſuperbire nouerint adepta libertate proditi diſcant obedire ſubiecti.

Capitulum nonum.

B ¶Nona actione didicimus quoſdam ex noſtro collegio contra mores eccleſiaſticos laicos habere in rebus diuinis cōſtitutos economos. Proinde pariter tractantes eligimus,vt vnuſquiſq; noſtrum ſecūdum calcedonenſium patrum decreta ex proprio clero economum ſibi conſtituat,Indecorum eſt enim laicum vicarium eſſe epiſcopi,& ſeculares in eccleſia iudicare. In vno enim eodemq; officio nō debet diſpar eſſe profeſſio,quod etiam in lege diuina prohibetur dicente Moyſe.Non arabis in boue ſimul & aſino,id eſt homines diuerſe profeſſionis in officio vno non ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris ſanctorum patrum obedire preceptis,conſtituentes vt hi qui in adminiſtrationibus eccleſie pontificibus ſociantur diſcrepare non debeant,aut nec profeſſione, nec habitu , nam coherere & coniungi non poſſunt quibus & ſtudia & vota diuerſa ſunt, Si quis autem epiſcopus poſt hac eccleſiaſticam rem aut per laicalem procurationem adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio economi gubernandam crediderit,vere vt cōtemptor canonum,& fraudator eccleſiaſticarum rerum non ſolum a Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus,ſed etiam & concilio manebit obnoxius.

Capitulum decimnm.

C ¶Decima actione poſcentibus monaſteriorum patribus pari ſententia ſtatuimus, vt cenobia nuper condita in prouintia Betica ſicut & illa que ſunt antiqua immobili & inconcuſſa ſtabilitate permanent ſolidata,Si quis autem (quod abſit) noſtrum,vel nobis ſuccedētium ſacerdotum quodlibet monaſterium aut vi cupiditatis expoliādum , aut ſimulatione aliqua fraudis conuellendum,aut diſſoluendum tentauerit, anathema effectus maneat , & a regno dei extraneus , nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad ſalutem,qui tante & ſalutaris vite deſtruxerit tramitem,Super hoc etiam vniuerſi Betice prouintie epiſcopi congregati eundem ſacrilegum cetuſq; ſui euerſorem a communione ſuſpendāt, & conuulſum monaſterium cum rebus ſuis reſtaurent , vt quod impie vnus ſubuerterit omnes reforment.

Capitulum vndecimum.

D ¶Vndecima actione communi conſenſu decreuimus,vt monaſteria virginum in prouintia Betica monachorū adminiſtratiōe,ac preſidio gubernētur,tūc eni ſalubria xp̄o dicatis virginibus prebem⁹, quando eis patres ſpirituales eligimus,quorum non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiā doctrinis edificari poſſunt,ea tamen circa monachos cautela ſeruata,vt remoti ab earū familiaritate nec vſq; ad veſtibulū habeāt accedēdi familiare pmiſſum,ſed neq; abbatē vel eū qui p̄ficitur extra eā que p̄eſt loqui virginibus Chriſti aliquid que ad inſtitutionem morum pertinent licebit,neq; cum ea ſola que preeſt frequenter eos loqui oportet,ſed ſub teſtimonio duarum vel trium ſororum,ita vt rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio,Abſit enim vt monachos (quod etiam dictū nefas eſt) Chriſti virginibus familiares eſſe velimus,ſed iuxta quod iuſſa regularum vel canonum admonēt longe diſcretos atque ſeiunctos eorum tantum eaſdem gubernaculis deputamus, conſtituentes vt vnus monachorum probatiſſimus eligatur,cuius cure ſit prediis earum ruſticis,vel vrbanis intēdere,fabricas extruere,& ſi qd aliud eſt ad neceſſitatē monaſterii ꝓuidere,vt xp̄i famule ꝓ aie ſue tantū vtilitate ſollicite ſolis diuinis cultibus operibuſq; ſanctis inſeruiant,ſane is qui ab abbate p̄ponitur,iudicio ſui epiſcopi cōprobetur veſtes autem ille iiſdem faciant a quibus tuitionem expectant,& ab iiſdem denuo(vt predictum eſt) laborum fructus & procurationis ſuffragium recepture.Si qui autem monachorum hāc ordinationē

aut

aut contempserint aut qualibet inertie dissolutione neglexerint,sciant quod eorum temeritas atq; su perbia excommunicationis sit plectenda censura.

Capitulum duodecimum.

¶Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex heresi acephalorum natione syrus vt asserit A ipse episcopus duarum in christo naturarum proprietatem abnegãs, & deitatem passibilẽ asserens. Cuius dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de incarnatione dñi iesu chri sti testimoniis, sanctorumq; patrum sententiis recitatis,omni eum deinde exhortatione ad vere fidei rectitudinem sacerdotali modestia inuitauim9,qui salutarib9 monitis pertinaciter per multos diu turnosq; conflictus,renitens tandem gratia diuina doctus coram cunctis astãtibus heresim propriã abdicauit.duasq; naturas & vnam personam in vno eodemq; domino nostro iesu christo confessus est,credens impassibilem naturam deitatis atq; in sola humanitate suscepisse infirmitates passiõis, & crucis.Conuersus itaq; atq; receptus suscepte fidei confessionem cum astipulatione protulit,atq; ab omnibus suis erroribus purgatus apparuit, Taliq; pro merito gaudẽtes christo gratias egimus,quod eundem post prauitatem heresis ad rectitudinem fidei diuina gratia promouisset, quem optamus vt permanens in christi fide pure ac deuotissime conseruetur.

Capitulum decimũ tertium.

¶Tertia decima prosecutione breuiter narrandum putauimus ad refutationem eorundem heretico B rum qui duas naturas christi post vnionem delirantes confundunt,& passibilẽ in eo diuinitatis sub stantiam asserunt, Contra quorum blasphemias opertet nos in vna persona christi gemine nature proprietatem ostendere,passionemq; ei9 in sola humanitatis susceptione manifestare,vt si forte aliqui stultorũ huius sententie errore decepti sunt,dũ ista legerint resipiscãt,rectaq; fidei veritatẽ firmiter te neant,Nam proculdubio multi sunt, qui secundum apostoli vocem prurientes auribus a veritate au ditum auertunt,ad fabulas autem conuertũtur,Ergo sicut immaculata fides & sancta dei ecclesia do cet.confitemur dominum nostrũ iesum christũ intemporaliter ex patre deum natũ,temporaliter ex vtero gl'ose virgis marie hoiem editũ & eb hoc i vna existẽte psona duas naturas habẽtẽ,deitatis qua ante secula genitus,& humanitatis in qua diebus vltimis editus est,in illa secundum formam dei,in ista secundum formã serui consistens, In illa patri manens inequalis, in ista sine peccato,similis no stre conditioni,in illa inuiolabilis, in ista passibilis, in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mor tem suscepit.Cuius gemine nature distinctio primum ex litteris legis deinde ex propheticis & euã gelicis atq; apostolicis promenda est paginis, vt ea que asserimus non argumentis, sed exemplis scripturarum firmemus,Lex in vna eademq; persona saluatoris nostri sic demonstrat vtramq; na turam,diuinã domino loquente ad moysem. Ecce inquit mitto angelũ meũ qui precedat te,obserua eum & audi vocẽ eius,quia est nomen meũ in illo,humanã,loquente eodẽ domino ad abraham, In se mine tuo bñdicentur omnes gẽtes .i. in carne christi que de abrahe stirpe descendit,Prophetia in psal mis sub vna eademq; christi persona sic ostendit vtramq; naturam, diuinã,secundũ illud,ex vtero an te luciferũ genui te,humanã secundum hoc,& homo natus est in ea,& ipse fundauit eam, Diuinã se cundũ illud. Eructatauit cor meũ verbũ bouum,humanã secundũ hoc,Speciosus forma pre filiis ho minũ. Prophetia i prouerbiis in vna eademq; christi persona sic declarat vtramq; naturã,diuinam se cundum illud,ante colles genuit me, humanã secundũ hoc,domin9 creauit me i initio viarũ suarũ,di uinam secundum illud,nec dũ erant abyssi,& ego iã cõcepta erã,humanã secũdũ hoc, sapiẽtia edifica uit sibi domũ,corporis vtiq; sibi templũ,in quo filius dei habitaret, dum verbum est caro factum,pro phetia in esaia sub vna eademq; christi persona sic demonstrat vtramq; naturam deitatis,secundũ il lud.Nũquid qui alios parere facio ipse non pariã dicit dominus? humanitatis secundũ hoc. Ecce vir go in vtero concipiet & pariet filium,diuinitatis secundũ illud,Rorate celi de super,& nubes pluant iu stum, aperiatur terra & germinet saluatorẽ,& iustitia oriatur simul. Item alibi humanitatis secundũ hoc,puul9 nat9 est nobis,diuinitatis secũdũ illud,filius datus est nobis,paruu'us'eni christ9 ad i. scepte humanitatis naturã pertinet quia hõ est fact9 filius autem datus,ad diuinitatẽ,quia dei filius,Etvt cõfir deret in vtraq; natura vnam esse personã, paruuli nati & filii dati adiecit,vocabitur nomen eius ma gni concilii angelus,deus fortis,pater futuri seculi,In euangelio queq; in vno eodemq; christo diuine nature significatio omnia per ipsum facta sunt,humane nature significatio,non veni facere voluntatẽ meam,sed voluntatem eius qui misit me patris,Paulus quoq; apostolus in vno eodẽq; xp̃o naturã di uinitatis exprimit cum dicit,Primogenitus omnis creature ipse est ante omnes,& omnia in illo con

ſtant,humanitatis declarat naturā cū dicit,ipſe eſt caput corporis eccleſie,& alibi, qui cū in forma dei eſſet,non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo,ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens,Per hoc enī quod dicit, qui cū in forma dei eſſet naturam in eo diuine maieſtatis oſtēdit,per hoc autem quod adiecit formam ſerui accepit,naturam humanitatis ſignificat,& iterū, Cum eſſet inquit diues pauper factus eſt, vt illius inopia nos diuites eſſemus,vbi enim dixit cum eſſet diues diuine nature gloria panditur,& vbi adiecit pauper factus eſt,humane infirmitatis ſubiectio demonſtratur,atq; ſeruilis habitꝰ aſſumptio,item in ipſo initio apoſtolici ſymboli gemina ſic oſtēditur ī vno eodemq; chriſto nature diſtinctio, deitatis ex patre dum dicit. Credo in vnum deum patrem omnipotentem, & in chriſtum ieſum filium eius vnicum dominū noſtrū,humanitatis ex matre dum adiecit,natum de ſpiritu ſancto ex vtero marie virginis. Ecce ex vtroq; teſtamento due nature in chriſto diuinitatis vna,humanitatis altera, quequidem gemina vnam fecit perſonam,quia vnus idemq; mediator dei & hominum homo chriſtus ieſus.

A ¶Iam vero de paſſione eiuſdem ſaluatoris noſtri & domini ieſu chriſti quam in ſola humanitate, non in deitate ſuſtinuit, ſicut ſuperius legis & prophetarum auctoritas,euangeliorum quoq; & apoſtolorum predicatio adhibenda eſt, lex de paſſione corporis chriſti ſic dicit,lauabit in vino ſtolam ſuā & in ſanguine vue pallium ſuū. Quod hic pallium? quid ſtola,niſi caro chriſti paſſionis ſanguine decorata? hec enī ſola cōtumelias crucis ſuſtinuit,diuine vero nature maieſtas nihil iniurie ſenſit,ꝓphetia quoq; in pſalmis paſſionē chriſti in carne ſola ſic aſſerit,foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia oſſa mea, vbi non deitatis,ſed tātū corporis iniuria intelligitur,Ibi enim membrorū ſignificatione ſola caro clauis ſuſpenſa in ligno atq; ſuffixa pronuntiatur,ſicut & in hieremia legitur, venite mittamus lignū in panem eius.i. crucem in corpore eius. Neq; enim diuinitas ligno ſuſpendi potuit,ſed ſola humanitas in cruce ſuffixa pependit. Cuius etiā caro tolerātiam mortis perpeſſa ſic oſtenditur alibi dū dicitur .Caro mea requieſcet in ſpe,vtiq; quia ſola in chriſto materia carnis mortis fragilitate defuncta ſpem reſurrectionis ſue expectabat. & ſine corruptione recepturam dum adiecit,Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.Salomon autem in canticis canticorum paſſionem carnis chriſti ſic predicans dicit, manus mee diſtillauerunt mirram, & digiti mei guttam,vbi ſpecialiter oſtenditur ac in manibus,ac digitis ſolam carnem chriſti infixam ſtipite, ſicut in pſalmo centeſimo octauo decimo legitur. Confige clauis timoris tui carnes meas. Eſaias autem xp̄m ſola humanitate que apparuit,paſſionis iniuriam ſuſcepiſſe ita predixit, homo inquit in plaga & ſciens ferre infirmitates,vere languores noſtros ipſe portauit,quis ipſe niſi vtique homo? Nam pati & deficere in illo natura dei non potuit,ſed homo portauit in eo paſſionē & mortem, in quo & ipſa mors habet conditionem , nam cum eum diceret venire de Edon tinctis veſtibus de Boſra adiecit, Quare rubrum eſt veſtimentum tuum & indumentum tuum tanquam calcantium in torculari? Quid hic per veſtimentū ſuū tāquā calcantium in torculari. Quid hic per indumentum & i veſtimentum rubrum velint oſtendere niſi ſolam chriſti carnis paſſionem crucis infectam cruore? Vnde & ipſa paſſione clamide coccinea chriſtꝰ induitur,vt imago ſanguinis tantum in carne demōſtretur , hieremias quoque corpus ſuum obtuliſſe chriſtum in paſſione ſic loquitur , non ſum inquit contumax, neque contradico,corpus meum dedi percutientibus,non dixit diuinitatem que paſſionem neſcit perferre, & iterum,Poſui ſcapulas meas ad flagella, maxillas ad palmas,quod & ipſum ad carnis patientiam non ad deitatis refertur iniuriam. Et zacharias, videbunt inquit quem confixerunt,quem alium niſi indubitanter hominē quem iudei crucifixerunt, & in carne iudicantem videbunt? Ecce pronunciatum ex lege & prophetis. Cuiuſq; dē fidei veritas eſt tam efficax,vt eam nec tyranni ſua potuerint crudelitate cōfundere , nec hereticorum ſubdola circunuentio peſſundare,nec hyporcitarum diminuere fallax ſimulatio.

B ¶Tranſeamus inde ad euangelia'ibi queramus chriſtum filium dei in ſola carne portaſſe valitudines paſſionis & iniuriam crucis loquente ipſo diſcipulis,Ecce aſcēdimus hieroſolymam, & conſummabuntur omnia que ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis,tradetur enim gentibus, & illudetur,& flagellabitur & conſpuetur,& poſtquam flagellauerint occident eum,& in die tertia reſurget, quod totum in chriſto ſecundum hominem dictum non ad ſubſtantiam deitatis ſed ad naturam pertinet carnis,quod etiam in ſequentibus docetur iudeis dicentibus chriſto quod ſignum oſtendis nobis quia hoc facis,& dixit ieſus,ſoluite hoc templum & poſt triduum ſuſcitabo illud, hoc autem dixit de templo corporis ſui,nam & in paſſione ſua,dum corripiēs proditorem diceret iuda oſculo filium

oſculo filium hominis tradis,quem tradere proditorem ſignificat niſi hominem quem & comprehē/
derunt? Non deitatem quam cecati perfidia agnoſcere non potuerunt,Beatus autem apoſtolus Pau/
lus chriſtum in homine ſolum pertuliſſe crucem ſic aſſerit, Et homo inquit humiliauit ſemetipſum
factus obediens vſq; ad mortem,mortem autem crucis,Q ui proide dixit vt homo,vt nuncupatione
hominis diſtinctio nature inſinuaretur paſſibilis,quod cōfirmās alias ait, An experimētum queritis
eius qui in me loquitur chriſtus? qui non infirmatur, ſed potens eſt in vobis,Nam & ſi crucifixus eſt
ex infirmitate,ſed viuit ex virtute dei,Paſſus eſt ergo chriſtus & mortuus,ſed ex noſtra infirmitate,vi
uit autem impaſſibilis & immortalis, ſed ex ſua virtute, que tanta eſt,vt in ſe nec paſſionem reci/
piat,nec mortem admittat Petrus quoq; apoſtolus princeps apoſtolorum chriſti ſupplicium ſic pre/
dicat in ſolo corpore cōſummatū, Q ui peccata inquit noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum,vt
peccatis mortui iuſticie viueremus,cuius liuore ſanati ſumus,& paulopoſt,Chriſto igitur paſſo in car
ne, Ergo ſi xp̄s in carne paſſus eſt non ſecūdū deū ſed ſcdm hominē crucifixus. Ecce perpatuit de fi/
lio dei quod paſſus eſt,quod mortuus eſt,corporis tantum fuiſſe,non deitatis,Aliena ſunt enim iſta
de eo teſtāte propheta de illo. Deus ſempiternus dominus creans fines terre non laborabit,neq; defi
cict,& in pſalmo, Tu autem idem ipſe es,& anni tui non deficient,omnes enim in chriſto infirmita/
tes humanitas ſola portauit. Caro enim habuit vagitus infantis,non diuinitas. Caro eſt pannis in/
uoluta,non deitas. Caro habuit alimenta, Caro portauit etatum cōmertia. Nam vt quod fatigatus
eſt,quod eſuriit,quod dormiuit,quod fleuit,quod paſſioni proximus triſtis fuit. quod poſtremo ip/
ſam paſſionem & mortis conditionē. ſuſtinuit,totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis,non
ad incomprehenſibilem ſubſtantiam deitatis, Vn9 eſt enim chriſtus deus & homo,caro & verbū,Sed
vñ deus,inde habet immortalitatem, vnde homo inde pertulit, & vnde caro,inde mortuus, & vnde
verbum,inde etern9,Neq; enim poteſt eſſe deitate paſſibilis,qui eſt virtute paterne glorie nature equa
lis,vnde patri derogatur,dū natura deitatis in filio creditur,Nā ſi vna patris & filii ſubſtantia eſt,vtiq;
ſicut pater,ita & filius immortalis,Et ego & patervnum ſumus ſicut in patre non eſt mors, ita nec in
dei filio mors,Et ſi verum eſt,omnia que habet pater mea ſunt, ergo imortalitas patris cum filio com
munis eſt,Nā qđ ait Apoſtolus de infidelium ignorātia,ſi enim cognouiſſent,nunquam dominum
glorie crucifixiſſent, nō qđ quaſi dñs glorie ſit crucifix9,vt natura deitatis videatur eſſe paſſibilis, ſed
quia vnus in vtraq; natura eſt chriſtus,ſecundum aſſumpte hominis formā dominus glorie dicitur
paſſus,ſicut econtrario eſt illud,Nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo filius hominis dū
de celo non deſcendiſſet niſi tantū dei fili9 nondū idē factus filius hominis,Propter perſone ergo vni
tatem & ad hominem referuntur in chriſto que dei propria ſunt, & diuinitati aſcribuntur que homi
nis ſunt,& ideo dum pati ac mori dicitur,non eſt deitatis,ſed carnis proprium,ſic tamen propter vni
tatem perſone ipſe deus & nat9 ex virgine,& paſſus & mortuus predicatur,ſed infirmitate carnis no
ſtre,nō virtute diuinitatis ſue,Q uod vero idem apoſtolus ait,ſi enim inimici eſſemus,reconcilati ſu/
mus deo per mortem filii eius,ſic dicitur dei filius mortuus,Sic dicitur de martyribus paſſis ac mor
tuis,quorum tamen nō ſunt anime occiſe in corporis paſſione ore veritatis teſtante, Nolite timere eos
qui occidunt corpus,animā autem non poſſunt occidere,vbi agnoſci oportet,ſi anime martyrū corpo
re perempto ſupplicijs extingui non poſſunt,deus qui conditor eſt animarū quomodo per crucē car
nis pati potuit exitium mortis? Q uod etiā alibi apertius declaratur eodem filio dei loquente. Pote/
ſtatem habeo ponendi animam meam,& poteſtatem habeo iterum ſumēdi eam,Q uod ſi ipſa deitas
mortua extitit, quero quis animā ipſius reſumpſit,ſtultum eſt ergo crucis paſſionem diuine applica
re nature,ſed tantum creabili & humane,ſola enim caro crucis exitium ſenſit,ſola caro lanceā pertulit,
ſola ſanguine & aqua manauit, ipſa ſola mortua, ipſa ſola in ſepulchro poſita, ipſa ſola tertia die reſu/
ſcitata,etiam glorificata celos adiit,in qua venturus eſt iudicare in gloria patris iudicaturus de viuis
ac mortuis,Prolatis ergo noui acveteris teſtamenti teſtimoniis in quibus due nature chriſti pateſacte
ſunt in vna ſubſiſtentes perſona,in quib9 & paſſio eius apparuit in homine ſolo expleta.

¶ Deinde oportuit ſentētias ſubnecti ſanctorum patrū qui in ſacris litteris ingēti gloria reſulſerunt, A
vt etiam eorum traditiōe ppateat quia dominus noſter ieſus chriſtus ex duabus naturis,& vna perſo
na ſubſiſtit quia mortem & paſſionem in ſola came ſuſcepit,Sanctus ergo Hilarius in explanatione
epiſtole ad timotheum ſic loquitur, Nam & cum dicit ſcriptura,homo chriſtus,& cum dicit chriſtus
mortu9 eſt,cū dicit verbū caro factū eſt,nō eſt ſpoliādus per fraudulentiam legētis expoſitionibus ſuis
ſermo,Namvbi homo chriſtus eſt, precedit mediator dei atq; hominum ex deo homo vterq; vnum,

& inter hominē & deum medius cōsessione in se vtriusq; nature,vbi christus mortuus est subiicit̄,qui resurrexit,qui est in dextera dei. In morte eius carnis nostre infirmitas est,in resurrectione virtus eius, in consessu dei dignitas. Sanctus quoq; Ambrosius in ex positiōe euangelii secundū lucam sic asserit. Non enim suam sed nostram crucem christus ascendit,nec mors illa diuinitatis,sed hominis fuit, & paulopost. Etenim christ⁹ omnia,& in christo omnia,& i singulis christus. Caro tamen moritur, vt resurgat. Item in eodem libro exponens inter alia dicit. Tristis est anima mea,& alibi,Nūc anima mea turbata est valde,Nō ergo suscipiens,sed suscepta turbatur,anima enim obnoxia passionibus,di uinitas libera,etenim spiritus promptus,caro autem infirma. Tristis autem non ipse est,sed anima, non est tristis sapientia,non diuina substātia sed aīa,Suscepit corpus meum nō me tesellit,vt aliud es set & aliud videretur ,Sāctus Athanasius in tractatu quē scripsit de christi natiuitate sic dicit, In hoc sit ergo fratres carissimi fides nostra,in hoc tota salus & vita consistat,vt credam⁹ deū dei filiū primū, ante omnia secula a deo patre inuisibiliter genitum,deinde a maria virgine secundum hominem na tum,secundum hunc hominem passum,mortuum,sepultum,resurrexisse ab inferis,ascendisse in celū. Item idē in expositione fidei,Verbum inquit nascitur de maria virgine accipienscorpus animale,sed neq; sermo comprehensus est carne ,sed in carne & supra carnē,& sicut dei prescius,ita deivirtus dei veritas,Passus aūt humana carne,sed sermo dei ipassibilis est,In passiōe quidē moritur homo,vt viui ficaret prothoplastum qui ceciderat,per inobedientiam. Sanct⁹ Gregorius scribēs ad celedonium di cit . Nature enim due in christo,deus & homo,non autē duo filii, nec dii duo. Itē idē in sermone de filio,Vno autem inquit capitulo moneo,vt altiora quidē ascribas diuinitati & illi nature que passioni bus & corpore probatur esse superior,humiliora autem nature humane attribuas,que ex parte infir mitatis nostre āssumpta est. Item ipse in quarto libro contra eunomiū,Et ne aliquis incorruptibili na ture deitatis crucem passionis applicet,per alia manifestius talem emendat errorem,mediatorem ip sum dei & hominum & deum ipsum nominans,vt cum duo denuo dicantur,cōgruum intelligatur circavtrumq;.Circa deum tamen quidē impassibilitas,circa humanitatem autem dispensatio passio nis. Sanct⁹ quoq; Basilius in quarto libro cōtra Eunomiū ita scribit,Quid est dominus creauit me & ante omnes colles genuit me? Vbi intelligendum est,hoc quod genuit de dei filio,hoc autem quod dicit creauit de ea parte qua in forma serui est,vtvtramq; naturam in vna psona ostenderet,Sanct⁹ Cy rillus in prima ad successum epistola dicit. Ergo quantum quidē ad intellectum pertinet & fidem, tantundem oculis anime quemadmodū incarnatus est vnigenitus duas naturas esse dicimus,vnum autem filium & christum dominum deum verbum incarnatum,& hominem factum confitemur. Item in secunda ad eundem successum epistola sic ait. Cumvnus inquit sit solus filius christus,idem ipse deus & homo sicut in deitate perfectus,ita & in humanitate. Nō autē ipsum vnigenitū filiū dei secundum quod intelligitur,& est filius dei passum esse in sua natura ,Oportet eteni necessariovtraq; seruare vni & vero filio,& non pati secundum deitatem,& dici passum esse eundem secundū huma nitatem,ipsius enim passa est caro. Item in expositione leuitici inter alia. Totū in his iterum circun spice saluatoris nostri mysterium,& emundationem que per sanctum baptismafit,duas enim aui culas sumi iubetur,viuas & mūdas,vt intellīgas per volatilia celestem hominē simul & deum in dua bus naturis quantū pertinet ad rationem diuidendum vnicuiq; conuenientem. Item sanctus Augu stinus. Neq; eni in illa susceptione alterum eorum in alterum cōuersum atq; mutatum est,nec diuini tas quippe in creaturam mutata est,nec creatura in diuinitatem augmentauit aliquid deitatis,Sed ab sit,vt augmentum recipiat ineffabilis & incomprehensibilis plenitudo, manet ergo vtraq; filii dei na turavna persona,Rursus ipse aduersus maximū si ergo attendas distinctiones naturarum filius dei de celo descendit,filiꝰ hois crucifixus est,si vnitatem persone filius hominis de celo descendit & filius crucifixus est in terra,idē in sequentibus. Oportebat christū pati & resurgere a mortuis die tercia ,vbi resurgit, nisi in eo quod potuit cadere? vbi resurrexit nisi in eo vbi mortuus? quere mortem in verbo, nūnq; esse potuit. Quere mortem in carne,plane ibi fuit,& ideo ibi fuit,quia mors vera fuit,& paulo post quid miraris? Certe vita est christus, quere mortuam vitā nec anima mortua est,nec verbū mor tuū est,Carotantūmortua est,quare? vt i ea mors moreretur. Idem in expositione Iohannis euange liste,quid ergo est perquem factus est mundus? christus iesus,sed informa dei,quis est sub pontio pi lato crucifixꝰ? idem ipse christus,sed in forma serui. Beatus quoq; Leo apostolice sedis antistes in sua epistola quam scripsit ad flauianum constātinopolitantū episcopum sic ait,Salua ergo propietate vtriusq; nature & in vnā coeunte persona suscepta est a maiestate humilitas,a virtute infirmitas,ab

eternitate mortalitas,& ad resoluendū cōditionis nostre debitū inuiolabilis natura, est vnita nature passibili,vt quod nostris remediis congruebat,vnus atq; idem mediator dei & hominum christus ie sus & mori posset ex vno,& mori nō posset ex altero,In integra ergo hominis perfectaq; veri natura ve rus natus est de⁹ totus in suis totus in nostris,& paulopost,Qui manēs in forma dei fecit hominem, idem in forma serui factus est homo,tenet enim sine defectu proprietatem suam vtraq; natura,& si cut forma serui dei formā nō adimit,ita forma dei formā serui non minuit. Item paulopost, Agit enī vtraq; forma cū alteri⁹ cōmunione qđ propriū est,verbo scilicet operāte quod verbi est,& in carne exe quēte qđ carnis est,vnū horū choruscās miraculis,aliud succūbit iniuriis,& sicutverbū ab equalitate pa terne glorie non recedit.ita caro naturam nostri generis non relinquit,Sanctus quoq; Eulgentius in libro quem de incarnatione domini nostri iesu christi scripsit inter alia sic intulit,dico itaq;vobis iuxta sāctorum patrum traditionem,dominum nostrum iesum christum in duabus naturis inconfusis,id est diuinitatis & humanitatis vnam personam siue substantiam confiteri,idem post alia. Si quis er go in domino nostro iesu christo aut duas naturas aut vnā noluerit,siue dubitauerit credere ,aut pre dicare personam,vel si quis noluerit confiteri eundem deum atq; hominem,id est verbum incarna tum de maria virgine pro nostra salute veraciter natum tantum a catholica fide deprehenditur ac de monstratur extraneus,vt sacramento redemptionis humane resistat ingratus, Et paulopost. Verbū ca ro factum est,vnus ex vtraq; in vtraq; id est in humana diuinaq; natura prorsus vnitio glorioſa per sistit,vt siue diuinitati christi humanitatem quis demat,siue humanitati diuinitatē detrahat, christū sacrilega infidelitate & blasphema predicatione dissoluat,Item paulopost christus pro nobis carne est passus qui de deo patre natus solus est impassibilis deus, Ipsum itaq; christum filium dei qui pro nobis mortem carne gustasse, salua immortalitate diuinitatis ei⁹ veraciter credimus. Item post hoc, Quia non est alter deus alter homo,sed idem vnus est christus de⁹ & homo ꝓfecto idē de⁹ xp̄s qui & mortē suā carne suscepit & idē hō xp̄s est qui mortē suā diuinitate destruxitidē qppe xp̄s dei fili⁹ quidiuinitate mori nō potuit carne mortuus est,quam mortalē deus immortalis accepit , & ideo xp̄s dei filius carne mortuus resurrexit,quia imortalitatē sue diuinitatis carne mortu⁹ nō amisit,hinc est quod etiā post resurrectionē suam sicut in cicatricibusveris & invera comestione piscis & mellis solidi tatē in se vere carnis edocuit,ita clausis forib⁹ ingrediens verā in se virtutē sempiterne diuinitatis ostен dit,vt agnosceretur & naturalis fuisse christi morientis infirmitas,& eidem morienti naturalis inesse maiestas,hec quidem que tam diuine scripture quam etiam sanctorum patrum eloquentia docue runt,decretis nostris breuiter inserta protulimus demōstrantes geminam carnis & deitatis naturā in vna domini & saluatoris nostri persona passum quoq; eundem in ea natura que corporis est non pas sum in ea natura que deitatis est hinc ergo concordi sententia definitioni pro confirmatione sui pro priam subscriptionem subiecimus,Ysidorus in christi nomine ecclesie Spalensis eps subscripsi,Bisinus in christi nomine ecclesie liberitane episcopus subscripsi Rufinus in christi nomine ecclesie Asidonen sis episcopus,subscripsi Cambra in christi nomine ecclesie Italensis eps subscripsi Fidentius in christi nomine ecclesie Tuicitane episcopus subscripsi , Theodulfus in christi nomine ecclesie Corduben sis episcopus subscripsi,Honorius in christi nomine ecclesie malacitane episcopus subscripsi.

¶Explicit concilium spalense secundum.

¶Habes hucusq; studiose lector(auctore Ysidoro yspalensi) quem ordinem obseruare debeant, qui concilium celelebrare constituunt,Canones item Apostolorum,decreta quoq; xxx pontificum,a Cle mente scilicet vsq; ad Siluestrum,acta deniq; quinquaginta duorum conciliorum.

HActenus digestis conciliis sanctorũ patrũ sequẽtur decreta pſulum Romanorũ prefate sedis apostolice presulum cõstituta,que ad fidei regulãvel ecclesiasticã pertinent disciplinam in hoc libro diligẽti cura collecta sunt, ita vt singulorũ pontificũ quotquot decreta a nobis reperta sunt sub vniuscũq; epistole serie ꝓpriis titulis prenotarẽtur eo modo quo superius priscorũ patrũ canones nostro studio ordinati sunt,quatinus lectoris industria facili⁹ intelligere possit dum capitulis ꝓpriis distincta intendit.

INCIPIVNT DECERPTIONES EX DECRETIS SANCTI SILVESTRI PAPE.

TEMPORIBVS SANCTI SILVESTRI PAPE ET CONstãtini piissimi augusti factũ est magnũ cõcilĩ in Nicena bithinie, & cõgregati sunt regulariter eiusdẽ Siluestri pape vocatiõe in idipsum Trecenti decẽ & octo epi catholici qui exposuerũt fidẽ integram catholicã immaculatã,& dãnauerũt arriũ sotinũ sabelliũq; atq; sequaces eorũ. Eodẽq; tẽpore &.xiii. kalẽdarũ Iuliarũ die quãdo memoratũ cõcilium magnũ in nicea cõgregatum est, canonica iam facta pape vocatione in vrbẽ romã congregauit, & ipse cum concilio prefati cõstãtini augusti ducentos.lxvii.episcopos, & dãnauit iterũ tam Calixtũ q̃ Arriũ,& Fotinũ atq; Sabellium,& cõstituitvt pſbyterũ Arrianũ respiscentẽ nõ susciperet,nisi episcopus eiusdẽ loci eũ recõciliaret,& sacrosancto chrismate per episcopalis man⁹ impositionẽ sancti spũs gratia que ab hereticis dari nõ potest cõfirmaret,In qua & cõsensu,& subscriptione omniũ cõstitutũ est, vt nullus laicus crimẽ clerico audeat inferre,& vt presbyter nõ aduersus episcopũ,nõ diacon⁹ aduersus pſbyterũ, nõ subdiaconus aduersus diaconũ,non acolitus aduersus subdiaconũ,non exorcista aduersus acolitũ, nõ lector aduersus exorcistã,nõ hostiarius aduersus lectorẽ det accusationẽ aliquã,& nõ damnabitur presul nisi in.lxxii.Neq; pſul summus a quoq̃ iudicabitur,quoniã scriptũ est,Nõ est discipulus super magistrum, presbyter autẽ cardinalis nisi.xliii.testibus nõ dãnabitur,diaconus cardinarius cõstructus vrbis rome nisi in.xxvi.non dãnabitur,subdiaconus,acolitus,exorcista,lector,hostiari⁹ nisi sicut scriptũ est,in septẽ testibus nõ dãnabitur. Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia vxores & filios habẽtes,& omnino xp̃m predicãtes.testimoniũ laici aduersus clericũ nemo recipiat, nemo enim clericũ quẽlibet in publico examinare pſumat nisi in ecclesia. ¶Nemo enim clericus vel diaconus aut pſbyter ꝓpter quãlibet causam intret in curiã,nec ante iudicẽ cinctũ causam dicere pſumat,quoniã omnis curia a cruore dicitur & immolatione simulacrorũ, Et si quis cleric⁹ accusans clericum in curiã introiuerit anathema suscipiat,Hec inter cetera i p̃dicta omniũ cõsulta cõstituit synodo,vt sacrificiũ altaris non in serico panno,aut tincto quisquã celebrare presumeret,sed in puro lineo ab epo cõsecrato terreno scilicet lino ꝓcreato atq; contexto sicut corpus dñi nostri Iesu christi i sindone munda sepultũ fuit. Et si quis desideraret in ecclesia militare,aut ꝓficere, vt esset pri⁹ hostiari⁹ deinde lector.& postea exorcista per tẽpora que episcop⁹ constituerit,deinde acolitus annos quinq;, subdiaconus quinq; annis,custos martyrũ annis quinq;,diaconus annis quinq;,presbyter annis tribus probatus ex omni parte in tantũ vt etiam ab his qui foris sunt testimoniũ habeat bonumvnius uidelicet vxoris virũ que tamẽ a sacerdote sit benedicta, & si probatus fuerit dignus,& vota populi & cleri concurrerint canonice epus consecretur,quẽ postea nec clerus,nec populus perturbare debet, quia episcopi qui throni dei vocãtur non sunt lacerãdi de quibus ait. Beatus Paulus apostol⁹, Seniorem ne increpaueris,sed vt patrẽ obsecra,legimus nãq; ipso dño dicente non esse discipulũ super magistrum,hoc est non sibi debere quẽq̃ ad iniuriam doctorum vindicare doctrinam,nec aliqua machinatione dñi discipulos,id est apostolorũ successores detrahere aut infamare,quia iniuria doctorũ ad xp̃m pertinet cuius vice legatione funguntur,qualiter enim dñm cõtristent,qui hoc agere presumunt dominus in euangelio testatur,ait enim ipse saluator qđ expediat scãdalizanti vnũ de pusillis istis i maris ꝓfunda demergi,& molã asinariã collo eius suspẽdi,Si talis ergo pena dñi discipulos scãdalizantibus promittitur,quid i futuro eis ꝓuenire debeat summopere pẽsandum est,quoniã nõ parũ periculi illis manere poterit ante dñm,qui hec detrectẽt suis exhibere ministris, Quod ita demũ ꝓbare poterit, si deũ timeãt qui,talia exercere minime formidãt,si imposito sibimet improbo silẽtio

A

B

a talibus se deinceps custodiāt,quia nichil prodest homini relíqua bona agere nisi mēs ab iniquitate reuocetur,& ab obtrectationib⁹ lingua cohibeatur. Vnde ait ꝓpheta. Cohibe linguā tuā a malo,& labia tua ne loquantur dolū,diuerte a malo,& fac bonū. Nemo enim bonum faciēs alteri verbo, aut facto nocere vult & reliqua,Hic in memorata constituit omniū cū cōsensu synodo,vt null⁹ presbyter missas celebrare p̄sumat nisi in sacratis ab ep̄o locis qui sui particeps de cetero voluerit eē sacerdotii Et pietatis affectu,hic sanctissimus papa subgesta synodica reuocauit apostolica auctoritate multos ab aliis episcopis excōmunicatos,& a tyrānis eiectos ad cōmunionē,& restituit eos in ecclesiis quib⁹ fuerant olim in stituti sub satisfactione,atq; purgatos eos recepit dans exēpla futuris eruēdi sacerdotes de persequētium manibus. Constituit etiam nulla ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu suscipi nisi quinq; episcoporum designatus sit chyrographis.

¶INCIPIVNT DECRETA MARCI PAPE.

¶EPISTOLA EGIPTIORVM PONTIFICVM AD MARCVM PAPAM pro exemplaribus Niceni concilii,quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

A

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICI CVLMINIS VENErādo marco sancte Romane & apostolice sedis,atq; vniuersalis ecclesie pape. Athanasius &vniuersi egiptior⁹ ep̄i,Advos peruenisse nō dubitam⁹ quāta & qualia ab hereticis,& maxime ab arrianis cotidie patimur,quoniā in tantū ab eis persequimur,vt etiā viuere iam nos tedeat,Nam instāti tempore subito & insperate in nos irruētes,nosq; iuxta p̄ceptū dñi qui ait,si vos persecuti fuerint in vnā ciuitatē fugite in aliā,fugiēdo propter cladē populi declinātes nos comprehendere nō valuerunt,sed omnia nostra depopulati sunt,in tātū enim nostra vastauerūt,vt nec libros,necvestimēta ecclesiastica aliaq; ornamēta,nec relíqua vtēsilia nobis dimitterēt. Libros vero nostrosvsq; ad minimū incēdētes,nec iota vnū reliquētes ꝓpter veritatis fidē nicenā synodū qua clerus & popul⁹ imbuebatur & maxime iam imbuti erāt in contumeliā nostrā,& omniū christianorū incēderūt,Quapropter p̄camur pater beatissime,quia nō dubitam⁹ apud vos plenaria esse nicení cōcilii exēplaria,vt nobis illa que sancte recordatiōis p̄decessorisvr̄i siluestri fuerūt sub tuta mittatis stipulatiōe. Nā qn̄ p̄dicte synodo cū beate memorie alexādro dígno deo pōtifice nostro,id est alexādrine magne ciuitatis ep̄o in diaconatus interfuim⁹ officio sub nostre p̄sentie testimonio ꝑ beatosvirosvictorē,vincētiū p̄sbyteros apostolice sedis apocrisarios missa sunt p̄dicto pape Siluestro cū astipulatiōe subnexa capitula septuagita,Sane p̄sentib⁹ nobis octoginta immemorata capitula tractata sunt synodo,scilicet.xl. a grecis greca edita lingua,&.xl.a latinis similiter latina edita lingua,sedvisum est trecētis decē & octo patrib⁹ in p̄dicto sancto spū repletis cōcilio cōgregatis,& maxime iam dicto Alexādro & apostolice sedis apocrisariis vt decē capitula adunarētur aliis atq; cōgruis i locis insererētur,& ad formā.lx. discipulorū vel toti⁹ orbis terre linguarū.lx.tāti & tā excellētis cōcilii fierēt capitula,que omnē xp̄ianorū informarēt orbē & omnes sub sacerdotali & xp̄iano nomine degētes vna fides,& vna sacerdotalis,atq; clericalis regeret norma,nec quisq̄ a suo dissideret capite,Nūc ergovt p̄dictū est inimici sancte dei ecclie & maxie arriani a quib⁹ cotidie expugnamur cōterimur & opprimmiur p̄fata.lxx.niceni cō. i ii capla que de p̄fata synodo iam facta iubente dño meo Alexādro decreto omniū episcoporū attuli que etiā corā omnib⁹ recitaui atq; trāscripsi sunt igne cōbusta, optam⁹ vt a vestre sancte sedis ecclesie auctoritate que est mater,& caput omniū ecclesiarū ea ad correptionē,& recreationē fideliū orthodoxū percipere per p̄sentes legatos mereamur,Vere nouimus apostolatus vestri cor gratia sancti spūs in tātum esse accēsum,vt omnib⁹ opp̄ssis succurratis,quātomagis nobis qui licet exigui ordinis tamēvestri sum⁹ vobisq; obedientes cū omnib⁹ nobis cōmissis & sumus,& esse semper volumus,Ideo decet & oportet vos nobis hec que rogamus & alia que necessaria iuxta sapiētiā quā vobis p̄stauit altissimus esse cognoueritis absq; tarditate p̄stare,vt tāte miserie squallores a fidelium mentibus detergātur,& quasi vulnus corpori infixū aditu tāte miserie obsecrato salutari curetur antidoto,vt diuino freti iuuamine vestraq; auctoritate atq; auxilio roborati aduersantiū tergiuersationes euadere valeamus, atq; incōfusovultu nō fraude cuiusq̄ perculsi assistere eterno iudici mereamur,& vocem audire inquitē, euge serue bone & fidelis,quia sup pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā,intra in gaudiū domini tui. Et subscriptio,Orantē ꝑ nobis sanctū apostolatū vestrū lōgeuis dñs cōseruet temporibus.

¶Rescriptio

¶RESCRIPTIO MARCI PAPE DE MISSIONE CAPITVLORVM Niceni concilii Athanasio & omnibus egiptiorum episcopis.

DOMINIS VENERABILIBVS FRATRIBVS ATHANA A
QIgitur de fuga ſup qua athanaſiũ reprehẽditis nõ bñ agitis, cũ ipſe dñs mãdatũ hoc nobis dedit, cũ plecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliã,& ipſe dñs pſemetipſum exẽplũ nobis demõſtrãs, qñ Phariſei cõſiliũ fecerũt aduerſus eũ, vt eũ occideret. Sciẽs aũt Ieſus diſceſſit inde,& alibi,tulerũt lapides iudei vt iacerẽt in eum. Ieſus aũt abſcõdit ſe,& exiuit de tẽplo,& trãſiens per mediũ eorũ abiuit,& ita diſceſſit,nã & diſcipuli ꝓpter metũ iudeorũ receſſerũt celãtes ſemetipſos, & paulus in damaſco a principe gẽtis queſitus de muro in ſporta depoſitus eſt,& manus querentis effugit,& alii quam plurimi,& innumerabiles ſancti tã in veteri teſtamẽto q̃ in nouo fugiſſe legũtur. Si ergo fugã iprope ratis fugiẽtibus erubeſcite potius pſeq, & qeſcite inſidiari,qeſcentq̃ cõtinuo fugiẽtes,Nã ſiue primatis eos,mors ſemp cõtravos exclamat,ſiue rurſus exilia ſuppõatis,vbiq̃ in vos mali mẽoriã deſtiare noſcimini,& illi patiendo ſibi proficiunt. Vñ & dñs ait,nolite timere eos q occidũt corpus,aiam aũt nõ poſſunt occidere,ſed potius eũ timete q poteſt aiam & corpus perdere in gehennã,Multos eni cognouimus peſſimis machinationibus iniuſte depoſitos. Ideo ſummopere me cui vice apoſtolorum principis vniuerſalis eccleſie cura commiſſa eſt prouidendum eſt auxiliante ipſo ſumno apoſtolo ne dein ceps talia fiant, quoniam ideo hec ſancte ſedi prefata priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa,tam de congregandis conciliis,& iudiciis ac reſtitutionibus epiſcoporũ quã & de negotiis,vt ab ea omnes oppreſſi auxilium,& iniuſte damnati reſtitutionem ſumãt,& talia ab improbis ne preſumãtur abſqꝫ vltione, nec exerceãtur abſq̃ damnatione,Non ergo recte egiſtis quod predictos fratres calumniati eſtis dicente domino, Nõ facies calumniam proximo tuo,nec vi opprimes eũ. Nec recte egiſtis quod nobis inconſultis concilium celebraſtis,eoſq̃ ad concilium vocaſtis,& damnare preſumpſiſtis canonibus (vt premiſſum eſt) iubẽtibus nichil ex his abſq̃ huius ſancte ſedis auctoritate fieri debere.Nõ recte egiſtis quod regulariter a nobis ad concilium vocati venire diſtuliſtis, non recte egiſtis quod contra eos rationem reddere vt veſtra erga eos aut probaretur recta ſententia,aut improbaretur non veniſtis,nec rationalem mandaſtis cauſam,vt quid hec renuiſtis.

QHis ergo omnibus perpenſis manifeſtum eſt vos reos exiſtere,& illos innocentes remanere, & vos recte excommunicatos,illoſq̃ iuſte liberari. Noluit itaq̃ dñs tam leuiter ſuos tractari miniſtros ſicut facitis,aut a vobis damnari,ſed ſicut memoratũ eſt,aut ab hac ſancta ſede cui cõmiſſi ſunt, aut ſuo reſeruari iudicio,ait enim. Qui vos cõtriſtabit me cõtriſtabit,q fecerit iniuriã vobis recipiet id qđ iniq̃ geſſit. Et quãta pena expectet eos qui dñi ſcãdalizant diſcipulos euangeliũ ſufficiẽter exponit vbi de ſcandalizãtibus diſcipulos loquitur,Nam quod a vobis non ſint damnandi,ſed aut ab hac ſancta (vt prefatum eſt) ſede, aut ſibi reſeruãdi ipſe manifeſte dat exemplum quando peccantes ſacerdotes quorum locum modo in ſancta eccleſia tenent epiſcopi,non per alium,ſed perſemetipſum vendentes, & ementes eiecit de templo,& menſas nũmulariorum proprio euertit flagello,& eiecit de templo, & ipſe alibi ait. Deus ſtetit in ſynagoga deorum,in medio aũt deos diſcernit,& relq̃ talia & his ſimilia,& alibi idẽ ipſe ait,Nolite iudicare,vt nõ iudicemini,nolite cõdẽnare,vt nõ cõdẽnemini,i quo eni iudicio iudicaueritis iudicabimini. quapropter nõ tã temere(vt vos facitis) qſpiã ſuã pſumat euomere iiq̃tatẽ ſed iudicantẽ cuncta oportet rimari,& ordinẽ rerũ plena inquiſitione diſcutere, nec de illis que ei inconceſſa ſunt vllo modo iudicium preſumere,interrogandi,ac proponendi,adiiciendiq̃ patiẽtia prebita ab eo,vt ibi actio partium limitata ſit pleniter,Hec prius litigantibus ſua velit ſententia obuiare,niſi quãdo illi peractis oĩbus iam nihil amplius habuerint in queſtione quod proponant,nec oportet quẽ quam iudicari,aut dãnari anteq̃ ſuos accuſatores preſẽtes hẽat locumq̃ defendẽdi accipiat ſpatioſum ad abluenda crimina. Similiter in iam fata ſynodo ſtatutum eſt,vt vltra prouintie terminos accuſandi licentia non progrediatur,niſi ad hãc apoſtolicam fuerit ſedem prouocatum ad quam omnes quiuoluerit libere & abſq̃ vllo impedimento a quibuſdam agendo confluere debent. Similiter in iam prefixa ſynodo eſt decretum ne ſuſpecti,aut infames,aut criminoſi,aut grauoſi,vel calumniatores,vel affines,aut ſcelerati,aut facile litigantes ſuſcipiantur accuſatores,ſed tales qui omni careant ſuſpitione, quia

A

colūnas ſuas dominus firmiter ſtare voluit,nec a qbuſdā agitari.Siſr ſtatuit p̄fata ſynodus,vt nullum ſnia nō a ſuo iudice dicta cōſtringat,iudices aūt alii eſſe nō debēt quā quos ipſe q impetitur elegerit aut quos ſuo cū cōſenſu hec ſcta ſedes,aut eius priates auctoritate huius ſcte ſedis delegauerint, ex his enim & aliis que tā in hac ſcta ſede quā & ab apl̄is eorūq; ſucceſſorib⁹ ſunt ſtatuta,nichil p̄fatis ep̄is cōceſſiſtis,ſed vim eis inferētes iniuſteq; vt ſupius cōmemoratū eſt eos dānātes aliquos abſentes expuliſtis qđ oi xp̄iane religioni eſt inimicū,in qb⁹ apparet qđ nec dño ſua ſeruaſtis iura, nec huic ſcte matri,& apl̄ice eccleſie que vt p̄ſcriptū eſt eos ſuo iudicio,aut huic ſedi voluit reſeruari,ne a tā prauis ſicut eſtis hoīb⁹ dānarētur,aut eiicerētur,in his oīb⁹ vos ſtultos & p̄uaricatores euāgeliorū,& canonū eſſe nulli ſane ſapiētiū ē abſcōditū,nec his cōtēti in vīa eſtis p̄uaricatiōe, ſed etiā qđ prius expulſos eos & ſuis expoliatos reb⁹ q̄ſi vocaſtis atq; dānaſtis, cū nullus regulariter, aut vocari aut iudicari poſſit anteq̄ ſit regulariter reſtitutus,& ſua oia ei legib⁹ ſint integerrime reformata, eſt nāq; in ſepe iā dicta ſcta ſynodo ab oīb⁹ vnanimiter decretū,& apl̄ica auctoritate roboratū, vt ſi qs ep̄orū ſuis fuerit rebus expoliat⁹,& in accuſatiōe pulſat⁹ ordinatiōe pōtificū oportet & decet ſanctū ꝓpoſitū pria fronte certare, vt oia que p ſuggeſtiōes inimicorū ſuorū amiſerat, legalr prio ptāti eius ab honorabili cōcilio reintegrētur,& p̄ſul regulariter prius ſtatui priſtino reddatur,& ipſe diſpoſitis ordinatiſq; ſuis, tūc ad tp̄s veniat ad cauſam,& ſi ita iuſte videtur accuſantiū ꝓpoſitionib⁹ reſpōdeat,q̄re ergo trāſgreſſi eſtis terminos patrū iudicātes & dānantes eos quos nō debuiſtis? q̄re iudicaſtis eos quos non regulariter approbaſtis? Nō obſeruaſtis qđ i regnorū libro ſcriptū ē.Nō quo modo videt hō videt de⁹,qa hō videt in facie,deus aūtē in corde videt,& in palypomenon,oia corda ſcrutatur de⁹, & omnē cogitatiōnē nouit,& alibi ſcriptū eſt.Nō pōt hūano cōdēnari examie quē deus ſuo reſeruauit iudicio,hec oia ſummopere p̄cauēda ſunt,nec accuſatio ep̄orū facile eſt recipiēda dicente domino nō ſuſcipias vocē mendacii,& apl̄s inqt aduerſus pbr̄m inſcriptionem nō ſuſcipiēdā abſq; duob⁹ vel trib⁹ idoneis teſtibus. Si hec de pbr̄is vel ceteris fidelib⁹ ſunt p̄cauenda,q̄tomagis de ep̄is qb⁹ cognitis magis vos dominari velle mānifeſtū eſt quā cōſulere fr̄ib⁹,aut ſubſtentare eos,qa honor inflat ad ſupbiā,& quod ꝓuiſum eſt ad cōcordiā tendit ad noxā. Decuerat nāq; vos iuxta p̄fatas regulas,ſi aliqd egiſſent cōtra ſuū ordinem mādare nobis,& expectare qd ad vīa cōſulta reſcriberem⁹,in tātū vt ſi etiā qcq̄ graue intolerādūq; cōmitterēt nr̄a p̄ſtolaretur cenſura,& nichil prius,aut aliud diſcerneritis q̄ quod nobis placere cognouiſſetis ita vt a regulis p̄ſtitutis nulla,aut negligentia,aut p̄ſumptiōe recederetis, ceſſet hmōi p̄ſa nr̄a auctoritate p̄ſumptio,vitētur hmōi nocumenta,qa neq̄q̄ talia patienter ferre poſſum⁹ machinamenta,quoniā conuenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes,merito namq; nos cā reſpicit,ſi ſilentio faueamus errori,eſt inſuper in p̄dicta ſancta nicena ſynodo ſtatutum,vt nemo anathema in nr̄a ſuſcipiatur accuſatione, nec illi q nos in ſua nolunt recipere querela,vel accuſatione,cum nos ſuper illos ſciamus a domino conſtitutos non illos ſuper nos;& ſicut maior non poteſt a minori iudicari,ita nec colligari,quia rarum eſt omne quod magnum eſt. Portem⁹ onera oīm qui grauātur quinimo hec portat in nobis beatus apl̄s Petrus cuius vice fungimur legatione,& cuius regula informamur,q̄tinus eius fulti auxilio ab oībus nunc,& in perpetuo tueamur aduerſis. Data kalendis Nouembris Feliciano, & Maximiano viris conſu.

INCIPIVNT DECRETA LIBERII PAPE.

¶Epiſtola Athanaſii,& egiptiorum epiſcoporum ad eundem papam de oppreſſionibus Arrianorum.

A OMINO BEATISSIMO ET HONORABILI SANCTO patri liberio pape Athanaſius, & vniuerſi Egiptiorum epiſcopi in vnum ſynodice apud Alexādriam congregati,veſtre beatiſſime paternitatis iura penes deum ſunt manifeſta,dum predicationibus ſcilicet apoſtolicis, & doctrinis vere fidei cultura vniuerſa repleta ſit terra,per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum veſtra inſtruente admonitione exhortatoria ſuperedificatur orthodoxa Chriſti eccleſia apoſtolica inſtitutione fundata, & a fidelibus patribus firmiſſime roborata ad quam oēs btiſſimi apoſtoli pari honoris

pari honoris & poteſtatis conſortio prediti populorum agmina conuertentes, pie ſancteq; de tenebris ad lumen,de lapſu ad veram fidem,de morte ad vitam homines diuine p̃deſtinationis gratia p̃ceptis ac monitis perduxerunt, quorum ſanctorum apoſtolorum veſtra fraternitas honoranda ſequens merita,& perfectius implens exempla eccleſiam dei morum probitate, & actuum ſanctitate cõ decorat,& fide ſacra chriſtianis moribus vigens,que fieri deo placita precepit ſtudiis pontificalibus inceſſanter operatur & perficit,ſeruans legis diuine mandata,quia non legis auditores iuſti ſunt apud deum ſicut narrat apoſtolus,ſed factores legis iuſtificabũtur. Nos eni hec meditari cupientes,& ea que a ſancta ſede veſtra apoſtolorum eorumq; ſucceſſorum predicatiõe ſuſcepimus,atq; que in nicena ſynodo roborata cognouimus predicare,& arrianorũ blaſphemias,atq; aliorũ hereticorum repellere cupientes cotidie ab his perſequimur,& damnationi tradimur,atq; morti deſtinamur,Q ua de re precamur, vt vr̃is exhortationibus tam per vos q̃ & per apocriſarios veſtros adiuuemur, ne dum illi creſcũt & nos minuimur vera fides deſtruatur,& eorũ hereſis vltra fidem noſtram creſcat,quoniã timemus vt poſtq̃ abundauerit iniquitas, refrigeſcat charitas multorum. Pro qua re multa veſtre ſacre doctrine tam apud deũ quam apud cunctos fideles merces & laus repoſita eſt, ſi veſtra hec recenſetur auctoritate,noſtram enim fidem quam a ſanctis patribus accepimus, & tenemus atq; docemus ſubter inſeruimus,vt ſi aliquis vobis aliter nos credere,aut docere, aut accuſando,aut muſitãdo retulerit,vel detrahendo ſcriptis mandauerit,per hanc manifeſte nos ita credere & docere agnoſcatis.

¶Credimus namq; in vnũ deũ patrẽ oipotentẽ,oĩm viſibiliũ nec nõ & inuiſibilium factorem, & in vnũ dominum noſtrum Ieſum xp̃m filium dei natum ex patre vnigenitũ hoc eſt ex ſubſtãtia patris, deum ex deo,lumẽ ex lumine,deum verum ex deo vero, natum nõ creatũ omouſion hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtãtie,per quẽ omnia facta ſunt celeſtia terreſtria Q ui propter nos homines,& propter noſtram ſalutem deſcendit de celis,& incarnatus eſt,& homo factus paſſus eſt,& reſurrexit tertia die, aſcẽdit in celum,vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctũ. Eos autem q dicũt erat tempus quando non erat,& priuſquam naſceretur non erat,& quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe trepton,hoc eſt cõuertibilem atq; mutabilẽ filium dei,hos anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia,hanc venerabilẽ fidẽ trecẽti quidem decẽ & octo patres agnouerunt,& amplexi ſunt & conſonantes & vnanimes ſcriptis explanauerunt. A

¶Sed modo quoniã contra hec vt noſtis talia exurgunt qualia non debent,venite & nos dilectiſſimi fratres cum deo deſcendamus ad viſitationem,id eſt inquiſitionem ſermonum eorum,& confundamus per approbationem veriſſimam ibidem linguas eorum eleuatas contra ſcientiam vnigeniti filii dei,& iniquitatẽ i altitudinem humanitatis eius loquentes,diſrumpamus vincula eorum per gladiũ ſpũalem quod eſt verbum dei, & proiiciamus a nobis iugum ipſorũ per expugnationẽ p̃fani ſenſus illorũ, T ũc eni ipſe quoq; dominus irridebit eos,& ſubſannabit, & tũc loquetur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo conturbabit eos, ſecundũ beatum Hieremiã dicens,falſo prophete iſti vaticinantur in nomine meo,non enim miſi eos, & nõ p̃cepi eis,neq; locutus ſum ad eos,viſionẽ mẽdacẽ,& diuinationẽ & fraudulẽtiã & ſeductionẽ cordis ſui p̃phetãt vobis,ideo hec dicit dominus de p̃phetis q p̃phetant in noie meo mendaciũ erunt p̃iecti in viis Hieruſalẽ,& cõculcatio oĩm pie cõfitentiũ me,& non erit qui ſepeliat eos. Nemo eni abſcõdere põt quibuſdã ſubreptionẽ cõmenticiis, ſicuti nec foliis fici ãtiqs tranſgreſſor p̃cepti adã potuit,q p p̃priã linguã inuerecũde nudatur,laque⁹ eni fortis viro labia eius, & captus propriis ſermonibus,& opera manuũ eius,retributio aũt labiorũ eius dabitur ei,& impietatis rep̃hẽſio. Arguã te inqt,& ſtatuã cõtra faciem tuam,exiſtimaſti inique qđ eſſem tibi ſimilis,Propterea ſicut dicit dominus ad Gedeon,deponamus eos ad aquã vere diſcretionis,& p̃bemus eos ibi regulari examinatione in id ipm pronos corruentes per oſtenſionem prauĩ intellectus eorum,vtrũ ne ſint apud eos ſapientes diuini verbi ſcientiam ignorantes,quoniã dicentes eſſe ſe ſapientes ſtulti facti ſunt,& mutauerunt gloriam catholice eccleſie propria nouitate & voluntate,ſiue p̃ ea que illicite in eius defenſione geſta ſunt hereticam turbulentiam introducentes,illud competenter ad nos retinentes qđ bene ad Ieſum filium Sirach dictum eſt,V ſq; ad mortem certa pro veritate,& domin⁹ pugnabit pro te. Huius rei gratia vniuerſalis vobis a chriſto Ieſu comiſſa eſt eccleſia,vt pro omnibus laboretis,& cũctis opem ferre nõ negligatis, quia dũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ,in pace ſunt oĩa que poſſidet, Ideoq; tanta vrgente neceſſitate ſummope cõprimite vĩa ſũma auctoritate ifeſtos,releuate oppreſſos, vt abſq; graui domino opitulante difficultate ipſi gratanter oi tpe ſacrificare mereamur illeſi. Et ſubſcriptio. Eterna te ſeruet diuinitas per multos annos ſanctiſſime patrum pater. Amen. B

¶RESCRIPTVM LIBRII PAPE AD EOSDEM.

A Dlectiſſimo filio Athanaſio & oĩbus in vnũ cõgregatis, & de Trinitatis fide recte ſentientibus Egiptiorum epĩs liberius papa. Olim & ab initio tantã pcepimus a beato Petro apl̃orũ princi-pe fiduciam, vt habeamus auctoritatẽ p vniuerſali eccleſia ad rectam defendendã fidẽ q̃tinus nulli li-ceat ſtatũ ſancte eccleſie cõmouere ad leſionẽ recte credentiũ abſq; ſui periculo honoris. Epiſtolã ſiq-dem veſtram nobiſq; directã añ nos recitari fecimus, tribulationes & perſecutiones quas pro recta ti-de patimini intellexim⁹. Super quibus & nos vna nobiſcũ condolemus, & laborare pro vobis vt pa ter pro filiis parati ſumus, fidẽ vero Niceni cõcilii in eadẽ epiſtola rectã reperim⁹, ſup q̃ & deo grati as vberrimas retulim⁹, pro qua non ſolum modo perſecutiones, & paſſiones ſuſtinere vobiſcum pa-rati ſumus, ſed etiam ſi neceſſe fuerit mori pro xp̃i noĩe in quãtum noſtra ſinit fragilitas nõ reſpuim⁹. Igitur predictum ſanctũ concilium (vt legim⁹) definiuit Nicenum aliam fidem nulli licere proferre, aut cõſcribere, vel componere, aut ſapere vel docere aliter, nec quicq̃ in fide ſentire, aut pferre quod his patrũ regul̃ poſſit obuiare. Qui ãt p̃ſumpſerit cõpõere aliã fidẽ, aut pferre docere vel tradere alid ſym bolum ad viam veritatis cõuerti deſiderantibus de quacunq; hereſi, vel ex iudeis, vel ex paganis xp̃ia nos ſe fieri volẽtibus hi ſi epiſcopi fuerint, aut clerici alienari quidẽ ep̃os ab ep̃atu, clericos a clero. Si ve-ro mõachi, aut laici fuerint anathemate feriri. Proteſtatur & enĩ beatus apoſtolus dicẽs, Si qs certat nõ coronatur niſi legitime certauerit, & iterum dñs ait. Qui autem pſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit, videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis pro defenſione catholice eccleſie, magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab oĩm bonorũ datore deo, non deficiant manus noſtre dilectiſſimi fratres p occaſionẽ cu iuſlibet, deſidie diſſolute, ſed fortes efficiamur per gr̃am dñi atq; virtutẽ potẽtie eius, quoniã pfecit pedes nr̃os tanq̃ ſeruorũ, & ſup excelſa firmius ſtatuit intellectus ſumme eius humanitatis propter no ſtram ſalutem maxime tantum habentes impoſitam ſanctorum teſtium nubem. Deponẽtes ergo oẽ pondus, & circunſtantem aduerſariorum nouitatem per patientiam curramus aſpicientes in auctorẽ fidei, & conſummatorem Ieſum qui in propoſito nobis propter eum negotio ſpiritũ nobis ſue verita tis cõdonet loquẽtẽ in nobis atq; ꝓhibentẽ magnalia fidei p doctrinã ſct̃orũ patrũ quos aduerſarii ca lumniantur cotidie. In prophetis nãq; habetur propter ſyon nõ tacebo, & propter ſyon nõ qeſcã do nec egrediatur, vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius, vt lampas accẽdatur. Profecto catholica eccleſia que vera conſiſtit ſyon, & ciuitas chriſti celorum regis per tot annorum ſpatia expugnata ab auerſan tibus verba fidei, q neq; deũ timẽt neq; hoiem reuerentur, ſed incaſſum perducentibus pias, & canoni cas de hoc verbo doctrinas, dum aduerſis tantiſq; ſcripto, & ſine ſcripto conteſtationibus inuitati fuiſ-ſent corrigere propriam, & ſepelire hereſim, ſicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demon-ſtratum eſt, tam per libellos quam per ſuggeſtiones reuerentiſſimorum ſacerdotum, & venerabiliũ abbatum apoſtolo proteſtante nobis, vt hominem hereticum poſt primam, & ſecundam correptionẽ euitare debeamus ſcientes quia huiuſmodi ſubuerſus eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus, nullo modo opportet nos deinceps tacere, aut quieſcere ne quomodo iniqui iudicemur odibilem deo pacem amplectẽtes, quoniam ſcriptum eſt. Zelaui i peccatoribus pacem peccatorum vidẽs, & dicatur etiam de nobis ſacerdotes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſan ctũ, & prophanum non habuere diſtantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt, ſed con-ſurgere in deo, & conſiſtere prompte ei, & induentes arma ſpiritus aduerſus malignantes contra fi-dem eius, vt approbemus ſpiritus ſapienter, id eſt verba eorum ſi ex deo ſunt, Scriptum eſt enim in Hieremia, Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, ſcies & probabis viam eorum, multa nam-q; nobis neceſſaria eſt vigilantia, & tanta diuine ſapientie rimatio que occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque comprehenditur doloſa exiſtens malicia pro eo quod ſibi pietatem callide blandiatur, vt valeat ſcru-tantium mentem latere, quod vtique ſciens beatus apoſtolus ait. Nam huiuſmodi pſeudo apoſtoli, & operarii ſubdoli tranſſigurant ſe in apoſtolos Chriſti. Sed non mirum quoniam & ipſe Sathanas tranſſigurat ſe velut angelus lucis, et ideo non mirum, ſi miniſtri eius tranſſigurantur velut miniſtri iuſtitie, quoniam finis ſecundũ opera eorum, ſed & dominus in hoc premuniens nos ait, Attendite a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium intrinſecus ſunt lupi rapaces. A fructi-bus eorum cognoſcetis eos, Ergo in idipſum ex toto corde referẽtes ante omnia ſuper tali queſtiõe de p̃cationẽ, et dicẽtes cũ dauid. reuela oc̃los meos, et cõſiderabo mirabilia de lege tua, lucerna eni pedib⁹

meis

meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis,quoniam ipsius est (sicut ait beatus Daniel pro pheta)sapientia,fortitudo,dat sapientiam sapientibus,& scientiam intelligetibus disciplinam,Ipse re uelat profunda,& abscondita,& nouit in tenebris constituta,& lux cum eo est.Quia sapientiã inquit & fortitudinem dedisti michi,& ostendisti michi que rogaui te,cũ opera diuina vniuscuiusq; perso ne descripta eorum qui pro nouitatis cõmento accusati sunt de venerabili nostro scrinio obsecundan tibus, & nobis ordinabiliter offerentibus solertius intendamus, ita vt qui hec presumpserint preua ricari primum quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis dei, deinde autem qualemcunq; re galem indignationem reuereantur,per quam quidem si episcopi,aut clerici sunt, a sui sacerdotii, siue a sui cleri ordine modis omnibus excidant. Si autem monachi sunt segregentur,& alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem,aut cingulum,aut militiam habeãt nudentur de eis. Si nautem sunt pri uati,si quidem nobiles existunt suarum substantiarum proscriptionem patiantur.Si nautem ignobi les consistunt non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur,vt omnes timore dei compressi,& comminata eis digna supplicia reuerentes imobilem, & sine turbatione pacem sanctarũ dei ecclesiarum custodiant,data octauo kalendarũ Iunii asclepio,& deodato.iiii.cc.¶Explicit,gratia Iesu Christo domino nostro,pax vobis.Amen deo gratias.

INCIPIVNT DECRETA FELICIS PAPE.

¶Epistola egyptiorum pontificum ad eundem de infestationibus Arrianorum.

DOMINO BEATISSIMO ET HONORABILI SANCTO patri felici sancte sedis aplice vrbis Rome pape,Athanasius,& vniuersi egyptio rum Thebaidorũ,& libiorũ epi in sctã Alexandrina synodo gra dei congrega ti, Vro sctõ suggerim⁹ aplatui,vt nri more solito solicitudinẽ gerere digneminí iuxta vestrã prudẽtissimã sapiẽtiã que oibus luce clarí⁹ manifesta ẽ, qa aplicis vra bitudo viscerib⁹ cõmota p tribulationẽ nram nos oẽs hortata ẽ ad tuitionẽ catholice,& aplice ecclesie in vnũ cõuenire,& de nra canonice oppressiõe,& vna nimiter tractare dũ cõstat nos vna cũ btõ Paulo apostolo eadẽ cõpassibiliter dicere,qs infirmatur,& ego nõ infirmor?Quis scãdalizatur,& ego nõ vror?satagẽtes ne aliq̃ de eis que nobis credite sũt rõna bilib⁹ ouib⁹ a bestiis capiatur,l deo pi btissime,qa semp antecessores nri,& nos a via apostolica sctã se de auxiliũ hausim⁹ & nri vos curã hre agnouim⁹. pfatã aplicã,& sũmã expetim⁹ iuxta canonũ decre ta sedẽ,vt inde auxiliũ capiam⁹,vñ pdecessores nri ordiatiões, & dogmata atq; subleuatiões ceperũt, ad eã quoq; q̃si ad matrẽ recurrim⁹, vt ei⁹ vberib⁹ nutriamur,quoniã nõ pt mr obliuisci infantẽ suũ sic & vos nolite obliuisci nos vobis cõmissos quoniã nõ leuib⁹ nos iimici nostri iplicauerũt, & cotidie facere moliũtur afflictiõib⁹ & appẽdere,aut ferris nos cõstrigi minãtur,nisi eorũ cõsentiam⁹ errori bus,qđ neq̃quã vobis incõsultis agere psumim⁹,canonib⁹ qppe iubẽtib⁹ absq; Romano nos de ma ioríb⁹ causis nihil debere decernere põtifice, iõq; ad ppositũ recurrẽtes & ad brauiũ pperãtes vestre apostolice sedis imploramus auxiliũ,quia vt credim⁹ nõ despexit de⁹ pces cũ lachrymis sibi oblatas seruorũ suorũ,sed ob id vos pdecessoresq; vros apostolicos videlicet psules isũmitatis arce cõstituit oim q; ecclesiarũ eis curã hẽre pcepit,vt nob̃ succurratis,nosq; tuẽtes cui oẽ eporũ iudiciũ ẽ cõmissũ libera re ab hostib⁹ nris nõ negligatis,nã scim⁹ i nicena magna synodo trecẽtorũ.x.viii. eporũ ab oibus cõ corditer eẽ roboratũ nõ debere absq; Romani põtificis snia cõcilia celebrare,nec epos dãnare licet,hec & alia quã plura necessaria ab hereticis q nos cotidie infestãt & pdere nituntur, vt facili⁹ nos cape possint,sint synodica capitula incẽsa nobisq; sublata,Qua de re hac inuenta occasione indifferenter oi ca nonica & apostolica postposita auctoritate nos vi a propriis vobis inconsultis illicite expellunt sedib⁹ ouesq; nobis a Christo domino apostolica cõmissas gratia inuadunt, gradibus priuãt,& qđ pessimũ est & oibus xpianis legibus inimicũ pficere decertant,Vos ergo vt semper vestre sedi sancte consuetu do fuit piditãtib⁹ subueníte,oppressos roborate,tribulãtibus manũ porrigite,taliaq; phibete,& leges imponite,vt apostolica doctrina que in deo ẽ cito ad victoriam iudicium perducere valeat nostrum nosq; apostolorum principe suffragante Petro ab iminentibus periculis liberare.Nouimus namq;,

in iã p̃fata nicena ſynodo generaliter eſſe decretum, vt nullus paſſim vageq̃ epiſcopos aut preſum/ptiue lacerare,aut accuſare,& qui non ſunt recte fidei vel bone vite vel clare conuerſationis aut infama re preſumat,ſed prius ſi erga epiſcopos vel auctores eccleſie quiſq̃ cauſam habuerit, eos cum charitate manſuete conueniat,vt ab eis vulnus vnde agitur recte ſanetur,aut ipſe ſi ſecus egerit accuſator excõi/cetur. Quod ſi ab eis nichil valuerit recte percipere,tunc primo ſummos adeat primates,& ipſi tẽpo/re congruo canonice eos conuocare debebunt,qui ſi aut ſuis rebus expoliati,aut a ꝓpriis ſedibus eie/cti,aut exulãtes, vel oppreſſi,aut inique tracti fuerint.primo eruãtur,& canonice reſtituantur, atque omnia ſibi ſublata integerrime eis legibus reddantur, quoniam priuſquam hec fiant vt in predicto conſtitutum eſt concilio,nec canonice conuocari,nec diſtringi a quoquam poſſunt,quoniam nec ſecu/li leges hec fieri permittunt,quantomagis eccleſiaſtice? Similiter & a ſupradictis patribus eſt definitũ conſonanter,vt ſi quiſquam epiſcoporum,aut metropolitanum,aut comprouintiales,vel iudices ſuſpe/ctos habuerit veſtram ſanctam Romanam interpellet ſedem, cui ab ipſo domino poteſtas ligandi ac ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa enim firmamẽtum a deo fixum & immobi/le precepit, quoniam ipſam formam vniuerſorum titulorum lucidiſſimam dominus Ieſus Chri/ſtus veſtram apoſtolicam cõſtituit ſedem,ipſa eſt eni ſacer vertex in quo omnes vertuntur,ſuſtẽtantur releuantur,& ſicut in chriſto chriſtiani,& in petra id eſt chriſto Petrus renouantur eccleſie. Tu es ſi/cut diuinũ veraciter teſtatur eloquium Petrus,& ſuper fundamentũ tuum eccleſie colũne, id eſt epiſ/copi qui eccleſiam ſuſtinere,& propriis humeris portare debent tibi ſunt confirmate, tibiq̃ claues re/gni celorum commiſit,atq̃ ligare & ſoluere poteſtatiue que in terra, & que in celis ſunt promulgauit. Tu profanarum hereſium, & impetitorum atque omnium infeſtantium depoſitor, vt princeps & doctor caputq̃ omnium orthodoxe doctine & immaculate fidei exiſtis,Igitur ne deſpicias pater tuo rum patrũ pietatem bonamq̃ intentionem,& ſicut illi patres & predeceſſores noſtros a multis libera/uerunt oppreſſionibus & anguſtiis,ita nos liberare digneris. Nam fuit ſemper veſtre ſancte & aplice ſedi licentia iniuſte damnatos,vel excõmunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis om/nia reddere,& illos qui eos condemnauerũt,aut excommunicauerunt apoſtolico punire priuilegio,ſi/cut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus, Porro & ipſi primates qui epiſ/coporum,& ſummorum eccleſiaſticorum negotiorum cauſas ſuſcipere debent in prefixa nicena ſyno do ſunt dinumerati,ne impoteſterum cõtentio ex hoc oriretur. O ſanctiſſime pater patrum abſcinde blaſphemias,& iactantiam vaniloquorũ,& inſidiantiũ infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimen tium atq̃ perdere volentiũ, qui ad vos quaſi ad caput cõfugimus,vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur & vobis nobiſq̃ commiſſas Chriſti oues a luporum ore domino adminiculante antequã deglutian/tur eripiam⁹. Nec enim fas eſt ſupplicũ apoſtolice ſedis ſcripto, aut ſine ſcripto preces oblatas deſpice/re,ſed vt condecet & priuilegium veſtre ſedis eſt & nos & illi canonicaliter conuocemur,& ante vos de noſtris obiectionibus canonice cum omni probitate concertemus,ſicut predeceſſores noſtri penes ve/ſtros fecerunt anteceſſores,& ſicut canonica in predicta ſancta ſynodo docent inſtituta,& veluti palea/ti verbi per ventilabrum canonice examinationis plenam purgationem in communi conſiſtentes auditorio de maturis,& nutrientibus catholice eccleſie dogmatibus que confirmant cor hominis, par ticipationem paternarum cõſequamur iſtitutionum,antiquis enim regulis cenſitum eſt, vt quicquid quamuis in remotis,aut lõginquis poſitis prouintiis ſuper epiſcoporum querelis,aut accuſationibus ageretur nõ prius tractãdũ vel accipiẽdũ eſſet,q̃ ad noticiã alme ſedis vĩe fuiſſet ꝓnũtiatio ꝓlata,que infirmaret, aut firmaret, indeque ſumerent normam, vnde eccleſie ſumpſere predicationis exordi/um,ne paſſim ab inſidiatoribus columne euerterẽtur eccl'ie. Certũ eſt eni eidẽ ſancte ſedi vĩe in ho/norẽ beatiſſimi Petri patrũ decreta peculiarẽ decreuiſſe reuerẽtiã dei ꝑ rebus inqrẽdis atq̃ determi/nandis q̃s ſollicite decet iuſteq̃ ab ipo p̃ſulũ examinare vertice apl'ico,cui⁹ ſollicitudo ſemp fuit & ẽ tã mala dãnare quã ꝓbare laudãda. Quocirca hũillimũ vro apl'ico culmini pſoluẽtes obſeqũ,vt ipe dns p̃cepit,& ſctõrũ decreta patrũ ſtatuerũt,cũ lachrimis ſuggerim⁹ qđ ſine gemitu cordis reticere nõ va/lem⁹. Nã in tãtũ a pſecutorib⁹ ſctẽ dei eccl'ie nr̃iſq̃ inimicis pſequmur,vt magis nos tedeat viuere, quã mori. Vnde pre oibus fatemur in tantũ cor eſſe nr̃m vulneratũ,vt ꝓphetic̃ illum planctũ exoptemus dicentes. Quis dabit capiti noſtro aquã,aut oculis noſtris fontem lachrimarum,vt ſedentes plorem⁹ die ac nocte? Ecce enim eccleſia dei nõ leuiter perturbatur, colũneq̃ eius nimis infeſtãtur,atq̃ a pra/uis amoueri hoibus nituntur,xp̃ianorũ vero voces ac gemit⁹ eꝑorũ lõge lateq̃ reſonãt,nouitates iſur/gũt,calũnie creſcũt,pſecutio graſſatur,pditio fit ppl'orũ,vr̃m eſt eni nobis manũ porrigere,qa vobis cõ

missi sumus,vestrum est nos defendere atq; liberare,nostrūq; est avobis auxiliū expetere,vestris pare re iussionibus,Pre nimio ergo dolore & gemitu omnia que nobis instant & nos infestant,necessario recordari vobisq; significare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus opostolatū,vt superius le/ gem que in memorata nicena synodo est promulgata,licet predictorū insidiatorū & aliorū malorū hominū vt facilius; episcopos deiq; ministros valeant illaqueare deprauatiōe,sit suffocata reparetis,& que necessaria fore cognoscitis vestre sancte sedis auctoritate noscunctosq; fratres informetis,vt malo rū insidias hominum vestra fulti auctoritate illesi domino opitulante euadere valeamus, quia nō est insidias luporum preuidere ouium,sed pastorum,Scimus enim vt semper vestre sedis presules pri/ mo apostoli,deinde successores eorum fecerunt vos vniuersalis ecclesie & maxime eporum qui oculi propter cōtemplationē & speculationē vocantur domini curā gerere,ac de reuelatione,& lege nostra assidue cogitare debere sicut scriptum est,Beatus vir qui meditatur in lege domini die ac nocte,que meditatio non lectione per figuram litterarū tantum conspecta,sed exuberante in vobis christi gra/ tia in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita & nullatenus de vestro corde recedente lege christi dei domini sacro sancta sicut in psalmo dicit propheta,os iusti meditabiiur sapientiā,& lingua ei⁹ loquetur iudiciū,lex dei ei⁹ in corde ipsius nō atramēto,sed spiritu dei viui vestra in archana mēte conscripta,neq; in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus,sicut,Beatissimi apostoli Pauli ad corinthios missa nos docet epistola,Q uib⁹premissis significam⁹deo placite paternitativestre die.vii kalendarum Augustarū indictionis quarte nostrā hnmilitatē diuina gratia suo vt precepit munere preueniēte vestris sanctis ac deo dignis precibus in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris acce pisse consecrationē & stolā,in quo dignitatis fastigiovt a deo omnipotēte regamur altissimo,& a ma/ lis omnibus liberemur,vt non sacerdotale nomen tantum,sed christi domini dei nostri protegēte au/ xilio & meritū habeam⁹,vestris sanctis ac deo acceptabilibus nos cōmendātes orationibus poscimus quatinus & vestris deprecationibus pro nobis ad deum effusis muniti,& eruditionibus bonis instru cti digni efficiamur cum omni nobis populo christiano commisso illesi protegi velamento diui/ no. Ad salutationē ergo vestre sancte & honorande paternitatis vice nostra benedictum humilē no/ strum fratrem,vestrum episcopum,& Alexandrum presbyterū, Crispinum quoq; diaconē vestros famulos destinauimus,quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine psolui vt vestris cohorta/ tionib⁹ roborati &vtis regulis informati iimicis videlicet compssis ad ꝓpria prudēter cōsolati valea/ m⁹ ecclesias ante hyemē deo ꝓpitio remeare,Vestrū est quippe pater sanctissime canonica districtio ne sollicite ecclasiastice regule aduersantibus & fratrum insidiatoribus obuiare,nec permittere noui/ ter dici quod patrūvenerabiliū auctoritas omnino nō censuit,Nos eni humiles corde que recta sunt adiuuante domino sapiētes vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti,veram fidem ac religio nem catholicam in omnibus fortiter defensantes,Studiosius itaq; a catholicis improbis probe resiste re innitendun est, ne torpentes desidia oppressi culpe taciturnitatis teneamur obnoxii,& quasi fauo/ rem impēdentes iudicemur,dum aduersa catholice fidei propulsare negligimus,vnde dictū est. Ne/ gligere quippe dum possis cōturbare;puersos nichil aliud est quam fouere,nec caret scrupulo societa tis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare,liquet doctor sanctissime venenosa serpentium si/ ne simplicitate astutia,dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia,Succurrite quesum⁹ oppressis,li berate nos de manu persequentium vt beato Iob cantetis,benedictio perituri super me veniebat,& cor vidue consolatus sum, iustitia indutus sum & vestiui me sicut vestimenro & diademate iudicio meo ,oculus fui ceco & pes claudo,pater eram pauperum,&causam quam nesciebam diligentissime inuestigabā.Cōterebam malas iniqui & de dentibus earum auferebam predam,& reliqua. Nos eni quos tua maxima expectat cura,id est,omnes episcopi precipue tuum merери debemus,iudicium & non ab aliis deuorari,Merito ergo nos domini causa respicit sacerdotes,si silētio faueam⁹ errori. Siqui dem corripiantur huiusmodi nec sit liberum eis pro voluntate facere iudicium,desinat nouitas incesſ/ sere vetustatem,desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare,namvt omnes metropolitani vel reli qui episcopi sua odia,aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant,ideo nominatim in ni cena synodo expressi sunt primates,qui reliquos episcopos audire & iudicare debeant,nevlla fraus in iudicio episcoporum possit irruerre. Vos ergo qui in summo speculo gratia dei estis positi attendere eos & opprimere oportet,qui in fratres seditiones,& scandala excitant,ideoq; exoramus,vt minime despiciatis humilitatis nostre & omniū orientalium orthodoxorū sacerdotū,& populorū afflictiōes & deprecationes cum lachrymis oblatas, sed sicut luminariavniuerso mundo verbum vite retinentes

introductas extinguite tenebras nefandiſſimorum inſidiatorum,temporibus etiam noſtris procaci-
ter germinatas,quatin9 iunditus extincta huiuſmodi caligine lucifer nobis reſplendeat per vos ſanctiſ
ſime pater & dogmatica deūnitio omnes letificans, quam glorioſi eccleſie ſancti patres per propria
piiſſime dogmata in eterne vite firmam hereditatem predicaſſe noſcuntur,& ſubſcriptio,Incolumem
te & beneplacitum deo ſanctiſſime pater patrū orantē pronobis domin9 cuſtodiat in euum. Amē.

¶ RESCRIPTVM FELICIS PAPE AD EOSDEM.

A REVERENTISSIMIS ATQVE DILECTISSIMIS FRATRI-
bus Athanaſio & vniuerſis egyptiorum,thebaidorum, libiorū epiſcopis in ſan
cta alexandrina ſynodo congregatis, felix alme Romane vrbis & vniuerſalis ec-
cleſie epūs & ſancta ſynodus que in vrbem Romam cōuenit in domino ſalutem.
Sacram veſtram ſynodicā epiſtolam per gratiā ſancti ſpirti9 & deo placitum ſu
dium conſcriptā veſtre a deo honorande ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus,
atq; inſtanter in ſynodo recitare per ſingula iuſſimus,& omnes intente eius col
ligere verba iuſſimus,ſuper que dū letari ſperabamus & cupiebam9,verſa eſt in luctū cythara noſtra,
& cantatio in ploratione,& omne totius ſynodi gaudiū in merorem tranſlatū eſt,quia non decuerat,
vt hi qui corpus chriſti cotidie proprio conficiunt ore, tantā paterētur perſecutionē,quoniā deus no
ſter ſalutem prouidens generis humani mandauit perſecutiones nō fieri, neq; fluctuationes inferri,
nec iuideri laborantib9 in agro dñico,neq; diſpēſatores magni regisvexari aut expelli. Quieſcite iquit
ſancta magna nicena ſynodus & nolite plequi eos qui deo pfecte miniſtrant & ſincera volutate dei ſu
perni mādata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur,quia nec decet, nec ordo patitur vt iniqui
& carnales ſpirituales plequantur,omnis enim qui reſiſtit alicui nūc vertendo,nūc celando veritatem
mentitur aduerſus eū contra quē litigat,& qui infeſtus eſt alicui oia ſicut hoſtis agit,& inſup loqui con
tendit,Vos eni monem9 fratres in ſpeculis eſſe debere,vt inquātū poteſtis& dns auxiliū dederit talib9
noſtra apoſtolica veſtraq; auctoritate reſiſtatis,nec quiſquam veſtrum a fratris auxilio ſe ſubtrahat,ſed
pro viribus preſtet adminiculum.

B ¶ Quoniā licet pauci ſitis ſi vnanimes fueritis nullaten9 iuſticia ſuffragante,dño quoq; opē ferente
ſuperabimini,quia funiculus triplex difficille rumpitur,Nam ſi officiis ſecularib9 humana lex ſubue
nit,quātomagis eccleſiaſticis & domini ſacerdotib9 maximeq; diuina atq; catholica lex ſuffragari de
beat. Ait eni diuinū de epīs eloquiū,qui vos tāgit,tāgit pupillā oculi mei, Et ſi ſeculares humana mul
tipliciter explorātur hoies lege & reqſitiōes atq; inducie eis multorū menſium cōceduntur ne iniuſte
damnentur,quātomagis epīs qui proximiores ſunt deo,& ſuper hos conſtituti poſitiq; in celeſti mi-
litia que impenſius ponderanda eſt tempora ſunt concedenda multo ampliora,ne a quibuſdā graue-
tur aut opprimantur vel ſubito dānentur? Incipiam9 ergo adiuuāte deo & Sācto Petro apoſtolo p
quē apoſtolatus & epatus in chriſto cepit exordiū,quoniā plures ſepe emerſerūt cauſe que in quibuſ
dam nō erāt cauſe,ſed crimina,quia magis vt cōperimus iniquitate quam charitate fratibus ſunt poſi
te, Etvt de cetero ſollicitudo ſit ne talia deueniant,capitula quedā a ſanctis patrib9 tam in nicena ſyno
do quā & in hac ſede conſtituta ponam9 quibus fratres & coepī noſtri fulti inſidias inimicorū auxi-
liante dño valeant euadere,& prout dns poſſe dederit pauciorib9 tantorū malorū verbis imitemur cō
pendiū & ſtrictim que in volumine litterarū veſtrarū cōperimus retractem9,& alia nōnulla inſtātis
tēporis neceſſaria prout petitis ponam9, eſt namq; ſynodicis decretū inſtitutis vt nemo epūm penes ſe
culares arbitros accuſet,ſed apud ſūmos primates. ¶ Si quis aduerſus epūm cauſam habuerit nō prius
alios epōs adeat vt eum accuſet,quā familiariter ei ſuā indicet querelā,& ab eo aut iuſtā emendaticnē
aut rationabilē pcipiat excuſationem,et ipſa nos inſtruente veritate, Si peccauerit in te frater tuus va-
de & corripe eū inter te & ipſum ſolū,ſi te non audierit adhibe duos vel tres tecū,& ſi nō vos audierit
dic eccl'ie id eſt accuſa eum publice & non prius,& reliqua.

C ¶ Si quis epiſcopū poſt hec elegerit accuſare ſummis primatib9 epiſcoporū ſuā indicet cauſā,& non
ſecularibus qui magis ad pacē quā ad iudiciū eos reuocent,vt charitas in omnib9 & ab omnib9 cuſto
ſtodiatur,ſi primates accuſatores epōrum cum eis pacificare familiariter minime potuerint tunc tēpo-
re legitimo eos ad ſynodū canonice cōuocatā nō infra anguſta tēpora canonice cōuocēt, & nō prius
quā eis perſcripta ſignificēt, quid eis opponitur vt ad reſpōſionē preparati adueniant,Nā ſi aut vi aut

timore eiecti,aut ſuis rebus expoliati fuerint,nec canonice euocari ad ſynodũ poſſunt, nec reſpondere emulis debent antequam canonice reſtituantur,& ſua eis omnia legaliter reddantur.

¶Si quis eꝑorũ fuerit ſuis rebus expoliat⁹ aut a ſua eccl'ia vi aut timore expulſus,quod oi xp̃iano no mini eſt iimicũ,oportet & decet eꝑorũ ꝓpoſitũ ſemꝑ prima fronte cedere,vt oia que ablata ſunt poteſtati ei⁹ legaliter reddantur,& preſul prius reſtituatur,& poſtea nõ ſtatim,ſed diu, & per ſpatioſa tempora ſuis poteſtatiue diſpoſitis & ad ſuã neceſſitatẽ preparatis ad tempus veniat ad cauſam,& ſi iuſte viſum fuerit accuſatorib⁹ reſpondeat ſuis. Nulli infami atq; ſacrilego de quocũq; liceat negotio aduerſ⁹ religioſũ xp̃ianũ quãuis humilis ſeruiliſq; ꝑſona ſit teſtimoniũ dicere,nec de qualibet re actione, aut inſcriptiõe chriſtianũ impetere. ¶Si eꝑs legitime accuſatus &ſupradicto ordine ad cõciliũ canonice conuocat⁹fuerit,abſq; vlla trepidatiõe ire debebit,et ſi ire nõ potuerit ꝑ ſe legatũ ad ſynodũ mittat ¶Nulle cauſe a iudicib⁹ eccl'iaſticis audiant̃ que legib⁹ nõ cõtinẽtur,vel que ꝓhibite eſſe noſcuntur,ſi quis aliter nõ adqeuerit niſivt eꝑm accuſet ſupra taxato hoc tenore agere debebit,qa aliter rata nõ põt accuſatio exiſtere tũc primo accuſati cauſã accuſator apud primates canonice deferat, nec a cõmuniõe ꝓhibeat̃ accuſat⁹,niſi ad electorũ iudiciũ canonice cõuocatus ifra tres aut ſex vel plures mẽſes pro ſuis ratione redditur⁹ venire diſtulerit, qđ ſi ꝓbare potuerit quod nõ noluerit,ſed nõ potuerit venire nihil ei nocebit. Ille vere quivi aut timore a ſede pulſus, aut ſuis rebus expoliat⁹ fuerit,niſi priusvoceť ad ſynodũ quã ei oia legib⁹ redintegrent̃, & tã diu i ſede ꝓpria pacifice & ptãtiue cũcta diſponẽs reſideat, quãdiu expulſus vel expoliat⁹ carere viſus eſt reb⁹.Cũ aũt ad iudiciũvenerit ſi voluerit& neceſſe fuerit indutie ei & petẽti a patrib⁹cõſtitute abſq; ipedimẽto cõcedant̃,& iudices a ſe electi tribuant̃,vt in loco vnde eſt ille qui accuſat̃,aut ſi alibi alicuius temerarie multitudinis vim metuerit locũ ſibi cõgruũ eligat,quo abſq; timore ſuos ſi neceſſitas expoſcerit teſtes habere & abſq; ipedimẽto ſuã canonice ſniam finire valeat, qa mlta ꝓ ſubreptionẽ vẽire ſolẽt. ¶Vt teſtificãdi vl' accuſãdi licẽtia deneget̃ qui xp̃iãe religionis & nois dignitatẽ,& ſue legis vel ſui ꝓpoſiti normã,aut regulariter ꝓhibita neglexerint.Multũ derogatio ꝑualet qñ derogator credit̃,ideo variis detrectationib⁹ atq; accuſationibus nõ decet labefactari primatẽ,ſed magis patrũ regulis roborari nec facile aut idifferẽter ſuſcipere accuſatiões ꝑſumat dicẽte dño,nõ ſuſcipias vocẽ mẽdacii,ſed prius probare debet ſuſpitionẽ & cauſã aut quo aio hoc faciat,& poſt modũ ſuſcipere,quiaveritatis,pfeſſionẽ ꝓpiquitatis iimicitie timoris,amoris,odii&cupiditatis itentio ipedire & aduerſa fratrib⁹ irrogare ſolet. ¶Perſone accuſantiũ tales eſſe debẽt quarũ fides& cõuerſatio & vita ꝓbabilis & abſq; reꝑhenſiõe ſit,& que oi careãt ſuſpitiõe, quia & hoc te preſente vt bñ noſti i nicena ſynodo ꝓpter malorũ hoim ifeſtationẽ ab oĩbus diffinitũ eſt, licet prauorũ hoim iſidiis ſint hec alia quã pl'ra deleta,Primates illi & nõ alii ſint quã i nicena ſynodo ſũt cõſtituti,Reliquivero q metropolis tenẽt ſedes archiepi vocant̃,& nõ primates,ſalua i oibus apl'ice ſedis dignitate que ei ab ipſo dño eſt cõceſſa,& poſtea a ſctis pribus roborata. ¶Primo ſempi oi eꝑorũ accuſatiõe vita ꝑſona & cõuerſatio accuſantiũ enucleati inquirat̃,& poſtmodũ ea que obiiciunt̃ tideliter pertractent̃, quoniã nihil aliter fieri debet, niſi ipetitorũ prius requirat̃ tides,ꝑſone vita,& actus, diſcutiant̃,quia non debet prauorũ aut iſidiantiũ hoim ꝓnitie vita lacerari innocẽtiũ.Sane ſepiſſime boni a malis diſpgunt̃ qui nõ ceſſant ſuis calamitatib⁹ aliis derogare.Ideo ſũmopere ꝓuidẽdũ eſt,ne hec fiant,Nullus ſeru⁹,nullus libert⁹,nullus infidus,null⁹ crimĩib⁹ irretitus,null⁹ calũniator,nullus qui iimicitiis ſtudet,null⁹ qui frequẽter litigat & ad accuſandũ vel detrahẽdũ eſt facilis, nulla infamis ꝑſona,vel oẽs quos ad accuſanda crimia publica leges publice nõ admittũt ꝓmittant̃ eꝑos accuſare,quoniã accuſatores & accuſatiões quas leges ſcl'i nõ recipiũt qua rõne ſacerdotalis eas recipere debet ordo iueníre neq; , cũ hec & i nicena ſynodo ꝓhibita ſint,& illi magis ab iſtis,nõ iſti ab illis iudicari debeãt & Apoſtol⁹ dicat,ſpiritualis iudicat oia,ipſe vero a nemine iudicat̃. ¶Heretici a quib⁹ nimiũ opprimimur excõicatiq; homicide malefici fures,ſacrilegi,raptores, venefici adulteri & qui raptũ fecerit vel falſũ teſtimoniũ dixerint ſeu qui ad ſortilegos magoſq; cõcurrerit nullaten⁹ad accuſationẽ vel ad teſtimoniũ erũt admittẽdi,nec ita i eccleſiaſticis agendũ eſt negotiis ſicut in ſecularibus,Nã i ſecularib⁹ poſtq; legib⁹ vocat⁹ venerit,& in foro decertare ceperit aliquis nõ licet ante pactã cauſã recedere,i eccleſiaſticis vero dicta cã recedere licet ſi neceſſe fuerit aut ſi ſe ꝑgrauarivíderit. ¶Quotiẽs eꝑs ſuꝑ certis accuſat̃ crimĩib⁹ ſi tales fuerit accuſatores q iuſte & canonice recipi debeãt legitima i ſynodo ſuo i tẽpore cõgregata ab oĩb⁹ canonice audiat̃ q ſũt̃ ꝓuiciis eꝑis, quod ſi legiti nõ fuerit accuſatores nõ fatiget̃ eꝑs,quia ſacerdotes ad ſacrificãdũ vacare debẽt nõ ad litigãdũ,nec illi qui throni dei vocant̃ prauorũ hoim iſidiis turbari debẽt,ſed libere xp̃o dño famulari,quãq; cõprouicialib⁹ eꝑis vna cũ eorũ metropo.ſue ꝓuintie cãs eꝑorũ liceat cõcorditer agitare,nõ tñ ſicut i predicta tepñte cõſtitutũ eſt ſynodo licet definire abſq; romani põti.au-

ctoritate,quod ſi ſecus a quibuſdã preſumptũ fuerit,ipſi qui hoc egerint ſue preſumptionis ſuſcipiãt dãmnũ & illi qui ab eis ꝑperã excõmunicati aut dãnati fuerint,auctoritate huiꝰ ſancte ſedis & Beati ꝑceptoris nr̃i clauigeri Petri ptãte ſoluãtur,atq; reſtituant. Ipe enĩ ait dñs,Quecũq; ſolueris ſup terrã,erunt ſoluta in terra & in celis,Quoties epi ſe a ſuis cõprouincialibus,vel a metropolitano putauerit pregrauari,aut eos ſuſpectos habuerint,mox Romanã appellent ſedem,ad quam eos abſq; vlla detentione,aut ſuarũ rerum ablatione libere ire liceat,& dum predictam Romanã matrem appellauerint eccleſiam ,aut ab ea ſe audiri expoſcerint,nullus eos aut excommunicare, aut eorum ſedes ſubripere, aut eorum res auferre,aut aliquã eis vim inferre preſumat anteq̃ eorum cauſa Romani pontificis auctoritate finiatur,Quod ſi aliter a quoquam preſumptũ fuerit,nihil erit,ſed viribus carebit,Nam nec hoc perperam preſumimus,ſed & ipſum in nicena ſynodo conſtitutum & anteceſſores noſtros egiſſe bene Athanaſi noſti,quoniã qñ tu & Paulus conſtantinopolitanꝰ Aſclipius gaze,& Lucianus adrio polites ab orientalibꝰ epiſcopis inconſulto ſancte memorie Iulio predeceſſore noſtro damnati eſtis, & ad eũ quaſi ad totius orbis caput(vt ſemp huic ſedi ſancte licitũ fuit)confugiſtis cognita eorũ nequitia & veſtra iuſtitia vos in cõmunionẽ ſuſcepit,& omniũ veſtrũ curam gerens propter ſedis propriẽ dignitatẽ ſuas ſingulis reddẽs eccleſias orientalibꝰ ſcripſit culpans eos quod nõ recte tractaſſent viros inculpabiles de ſuis eccleſiis expellentes,& conſtituta niceni concilii minime cõſeruantes.

¶ De quibꝰ ad certũ diem nõnullos ſibimet adeſſe precepit,vt de talibꝰ preſumptionibus certã rederent rationẽ,& corã eis oſtenderet iuſtũ ſe ſup eis protuliſſe decretũ .Interminatus eſt etiã non talia deinceps fratres eſſe paſſuros,& niſi ab hmõi preſumptionibꝰ ceſſarent,a propriis eſſe gradibus eos receſſuros,Tali enim huius ſancte ſedis priuilegio tu & fratres tui proprias recepiſtis eccleſias cũ omnibus ſibi pertinẽtibus,His enim & aliis quãplurimis documentis manifeſtum eſt nullum damnari,aut ſuis expoliari rebus debere epiſcopum qui hanc ſanctam ſedem interpellauerit,aut ſibi defenſatricẽ aſciuerit,donec iudiciũ de eo noſtre apoſtolice auctoritatis hoc eſt pricipis apoſtolorum Petri agnoſcat,quia ſolũmodo chriſtus ieſus huic ſancte ſedi,id eſt apoſtolice hoc facere cõmiſit,vtpote quoniam ſolus atq; pre omnibꝰ prefatus princeps apoſtolorũ creditus eſt, atq; percipere meruit a Rege regum chriſto deo claues regni celorum.

A ¶ De induciis vero epiſcoporũ ſup quibus cõſuluiſtis diuerſas a patribus regulas inuenimꝰ inſtitutas,quidã enĩ ad repellẽda imperitorũ machinamẽta & ſuas preparãdas reſpõſiones & teſtes confirmandos,& concilia epiſcoporũ atq; amicorũ querenda,annũ aut ſex mandauerũt menſes concedi, quidam autẽ annum in quo plurimi concordant,minusvero quã ſex menſes nõ reperi,quia & laicis hec indulta ſunt,quantomagis domini ſacerdotibꝰ?Nã & noſtris anteceſſoribꝰ atq; reliquis ſanctis patribus multotiens inhibitũ eſt ne quis dñi ſacerdotibus detractiones irroget,Quãtomagis accuſationes,nõ ex radice charitatis prolatas?Quieſcite inquiũt & nolite perſequi eos qui pfecte deo miniſtrant,quorũ orationibus & terrena bella ſedãtur & recedentiũ a deo angelorum pelluntur incurſus, quiq; oẽs demones qui corrupti ſunt precũ aſſiduitate cõfundũt .Inducie nãq; nõ ſub auguſto tempore,ſed ſub lõgo ſpacio cõcedẽde ſunt,vt accuſati ſe ꝑparare &vniuerſos cõmunicatores in ꝓuintiis poſitos cõuenire,& teſtes preparare,atq; contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant. Iudices enim & accuſatores tales eſſe debẽt,qui oi careant ſuſpitiõe & ex radice charitatis ſuã deſiderẽt ꝓmere ſentẽtiã. His ergo tã legaliter quã & canonice prolatis etiã oim chriſtianorũ reuerẽtiã cõgaudere depoſcimus ſpirituali intercedente dilectione & timore dñico per quẽ humana remouetur offenſio,& eccl'ia rum edificatio ꝓponitur vniuerſis,vt magis vniuerſi ad edificationẽ fratrũ laborent quã ad dampnationẽ quonĩã ait dñs.In hoc cognoſcent oẽs quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionẽ habuerítis ad inuicẽ,Iã enĩ formã dedimꝰ & a ꝑdeceſſoribus nr̃is datã eſſe cognouimꝰ vt ſi quis ſe eſſe agnouerit xp̃ianum illud ſeruet quod ab apoſtolis noſcitur eſſe cõtradictũ dicẽte Apoſtolo paulo.Si quis vobis annũtiauerit preter quod accepiſtis anathema ſit,chriſtꝰenĩ dei filius dñs noſter humano generi ꝓpria paſſione ſalutẽ pleniſſimã cõdonauit,vt nos liberaret. Et ſi deꝰ in tantũ nos dilexit vt etiã proprio filio nõ parceret,ſed pro nobis omnibꝰillum traderet,vt nos liberaret,vt q̃d nos nõ diligimꝰfratres,aut eos temere iudicamus cũ predictus dicat Apoſtolꝰ nolite iudicare inuicẽ,ſed hoc magis iudicate ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.Nam ſi illi qui fratres diligunt ex deo nati ſunt & vidẽt deũ,quid ergo erunt illi qui eos ꝑſequuntur & eos detrahẽdo,machinãdo, accuſando,ĩfeſtando damnate moliuntur?Si illi filii dei,ꝑculdubio hi filii ſunt diaboli,qui ſemp ſicut leo rugiens circuit quẽrens quẽ deuoret. Ita fratres inſeqnũtur vt perdãt quivero adiuuare fratres refugiũt maius peccatorũ

onus

onus acquirũt,et fraternitatis ſolatio rei exiſtunt,ve inquit ꝓpheta qui potũ dat amico ſuo mittens fel ſuum, Et iterũ ſapientiſſimus ſalomon ait,quoniam qui loquitur tniqua nõ poteſt latere ne preteriet illũ corripiens iudiciũ . In cogitationibus ergo impii interrogatio erit,ſermonũ autẽ illius ad deũ per ueniet auditio ad correptione iniquitatũ illius quoniã auris zeli audit omnia & tumultus murmurã tium nõ abſcõdetur,hec enĩ ſi amplecti voluiſſent proprio & ſano ſenſu ad reprobũ ſenſum minime laberentur,ſed per dei timorẽ ſermonũ ſuorũ precauentes cuſtodiam,piam ſanctorũ patrũ definitio nem ſine quadã nocumenti preſumptione vtiq; conſeruarent quoniã dicit ſacrũ eloquiũ. Concilium bonũ cõſeruabit te & mens bona cuſtodiet te,Nõ enĩ de fontib⁹ ſalutiferis ſpiritualiter ad inquiſitio⁄ nẽ eterne vite procedũt tales accuſationes & detractiões,atq; ideo cõpetenter nos beatus Paul⁹ admo nẽs ait,nõ debere plus ſapere quã oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatẽ in definitione pietatis ꝓdu⁄ rantes,qui enĩ hanc pretereũt non tantũ leſi ſunt decidentes a corroboratione ſua,ſed inſipientie ſue de reliquerũt hoibus memoriam,vt in his in quibus peccauerunt,minime latere potuiſſent; gloria enĩ & cõtumelia in loquela & in lingua hominis caſus illius eſt,ideoq; cõueniens eſt hanc quide oſtenſionẽ reprehenſioni illorũ noſtris actibus inſeri ne vlterius iam talia patiamini,ſeminãtibus illis zizania & ſcandala,ſed letãri in officiis & dogmatib⁹ veſtris mereamini. Igitur erubeſcãt talia & hmõi blaſphe⁄ ma ſubtrahere feſtinẽt ſi noluerint a ſacerdotali noſtro collegio ſegregari , & a totius chriſtiani populi ſocietate diuelli, licet namq; de his plura & perneceſſaria que ĩ decretis ſedis apoſtolice & ab Apoſto lis eorũq; ſucceſſoribus noſtris videlicet predeceſſoribus ſtatuta inueniuntur,dicere & cõſcribere po⁄ tuiſſem⁹ tñ melius nobis viſum eſt,vt epiſtolã oratione claudam⁹,Deus omnipotẽs &vn⁹vnigenit⁹ filius & ſaluator noſter ieſus chriſt⁹ hoc vobis tribuat,incitamentũ vt oĩbus fratribus & coeꝑis noſtris quibuſcunq; tribulationibus laborantib⁹ totis ſuccurratis virib⁹ & cũ eis cõpatientes crucem eiuſdem dñi ſaluatoris portetis,vt veri ipſius diſcipuli corã oĩbus appareatis,vt & vos & quivobiſcũ ſunt hic & in futuro poſſideatis meliora,que ocul⁹ nõvidit nec auris audiuit,nec in cor hois aſcẽderũt,que prepa rauit deus diligentibus ſe, per dñm noſtrũ ieſum chriſtũ per quẽ & cũ quo oĩpotẽti deo patri gloria ĩ ſecula ſeculorũ . Amẽ. valere vos opto fratres Kariſſimi data Idus februarii Agario & Iuliano viris clariſſimis conſulibus.

¶DE OPPRESSIONE ARRIANORVM.

FELIX SANCTE VNIVERSALIS ECCLESIE PAPA ATque per gratiam dei catholice & apoſtolice eccleſievrbis Rome eꝑs vna cum ſan cto cõcilio noſtro Reuerentiſſimorũ ſacerdotum huc nobiſcũ conuenientium in confirmatione piiſſimorũ catholice eccleſie dogmatũ & releuatiõe opꝑſſorũ fratrũ coeꝑorum videlicet noſtrorũ qui rectã niceni cõcilii tenent fidem,& fra⁄ tres nõ inteſtent,vniuerſis ſpiritualib⁹ fratribus noſtris & reliquis ĩ ſacerdotali collegio dño cõſecratis,atq; oi plenitudini eccleſie catholice grãvobis & pax mul tiplicetur in cõfortatiõe & ſancti ſpũs cõmunione,q̃tinus in eo ꝓficiẽtes a gl'ia in gl'iam virtutes annũ ciem⁹ ei⁹ qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuũ apud quẽ nõ eſt traſmutatio necviciſſi tudinis obũbratio,portate frẽs hortamur pſecutiones & tribulationes patiẽter vt ei⁹ inueniamini filii quem quotidie patrẽ vocatis deũ in celis,& in eo vincatis omnia qui propter nos vicit oia,qui etiã pro prio filio ſuo nõ pepcit,ſed pro nobis oĩb⁹ tradidit illũ,imitatores quoq; dei cõuenit in omni verbo & opere imitari deum, ideoq; illud oportet nos dicere quod ipſe de ſe perhibuit dominus, veniet prin ceps huius mundi & in me nihil inueniet,venerũt & illi qui vos & nos perſquuntur,quia vos ſine no⁄ bis perſequi non poſſunt,quoniam vnius dei membra ſumus,& vnum illius ſacerdotiũ per eius ſan⁄ ctificationem retinem⁹,& in nobis de ſuis nichil inuenerunt quia quicquid ſumus gratia dei ſumus,li cet propterea calũniari nos irrationabiliter ſtuduerint quod facere ſolent inimici, ſuã ex hoc cooperi⁄ re dementiam properantes,quatinus per mendacium veritatem valeant obumbrare,Scripſi enim vo bis inquit Apoſtolus per multas lachrimas vt non contriſtemini,ſed vt ſciatis quã charitatem habũ⁄ danti⁹ habeo in vobis,eteni detrahentib⁹ detrahere nõ eſt bonũ vt nõ ad ea que ſcripta ſunt commo⁄ ti iniurie certamen defficiam⁹. Nõ debem⁹ omnino timere opprobriũ hoim neq; eorũ exprobratio nib⁹ vinci,quoniã hoc nobis dñs iubet per eſaiam prophetam dicens,audite me qui ſcitis iudicium populus me⁹ in quorum cordibus lex mea eſt, nolite timere opprobrium hominum & blaſphemias eorum ne timeatis. Cõſiderãtes etiam quod in pſalmo ſcriptũ eſt, nõne deus requiret iſta: ipſe enim nouit abſcõdita cordis & cogitatiões taliũ hoim quoniã vane ſunt vana aũt locutus eſt vnuſquiſq; ad proximũ ſuũ & labia doloſa i corde,& corde locuti ſunt mala , ſed diſperdet dñs vniuerſa labia doloſa

& linguã magniloquã,Qui dixerũt labia nostra a nobis sunt quis noster dñs est? Nã si hec in mẽoria retinerent minime ad tantã ꝓsilirent iniquitatẽ nõ eni probabili & paterna doctrina hoc faciũt,sed vt suã exerceant in seruos dei vindictã,scriptũ nãq; est,Via stulti recta in oculis eius, & sunt vie que vidẽ tur hoc iuste,nouissima autẽ eorũ deducũt ad mortẽ,Nos eni q hoc patimur,iudici reseruare debemus qui reddet vnicuiq; secundũ opera sua,qui etiã per ministros suos intonuit dicẽs,mihi vindictã ego re tribuam. Vos eni in recta fide & pura ac bona succurrite volũtate viciſſim,nec aliquis a supplemẽto fra tris subtrahat manũ,quoniã in hoc ait dñs cognoscent oẽs quia mei estis discipuli,si dilectionẽ habue ritis adinuicẽ vñ & ipse per prophetã loquitur dicens. Ecce quã bonũ & quã iocundũ habitare fratres in vnũ,Spirituali dico habitaculo & concordia que in deo est,& vnitate fidei huius delectabilis,secun dum veritatẽ inhabitaculi que videlicet in aaron magis decorabatur atq; sacerdotalẽ induẽtib⁹ digni tatẽ,sicut vnguẽtũ sup caput,principalẽ intellectũ irrigans,& vsq; ad ipsam extremã scientiã deducẽs in hoc habitaculo benedictionẽ & eternã vitã ꝓmisit dñs. Huius ergo prophetice vaticinatiõis meritũ amplectẽtes fraternã presentẽ sillabã exposuimus nostra ꝓpter charitatẽ minime querentes aut quesi turi,Nõ eni detrahentib⁹ bonũ est detrahere, aut palo secundum vulgarẽ fabulã excutere palũ,absit Non sunt nostra ista quapropter hoc auertat diuinitas. Nõ sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis & spiritu humilitatis,quia sicut per duritiã minime (vt ꝓphetice dicam⁹) purgatur nigella,ita nec pacis soporat⁹ fructus intelligentie per asperitatẽ exprimitur,propter hoc eni verborũ suportauim⁹ colaphos vt aut paulati valeam⁹ eũ imitari,qui ꝓpter nos se humiliare dignatus est,& extreme illius vltionis per hãc plagam verba declinem⁹,Audiamus ergo & cõsentiamus eccl'ie oratori qui per linguam spiritus clara voce exclamat dicẽs. Omnia vobis in charitate fiant. Frgo siue q̃rim⁹,siue tantũmodo dicim⁹,& tãtũmodo audimur charitas itercedat,ars aliqua existat ad cõpositio nẽ concordie boni & coniunctionẽ,Oportet eni de deo querentib⁹ nobis spiritu rectitudinis mentis nostre dinumerãtes intentiones templũ pacifice ihabitare in eum propter deũ,qui per prophetã locu tus est,Querẽs quere & apud me habita,speculũ enim dedit nos deus populo suo,& oportet eos qui adeo sunt deputati sacerdotiũ adipisci,ita in humilitate gressum mentis adinuicẽ tendere,vt in meli⁹ edificentur hi qui ad nos respiciunt,q̃ (quod dicere piget) per nostrã discordiã semitã pedũ eorũ con cutere,Ad cõcordiam iudicemus nos ipsos,& vnum in charitate sapiamus,humilitatẽ veneremur,per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si eni verborũ amplius vsq; hunc taciturnitatem quam gar rulitatẽ dilexerim⁹ hoc quidem bene habere arbitrati sumus ne scriptis vestris reciproce respondenti bus iniurie fomitẽ excitemus,& pusillanimitate diiudicemur ab eo qui omnia ad charitatem dirigere promulgauit,Orauim⁹ vero & tunc hostium circunstantie labiis nostris imponi verbum insonitũ cõ cipere potius quã verbũ sonabile,& hoc tamen mihi donũ est a domino,& fact⁹ sũ sicut homo non au diens & nõ habẽs in ore suo argutiones,Sed quia tempus est loquendi & tẽpus tacendi,operio ver bum,& claudo hostiũ per taciturnitatẽ cõpetenter exorans. Domine labia mea aperies,& respõdeam exprobrantibus mihi verbũ,licet enĩ tacuissemus non semper tacebimus aperiẽte nobis domino cla ues verbi,Igitur directis in presenti beatitudini fraternitatis vestre apocrisariis qui post multas fa ctas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes in fine ad hoc peruenerunt ad monẽtes nos atq; hortantes interpretari vnius veri dei nostri volũtatis intellectum atq; hmõi inter pretationẽ destinare vestre sacratissime veneration'i. Nos acceptã habẽtes bone cõsciẽtie predictorũ ve nerabiliũ virorũ admonitionẽ cognoscentes autẽ & que principatus ap'lorum sũmitas docet paratos esse ad satisfactionẽ omni poscẽti verbũ de spe que in nobis est secundũ dei timorẽ, mansuetudinẽq; ad bonã scientiã tẽperãtes, sup tali tantũmodo requisitione mentẽ nostrã per has sillabas exponimus, supfluam exercitationẽ & altercationẽ verborũ ꝓpter satietatẽ & presentis tẽporis incõgruitatẽ declinã tes,ac p̃cauẽtes nihil oino aliud intelligẽtis ac ꝓferentes vel dicẽtes q̃ quod audiuim⁹ & cognouimus a sanctis vniuersalibus magnis apostolis eorũq; successoribus,& patres nostri enarrauerunt nobis,& audientes predicauim⁹ ad supernã tẽdentes vocationẽ, Nostrũ est studiũ vbi pacis constitutio manet his qui in stadio pietatis sunt bene vnica gloria intercessori tribuitur & corona, deo manifestati su mus qui iudicat oia & cõprobat,Nõ iurgialiter stamus,nõ ad cõtradictionẽ respicimus,nec fauorẽ ina nẽ amplectimur,sed in verbo dei ꝓpositi hmõi requisitiõis resolutionẽ fecisse dignoscimur cõfitentes quoniã pacis domin⁹ de⁹ ad alterũ nostrorũ vnitatẽ & dilectionẽ cõseruauit in gloria ei⁹ benignissi me maiestatis,omnem cum vestra beatitudine in xp̃o existentẽ fraternitatẽ tam nos quã qui nobiscũ sunt multũ salutauim⁹. Data. viii. kalendas nouẽbris philemone & Attico viris clarissimis cõsulib⁹.

ITEM EPISTOLA LIBERII PAPE VT NVLLVS PRO PERSECVTIONIBVS DVM DVRARE POTEST SVAM RELINQVAT ECCLESIAM.

DOminis ſanctiſſimis & deo amantiſſimis vniuerſis epīs Liberius epiſcopus in domino ſalutem. Nichil eſt quod diu ſtare poſſit niſi dei gratia, Ceterū nequitia diaboli cōtēptibile malum plenum veneno mortifero ſeuit, qui ſurſum atq; deorſum circuit querens quem deuoret. Vnde vigilare & ſobrii eſſe ad orationes, & deo propinquare debemus, & fatuas dño auxiliante hominum inſidias ꝓput dominus poſſe dederit reſpuere & pīes ſequi, & nō tranſgredi terminos patrū, non vt nīras relinquam⁹ dū in eis pſiſtere aliquō valebim⁹ eccliaſticas, vt ad alias ꝓperemus, aut popul⁹ cōmiſſos negligere, vt quietē ampliuſq; ꝓ eis elaborare, ꝓ quibus etiā aias ponere debemus ſtudeam⁹, quāq; multi nos pſequantur & oues xp̄i dilacerare deſyderāt, q quaſi in veſtibus ouiū apparent int⁹ aūt ſunt lupi rapaces, quos ex fructib⁹ cognoſcim⁹, Iſti prio quidē vidētur ex nobis eſſe, ſed non ſunt ex nobis, ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtiq; nobiſcum, quando vero ſuam euomuerint impietatem, dolum qui in eis eſt erumpentes & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina ſenſus inexercitatos hīnt ſecū eos cōtrahunt ad pditionē, ſubuertētes quos oportet p̄ſcientes cauere ne malicia eorū quidē ſeducti abſcidātur a ꝓpria firmitate, Exacuūt enim linguas ſuas iuxta ꝓphete vocem ſicut ſerpentes, Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Nec vos pigeat per temporales cruciatus pro chriſti nomine laborare, ſed emolumenta future remunerationis huius ſeculi vexationes tolerare perſuadeāt, Scriptū nāq; eſt. Quid retribuam dño pro oibus que retribuit michi? Calicē ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo, Tantum enim a nobis exigitur quantum poſſumus famulatus noſtri obſequio cōmodare, Vnde quidem tanto nobis neceſſe eſt importunis predicatiōnibus inſiſtere, quanto nobis perfecte negotiationis creditur duplicata talentorum aſſignatio, atque dominice nobis ad ſuſcipiēdam eius requiem perſuadet aſſertio, Suggeſtum namq; nobis eſt quod pro preteritis laboribus & infeſtationibus nonnulli veſtrum aſſignatas ſibimet a deo commiſſas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligant, & monaſteriorum ſe quieti contradere feſtinent, & vacationem ab epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atq; otio vitam degere magis appetant, quā in his que ſibi commiſſa ſunt permanere, dicente domino. Beatus qui perſeuerauerit vſq; in finem, Vnde nāq; eſt beata perſeuerantia niſi de virtute patientie, quoniam ſecundum apoſtolicam predicationem omnes qui voluerint in chriſto pie viuere perſecutionem patiuntur, Ideoq; fratres chariſſimi non vos afflictionū amaritudo a pio mentis veſtre ꝓpoſito coartet recedere. Cōſyderate nāq; quanta ꝓpabſolutione nīi & liberatione creator, dominuſq; & redēptor noſter ptulerit, quibuſue ſe contumeliis afficiendū tradiderit, vt nos a vinculis ptātis diabolice liberaret, Attendite itaq; vobis & omni gregi in quo vos ſpūſſanctus conſtituit epōs regere eccleſiā dei, quā acquiſiuit ꝓprio ſanguine, vt non ſit qui vos decipiat aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, vt vobis plebes commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, vt vos ſolummodo ſaluetis & filios orphanos relinquatis, Apertiſſime enim ſpirituſſanctus per apoſtolum dicit, quia in nouiſſimis temporibus recedent quidam a fide & charitate attendentes ſpiritib⁹ ſeductoribus, & doctrinis demoniorū, ypocriſi mendacii locorū cauteriatam hīntium ſuā conſcientiam, Propter qd hortamur veſtrā charitatem exēplo eius qui pro nobis pati voluit prōptos vos in cunctis eius pmanere ſeruitiis, nec quidē quoquō a cōmiſſa cura recedere, ſed totis virib⁹ in cōmiſſis vobis negotiis fortiter vſq; in finem perdurare, quoniā beatus eſt qui perſeuerauerit vſq; in fintm, nec laudatur initium, ſed finis. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici cōparticipes eorū dogmatum, neq; cōmunicetis infructuoſis verbis illorum, magis autem & redarguite, quoniā cetus preuaricatorū ſunt, & extenderunt linguam ſuam quaſi arcū mendacii, & non veritatis, cōpletum eſt in eis, quia de malo ad malū egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit dñs, Veritatem enim nō loquentur, docuerunt enim linguā ſuā perſecutores eccleſiarū, eorūque ſacerdotū loqui mendaciū vt impie agerent, laborauerunt, & renuerunt ſcire me dicit dominus, State ergo vos dilectiſſimi ſuper vias & videte interrogate de ſemitis dñi antiquis, & videte que eſt via bona ſanctorū patrū, & ambulate in ea & inuenietis requiem animab⁹ veſtris, Sed & ſi patimini ꝓpter chriſtum beati eritis, metum autem eorum ne timueritis, neq; conturbemini, dominum autem deum ſanctificate in cordibus veſtris ipſo dicente. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius eum timete qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam, Nonne duo paſſe

res aſſe veneunt,& vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt.Nolite ergo timere multis paſſeribus meliores eſtis vos.Rememoramini ergo fratres eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes,nondum enim vſq; ad ſanguinem certauim⁹ aduerſus peccatum repugnantes.

¶Confidimus autem de vobis fratres chariſſimi meliora & viciniora ſalutis,quia neq; mors neq; vita,neq; angeli,neq; principatus,neq; poteſtates,neque inſtantia,neque futura,neque fortitudo, neq; altitudo ,neque profundum,neq; creatura alia magiſtro gentium docente poterit nos ſeparare a charitate domini noſtri Ieſu chriſti,& que in ipſo eſt recta fide. Nolite itaq; amittere confidẽtiam veſtram,que magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis neceſſaria eſt ad colluctationes aduerſariorum,quatinus fidem intemeratam vſq; in finem conſeruantes repromiſſionem percipiamus,quam repromiſit his qui legitime certare deproperant.Adhuc omnino modicum aliquã tulum,qui venturus eſt veniet,& non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam aſſiſtit coronas hilariter promittens his qui pro eo paſſionibus ſubmittuntur. Quod ſi ſubtraxerit ſe quis non placebit anime ſue,ſed cadet de promiſſione propter negationem.Nos autem non ſumus ſubtractionis filii in perditionem,ſed fidei in acquiſitionem anime. Propter quod aſſumite arma dei,vt poſſitis reſiſtere in die malo aduerſus omnes inimicos ſancte dei eccleſie & veſtros,& induite vos lorica iuſticie calciati pedes in preparatione euangelii pacis, in omnibus aſſumentes ſcutum fidei,in quo poſſitis omnia iacula nequiſſimi ignita extinguere,& galeam ſalutis accipite.& gladium ſpiritus quod eſt verbum dei per omnem orationem et obſecrationem radicati & fundati in ſolatio fratrum pro chriſto Ieſu domino noſtro, Sed & nũc fratres commendamus vos omnes domino & verbo gratie eius qui poteſt perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus ſanctis.Ipſe autem deus pacis & dilectionis det vobis idipſum ſapere in alterutrum,vt vobis inuicem ſuccurratis & non ſitis diuiſi,vt vna nimes vno ore,& vno corde honorificemus eum in concordia & conſolatione fratrum, qui poteſt cõfirmare nos ſecundum euangelium eius iuxta reuelationem myſterii eterni temporibus ſcilicet perpetuis quibus vobis futurorum gaudiorum largienda ſunt munera, Summopere etiam cõſyderare debetis,quod hi qui fratribus inuident eoſq; damnare aut perdere cupiunt per ſe ſua dogmata deſtruunt,dicit enim dominus.Omne regnum in ſe diuiſum non ſtabit,& omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa non ſtabit. Ideoq; neceſſe eſt, vt concorditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus , & nichil per contentionem agentes,ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes diuinis & apoſtolicis conſtitutionibus pareatis & in nullo patiamini prouidentiſſima canonum decreta violari, quatinus & ni cenorum canonum conſtituta,& que a nobis vel a predeceſſoribus noſtris ſunt prouide & ſalubriter decreta intemerata permaneant in futuro.

INCIPIVNT DECRETA DAMASI PAPE.

¶EPISTOLA EIVSDEM AD PAVLINVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

Capitulum primum.

¶Quod integrum hominem ſuſceperit ſine peccato.

Capitulum ſecundum.

¶Quod vnus ſit chriſtus ante ſecula ex patre natus & in tempore ex virgine editus.

A DILECTISSIMO FRATRI PAVLINO DAMASVS,PER FIlium meum Vitalẽ ad te ſcripta direxeram tue voluntati,& tuo iudicio omnia derelinquens,& per Petrũ pbrm indicaueram me in articulo iam perfectionis eius aliqua ex parte cõmotum,Vnde vt nullus tibi ſcrupulus reſideret,ne volẽtes forſitã eccleſie copulari tua cautio preblãda differret fidem miſimus noſtrã tam tibi qui eius fidei cõmunionicq; ſociaris,quã his qui in ea ſubſcribẽtes tibi & nobis p te voluerunt ſociari dilectiſſime frater, Quapropter ſi ſupradictus filius meus

lius meus Vitalis,& hi qui cum eo sunt tibi voluerint aggregari,primum debet in ea expeditione fi dei subscribere,que apud Niceam pia patrum voluntate firmata est.

Capitulum primum.

DEinde quoniã nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinã,heresis eradicanda est,que A
postea in oriente dicitur pullulasse.i.confitendus est ipse sapientie filius dei sermo humanum suscepisse corpus,animã,sensum,id est integrum Adam,& vt expressius dicam totum veterem no/ strum sine peccato hominem. Sicut enim confitentes eum humanum corp9 suscepisse non statim ei,& humanas vitiorũ adiungimus passiones,ita & dicentes eũ suscepisse,& hominis animã & sen/ sum,Non statim dicimus & cogitationum humanarũ subiacuisse peccato.

Capitulum secundum.

¶Si quis autẽ dixerit verbum ꝑ humano sensu in domini carne versatum, hunc catholica ecclesia anat hematizat,nec nõ & eos qui duos in saluatore filios cõfitẽtur,id estvnũ ante incarnationẽ,& aliũ post assumptionem carnis ex virgine,sed eundẽ dei filium, & ante et postea confiteantur quicunq; huic epistole subscribere voluerint,ita tamen vt si & in ecclesiasticis canonibus quos optime nosti, & in Nicenam fidem ante subscripserit,hunc debeas absq; aliqua ambiguitate susc̃ipere,Non quod hec ipsa que nos scripsimus,non poterimus conuertentiũ susceptioni ꝑponere, sed quod tibi consensus noster liberum in susc̃ipiendo tribuat exemplum.

¶Synodus Romana sub Damaso papa.

POst Nicenum concilium aliud in vrbe Romana postea congregatũ est,quo catholici episcopi B
addiderunt de spiritu sancto,quia postea is error inoleuit vt quidam ore sacrilego auderent di cere spiritumsanctũ factum esse per filium. ¶Vnde anathematizamus omnes qui nõ tota libertate ꝑclamant eum cum patre & filio vnius potestatis esse atq; substantie. ¶Anathematizam9 quoq; eos qui sabellii sequuntur errorem,eundem dicẽtes patrẽ esse quem & filium. ¶Anathematizam9 Arrium atq; Eunomium,qui pari impietate licet sermone dissimili,filium & spiritum sanctum asse rũt esse creaturas. ¶Anathematizamus Macedonianos,qui de Arrii stirpe venientes nõ perfidiã mutauerunt,sed nomen. ¶Anathematizamus fotinum,qui hebionis heresim instaurat, qui domi num Iesum christũ tantum ex maria virgine confitetur. ¶Anathematizamus eos qui duos filios asserunt vnu m ante secula,& alterum post assumptionẽ carnis ex virgine. Anathematizamus eos q pro hominis aia rationali & intelligibili dicunt dei verbũ in humana carne versatum cum ipse filius sit verbum dei & ꝑ anima ratiõali & intelligibili in suo corpore fuerit,sed nostrã,id est rationalem & intelligibilẽ sine pc̃tõ aiam susceperit atq; saluauerit. Anathematizamus eos q verum dei filiũ exten sione aut collectione et a patre sepatum in substãtiuum et finẽ habiturũ esse contẽdunt. ¶Si qs non dixerit semp patrẽ,semp filiũ,semp spiritũsanctũ anathema sit,¶Si qs nõ dixerit filiũ natũ de patre i.de substãtia diuina ipsi9,anathema sit, Si qs nõ dixerit verbũ dñi filiũ,dei deũ,& oia posse & pri equalẽ anathema sit,Si qs dixerit qd in carne cõstitutus fili9 dei cũ esset in terra,in celis cum patre nõ erat,anathema sit.Si qs dixerit qd in passione crucis dolorẽ sustinuit fili9 dei de9 et nõ caro cum aia quam induerat in forma serui quã sibi acceperat,sicut ait scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit qd in carne quã assumpsit xp̃s sedet ad dexterã patris,in qua vẽturus est iudicare viuos et mortuos, anathema sit,Si quis nõ dixerit spiritum sanctum de patre esse vere ac proprie sicut filium de diui/ na substãtia et deum verum,anathema sit.Si quis nõ dixerit omnia posse spiritum sanctum,omnia nosse & vbiq; esse sicut patrem & filium,anathema sit.Si quis dixerit spiritum sanctum facturã,aut a filio factum,anathema sit,Si quis nõ dixerit omnia per filium & spiritum sanctum patrem fecisse, id est visibilia & inuisibilia,anathema sit.Si quis non dixerit patris & filii & spiritus sancti vnam di uinitatem potentiam,vnam gloriam;dominationem,vnum regnum atq; vnam voluntatem ac veri/ tatem, anathema sit.Si quis tres personas non dixerit veras patris& filii & spiritussancti equales sem per iubentes omnia et contin̄etes visibilia et iuisibilia oipotentes oia iudicantes,oia viuificantes,oia fa/ cientes,omnia saluantes,anathema sit. Si quis non dixerit spiritum sanctum adorandum ab omni creatura sicut et filium et patrem,anathema sit. Si quis de patre et filio bene senserit,de spiritu autẽ sancto non recte habuerit,hereticus est.

¶EPISTOLA DAMASI PAPE AD HIERONIMVM PRESBYTERVM.

A DAMASVS EPISCOPVS FRATRI ET COMPRESBYTE-
ro Hieronymo in domino salutē. Dū multa corpora librorū in meo arbitrio oblata fuissent, contigit vt & librum psalmorū in meo animo festinus cogno-
scerem detineri & memoriam capacitatis mee imbuere cogitatui frater aman-
tissime & in christo semper sacerdos rogo te, vt secūdū. lxx. interpretes, & pbōs .i. Matthiam, & Tholomeū, Muchiū, Casiū, Dithronium fratrem Symonē & ceteros, inquantū tua poterit cōscientia de. lxx. inuenire vestigia nobis trās-
mittas, peto etiam tuā charitatem, vt sicut a rectore tuo Alexādro coepiscopo didicisti grecorū psal-
lentiam ad nos dirigere tua fraternitas delectetur, quia tāte apud nos simplicitatis indago est, vt tan
tum in die dominico apostoli epistola vna recitetur, & euāgelii capitulum vnū dicatur, nec psallen-
di mos tenetur, nec hynni decus in nostro ore cognoscitur. Peto ergo per fratrem compresbyterum nostrum Bonefacium, vt libeat fraternitati tue nobis aperire vestigia, missa quinto kalendas Nouēb-
bris per Bonefacium presbyterum hierosolymitanum.

¶RESCRIPTVM HIERONIMI PRESBYTERI AD DAMASVM PAPAM

vbi suggerit de gloria patri, & alleluya, in fine psalmorum apud Romanam ecclesiam cōcinēdo.

B BEATISSIMO PAPE DAMASO SEDIS APOSTOLICE
vrbis Rome Hieronimus, supplex legi litteras apostolatus vestri poscētes secun
dum simplicitatem. lxx. interpretum canes Psalmographum interpretari fe-
stinem ꝓpter fastidium Romanorū, vt vbi obscuritas impedit, apertius & gre-
ce & latine trahatur sensus, cliens precatur ergo tuus, vt vox ista psallētium in se
de tua Romanam die noctuq; canatur, & in finem psalmi cuiuslibet siue ma
tutinis vel vespertinis horis cōiungi ꝓcipiat apostolat⁹ tui ordo, gloria patri & filio, & spiritui sancto, & reliqua. Istud carmē laudis omni psalmo coniūgi precipias, vt fides. cccxviii. episcoporum Niceni cōcilii in vestro ore pari consortio declaretur, vbi autem deus & homo honora-
bili voce cātatur, alleluya semper cū omnibus psalmis affigatur, vt omni loco cōmuniter respondea-
tur nocturnis temporibus. In ecclesia autem post resurrectionem vsq; ad sanctam penthecostem ti-
niatur, inter dierum vero spatia tibi soli quinquagesime propter nouitatem sancti pasche, vt vox ista laudis canatur in aleph quod prologus grece, latine autem prefatio dicitur.

¶EPISTOLA STEPHANI ARCHIEPISCOPI ET TRIVM CONCILIO-RVM AFRICE AD DAMASVM PAPAM DE PRIVILEGIO ROMANE SEDIS.

C BEATISSIMO DOMINO ET APOSTOLICO CVLMINE SV-
blimato sancto patri patrū Damaso pape & summo omniū presulū pontifici Ste
phanus archiēps concilii mauritanie & vniuersi ep̄i de tribus cōciliis africane pro
uincie. Notum vīe facimus beatitudini, quod quidā fratres in cōfinio nobis positi
quosdā fratres nr̄os venerabiles videlicet ep̄os vobis incōsultis a proprio deiiciunt
gradu vel deiecere moliūtur cū vīe sedi ep̄orum iudicia & summorū finē eccle-
stico-
rū negotiorum in honore beatissimi Petri patrū decreta oīm cunctā reseruare sniam inquirēdi
reuerētia de dei rebus, quas omni cura & sollicitudine obseruare debemus. Maxime vero debent ab
ipso p̄sulum examinari vertice apl'ico cui⁹ vetusta sollicitudo est tā mala dānare, quam reuelare lau-
dāda. Antiquis enim regulis cēsitū est, vt q̄cquid horū q̄uis in remotis vel in longinquo positis age
retur ꝓuinciis nō prius tractandū vel accipiendū sit, nisi ad notitiā alme sedis vīe fuisset deductū, vt
eius auctoritate iuxta quod fuisset ꝓnunciatū firmaretur, & reliqua multotiēs talia & his similia, que
sup̄ his cōstituta sunt, quib⁹ si illicite factū est, vt semp̄ vestre sedi cōsuetudo fuit, festināter occurrite & his viriliter, vt p̄ ꝓ filiis certātes state sicut bene a Iesu filio Syrach dictū est, vsq; ad mortē certa ꝓ ve
ritate & semp̄ dn̄s deus tuus pugnabit ꝓ te. Accipere enim p̄sonā impii nō est bonū, vt declines a ve
ritate iudicii. Sin minus illicita sunt hec pateat nobis talis omnibus licētia btissime pater, aut si liceat
hos vel aliquos etiā minorū graduū clericos nisi canonice tpe legitimo vocatos, aut sine legitimis ac
cusatoribus aut absq; veris & innocētibus testibus, vel nisi manifeste canonice cōuictos aut sponte cō-
fessos, vel a suis sedib⁹ eiectos aut suis expoliatos rebus vocare ad synodū vel dānare, quia legim⁹ eos
nō posse canonice ad synodū ante suā diu tenendā & gubernandam viribus scilicet pleniter resum-
ptis restitutionem

ptis restitutionem,suisq; oibus sibi legaliter restitutis integerrime vocari, aut vt veniant ad syno⸗ dū,nisi spōte voluerint imperari,De⁹ ergo creator oim conseruet lōgeuum apostolatū vestrū ad sta bilitatem ecclesiarū sanctarum,& orthodoxe fidei,vosq; pastorem bonum,qui spūalibus pro ouibus vestrā ponitis animā,atq; baculo pastorali lupos rapaces expellitis,oibusq; oppressis auxilium fertis, quod & istis atq; oibus vos semper facere optamus sanctissime papa,subscriptio,& alia manu,Ora p nobis charissime pater.

¶RESCRIPTA DAMASI PAPE AD EOSDEM.

A

DAmasus seru⁹ seruorū dei atq; per gratiā eius eps sancte catholice eccle vrbis Rome,Stepha no archiepo cōcilii mauritanie &vniuersis epis africane prouincie, Lectis fraternitatisvestre lris primo gras ago qđ tantorū fratrū merui benedictione frui,deinde quod circa fratres sollicitos vos re peri,& cū eis crucē dni deferre qui ait,Q ui vult venire post me abneget semetipsum,& tollat crucem suā & sequatur me,& reliqua adhūc modū ptinētia,Igitur qñ in pnti opportune gestorū cōsultatiōe aplicis vīa beatitudo viscerib⁹ cōmota nos hortata est tuitionē fratrū aplica impēdere auctoritate,& eorū iniuriis subuenire,dū constet eadē vos cū aplo cōpassibiliter dicere,quis infirmatur,& ego non infirmor? quis scādalizatur & nō vror? satagentes ne aliquis de his q̄ vobis credita sunt a seuis bestiis laceretur,aut capiatur,p qua re oportet iuxta vīam prudentē cōmonitionē,magis aūt scdm dni diui nā pceptionē nos q supra domū ei⁹,hoc est vniuersalē eccliam catholicā epale suscepim⁹ ministeriū sollicite vigilare,vt ne qd de sacris eius munerib⁹.i.aplicis viris,aplorumq; successoribus atq; mini⸗ stris quisquam nobis inconsultisq; damnari, Scitis fratres charissimi firmamentum adeo fixum & immobile atq; titulum lucidissimum suorum sacerdotum,id est omnium episcoporum apostolicā sedē esse cōstitutam,& verticē eccliarum,tu es enim (sicut diuinum pnuntiat verbum veraciter)Pe⸗ trus & sup firmamētū tuū eccle colūne qui epi intelligūtur cōfirmate sunt,& tibi claues regni celorū cōmisi,atq; ligare & soluere ptātem que in celis sunt & que in terris pmulgaui. Tu pfanatorū hoim & mēbrorū meorū,maximeq; discipulorū meorū existis vt princeps & doctor orthodoxe,& imacu late fidei,cui⁹ vice hodie gra dei legatiōe p xpo fungimur,& oēs huius sctē sedis pfules eius vicē ges⸗ serūt gerūt & gerēt,ideo oia que innotuistis nō licere mandarē,nisi vos tā pleniter instructos esse scirē qđ cūcta sup qbus cōsulitis illicita eē nō dubitetis,Discutere nāq; epos & summorū ecclesiasticorū ne gotiorū cās metropolitanos vna cū oibus suis cōprouincialib⁹,ita vt nemo ex eis desit,& oēs in sin⸗ gulorū cōcordēt negotiis licet,sed definire eorū atq; eccliasticarum summas querelas cārum,vel dā nare epos,absq; hui⁹ sctē sedis auctoritate minime licet q̄ oēs appellare(si necesse fuerit)& ei⁹ fulciri auxilio oportet.Nā vt nostis synodū sine eius auctoritate fieri nō est catholicū,nec eps nisi in legiti⸗ ma synodo,& suo tpe aplica vocatione cōgregata definite dānari pōt,neq; vlla vnq̄ cōcilia rata legū⸗ que nō sunt fulta aplica auctoritate,Accusatores aūt eporū,& testes sup qb⁹ rogastis absq; vlla ifamia aut suspitione vel manifesta macula,& vere fidei pleniter instructi eē debēt,& tales quales ad sacerdo tiū eligere iubet diuina auctoritas,qm̄ sacerdotes(vt antiqua tradit auctoritas)criminari nō pnt,nec i eos testificari q ad eūdē nō debent,nec pnt puehi honorē,vocatio enim ad synodū iuxta decreta pa⸗ trū canonica eius q̄ impetitur tā sua pntia,q̄ & scriptis atq; apocrisariis p spatiū fieri debet cōgruum atq; canonicū,quia nisi canonice vocat⁹ fuerit suo tpe & canonica ordinātiōe,licetvenerit ad cōuentū quacūq; ordinatione nisi spōte volucrit,nullatenus suis rndebit insidiatorib⁹,qm̄ nec seculi leges hoc pmittunt fieri,q̄tomagis diuine? Deiectis vero atq; suis reb⁹ expoliatis nichil vobis veri⁹ significare queo q̄ scti pres diffinierūt,& nri pdecessores aplica auctoritate roborauerunt,Ita enī hec se hnt,epos eiectos atq; suis reb⁹ expoliatos eccias pprias prio recipe & sua eis oia legaliter reddi sancti canones decreuerūt,& postea si quis eos accusare voluerit equo piculo facere sanciuerunt iudices esse decernen tes epos recte sapiētes & iuste volētes ad tps,diuq; illis resumptis viris & suis potestatiue fruētib⁹ re bus, amicisq; & dei seruis sapientibus consulentibus viris in ecclesia cōueniētes vbi testes essent sin⸗ gulorū qui oppressi esse vidētur. Scim⁹ enim hoies inermes nō posse cū armatis rite pugnare, sic nec illi q eiecti vel suis bonis sunt expoliati cū illis qui in suo stant gradu,& suis fruūtur amicis atq; bonis litigare rite possint.Nec seculi quoq; leges hec secularib⁹ fieri pmittunt,sed pri⁹ eiectos vel op⸗ pressos aut expoliatos cum suis oibus restitui iubent,& postea suo tpe sicut lex eorum cōtinet ad pla cita venire pcipiunt,nec vlla carceris custodia appellātē arceri pmittunt,Docet enim ex parte sicut no stis terrena que sunt celestia.Accusatores vero & accusationes quas seculi leges non ascisc̄unt nullate⸗ nus sint in horū admittende causis,quia omne quod irreprehēsibile est catholica defendit eccle sia!

Decet enim domini ſacerdotes fratrum cauſas pie tractare,& venerabiliter intendere,atq; eorũ iudi
cia ſuper ſacrificia ordinare,nec ꝓterue aut tyrãnica dominatione(vt de quibuſdam refertur)ſed cha
ritatiue pro deo & fraterno amore cuncta peragere,& quod ſibi quis fieri ſecundum dominicã vo
cem non vult alii inferre non preſumat,& in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis. Ea vero
que apoſtolorum predicatione,& patrum inſtructione precepimus ſemper tenere debemus, ne ali
qua noua cudere,aut ad noxam fratrum intendere videamur,ſed alterutrum onera portemus,vt iu
xta apoſtolum legem domini adimplere valeamus, Tẽpus enim congruũ ꝑuideri oportet,quando
vniuſcuiuſq; accuſate perſone cauſa rectiſſime in medio producatur,quatinus grauitatem eius & cõ
ſonãtiam que contra patrum decreta vel ſynodorũ confeſſionẽ prodi miníme cognoſcatur, quãor
dinabiliter omnes intendant,vt ad eam in omnibus rationabiliter reſpondeant,& iuſte ſe velle ma
nifeſte oſtendãt.Nullus autem introducatur perſonaliter ,ſed accuſatores & accuſati equa audiantur
ratione,iuxta quod geſtorum ordo exigit. Accuſatores vero & iudices non idem ſint,ſed per ſe accu
ſatores,per ſe iudices,per ſe teſtes,per ſe accuſati,vnuſquiſq; in ſuo ordinabiliter ordine.Nam inſcri
ptio primo ſemper fiat,vt talionem calũniator recipiat,quia ante inſcriptionem nemo debet iudica
ri vel dãnari,cum & ſeculi leges hec eadẽ retineãt,de quibus omnibus vera ſemper fiat equitas, quati
nus accuſationis & iudicii ac teſtimonii mercedem per veritatem geſtorum conſequi valeant. Scri
ptum eſt enim,abominatio domino labia mendacia,& teſtem fallacẽ proferẽtem mendacia,& ſemi
nãtem inter fratres ſcãdala,atq; litigia ipſo monente atq; dicẽte.Non facies calumniam ꝓximo tuo,
nec vi opprimes eum,nõ facies quod iniquum eſt,nec iniuſte iudicabis,nõ cõſyderabis perſonã pau
peris,nec honores vultum potẽtis,iuſte iudica proximo tuo,& qd̃tibi nõ vis fieri alteri ne facias,& re
liqua,& maxime preceptum habentes apoſtolicum attendere nos ipſos & gregi in quo nos ſpiritus
ſanctus poſuit epiſcopos,regere dei eccleſiam quã acquiſiuit per ſanguinẽ ſuum proprium conuenit
& iterum,Attendere lupos,attendere malos operarios,qui peruerſa faciunt,& aduerſa loquuntur, vt
detrahere ſemper diſcipulis domini, & infamare querãt,quos corrigere vos & omnes domini ſacer
dotes ſummo ſtudio oportet,quia peius malum non eſt,quam vt ciues ciuibus inuideant & ſacerdo
tes vel clerici ſacerdotib9 vel pontificibus inſidientur, teſtante etiã veritatis voce,Qui vos tangit,tan
git pupillã oculi mei,& qui ſcãdalizauerit vnũ de puſillis iſtis,melius eſt vt ſuſpendatur mola aſina
ria in collum eius,& demergatur in profundum maris,Et item. Beatus qui nõ fuerit ſcandalizatus
in me,ille proculdubio ſcãdalizatus eſt in deum,qui eius ſcãdalizat epiſcopum vel ſacerdotẽ & mul
ta talia que hic nõ inſerũtur,ne nimis prolixa efficiatur epiſtola, Monentes quoq; inſtruere debetis
memoratos vicinos veſtros,vt a talibus ſe ſubtrahant, & que illicite contra prefixos fratres egerunt ci
to corrigant,& quos nobis inconſultis leſerunt nobis inconſultis plena ſatiſfactione ſanent & cito re
conciliẽt ſi noluerint apoſtolice ſedis ſuſcipere cenſuram. Nam ſi quid fortaſſe in eis aut contra eos
emerſerat noſtrum fuerat expectãdũ examen,vt noſtra(vt ſemper huic fuit ſedi conceſſum priuilegi
um) aut condamnarentur auctoritate,aut fulcirentur auxilio, Neq; enim ſuo pro libitu noſtra de
buerãt iura peruadere abſq; apoſtolice ſedis diſpoſitione mãdante, A talibus deinceps omnes ſe ab
ſtineant ſacerdotes qui noluerint ab apoſtolice petre ſuper quã chriſtus(vt predictum eſt)vniuerſa
lem conſtruxit eccleſiã,cui eorum ſumma iudicia atq; maiorum cauſe ſicut paulo ſupius memora
tũ eſt reſeruate ſunt atq; ſolidate cenſura a ſacerdotali honore ſecludi, Inducie enim accuſatis in cri
minalibus eis ſex menſiũ,vel eo amplius ſi neceſſe fuerit cõcedende ſunt,quoniã & laicis hoc per
miſſum null9 ſecularibus imbut9 diſciplinis ignorat,quãtomagis ſacerdotibus qui ſupiores eſſe eis
nõ dubitãtur? Habetur quoq; in decretis ſctõrum patrũ ſancitum nõ fore canonicũ quẽq; ſacerdotũ
iudicare vel dãnare antequã accuſatores canonice examinatos ꝑſentes habeat,locũ que defendẽdi ac
cipiat,id eſt inducias eccleſiaſticas ad abluẽda crimina & cetera,Nec extra propriã fiat prouinciã pri
mo diſcuſſiõis accuſatio ſine apoſtolica ꝑceptione,cui in oĩbus cauſis debetur reuerẽtia cuſtodiri,quo
niã & antiqua docet,hoc patrũ regula in qua & imperalia pariter ſtatuta concinũt. Criminũ inqui
unt diſcuſſio ibi agẽda eſt,vbi crimẽ admiſſum eſt,nã alibi criminũ re9 phibetur audiri,& alibi in ca
nonibus ꝑciptur,quecũq; negotia in ſuis locis vbi orta ſuntfiniẽda ſunt, & relíqua talia& his ſimilia,
ſalua in oĩbus aplica auctoritate,vt nichil in his definiatur priuſquã ei placeat cognoſcatur,quia oẽs
ſultos eẽ oportet,& ſi quid eis graue intolerãdũq; acciderit ei9 eſt ſemp expectãda cenſura,Neq; eni
proterue aut ſtimulo ſue cogitationis impulſus(vt ſepe actũ agnouimus detrahere aut accuſare pre
ſumat quẽquam ſacerdotũ,quia iniuria eorũ ad chriſtum pertinet, cuius vice legatione pro populo

chriſti ſanguine

chriſti ſanguine redempto funguntur,Cauſas enim eorum quia dei cauſe ſunt eius eſſe iudicio re/ ſeruandas, qui valet corpus occidere,& animā mittere in gehennā,qui dicit,michi vindictā,& ego retribuā.Apud quē cōſcientia nuda eſt,cui nō abſcōdūtur occulta, inſtruēdi etiā oēs ſunt, quoniā p nos illis Chriſtus intonuit nō eſſe ouiū lupi inſidias preuidere ſed paſtoris. Monet ergo beat⁹ apo ſtolus Paulus ne de his temere leuiterq̄ p̄iumatur iudium de quibus nemo poteſtverius vel meli⁹ iudicare quā deus, Tu inquit autem quare iudicas fratrem tuū,aut cur ſpernis eum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal, ſcriptum eſt enim, viuo ego dicit domin⁹.Quoniam mihi flectetur omne genu,& omnis lingua cōfitebitur domino,itaq̄ vnuſquiſq̄ noſtrum per ſe rationem reddet deo,In hoc ergo nō ſibi quiſpiā temerarios auſus vſurpet,vt preter quod ad concordiam pertinet aliud agat vnde vnitas eccleſie ſic diſſipetur.Non ergo leuiter quiſq̄ aſſentiat in detractione,vel iudicatione,vel damnatione fratrū maximeq̄ ſacerdotū qui ꝓximiores ſūt deo,& qui ꝓprio ore corpus chriſti con/ ficiunt, quia ob hoc venit ira dei in filios diſidentie qui chriſtumperſequūtnr in ſuis membris,No lite fratres,nolite effici participes eorum,nec cōmunicetis peccatis taliū, aut infructuoſisverbis illorū, magis autem redarguite talium cetus . qui extendere moliuntur quaſi arcum in fratres linguas, defenditte ergo fratres,& omnes monete vt armentur cōtra fratrum perſecutores. Confidimus autē de vobis meliora & viciniora ſaluti,quia neq̄ mors,neq̄ vita,neq̄ angeli,neq̄ principatus,neq̄ in/ ſtantia,neq̄ futura,neq̄ fortitndo,neq̄ altitudo,neq̄ profundum,neq̄ creatura alia magiſtro gen/ tium docente poterit nos ſeparare a charitate domini noſtri Ieſu Chriſti, que maxime in ſacer/ dotibus & reliquis perficitur membris eius. Nolite itaq̄ amittere confidentiam veſtram,que ma/ gnam habet remunerationem,Ecce enim iudex ante ianuā aſſiſtit coronas hilariter promitens his qui pro eo fratribus auxilium ferunt & oppreſſis ſuccurrunt,atq̄ in charitate collaborant. Quod ſi ſubtraxerit ſe quis non placebit deo ſed cadit,quia nō ſubleuauit cadentem ſed emarcuit,non autem ſimus ſubtractionis in oppreſſionem,ſed adminiculi in acquiſitionē & ſupplemētū fratrū,Propter quod aſſumite armaturam dei,vt poſſitis reſiſtere omnibus taliter preſumētibus.& induite vos lo/ ricam iuſticie & calciati pedes in preparationem euāgelii pacis,in omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.& galeā ſalutis aſſumite,& gladium ſpirit⁹ quod eſt verbū dei per omnē orationem & obſecrationē radicati & fundati,vt id ipſum dicatis om/ nes,& nō ſint in vobis ſchiſmata diuidētes corpus eccleſie bonum & integrum in tortuoſas nouita tes.monet ergo apoſtol⁹ nō ampli⁹nos inuicē temere iudicare,temere eni iudicat. ſi quis ep̄m abſq̄ ſedis apoſtolice auctoritate condānat, cū ei vt paulo ſuperius prelibarum eſt,hoc ſpecialiter priuile/ gium reſeruatum ſit,ſed hoc iudicate magis inquit.ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalū,pa/ tenter enim his & aliis innumeralibilibus decretorum teſtimoniis omnibus manifeſtum eſt nō de/ bere epiſcopū dānari,licet eius perſcrutetur opinio donec iudicium de ore noſtre apoſtolice auctori tatis hoc eſt principis apoſtolorum cognoſcatur,vt pote quoniam ſolus & pre omnibus creditus eſt, atq̄ percipere meruit a rege regū Chriſto deo claues regni celorum ad aperiēdum fidelibus & be/ niuolis hominibus in eundem dominū noſtrum,& claudēdum infidelibus, & maliuolis atq̄ ſuis ſacerdotibus,& ſancte eccleſie ſuo precioſo ſanguine redēpte impugnatorib⁹ ſiue nocētib⁹.Q d̄ vtiq̄ & nos facere poſtulauit nō qd̄ noui aliquid nūc imperatur,ſed illud quod per deſidiam aliquorum aut ſcienter,aut negligenter tranſgreditur deinceps obſeruetur ab omnibus,vt illa ſemper que apo/ ſtolica & patrum traditione conſtituta ſunt ſub metu irrefragabili auctoritate teneantur. Scriptum nāq̄ eſt in ſecunda ad theſſalonicenſes epiſtola & ad Timotheum apoſtolo monēte ſtate,& tenete traditiones veſtras quas didiciſtis ſeu per verbum,ſeu per epiſtolam. Item alibi per ꝓphetam. Expe ctaui quoq̄ ſicut beatus Eſayas intonuit,vt facerent iudiciū,fecerunt autem iniquitatem & nō iuſti ciam,ſed clamorem omnes pios cōturbantes, & hoc ſcire debeant quoniā iudicium dei eſt ſecundū veritatem in eos qui talia agunt,licet diuitias bonitatis dei,& ſuſtentationis, & patientie ignorantes quoniā benignitas dei ad penitētiam eos adducit ſecundū duriciā autem eorum,& cor impenitens theſaurizantſibi iram in die ire,& reuelationis iuſti iudicii dei. Qui reddet vnicuiq̄ ſecundū ope ra eius, & alibi ſcriptum eſt. Ego ſum dominus deus veſter non facietis iniquitatē, in iudicio non accipies perſonā hominis,neq̄ mireris vultum potentis,ab omni iniquo verbo recedes,innocentem & iuſtum nō oppugnabis,neq̄ interficies,ille proculdubio facit iniquitatē in iudicio qui ea ſibi vin/ dicat que ei vindicare nō licet,Ideo que huic ſancte ſedi conceſſa ſunt, nullus vſurpare ſine eius con/ ſultu preſumat,qui nō vult honore eccleſiaſtico indignus vt contēptor iudicari,Itaq̄ oportet negli/

gentes propulsare,sed ita vt nocentes non roborentur & bonos imp robis, aut insidiatoribus fratrũ resistere, ne torpore desidie oppressi taciturnitatis teneãtur obnoxii.Itaq; qui potest obuiare,& perturbare peruersos,& nõ facit, nichil aliud est quã fauere eorũ impietati,Nec enim caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare.Sitis autẽ perfecti & integri in eodẽ sensu, & in eadem scientia firmati,vt per eam vias vestras dirigẽtes in eundẽ inflexibiliter omnibus occurratis oppressis,quia vobis creditur dominus,ad quẽ accedentes lapidẽ viuum ab hominibus quid reprobatum,& ꝓpter talium impietatẽ,a deo autem electum,& honorificatũ, super quẽ vos tanq̃ lapides viui edificamini in domũ spiritualem, in sacerdotium sanctũ,offerẽtes spirituales hostias ipsi in odorem suauitatis,Gratũ enim admodum est sacrificiũ domino oppressis omnibus subuenire,quãtomagis illis de quib9 ait,qui vos audit me audit,& qui vos spernit me spernit,& cetera. Libat qui dẽ domino ꝓspera,qui ab afflictis & oppressis pellit aduersa,sed & nunc fratres commẽdamus vos deo & verbo gratie eius,qui potest perficere,& dare hereditatẽ in omnibus sanctificatis, ipse autem deus pacis & consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrũ,& in ipso semper & in omnibus, vt vnanimes vno ore,& vno corde honorificetis eum in concordiam & auxiliũ fratrũ qui potens est cõfirmare omnes,& cõsolari secundũ euangeliũ eius,& iuxta reuelationẽ mysterii tẽporibus eternis taciti,patefacti autẽ per scripturas sanctas & patrũ orthodoxorũ doctrinas secũdũ p̃ceptũ eterni dei ad obediendũ fidei in omnib9 cognitis nobis soli sapienti deo dño nostro Iesu christo cũ quo patri & spiritui sancto gloria honor & imperium,& potestas in secula seculorum.Amen.Dñs vos custodiat dilectissimi fratres incolumes semper,Data.viii.Nouembris flauiano & stilocone.iiii.cõsuli.

QVOD OMNES DE FILIO DEI ET SPIRITVI SANCTO ET DE vnitate trinitatis male sentientes similes sint iudeis & de vnitate trinitatis.

A QVOD SI QVIS PATIATVR DEVM PATREM ET DEum filium & spiritũ sanctum deos dici,& non deum propter vnã diuinitatem & potentiam quã credim9 esse & scimus patris & filii,& spiritus sancti deum subtrahẽs autẽ filium,aut spiritũ sanctum,ita solum estimet esse,deum patrem dici, aut credi vnũ deum anathematissmus omnib9 immo iudeis, quod nomẽ deorum in angelis & in sanctis omnibus a deo est positum & donatũ, de patre autẽ & filio,& spiritu sancto propter vnã & equalẽ diuinitatem non nomen deorum,sed dei nobis ostẽditur,atq; indicatur vt credimus, quia in filio & spiritu sancto solũmodo baptizamus,& non in archangelorũ nominibus aut angelorũ,quomodo heretici,aut iudei,aut etiã gẽtiles demẽtes faciũt. Hec ergo est salus christianorũ,vt credẽtes trinitati, id est patri & filio, & spũi sancto in verã solãq; diuinitatẽ vnã & potentiã maiestatẽ, & substantiã eiusdem deitatis sine dubio credam9. Dicit quoq; beatus Esayas,ꝓpter syon nõ tacebo,& ꝓper Hierusalẽ nõ quiescã donec egrediatur vt spẽdor iustus ei9 saluator eius vt lãpas accẽdatur,Profecto catholice ecclesie quevera cõsistit syon ciuitas xp̃i celorũ regis per tot annorũ spatia expugnata ab aduersantib9 verbo fidei,qui neq; deũ timẽt neq; hominẽ reuerẽtur,sed incassum ꝓducẽtib9 pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum & aduersis tãtisq; que i scripto & sine scripto cõtestationib9 inuitati fuissent corrigere ꝓpriã & sepelire heresem,sicuti & p anteriorẽ cognitionẽ luculẽti9 demõstratũ est tam p libellos q̃ p suggestiones reuerẽtissimotũ sacerdotũ &venerabiliũ abbatũ apostolo ꝓtestãte nobis,vt hominẽ hereticũ post primã & secundã correptionẽ euitare debeam9,sciẽtes qa subuersus est hmõi,& delinquit ꝓprio iudicio cõdẽnat9,nullomodo oporret nos deinceps tacere,aut quiescere ne quoquomodo iniqui iudicemur odibilẽ deo pacẽ amplectẽtes,quoniã scriptũ est,zelaui i pectorib9 pacẽ peccatorũ vidẽs,& dicatur etiã de nobis,sacerdotes mei cõtẽpserũt legẽ meã & polluerũt sanctuaria mea,inter sanctũ & pphanũ nõ habuere distãtiã,inter pollutũ & mundũ nõ intellexerũt,sed cõsurgere cũ deo,& cõsistere ꝓpte induentes arma spũs aduersus malignãtes cõtra fidẽ ei9,vt ꝓbem9 spũs sapiẽter,i.verba illoꝝ si ex deo sunt,scriptũ ẽ eni in Hieremia,ꝓbatorẽ dedi te i populo meo robustũ,& scies & ꝓbabis viã eoꝝ,multũ nãq; nobis necessaria ẽ vigilãtia,& tãtũ diuinũ sapiẽtie discretiõis que occulta tenebras reuelat ad requisitionẽ hmõi rei & scrutationẽ,quoniã latet quodãmõ & abscõditur vixq; cõprehẽditur dolosa existẽs malitia,p eo qđ sibi pietatẽ callide blandiatur, vt valeat scrutantium mẽtẽ latere,qđ vtiq; sciẽs beat9 apostol9 ait.Nam hmõi pseudo apli operarii subdoli trãsfigurãt se i apostolos christi, sed nõ mirũ,ipse eni sathanas trãsfigurat se velut angelũ lucis. Et nõ mirũ, si ministri ei9 trãsfigurẽtur velut ministri iustitie quorum finis secundum opera eorum,sed & dñs in hoc premuniẽs nos ait.

Attendite

Attẽdite a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, A fructibus eorũ cognoſcetis eos. Ergo in id ipſum ex toto corde referentes ante omnia ſuper tali queſtiõe deprecationem, & dicẽtes cum dauid, Reuela oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua, lucerna pedibus meis verbũ tuum domine, & lumẽ ſemitis meis, quoniam ſicut ait beatus Daniel ꝓpheta, ſapientia & fortitudo eius ſunt, dat ſapiẽtiã ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam, ipſe reuelat ꝓfunda & abſcondita, & nouit in tenebris cõſtituta, & lux cum eo eſt, quia ſapientiam & fortitudinem dediſti michi, & oſtẽdiſti michi que rogaui te. Cum ope diuina vniuſcuiuſq; perſone conſcripta per nouitatis commentum accuſati ſunt, de venerabili noſtro ſcrinio obſecundantibus nobis ordinabiliter offerentibus ſolertius intendamus.

¶ DE COREPISCOPIS ET QVI IDEM SINT AVT SI ALIQVID SINT AVT NICHIL.

OMINIS VENFRABILIBVS FRATRIBVS PROSPERO NVmidie prime ſedis epõ Leoni, Reparato, Alexãdro, Benedicto, Ruſo, & omnibus ceteris vbiq; in recta ſancta & aplica fide cõſiſtentibus orthodoxis epis Damaſus, licet fres chariſſimi vobis ſint nota patrũ decreta, mirari tñ nõ poſſum⁹ veſtrã ſolertiã circa iſtituta maiorũ, vt cũcta que poſſunt aliqiã recipere dubitationẽ ad nos quaſi ad caput vtſemp fuit cõſuetudo deferre nõ diſſimulatis, vt inde capiatis reſpõſa vñ accepiſtis inſtitutiõem, & normã recte viuẽdi, Vñ & vos nõ imemores canonũ eſſe recordamur, q & ipſum fieri ꝓcipiũt nõ vt vobis ſciẽtie eccleſiaſtice regule aliqd ceſit, ſed vt auctoritate ſedis apoſtolice fulti in nullo ab eius deuietis regulis, l gitur de corepiſcopis de quibus nos conſulere voluiſtis quale ſit eorum miniſteriũ, aut quid eis agere liceat, aut quã auctoritatẽ habeant, vel ſi licet eos fieri an nõ, quia audiuimus eos iam eſſe ꝓhibitos, aut quid de eis qui iam ordinati reperientur agendũ ſit nil vobis certius reſpondere videtur quã olim a predeceſſoribus noſtris decretũ reperimus, vt eis ad veniam nichil prorſus ad aliud referuetur quã priuatio ſacri miniſterii quod illicite aſſumpſerũt quia prohibiti tam ab hac ſacra ſede quã a totius orbis fuerãt epiſcopis, Nimis ergo eorum inſtitutio improba nimis eſt praua, quia vt hi de ſummo ſacerdotii miniſterio aliquid preſumant omni auctoritate caret, & ſacris canonibus inuenitur eſſe cõtrarium, atq; ad totius eccleſie perturbationẽ ſuperba & ſuperflua tendit elatio, & vacuũ eſt, & inane quicquid in ꝓdicto ſacerdotii ſummi egerunt miniſterio, quod ipſi idem ſint qui & preſbyteri ſufficienter inuenitur qui ad formã & exemplum ſeptuaginta inueniuntur prius inſtituti, ſed quia deo gratias modo neceſſarii ſicut in primitiua eccleſia, ꝓpter ſtudium quod erga pauperes exigebãt nõ ſunt, & quia illicita preſumebãt, & quod agebãt actum nõ erat, & propterea multi in ſecuritatem lapſi eccleſiaſtico fraudabãtur & fruſtrabãtur miniſterio ideo tam ab hac ſancta ſede (vt ſuperius memorauimus) q̃ & ab omnibus totius orbis epiſcopis a pontificalibus ſunt remoti officiis. Namvt nobis relatum eſt quidã epiſcoporum propter ſuam quietem eis plebes ſuas cõmittere nõ formidãt, & vt illicita atq; prohibita agãt id ẽ ea que ſolis põtificibus debentur ſibi vſurpant, & ipſi in ſua quiete torpent, & curam ſibi a deo cõmiſſam negligunt cum dominus dicat, bonus paſtor animã ſuã ponit pro ouibus ſuis, & vocat eas nominatim, & cognoſcit ſuas, & ſue agnoſcunt eum. Et item ſicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem & animam meã pono pro ouibus meis. De mercẽnario autem quid dicat bene noſtis, quia videt lupum veniẽtem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues, & reliqua. Pro talibus vero negligitur cura eccleſie, & eius ſtatus perturbatur, & ideo ſunt prohibiti, in tãtũvt ſi aliquis ex his reperti fuerint a proprio decidãt gradu, illi nãq; epiſcopi qui talia ſibi preſumunt videntur michi eſſe meretricibus ſimiles que ſtatim vt pariunt infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos, vt ſuam citius libidinem explere valeãt, ſic & iſti infantes ſuos id eſt populos ſibi cõmiſſos aliis educãdos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt vt ſuo pro libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuiq; viſum fuerit liberius agant, pro talibus enim anime negliguntur, oues pereũt, morbi creſcũt, hereſes & ſchiſmata ꝓdeunt, eccleſie deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniũt, nõ taliter domin⁹ docuit nec apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt ipſi peragant, & ipſi propriis manipulos domino repreſentent. Nam ipſe ouem perditã diligenter queſiuit, ipſe inueni, ipſe propriis humeris reportauit, noſq; id ipſum facere perdocuit. Si ipſe pro omnibus tantã curam habuerit, ipſe do-

euit,ipſe curauit,ipſe ſanauit,ipſe ꝓpriis humeris reportauit, atq; in tãtum dilexit,vt etiam animam ſuam multas ſuſtinẽs iniurias, multa opprobria multaſq; paſſiões pro nobis traderet,quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus,qui etiam pro ouibus nobis cõmiſſis curam impendere negligimus,& aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hec fratres neceſſe eſt,quia qui plus laborat maiorẽ mercedem accipiet, Nam non amplius q̃ duos ordines inter diſcipulos domini eſſe cognouim⁹,id eſt duodecim apoſtolorum & ſeptuaginta diſcipulorum,vnde ille tertius proceſſerit funditus ignoramus,& quod ratione caret extirpare neceſſe eſt, quod enim epiſcopi non ſint qui minus qua a tribus,ſunt ordinati epiſcopis omnibus patet,quoniam vt bene notus prohibitum a ſacris eſt patrib⁹ vt qui ab vno vel a duobus ſunt ordinati epiſcopis nec nominentur epiſcopi. Si nomen nõ habent qualiter officium habebũt? Quicquid enim inter epiſcopos,aut de rebus ad eos ſolũmodo pertinẽtibus egerint neceſſe eſt vt ſuperius iam prelibatum eſt,vt irritum fiat, quia quod non habent dare nequaq̃ poſſunt preſertim cũ nullum ex ſeptuaginta diſcipulis quorum ſpeciẽ illi anteq̃ prohiberentur vt ſuperius memoratum eſt,in eccleſia gerebant,nil de hoc quod apoſtolis eorũq; ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur legitur aſſumpſiſſe,nec in lege domini que moyſi ab ipſo domino legitur dictata de his que sũmis ſacerdotib⁹,id eſt Moyſi,& Aaron erãt ſpecialiter cõceſſa,filii Aaron quicq̃ ꝑſumant. Nulli enim dubiũ eſt,quod Moyſes,& Aaron ſoli precipiẽte domino in tabernaculo dei erigebant altare,ſoli vngebant,ſoli ſacerdotes ſacra vnctione inſtituebãt,& alia que ad ſummũ ſacerdotium pertinebant,de quibus ſufficienter in diuinis legitur litteris agebant,quoniã ſummi domini ſacerdotes erant ſicut de eis ſcriptum eſt,Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius,ſic & modo,quia vmbra legis tranſiit & lux euãgelii in nos dei gratia manifeſte corruſcat.de his que in ſummis ſacerdotibus,id eſt epiſcopis quorum figurã Moyſes & Aaron tenuerunt,illi qui ſeptuaginta diſcipulorum formam geſtant in quorũ videlicet Typo filii Aaron erant nichil preſumere debent,ſicut nec illi quicq̃ de ſummi ſacerdotii miniſterio attingebant.Nam quod corepi anteq̃ prefato prohiberentur tenore ad formam ſeptuaginta inſtituti erant,canon ſufficienter manifeſtat vbi ait. Corepiſcopi quoq; ad exemplum & forma ſeptuaginta videntur eſſe,& reliqua. Nec illud pretereundum nobis videtur,quod alibi in canonibus expreſſim eſt,qui in vicis & poſſeſſionibus corepiſcopi nominantur,quãuis manus impoſitionem epiſcoporum perceperint,& vt epiſcopi conſecrati fuerint & cetera.Nec ab re dictum perpẽdo quãq̃ manus impoſitionem epiſcoporum perceperint,cũ epiſcoporum nomen pluralem in ſe contineat numerum,& apud grãmaticos pluralis ſit genitiuus, videtur enim michi quod tunc non ab vno,ſed a pluribus ordinabantur,quia nullatenus diceret epiſcoporum,ſi ab vno fieret talium ordinatio cum epiſcoporum pluraliter dictum ſit.Cum autem dixit corepiſcopum profecto villanũ voluit intelligi epiſcopum,& ſi villanus quid agit in ciuitate cũ in vna ciuitate duo omnino prohibeantur eſſe epiſcopi? Et ſi in villa & in eo loco vbi antea epiſcopi non fuerunt cum & in modica ciuitate vel in villa aut caſtello epiſcopus fieri prohibeatur,& in omnibus omnino locis vbi antea epiſcopi nõ fuerunt ne villeſcat auctoritas & nomen epiſcopi fuerint cõſtituti,quid rogo erunt? Ecce nec locus cum ordinatione cõcordat,nec ordinatio cum loco,quoniam ſi epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt,& vt epiſcopi ſunt conſecrati,vbi ſunt cõſecrati ad villam,quia chore villa eſt apud grecos,& qualiter ad villam ſi nec in caſtello aut in modica ciuitate licet fieri,rogo vt promatis,& ſi promere nõ poteſtis,quia ſcio per rationem,aut plenam auctoritatem minime poteſtis,digitum ori imponite & eos omni auctoritate carere non dubitate,ſcilicet,quia tria obſtant quibus eorum caſſatur actio vel inſtitutio vnum quod ab vno epiſcopo ordinari ſolent,in quo eorum ordinatio a canonibus diſcordat,qui per manus epiſcoporum eos inſtitui iubent,aliud ſi a pluribus epiſcopis ſunt ordinati, & aut in villa, aut caſtello ſeu in modica ciuitate, aut omnino nõ in eo loco prefixi quo iuſte ep̃i fieri debent, aut dudum non fuerunt vbi nõ vileſcat auctoritas,& nomen epiſcopi,aut ſi in ciuitate cum altero epiſcopo,cum vt predictum eſt in vna ciuitate duo non debeant conſiſtere epiſcopi. Tertium ſi abſolute fuerint inſtituti ſicut de quibuſdã audiuim⁹que omnia epiſcopali omnino carẽt auctoritate,& illud adhuc reſtat,quod eorũ ordo non habet in diuinis litteris auctoritatem,quia vt prefixum eſt ordines ſunt duo tãtum primi in eccleſia,id eſt apoſtolorum & ſeptuaginta diſcipulorum.Sane ſi nec epiſcopi ſunt,quia pro prefatis cauſis epiſcopi eſſe non poſſunt,nec p̃ſbyteros ſe nominari volũt,quia amplius eſſe ambiunt atq; pluſq̃ ſeptuaginta diſcipulorum feciſſent, ad quorũ formãvt paulo ſuperius prelibauimus,hii anteq̃ prohiberentur a quibuſdã ſtultis, & ſua querentibus,& nõ que chriſti Ieſu inſtituebantur p̃ſumere tẽtant,

& illicita

& illícita atq; prohíbita agere preſumunt,nec hoc dici ſe volunt quod ſunt, rogo vt manifeſte ꝓdatis quid ſint,quoniã aut aliquid ſunt,aut nichil.Nam manifeſte patet,quoniam epiſcopi nõ ſunt,& ſi epiſcopi nõ ſunt,& preſbyteri eſſe deſpiciunt quid erunt? aut aliquid prorſus erũt,aut nichil, quia nichil poteſt eſſe niſi habeatvnde ſit,& ſi nõ habeat vnde ſit,aut vnde originem ducat,nec auctoritatem habet,nec ſtare rite poterit,quia inane eſt,&vt deſtruatur,& cadat neceſſe eſt,quoniam nichil eſt,& in nichilum reputabitur.Sivero nichil ex his ſunt que ſuperius memorauim⁹,tunc neceſſe eſt vt nichil ſint ex his que ſacerdotibus debentur,& ideo nec in ſacerdotali cathalogo habeãtur,niſi tãtum vt primo cõmemorauimus,vt pro miſericordia illis qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint,& per ſcriptum ꝓpria manu ſubter corroboratum idipſum cõfirmauerint hoc ſolũmodo concedatur,vt inter ſacerdotes locum habeãt,& miniſterio preſbyterorum cõtenti ſint,atq; mẽ ſe domini tantũmodo participes exiſtant,Ampli⁹ autẽ qui ambire voluerint nec hoc retineãt, vt ſacerdotes ſint,ſed omni eccleſiaſtico funditus priuentur honore,Quod vero eis nõ liceat ſacerdotes cõſecrare,nec diaconos,aut ſubdiacones,nec virgines,nec altare erigere,nec vngere,aut ſacrare,nec eccleſias dedicare,nec chriſma cõficere,nec chriſmate baptizatorum fronte ſignare, nec publice quidem in miſſa quẽq; penitentẽ recõciliare,nec formatas epiſtolas mittere, nec populũ benedicere, nec ante epiſcopum in baptiſterio,aut in ſacrario introire,nec preſente epiſcop infantem tingere,aut ſignare nec penitẽtem ſine ꝑceptione epiſcopi ſui reconciliare,nec eo preſent,niſi illo iubente ſacramentum corporis & ſanguinis chriſti conficere,nec eo coram poſito populumdocere,aut ſalutare,nec plebem exhortari,que omnia ſolis pontificibus debere tam ex ſuperioribus quam ex aliis patrum conſtitutis,aut ſacris canonibus edocti eſtis, & ſi neceſſe eſt quibuſdã munus dictis doceri pleniter & inſtrui poſſunt,vt per hoc & diſcretio graduum,& dignitatis faſtigium ſummorũ pontificum demõſtretur.Similiter & de preſbyteris hec habeãtur & ſine iuſſu proprii epiſcopi nil agant,quia quod rarum eſt hoc & pulchrius eſſe videtur,& ſi nomen vileſcit põtificum,omnis ſtatus perturbatur eccleſie. Triplex itaq; in hac parte reatus eſt,quod & prohibita agunt, & quod ſacrum miniſterium talis conſortii vilitate polluitur,& epiſcoporum quãtum ad illicite vſurpatoris temeritatem pertinet iura ſoluũtur, Quod autẽ ſolis apoſtolis eorũq; ſucceſſorib⁹ proprii ſit officii tradere ſpiritum ſanctum Liber actuum apoſtolorũ docet,preſertim cum nullus ex ſeptuagina diſcipulis quorũ iſti in eccleſia ſpeciem gerunt legatur donũ ſancti ſpiritus per manus impoſitionem(vt predictum eſt)tradidiſſe, Hec ergo quia omni carẽt ratione null⁹deinceps vſurpet, aut conſentiat ſacerdotum qui noluerit a noſtro ſacerdotali collegio ſeparari, Nec quod a nobis extinguitur,& a predeceſſorib⁹ noſtris ac reliquis,vt dictum eſt totius orbis epiſcopis iam extinctum eſt apud aiquos tenebroſis ſeminetur radicibus,ſed que male pullulaſſe noſcuntur radicitus euellantur,ne meſſem dominicã vlla corrumpant zizania. Ita enim fuctum vberem domini ſacerdotes preſtabunt,ſi ea que natam ſegetem enecare conſuerunt radicitus amputẽtur. Ceſſet ergo ceſſet tot iudicibus ꝓhibita & dãnata preſumptio,nec imitentur ſummi ſacerdotes mulieres meretrices que infantes ſuos prefata voluptate aliis ad nutriẽdum tribuũt,ſed ipſi domino ſuo nutriant,ipſi fructum cum vſura reddãt fructuoſoſq; manipulos, & cum gloria repreſentẽt.Nam ſi dominus leproſos inter ceteras ouium ſuarum curas tetigit & mũdauit,cur nos eadem agere dedignamur? aut cur nos ipſi qui paſtorale officium ſuſcepimus aliis alendas tradimus? maxime cum dominus Petro preceptori noſtro dixerit.Si diligis me paſce oues meas,& multa talia & his ſimilia.Nam benedictio quã predicti corepiſcopi ante ſuam prohibitionem per manus impoſitionẽ dabant,magis nobis videtur vulnus inferre quã ſalutem,& illi qui pontificatus apicem non habebant,quomodo ea que non habebant dare poterant? quoniam nichil in dãte erat quod ipſe poſſit accipere, aut quis hominum licet more humano loquamur dare poteſt quod nõ habet,preſertim cum pontifices nõ erant,ea que ſolis pontificibus debentur dare nõ poterant. Et ꝓpterea magis vulnerabant capita que per manus impoſitionem tangebãt, cũ ea que eis collata nõ erant per aliquã benedictionem darent,Et ideo quicquid ex ſupradictis miniſteriis pontificalibus ꝓſumebant irritum erat & nichil tactis perficiebant,ſed magis iuxta ꝓphetam maledictionem pro benedictione ſi ratum eſt dicere cõferebant.Quapropter per illam illicitam manus impoſitionem, vt paulo ſuperius ꝓlibauimus vulneratum caput illi quividebantur aliquid accepiſſe habebãt. Etvbi vuln⁹ infixum eſt,neceſſe eſt medicinam adhibere qua infixa ſanetur macula, id eſt reiterari neceſſe eſt,quod legitime actum,aut collatum minime approbatur,ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodo honorem poſſit retinere qui ab illo acceperit,qui poteſtatẽ dare legitime non habuit inuenire

non possum,cum ille qui honorem pontificalē non habuit pontificalia non potest iura tribuere nec hoc sibi poterant vindicare cuius capaces per hoc quod illis obstiterat nō fuerūt,Hui⁹ ergo discussi⁹onis curam nobis specialiter vindicantes ita misericordiam rogamus, vt si qua forsitan his cōmissa sunt corrigantur,ne talia liceat vltra cōmitti,& ne qua excusatio de ignoratione nascatur, quia vt nobis gratulationem facit ecclesiarum status salubri dispositione attributus,vel adornatus, ita non leui nos merore cōtristat quotiens aliquid cōtra instituta canonum vel ecclesiasticā disciplinam p̄sumpta,aut cōmissa cognoscim⁹,que si nō qua debem⁹ vigilantia resecem⁹ illos qui nos speculatores esse volunt excusare nō possumus,si eius ecclesiam que nobis generaliter cōmissa est in quātum preualemus puram a tam illicitis superstitionibus non custodiamus,quia nō aliter vnus grex,& vnus pastor sumus,nisi quēadmodum apostolus docet idipsum dicamus omnes,simus autē perfecti in eodē sensu,& in eadē sapiētia, Nec aliter veri discipuli domini erimus,nisi radicem amaritudinis sursum germinātem sicut hec vt asserits modo facit ne nocere valeant,vt episcopale ministeriū vilescere faciat per eorum negligentiā,id est omnium sacerdotum qui euellere mala,& meliora plantare sunt ab eo p̄positi,vnusquisq; proviribus extirpare festinet,& ipse qui pro suis ouibus est eterno iudici rationē redditurus eas fouere & educare decertet, Si domini desideram⁹ esse discipuli ipsius imitemur vestigia,vt de nobis dicatur. Ego sum pastor bonus,& cognosco oues meas,& voco eas nominatim & cognoscunt me mee,& reliqua. Iterum monente domini ce vocis imperio quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mystice sanctionis imbuitur,vt Christi oues qui christum amat diligēter,& cum magna cura pascat,quoniam ipsius sancte sedis cui(per abundātiam diuine gratie presumus) amore & reuerentia coaramur, vt tante superstitionis que nullius (vt supra dictum est) fulcitur auctoritate periculum quātum possumus declinemus,ne beati magistri nostri,& summi apostoli dilectio qua se amatorē de esse testatus est vana inueniatur in nobis,quoniā omnis negligenter pascens totiens sibi cōmendatū dominicū gregē cōuincitur summū non amare pastorem,nec eius se velle discipulum fieri cuius exenpla negligit imitari.nam gratia prorsus maior acquiretur,si de cōmissis ouibus lucrum offerat domino sollicitudo pastoris.Nam & beatum Iacob qui pro vxoribus diu seruierat dixisse meminimus,viginti annis fui tecū oues tue & capre steriles nō fuerunt, arietes gregis tui non comedi,nec captum a bestia ostendi tibi, ego dānum omne reddebam,& quicquid furto perierat a me exigebas,dienocteq; estuvrebar & gelu,fugiebat somnus ab oculis meis.Si ergo sic laborat & vigilat qui pascit oues laban, quanto labori quātusq; vigiliis debet intendere qui pascit oues dei?Sed in his omnibus ipsi nos instruat qui pro suis dedit ouibus animā,& adiuuet nos,vt de his qui nobis cōmissi sunt fructum multiplicē ac mensuram superfluentem ad eterna gaudia reportare concedat,tātusq; vos beati Petri apostolorū principis amor incēdat,vt in ouili ipsius cui omnes creature sunt tradite omnes taliter errantes,& illicita atq; prohibita presumentes sanctis vestris studiis summo reintegrare cum desiderio festinetis, qualiter anime precioso Christi sanguine redem
A pte eorū non pereant deceptione, ¶Restat enim qđ per hostium hi nequaq̄ subintrarunt,quia non habebāt hostium per quod ingrederentur,quia vt dictum est,si nec episcopi sunt,& plusq̄ presbyteri esse ambiunt per quod hostiū intrabunt?Cum hi tātum duo ordines in ecclesia leguntur,nec amplius ad pastorale officium aliquod patet hostium per quod pastor intret. Audite fratres nō me sed ipsam dicētem veritatē, Qui nō intrat per ostiū in ouile ouiū, sed ascēdit aliunde,hic fur est & latro & reliqua,Cū etiam egregius p̄dicator dicat. Fūdamētū enim aliud nemo potest ponere p̄ter id qđ positū est. Cum predicta duo fundamenta in ecclesia tantū inueniātur posita,quicquid amplius positū in his inuenitur,stare nullatenus poterit,& ideo cū omnibus suis fundamētis & actionibus,atq; radicibus,vt euellatur necesse est.ita vt ampli⁹ pullulare nec germinare valeat,Nō ergo generet & nō faciat vobis fratres totiēs repetita locutio fastidiū,quia summa necessitas est sepius p̄hiberi qđ totiens a vobis vt cognouim⁹ illicite vsurpatur,& quoniā veritas sepi⁹ exagitata magis splēdescit vt lumē, & qđ totiens repetēdo admonetur nimis vsurpatur. Sup his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt,a quib⁹ ipsi sicut nunc a nobis,ita olim ab eis dānata & p̄hibita sunt. Ideo sepi⁹ repetentes omnes monem⁹ vt vitētur huiusmodi,& a talib⁹ se abstineant qui noluerint vna cū eis a sacerdotali ministerio vt rebelles fieri alieni,qđ ita demū p̄bare poterim⁹,si tales extirpare & non eis fauere decertauerītis,& ita in postmodū de tali re querela cessabit,quia cōtumelie studio fit quicquid interdictū totiēs vsurpatur. Omnia hec decretalia & cunctorū decessorū nostrorū constituta que de ecclesiasticis ordinib⁹ & canonū p̄mulgata sunt disciplinis ita vobis & omnib⁹ episcopis ac cunctis generaliter

neraliter ſacerdotíbus cuſtodíri debere mandamus,vt ſi quís ín illa cõmíſerít,veníã ſibí deínceps no/
uerít denegarí,quonía occurreretveritas,ſi falſitas díſplíceret, & merito nos quí ſumma eccleſie tene/
re debemus gubernacula cauſa reſpícít,ſi ſilentío faueamus errorí, data kalẽndis Iunií líbío & theo/
doſio.iiii.cc.conſulíbus.

¶Item de ſacerdotíbus quí de eccleſiís ſuís ad alías mígrant eccleſías.

EOs autem ſacerdotes qui de eccleſiis ſuis ad alías mígrauerũt tam díu a cõmunione noſtra ha A
bemus alienos, quãdíu ad eas redíerínt cíuítates ín quíbus prímum ſunt cõſtítutí,quoníam ſí
alíus alío tranſmígrante ín locum víuentís ordínatus eſt, tam díu vacet ſacerdotíí dígnítate quí ſuã
deſeruít cíuítatem q̃díu ſucceſſor eíus quíeſcat ín domíno.

¶ITEM EPISTOLA DAMASI ET EPISCOPORVM QVI AD
eum ín Romanam vrbem ex Italía,& Gallía conuenerant.

DAMASVS ET CETERI EPISCOPI ROME CONGREGATI B
dilectíſſímís fratríbus ín íllírico cõſtítutís epíſcopís ín domíno ſalutẽ. Credímus
ſanctã fídem veſtram ín apoſtolorũ erudítíone fundatã hanc tenere,& hanc popu
lís vníuerſís exponere que vídelícet a conſtítutís patrum nulla ratíone díſſentít,per
quos íuſtũ eſt ceteros erudírí, ſed relatíone gallícanorũ & venerandorũ fratrum
quoſdam hereſíbus fauere cognouímus,quod malũ non ſolũ cauere debent ep̃í,
ſed etíam reluctarí contra ea que geſta ſunt ímperítía,aut ſímplícítate quorũdam prauís ínterpre/
tatíonibus deceptorum. Varíís ergo doctrínís non decet labefactarí,ſed magís patrũ noſtrorum la/
borare ſentẽtíís. Auxentíũ ergo mediolanũ precípue ín hac cauſa dãnatum eſſe líquet,vnde íuſtum
eſt vníuerſo Romanorũ orbe doctores legís ea qne legís ſunt ſapere,& non fídem doctrínís varíís
maculare,Itaq; dum prímũ hereticorum cepiſſet nequítía pullulare,ſícut etíã nunc blaphemía pullu
lare patet arrianorũ,tunc patres noſtrí trecentí decem & octo electí habíto tractatu ín vrbe Nícena
hunc murũ fortíſſímum contra arma díabolica ſtatuerunt, & hoc remedío venena mortífera ſunt
depulſa,vt pater & fílíus vnius díuínítatís,vníusvírtutís,vníuſq; magnítudínís debeat credí,vníuſq;
eſſentíe ſíue ſubſtantíe ſímul & ſpírítus ſanctus. Alíter enim ſapiẽtes alienos eſſe a noſtra cõmuníõe
íudícauerũt. Quẽ terminũ ſalutarẽ adorabílẽq; delíberatíonẽ cortũpere quídã alíís cogítatíonib⁹,
atq; temerare voluerunt,ſed ín ípſo príncípío ab hís ípſís quí ín arímíno reuocarí,aut retractare cõ
pellebantur,vſq; ad hoc cauſa correpta eſt,vt confiterẽtur alía ſíbí circunuentíone ſubreptũ, aut certe
quía non íntellexerunt patrum ſententíe ín Nícena conſtítute hoc eſſe cõtrarium, neq; ením preiu/
dícíum alíquod fierí potuít per numerum arímíno cõgregatum,quando cõſtat neq; Romanũ epi
ſcopum cuíus ante omnía decebat eos expectare decretum,neq; vincentíum quí tantís annís epíſco
patum ínuíolabíliter cuſtodíuít,neq; alíos talíbus prebuíſſe cõſenſum,maxíme dum(ſícutí predíxí
mus)íſtí ípſí quí per conuẽtíonem declínaſſe vídebantur,ípſí denuoytentes meliorí cõſílío hec ſíbí dí
ſplícere teſtatí ſunt. Perſpícít ítaq; veſtra ſalubrítas hãc ſolam fídem que nícea apoſtolorum auctorí
tate fundata eſt eſſe perpetua firmítate ſeruãdam, & ſímul oríẽtales hoc facere nobíſcum quí ſe catho
lícos eſſe cognoſcunt,occídentales etíam gloríarí. Credímus autem languẽtes ín íſto conamíne non
tarde a noſtra ſeparãdos eſſe cõmunione,& ab eís epíſcopatus nomen auferrí,quatínus populí eorũ
líberatí errore reſpírent. Nullo enim modo a deceptíone poterunt corrígere populũ, quí deceptío/
nís laqueo detínentur. Concordet etíam cum omnibus dei ſacerdotibus etíam charítatís veſtre ſen
tentía,ín qua vos fíxos ac fírmos exíſtere íudícauímus. Sí ergo nosvobíſcum recte credere debem⁹,
veſtre nos charítatís lítterís letíficate recíprocís. Valete fratres chariſſímí,data.xvii.kalendas Nouem
brís,Sírítío & ardabure,iiii.cc.conſulíbus.

¶ITEM EPISTOLA DAMASI AD EPISCOPOS ITALIE.

VNIVERSIS EPISCOPIS PER ITALIE PROVINTIAS CON C
ſtítutís Damaſus epíſcopus ín domíno ſalutẽ. Optauerã dílectíſſímí pro no/
ſtrí charítate collegíí omnes domíní ſacerdotes (ſícutí prímítíua fuít eccleſa)vnũ
eſſe cor,& anímã vnam,atq; ín vna deuotíone perſíſtere,nec quẽq; ſacerdotum
gratía,aut formídíne ſecularíũ deprauarí,aut avíaveritatís quoquomodo abſce
dere. Sed quía multa que corrígí poſſunt prouenírũt,exuperat culpas delínquẽ
tíum míſerícordía deí,atq; ídeo ſuſpẽdítur vltío, vt poſſít locũ habere correctío,

Relatum eſt enim ad ſedem apoſtolicã vos accuſatiões fratrum per ſcripta ſuſcipere abſq; legitimo accuſatore, Quod deinceps i omni orbe terrarũ fieri apoſtolica auctoritate prohibem⁹,& qđ nuper factum eſt abſq; vlla retardatione corrigere rogamus, nec vnq̃ prius per ſcripta eorũ qui accuſantur cauſam diſcutere,niſi per querelarum inſtitutiones vocati canonice ad ſynodũ veniãt,& preſens per preſentem agnoſcat veraciter,& intelligat que ei obiiciũtur. Quod bene & per ſapiẽtiam ſalomonis dicitur. Anteq̃ ſcruteris ne reprehẽdas, intellige prius,& tunc increpa,anteq̃ audieris,ne reſpondeas Et licet apertiſſima ſit cõtrariorum reprehenſio,verũtamen oportet his qui elati ſunt ad eorum exa⁊minationem ordinem ſeruari ab his qui ſecundũ deum perſcrutari deputati ſunt,quatinus ita cum operatione cooperante inueniamus, & confeſſorem deum qui dicit. Vbi duo ſunt vel tres cõgrega⁊ti in nomine meo,ibi ſum in medio eorum. Nam & dominus noſter Ieſus chriſtus iudam ſurẽ eſſe ſciebat,ſed quoniã nõ eſt preſentaliter accuſatus,ideo nõ eſt eiectus. Nec vos vllomodo agere opor⁊tet,quod ille noluit facere,leges enim ſeculi accuſatores preſentes exigunt,& non per ſcripta abſentes, Vnde canonica patrũ cõſtituta non ſemel,ſed ſepiſſime clamãt,nec acculationes,nec teſtimonia vlla per ſcripta poſſe perfere,nec de aliis negotiis quicũq; teſtimonium dicant,niſi de his que ſub p̃ſen⁊tia eorũ eſſe noſcuntur. Similiter & qui alium accuſare elegerit,preſens per ſe & nõ per alium accuſet ſcriptione videlicet premiſſa,neq; vllus vnq̃ iudicetur,anteq̃ legitimos accuſatores preſentes habeat locũq; defendendi accipiat ad abluẽda crimina,Curãdum quoq; eſt,ne ita quiſq̃ ſubrepat faciatq; citius quod nõ licet. Omnipotens deus hec vos & cuncta diuina mãdata & apoſtolica p̃cepta cuſto⁊dientes in cunctis actibus veſtris celeſtis brachii extenſione protegat,atq; ad celeſtis remunerationẽ patrie cum multiplici animarum fructu perducat. Amen. Data tertio idus Aprilis Siritio & arda⁊bure. iiii. cc. conſulibus. ¶INCIPIVNT DECRETA SIRITII PAPE.

i ¶De arrianis catholicis nõ baptizandis.
ii ¶Vt preter paſcha,& pẽthecoſtem baptiſ⁊mus non celebretur.
iii ¶De apoſtatis ab eccleſia ſeparandis
iiii ¶Non liceat alteri⁹ ſponſam in matrimo⁊nium ſociari.
v ¶De his qui acceptam penitentiam mi⁊nime ſeruauerunt.
vi ¶De monachis & virginibus propoſitũ non ſeruantibus.
vii ¶De miniſtris incontinentibus.
viii ¶Quales debeant ad clericatus officium peruenire.
ix ¶De his qui grandeui ad ſacram militiã conuertuntur.
x ¶De clericis qui ad ſecundas nuptias trã ſeunt,vt deponantur.
xi ¶De feminis que cum clericis debeãt ha bitare.
xii ¶De monachorũ promotione ad clerum
xiii ¶De clericis vt penitentiam per impoſi⁊tionem manus ſacerdotum accipiant.
xiiii ¶De penitentibus & bigamis ſeuvidua⁊rum maritis,vt non permittantur ad cleri catus ordinem admitti.

¶Explicíunt Capitula.

¶INCIPIT EPISTOLA SIRITII PAPE AD CVMERIVM Tarraconenſem epiſcopum.

A SIRITIVS CVMERIO TARRACONENSI EPISCOPO SA⁊lutem,directa ad deceſſorẽ noſtrum ſancte recordationis damaſum fraternita tis tue relatio iam me i ſedẽ ipſi⁹ cõſtitutũ,quia ſic dñs ordinauit inuenit. Quã cũ in cõuẽtu fratrũ ſolliciti⁹ egerem⁹ tãta inuenimus que reprehẽſiõe & correc⁊tiõe ſunt digna,quãta optarem⁹ laudãda cognoſcere,Et quia neceſſe nos erat in eius labores curaſq; ſuccedere cui p̃ dei gratiã ſucceſſim⁹ in honorẽ ,facto vt oportebat primit⁹ mee ꝓuectiõis indicio ad ſingula ꝓut dñs aſpirare dignat⁹ eſt cõſultationi tue reſpõſum cõpetẽs nõ negam⁹,quia officii noſtri cõſideratiõe nõ eſt nobis diſſi⁊mulare,nõ eſt tacere libertas,quib⁹ maior cũctis chriſtiane religionis zelus incũbit,Portamus onera omniũ qui grauãtur quinimmo hec portat i nobis Beatus apoſtolus Petrus qui nos in omnib⁹ (vt cõfidimus) adminiſtrationis protegit & tuetur heredes.

Capitulum primum.

B PRima itaq; pagine tue frõte ſignaſti baptizatos ab impiis Arrianis plurimos ad fidẽ catholicã feſtinare,& quoſdã de fratrib⁹ noſtris eos denuo baptizare velle, qđ nõ licet,cũ hoc fieri & apls vetet,& canones cõtradicãt,& poſt caſſatũ arimínẽſe cõciliũ miſſa ad ꝓuintias avenerande memorie p̃deceſſore meo liberio generalia decreta ꝓhibeãt. Quos nos cũ nouatianis aliiſq; hereticis ſicut ẽ in ſynodo cõſtitutũ p̃ inuocationẽ ſolũ ſeptiformis ſpũs,& eẽpalis man⁹ impoſitionẽ catholicorũ cõuẽtui ſociamus

sotiamus,qđ etiã tot⁹ otiẽs occidẽsq; custodit,a quo tramite vos quoq; posti hec minime cõuenit de
uiare,si nõ vultis a nro collegio synodali separari sentẽtia. Capitulum secundum,
¶Sequitur de vniuersis baptizandorum temporibus prout vnicuiq; libitum fuerit improbabilis, & A
emendanda confusio, que a nostris consacerdotibus quod commoti dicimus non ratione auctoritatis alicuius,sed sola temeritate presumitur,vt passim ac libere nataliciis Christi, seu apparitionis, nec nõ & apostolorum,seu martyrum festiuitatibus innumere (vt asseris) plebes baptismi mysterium cõsequantur,cum hoc sibi priuilegium apud nos, & apud omnes ecclesias dominicum specialiter cum penthecoste sua pascha deffendat, quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta, his dumtaxat electis qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint,& exorcismis cotidianisq; orationibus atque ieiuniis fuerint expiati,quatinus apostolica illa impleatur preceptio,vt expurgato fermento veteri noua incipiat esse cõsperssio,Sicut sacram ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam,ita infantibus qui nondum loqui potuerint per etatem, vel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis omni vo⁄lumus celeritate succurri, ne ad nostram pernitiem tendat animarum, si negato desiderantibus fonte salutari exiens vnusquisq; de seculo,& regnum perdat,& vitam. Quicunq; etiam discrimen naufra⁄gii,hostilitatis incursum,obsidiõis ambiguum,vel cuiuslibet corporalis egritudinem desperationis inciderint,& sibi vnico credulitatis auxilio popposcerit subueniri,eodem quo poscunt momento tempo⁄ris expetite regenerationis premia consequantur.Hactenus erratum in hac parte sufficiat nunc prefatam regulam omnes teneant sacerdotes,qui nolunt ab apostolice Petre super quam Christus vniuer⁄salem construxit ecclesiam soliditate diuelli. Capitulum tertium.
¶Adiectum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est)trãseuntes,& ido⁄lorum cultu,ac sacrificiorum contaminatione profanatos,quos a Christi corpore,& sanguine quo dudum redempti fuerant nascendo iubemus abscidi,& si resipiscentes forte ad lamenta fuerint aliquando conuersi,his quandiu viuunt agenda penitentia est,& in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda,quia dicente domino . Nolumus mortem peccatorum,sed vt conuertantur,& viuant. B
Capitulum quartum.
¶De coniugali autem vetatione requisiti,si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere,hoc ne fiat omnibus modis inhibemus,quia illa benedictio quam nupture sacerdos impo⁄nit,apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est,si vlla transgressione violetur. C
Capitulum quintum.
¶De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credit consulendam,qui acta peniten⁄tia tanq̃ canes ac sues ad vomitus pristinos,& volutabra redeuntes,& militie cingulum, & ludicras voluptates,& noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere cõcubitus,quorum professam incõtinentiã generati post absolutionem filii perdiderunt, de quibus iam quia suffugium non habent penitendi, id duximus decernendum,vt sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur,sacris mysteriorum celebritatibus quãuis non mereãtur interssint,a domínice autem mense conuiuio segregentur,vt hac saltem districtione correpti,& ipsi in se sua errata castigent,& aliis exemplum tribuant, quatinus ab obscenis cupiditatibus retrahãtur,quibus tamen quoniam carnali fragilitate ceciderunt viatico munere cum ad dominum ceperint proficisci per communionis gratiam volumus subueniri,quam formam & circa mulieres que se post penitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt seruandã esse censemus. D
Capitulum sextum.
¶Preterea monachorum quosdam atq; monacharum abiecto proposito sanctitatis in tantam pro⁄testaris demersos esse lasciuiam,vt prius clanculo velut sub monasteriorum pretextu illicita ac sacrile⁄ga se contagione miscuerint. Postea vero in abruptum conscietie desperatione perducti,de illicitis cõplexibus libere filios procreauerint,quod & publice leges,& ecclesiastica iura condemnant,has ergo impudicas detestabilesq; personas a monasteriorum cetu ecclesiarumq; cõuentibus eliminãdas esse mãdamus, quatinus retruse in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint penitudinis igne decoqui, vt eis vel ad mortem solius misericordie intuitu per cõionis gratiam indulgentia subuenire possit. E
Capitulum septimum.
¶Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum quos in venerãde religionis iniuriã,ita p vestras,puintias calcatos atq; cõfusos charitate tua insinuãte repimus,vt Hieremie nobis dicendũ sit vo⁄ce,qs dabit capiti meo aquã,aut oculis meis fontẽ lachrymarũ,& flebo populũ hunc die acnocte? Si er F

go beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lachrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli,cu eorū qui i nostro sunt corpore compellimur facinora deplorare, quibus p̄cipue secundum beatum paulum instantia cotidiana, & sollicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit, quis enim infirmatur,& ego nō infirmor? quis scandalizatur,& ego nonvror? plurimos enim sacerdotes Christi atq; leuitas polt longa consecratiōis sue tempora tam de cōiugibus propriis quam etiam de turpi coitu lobolem didicimus ꝓcreasse,& crimē suum hac p̄sumptiōe deffendere,qa in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generādi facultas legitur attributa. Dicat michi nūc q̄s quis ille est sectator libidinum,preceptorq; vitiorum,si estimat quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a deo nostro laxata sunt frena luxurie cur eos quibus committebantur sancta sanctorum p̄monet dicens,sancti estote,quia & ego sanctus sum dñs deus vr̄,cur etiam ꝓcul a suis domibus anno vicis sue in templo habitare iussi sunt sacerdotes,hac videlicet rōne ne vel cū vxoribus possint carnale exercere cōmertiū,vt cōsciētie integritate fulgētes, acceptabile deo munus offerrēt, Quib9 expleto deseruitionis sue tempore vxoris vsus solius successionis causa fuerat relaxatus, quia nō ex alia nisi ex tribu leui quisquam ad dei ministerium fuerat preceptus admitti,vnde & dñs Iesus cū nos suo illustrasset aduentu in euāgelio ꝓtestatur,quia legē venerit implere nō soluere,& ideo ecclesiam cuius spōsus ē speciosus forma castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicii, cum rursus aduenerit sine macula & ruga,eam possit sicut per apostolum instituit reperire, Quarum sanctionum sacerdotes omnes atq; leuite insolubili lege constringimur,vt a die ordinatiōis nostre sobrietati, ac pudicitie & corda nostra mācipemus & corpa,dum mō per oia deo nro in his que cotidie offerimus sacrificiis placeamus, Qui autem in carne sunt dicente electionis vase deo placere non possunt,vos autem iam non estis in carne sed in spiritu,si tamen spiritus dei habitat in vobis. Et vbi poterit,nisi in corporibus sicut legimus sanctis dei spiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur,vt tua sanctitas retulit ignoranter se lapsos esse deflent his hac conditione misericordiam dicimus non negādam,vt sine vllo honoris augmento in hoc quo detecti sunt quamdiu vixerint officio perseuerent, Si tamen post hec continentes se studuerint exhibere, Hi vero qui illiciti priuilegii excusatione nituntur,& sibi asserunt veteri hoc lege concessum,nouerint se ab omni ecclesiastico honore quo indigne vsi sunt apostolice sedis auctoritate deiectos,nec vnq̄ posse veneranda attrectare mysteria a quibus se ipsi dum obscenis cupiditatibus inhiant priuauerunt.& quia exempla presentia cauere nos premonent in futurū,si quilibet episcopus presbyter atq; diaconus (qd non optamus)deiceps fuerit talis inuentus iam nunc sibi omnem p nos indulgentie aditum intelligat obseratum,quia ferro necesse est excidantur vulnera que fomentorum non senserint medicinam. Capitulum octauum.

A ¶ Didicimus etiā licēter ac libere inexplorate vite hoīes quibus etiam fuerint numerosa cōiugia ad prefatas dignitates prout cuicūq; libuerit aspirare,quod non tantū illis qui ad hec immoderata ambitione perueniunt quantum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus conniuēt dei nostri quantum in se est precepta contemnunt,& vt taceamus quod altius suspicamur vbi illud est quod deus noster data per Moysem Lege constituit dicens,Sacerdotes mei semel nubant,& alio loco,Sacerdos vxorem virginem accipiat non viduam, nec repudiatam, nec meretricē. Quod secutus apostolus ex persecutore predicator vnius vxoris Virum tam sacerdotē q̄ diaconum fieri debere mādauit. Que omnia,ita a vestrarum Regionum despiciūtur episcopis,quasi in cōtrarium magis fuerint cōstituta. Et quia non est nobis de huiusmodi vsurpationibus negligendum, ne nos indignantis domini vox iusta corripiat que dicit,videbas furem,& currebas cum eo, & ponebas etiam tuam cum adulteris portionem,quid ab vniuersis post hec ecclesiis sequendum sit,quid vitandum generali pronuntiatione decernimus. Quicunque itaque se ecclesie vouit obsequiis,a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sotiari, quia ab accessu adolescentie vsq; ad triceſimum etatis annum si probabiliter vixerit vna tantum,& ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit vxore contentus accolitus & subdiaconus esse debebit, postquam ad diaconii gradum,si se ipse primitus continentia preeunte dignum probauerit accedat, Vbi si vltra quinque annos laudabiliter vixerit & ministrauerit congrue presbyterium consequatur, exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci, Si tamen per hec tempora integritas vite ac fidei eius fuerit approbata. Capitulum nonum.

B ¶ Qui vero iam etate Grādeuus melioris propositi cōuersatiōe ꝓuocatus ex laico ad sacram militiā peruenire festinat,desiderii sui fructum nō aliter obtinebit,nisi eo quo baptizatur tpe statı lectorū,aut

exorcistarū

exorciſtarum numero ſocietur,ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere hāc & virginem accepiſſe con ſtet vxorem,qui dum initiatus fuerit expleto biennio per quinquennium aliud accolitus, & ſubdia/ conus fiat, & ſic ad diaconatum (ſi per hec tēpora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam acceſſu temporum preſbyterio,vel epiſcopatui,ſi eum cleri ac plebis euccauerit electio,non immerito ſocietur.

Capitulum decimum.

¶Quiſquis ſane clericus aut viduam, aut certe ſecundam coniugem duxerit, omni eccleſiaſtice dí/ A
gnitatis priuilegio mox nudetur,laica ſibi tantum communione conceſſa, quam ita demum poterit poſſidere,ſi nichil poſtea propter quod hanc perdat admittat.

Capitulum vndecimum.

¶Feminas vero non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantum quas propter ſolas B
neceſſitudinum cauſas habitare cum iiſdem ſynodus Nicena permiſit.

Capitulum duodecimum.

¶Monachos quoq; quos tamen morum grauitas,& vite ac fidei inſtitutio ſancta commendat cle/ C
ricorum officiis aggregari,& optamus, & volumus, ita vt qui intra triceſimum annuum etatis ſunt digni in minoribus per gradus ſingulos creſcente tempore promoueantur ordinibus, & ſic ad dia/ conatus vel preſbyterii inſignia mature etatis conſecratione perueniant,nec per ſaltus ad epiſcopatus culmen aſcendant, niſi in his eadem que ſingulis dignitatibus ſuperius prefiximus tempora fuerint cuſtodita.

Capitulum tridecimum.

¶Illud quoq; nos par fuit prouidere,vt ſicut penitentiam agere cuiquam non cōceditur clericorum, D
ita & poſt penitudinem, ac reconciliationem nulli vnq̄ laico liceat honorem clericatus adipiſci, quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati,nulla tamen debent gerendorum ſacramē/ torum inſtrumenta ſuſcipere qui dudum fuerint vaſa vitiorum.

Capitulum decimumquartum.

¶Et quia in his omnibus que in reprehenſionem veniunt ſola excuſatio ignorationis obtenditur, E
cui nos iterim ſolus pietatis intuitu neceſſe eſt clementer ignoſcere. Quicunq; ergo penitens. Qui/ cunq; bigamus. Quicunq; vidue maritus ad ſacram militiam indebite & incompetenter irrepſerit hac ſibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio ſi adēpta ſibi omni ſpe promotionis in hoc de quo inuenitur ordine perpetua ſtabilitate permaneat,ſci/ turi poſt hac omnium prouintiarum ſummi antiſtitites quod ſi vltra ad ſacros ordines quemq̄ de ta libus crediderint aſſumendum,& de ſuo & de eorum ſtatu quos contra canones,& interdicta noſtra prouexerint congruam ab apoſtolica ſede promendam eſſe ſententiam.

EXPLICVIMVS VT ARBITROR FRATER CARISSIME F
vniuerſa que digeſta ſunt in querelam,& ad ſingulas cauſas de quibus per fili/ um noſtrum Baſianum preſbyterum ad Romanam eccleſiam, vtpote ad caput tui corporis retuliſti ſufficientia quantum opinor reſponſa reddidimus, nunc fraternitatis tue animum ad ſeruandos canones,& tenenda decretalia conſtituta magis ac magi incitamus, vt hec que ad tua conſulta reſcripſimus in omni/ um coepiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem, & non ſolū eorum qui in tua ſunt dioceſi conſtituti,ſed etiam ad vniuerſos carthaginenſes,atq; bethicos,luſitanos, atq; galli/ cos,vel eos qui vicinis tibi colliminant hinc inde prouintiis, hec que a nobis ſunt ſalubri ordinatione diſpoſita,ſub litterarum tuarum proſecutione mittantur. Et quamquā ſtatuta ſedis apoſtolice, vel ca/ nonum venerabilia definita nulli ſacerdotum domini ignorare ſit liberum, vtilius tamen & pro an/ tiquitate ſacerdotii tui dilectioni tue eſſe ad modum poterit glorioſum,ſi ea que ad te ſpeciali nomi/ ne generaliter ſcripta ſunt, per vnanimitatis tue ſollicitudinem in vniuerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur,quatinus & que a nobis non inconſulte ſed prouide ſub nimia cautela, & deli/ beratione ſunt ſalubriter conſtituta, intemerata permaneant,& omnibus in poſterum excuſationib⁹ aditus qui iam nulli apud nos patere poterit obſtruatur. Data tertio Idus Februarii Archadio,& Bautone.iiii.conſulibus.

¶DE DAMNATIONE IOVINIANI HERETICI EPI/ STOLA EIVSDEM.

PTAREM FRATRES CHARISSIMI SEMPER dilectionis & pacis veſtre ſinceritati gaudia nuntiare, ita vt viciſſim diſcurrenti bus litteris ſoſpitatis indicia iuuarentur, ſi quietos nos ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus ſineret, qui ab initio mendax, inimicus veritatis, emulus homi nis, quem vt deciperet ſe ante decepit, pudicitie aduerſarius, luxurie magiſter, cru delitatibus paſcitur, abſtinentia punitur, odit ieiunia miniſtris ſuis predicantib⁹ dum dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris apoſtoli ſententia percuſ ſus dicentis, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. O infelix audacia, o deſperata mentis a ſtutia iam incognitus ſermo hereticorum intra eccleſiam cancri more ſe reſpergebat, vt occupans pe ctus totum hominem precipitaret in mortem, & niſi Dominus Sabaoth laqueum quem parauerat diſrupiſſet thecna tāti mali, & hypocriſi publica multorum ſimplicium corda traxerat i ruinam, quia facile ad deteriorem partem mens humana tranſducitur, volens magis per ſpatioſam viam ambula re q̄ arcte vie iter cum labore tranſire. Q ua de re neceſſarium ſatis fuit dilectiſſimi hec que geſta ſunt hic ad veſtram conſcientiam cognoſcenda mandare, ne ignorantia cuiuſpiam ſacerdotis peſſimorum hominum eccleſiam irrumpentium ſub religioſo nomine contagio violaret ſicut ſcriptum eſt dicente domino. Multi veniūt ad vos in veſtimentis ouium, intus autem lupi ſunt rapaces, ex fructibus eorū cognoſcetis eos. Hi ſunt videlicet q ſubtiliter Chriſtianos ſeſe iactant, vt ſub velamēto pii nominis gra dientes domum orationis ingreſſi ſermonem ſerpentine diſputationis effundant, vt ſagittent in ob ſcuro rectos corde, atque a veritate catholica auertendo ad ſue doctrine Rabiem diabolico ore tranſ ducant, atq; ouium ſimplicitatem defraudent. Et quidem multarum hereſum malignitatem ab apo ſtolicis temporibus nunc vſq; addidicimus, & experti probauimus, ſed nunq̄ tales canes eccleſie my ſterium latratibus fatigauerūt quales nunc ſubito hoſtes fidei erumpentes doctrina perfidie pullula ta, cuius ſint diſcipuli verborum fructibus prodiderunt. Nam cū alii heretici ſingula ſibi genera que ſtionum male intelligenda propoſuerint conuellere atq; cōcerpere de diuinis inſtitutionibus, iſti non habentes veſtem nuptialem ſauciantes catholicos noui ac veteris teſtamenti vt dixi continentiam per uertentes, ſpiritu diabolico interpretantes, & illecebroſo atque ſicco ſermone aliquātos Chriſtianos ce perint iam vaſtare, atq; ſue dementie ſociare intra ſe continentes nequitie ſue virus velut electi blaſphe mias ſuas conſcriptione temeraria publice prodiderūt, & deſperate mentis furore conciti paſſim in fu rore gentilium publicarunt, ſed a fideliſſimis Chriſtianis viris, genere optimis, religione preclaris ad meam humilitatem ſubito ſcriptura honorificata videtur eſſe delata, vt ſacerdotali iudicio detecta di uine legis contraria ſpirituali ſententia deleatur. Nos ſane nuptiarum vota non aſpernanter accepim⁹, quibus velamine interfuimus, ſed virgines deo deuotas maiore honorificētia muneramus. Facto ergo preſbyterio cōſtitit doctrine noſtre, id eſt chriſtiane legi eſſe contraria, vnde apoſtolicum ſecuti prece ptum, quia aliter quam accepimus annuntiabant omnium noſtrorum tam preſbyterorum, tam dia conorum, quam etiam totius cleri vnam factam conſtat eſſe ſententiam, vbi Iouinianus, auſentius, ge nialis, geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & ingenioſus qui accentores noue hereſis, & blaſphemie inuenti ſunt diuina ſententia, & noſtro iudicio in perpetuum damnati extra eccleſiam re manerent. Q uod cuſtodituram ſanctitatem veſtram non ambigens hec ſcripta direxi per fratres & compreſbyteros meos creſcentem, & leopardum, & alexandrum qui religioſum officium fidei poſ ſint ſpiritu adimplere feruente.

ITEM EPISTOLA SIRITII PAPE AD VNIVERSOS ORTHODOXOS.

¶Vt indignus nullus efficiatur epiſcopus. Capitulum primum.
¶Vt ignotis ſacerdotium non detur. Capitulum ſecundum.
¶Vt neophiti, vel laici ſacerdotes non fiant. Capitulum tertium.

Capitulum primum.

A SIritius papa orthodoxis p̄ diuerſas prouintias. Cogitantibus nobis metum diuini iudicii fratres cariſſimi, & poſt hanc vitam vnumquēq; prout geſſerit recepturum, quid in querelam veniat ta cere non licuit, ſed nos loqui neceſſitas imperauit dicente propheta. Exalta vt tuba vocem tuam. Et cui omnium eccleſiarum cura eſt ſi diſſimulem audiam domino dicente, reiicitis mandatū dei vt traditiones vras ſtatuatis, Q uid enim aliud eſt reiicere mandatū dei quā priuato iudicis, & hūano cō ſilio nouis rebus cōſtituēdis liberius delectari? Perlatū itaq; ē ad cōſciētiā aplice ſedis contra eccleſia ſticū canonē p̄ſumi, & q̄ ita ſūt a maioribꝰ ordinata vt ne vel leui ſuſurrio debeāt violari, ꝓprias q̄ſdem

obſeruationes

obseruatiões nouas inducere,& p̄termisso fundamēto supra arenā velle cōstruere,dicēte domino. Nō transibis terminos quos constituerūt patres tui. Quod & sanctus quoq; Apostolus noui & veteris testamenti predicator monet in quo locutus est christ⁹,State inquit & tenete traditiones vestars quas didicistis siue per verbū,siue per epistolam. Qua de re videt vestra sinceritas in sacris mysteriis,aut in ordinationibus vestris quātum sacerdotum magna cura & diligens sollicitudo debeat obseruare,Deniq; ad Timotheū loquitur,Manus cito nemini īposueris neq; cōmunicaueris peccatis alienis, quod ꝓpterea memoratur,vt examine habito & ꝓbitate morum,& ecclesiastico labore sit cōmēdatior qui vocatur in mediū,vt summum sacerdotium possit accipere,probatus iudicio,non fauore susceptus,veritate,non gratia,apostolico ordine functus,nō precipiti volūtate. De quo carissimi mihi ante vestrā sinceritatem huiusmod litere cucurrerūt multo fratrū& cōsacerdotum cōsensu,vt hac vestra subscriptione firmata ecclesiastici canonis dispositio que apud niceam tractata est,confirmata suo merito fundatissima permaneret,vt tales videlicet ad ecclesiasticū ordinē permitterentur accedere, quales apostolica auctoritas iubet,nō quales dico vel eos qui cīgulo militie secularis astricti olim gloriati sunt. Qui postea q̄ pompa seculari exultauerūt,aut negotiis rei publice optauerunt militare,aut mundi curā tractare adhibita sibi quorundam manu & proximorū fauore stipati, hi frequenter ingeruntur aurib⁹ meis vt episcopi esse possint,qui per traditionem & euangelicā disciplinā esse non possunt,Quantis hoc aliquotiens recitatū est iuribus & viribus? Sed nihil tale potuit eligi que ratio nō compellit etiam de longinquo veniant ordinandi,vt digni possint & plebis & nostro iudicio comprobari.

Capitulum secundum.

¶Quantum illicitū sit illud estimari nō potest,vt transeuntes siue simulent,siue sint monachi quod se appellant,quorum necvitam possumus scire,nec baptismū,quorum fidem incognitā habemus nec probatam nolint sumptibus adiuuare,sed statim aut diaconos facere aut presbyteros ordinare festinent,aut quod est grauius episcopos cōstituere nō formidant. Carius apud illos dari sumptū est transeunti,q̄ sacerdotum nō retento. Inde in superbiā exaltantur,inde insuper ad perfidiam cito corruunt quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asseruntur. A

Capitulum tertium.

¶Certe illud etiam non fuit pretermittendum,vt quod semel,aut secundo necessitas hereticorum intulit,contra apostolica precepta velut lege licitum presumi neophitum vel laicum qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare,quasi meliores Apostolis sint,quorum audeant mutare preceptū,& qui non didicit,iam docere compellitur,ita nullus reperitur idoneus clericorū,nec inter diaconos nec inter alios clericos inuenitur qui sacerdotio dignus habeatur,sed ad cōdemnationē ecclesie laicus postulatur,quod ne fiat vltra admoneo,predico, vt vnam fidem habentes vnum etiam in traditione sentire debeamus probantes nos vnanimes atq; concordes pacifici christo,& in obseruationibus apostolicis habere charitatē, Medio itaq; patre & vnigenito filio eius & spiritu sancto & vnius diuinitatis in trinitate conuenio,vt in his fides catholica & disciplina nostra permaneat. Nec quisq̄ putet ordinationes terrenas fieri,cum celeste sit sacerdotiū,vt fidelibus gloria maneat dignitatis eiusdem,& ante tribunal christi ex hinc non habeat quod accuset. B

¶INCIPIT CONCILIVM THELENSE SVPER TRACTATV SIRITII PAPE.

POST CONSVLATVM GLORIOSISSIMI HONORII XI. & cōstantii.ii. sexto calendas martias cōgregato concilio in ecclesia Apostolorū plebis thelensis,beatus pater prime sedis episcopus Donatianus ciuitatis theleptensis cum resedisset considentibus secum Ianuario, felice secundo Cyrino,victore,secundiano Geta, eunonimo Maximiano,donato, Cresconio,iocundo, Sopato,restuto,Iuliano,maximino,Romano,terciolo,Micilo maximo,Donatiano,basilio,Papiniano,Ianuario,porphirio,Item Porphirio donato,Iuliano,tuto fortunio,Quintiano,capion,& ceteris episcopis nec nō etiam Vincētio,fortunatiano legatis prouintie proconsularis ad Bizancenum concilium directis & reliqua. C

¶VINCENTIVS ET FORTVNATVS DIXERVNT.

A ¶Etiam cum essemus thusdrum sicut mecum recolit memorialis auditio vestra,& epistole sancte memorie Siritii sedis apostolice episcopi dederamus recitantes,ex quibus cum legeret vnum sancti/ monium fratris nostri episcopi Latoni vtrasq; nunc nos referre suggestio indicat,has recitari dona/ te, Episcopi dixerunt , Recitentur epistole venerabilis memorie Siritii , vt nouerimus quid earum textus contineat. Cumq; traderentur. Priuatus notarius dixit , exemplū tractorie ēpi vrbis Rome.

¶ITEM EPISTOLA SIRITII PAPE.

B DILECTISSIMIS FRATRIBVS ET COEPISCOPIS PER Af/ ricam Siritius, Diuersa quāuis cum in vnum plurimi fratres conuenissem⁹ ad sancti apostoli Petri reliquias,per quem Apostolatus & episcopatus in chri sto cepit exordium,placueritq; propter emergentes plurimas causas que in ali/ quantis non erant cause,sed crimina,vt decetero sollicitudo esset vnicuiq; in ec/ clesia curam huiusmodi habere sicuti apostol⁹ predicat Paulus, Talem deo eccle siam exhibendam non habentem maculam,aut rugam.Ne per alicuius morbi de afflatū ouis cōscientia nostra cōtaminata videretur , quadere meliore consilio id sedit,propter ecs maxime qui in presenti valitudine corporis aut fesse etatis causa adesse minime potuerunt, quo per petua istiusmodi forma seruetur,litteras tales dare placuit,nō que noua precepta aliqua imperent,sed ea que per ignauiam desidiamq; aliquorum neglecta sunt obseruari cupiamus,que tamen apostoli ca & patrum constitutione sunt constituta , Scriptum est state, & tenete traditiones nostras siue per verbum siue per epistolam.

C ¶Illud certe vestram debet mentē dilectissimi fratres vehementius excutere,vt ab omni labe seculi istius immunes ad dei conspectum securi veniamus,nec enim erimus immunes, quia presumus ple bibus cū scriptum sit . Cui multum creditum fuerit,plus ab eodem requiretur,Ergo quoniam non pro nobis tantum,sed pro populo credito cogimur prestare rationem,populum disciplinam deificam humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli qui statuta maiorum contemnentes castita/ tem ecclesie presumptione violarunt voluntatem populi sequentes,dei iudicium non timentes.

D ¶Ergo ne pari more silentio conniuere atq; adhibere consensum talibus videamur,vnde gehenne penas possimus incurrere dicente domino, furem videbas & currebas cum eo. & cum adulteris por tionem tuā ponebas,hec sunt que deiceps ituitu diuini iudicii oēs catholicos ēpos expedit custodire.

E ¶Primum vt extra cōscientiā sedis apostolice hoc est primatis nemo audeat ordinare , integrum enim iudicium est quod plurimorum sententia consequitur,ne vnus episcopus episcopum ordinare p̄sumat ,ppter arrogātiā,ne furtiuū bnficiū prestitū videat,hoc eni i synodo nicena cōstat esse definitū

F ¶Item si quis post remissionē peccatorū cingulū militie secularis habuerit,ad clerū admitti nō debet

G ¶Vt mulierem id est viduā clericus non ducat vxorem.

H ¶Vt is qui laicus viduam duxerit,non admittatur ad clerum.

¶Vt de aliena ecclesia ordinare clericū nullus vsurpet vt abiectū clericū alia ecclesia nō admittat.

¶Vt venientes a nouatianis vel montensibus per manus impositionem suscipiantur preter eos quos rebaptizant.

I ¶Preterea quod dignum & pudicum & honestum est suademus,vt sacerdotes & leuite cū vxorib⁹ suis non coeant,quia in ministerio ministri cotidianis necessitatibus occupantur,ad corinthios nāq; Paulus scribit dicēs,Abstinete vt vacetis orationi, Si ergo laicis abstinētia imperatur vt possint depre/ cantes audiri,quantomagis sacerdos vtiq; omni momento paratus esse debet munditie puritate secu rus, ne aut sacrificium offerat,aut baptizare cogatur? qui si contaminatus est carnali concupiscentia quid faciet? excusabit? quo pudore,qua mente vsurpabit? qua conscientia,quo merito hic exaudiri se cre dit? cū dictū sit, oia munda mundis. coinquinatis autem &infidelibus nihil mūdum,Q ua de re hor tor,moneo,rogo,tollatur hoc oprobrium quod potest iure etiam gētilitas accusare,forte creditur quia scriptum est,vnius vxoris virum non permanentē in concupiscentia generandi dixit,sed propter cō tinentiā futurā qui ait,Neq; eni integros non admisit,vellem omnes homines sic esse sicuti & ego. Et apertius declarat dicens,qui autem in carne sunt,deo placere non possunt,vos autem iam non estis in carne,sed in spiritu.

¶Hec itaq; fratres si plena vigilātia fuerint ab omnibus obseruata cessabit ambitio, dissentio cōquie

scet

ſcet,hereſes & ſchiſmata nō emergent.locum non accipiet diabolus ſeuiendi,manebitvnanimitas, ini quitas ſeparata calcabitur. Charitas ſpiritali feruore flagrabit,pax predicata labiis cum voluntate con cordabit.Pax vtiq; dei noſtri ſaluatoris quam proximus paſſioni ſeruandam eſſe precepit,& hereditatem nobis iure dereliquit dicens,pacem do vobis,pacem relinquo vobis,& dictum Apoſtoli,Vnanimes vnum ſentientes permaneamus in chriſto,nichil per contentionem nobis neq; per inanem gloriam vindicantes,nec hominibus,ſed deo noſtro ſaluatori placeamus.His preceptis omnibus ſi fideliter voluerimus obedire,cuſtodiet dominus corpora noſtra,& animas noſtras in die qua reddit⁹ eſt vnicuiq; iuxta opera ſua.Si quis ſane inflatus mente carnis ſue ab hac ratione voluerit euagari,ſciat ſe & a noſtra communione ſeclusum,& gehenne penas habiturum,Preterea miſericordia cum iudicio eſſe debet,talibus enim oportet labentibus manum porrigere qui ſic currentem non pertrahant in ruinā . Data Rome in concilio epiſcoporum octoginta ſub die octauo idus ianuarii.poſt conſulatū archadii auguſti & bautonis,iiii.conſuli.

¶ITEM RESCRIPTVM EPISCOPORVM AD QVEM SVPRA.

DILECTISSIMO DOMINO FRATRI SIRITIO AMBRO A
ſius,ſabinus,Baſſianus,& ceteri,Recognouimus litteras ſanctitati tue boni paſtoris excubias,qui diligenter commiſſam tibi ianuam ſeruas, & pia ſollicitudine chriſti ouile cuſtodias dign⁹ quem oues dñi audiant,& ſequantur,& ideo quia nouiſti ouiculas chriſti,lupos facile deprehendis,& occurris quaſi prouid⁹ paſtor ne iſtis morſibus perfidie ſue feralivlulatu dominicum ouile diſpergant, laudam⁹ hoc dñe frater nobis dilectiſſime & toto celebram⁹ affectu, Nec miramur ſi luporū rabiem grex domini perhorruit in quibus chriſtivocē non recognouit, Agreſtis enim vlulatus eſt nullam virginitatis gratiā,nullū caſtitatis ordinem reſeruare,promiſcue omnia velle confundere,diuerſorū gradus abrogare,meritorū & paupertatē quandā celeſtiū remunerationū inducere,quaſi chriſtovna ſit palma quam tribuit ac nō plurimi abundent tituli premiorū,ſimulant ſe iſti nō donare cōiugio, ſed que poteſt laus eſſe cōiugii ſi nulla virginitatis eſt gloria? neq; vero nos negamus ſanctificatū a xp̄o eſſe cōiugiū diuina voce dicente . Erūt ambo in vna carne,& invno ſpiritu,ſed prius eſt quod nati ſum⁹ quā quod effecti,multoq; preſtātius diuini operis myſteriū quā humane fragilitatis remediū,Iure laudatur bona vxor,ſed melius pia virgo prefertur dicēte dño,Q uí iūgit virginem ſuā bene facit,& qui nō iungit melius facit,hec enim cogitat que dei ſunt illa que mundi,illa cōiugalib⁹ vinculis colligata eſt,hec libera vinculorū,illa ſub lege,iſta ſub gratia,bonū cōiugiū quo eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis humane,ſed melior virginitas per quā regni celeſtis hereditas acquiſita & celeſtiū meritorū reperta ſucceſſio,per mulierē cura ſucceſſit,per virginem ſalus euenit,deniq; ſpeciale ſibi donū virginitati chriſtus elegit,& integritatis munus exhibuit,atq; in ſe rep̄ſentauit, quod elegit in matre,Q uāta amentia funeſtorū latrantiū,vt iidem dicerēt chriſtum ex virgine nō potuiſſe generari,qui aſſerūt ex muliere editis humanis partibus virgines permanere. Aliis preſtat ergo chriſtus quod ſibi dicūt preſtare non potuit,ille vero carnē ſic ſuſcepit & ſic homo factus eſt,vt hoiem redimeret,atq; a morte reuocaret,inuitato tn quaſi deus munere venit interim,vt quēadmodū dixerat,Ecce faciā omnia noua partu imaculate virginis naſceretur,& ſicut ſcriptū eſt crederetur nobiſcū de⁹,ſed de via peruerſitatis produntur dicere,virgo cōcepit,ſed non virgo generauit,potuit ergo virgo concipere,non potuit virgo generare cū ſemper conceptus precedat,partus ſequatur,ſed ſi doctrinis nō creditur ſacerdotum,credatur oraculis chriſti,credatur monitis angelorū dicentiū quia nō eſt impoſſibile apud deū omne verbū,credatur ſymbolo Apoſtolorū quod eccleſia Romana intemerata ſemp cuſtodit & ſeruat, audiuit maria vocem angeli & que dixerat ante,quomodo fiet iſtud non fide generationis interrogans reſpondit poſtea,Ecce ancilla domini contingat mihi ſecundum verbum tuum hec eſt virgo que in vtero cōcepit, virgoq; peperit filiū, ſic enim ſcriptum eſt . Ecce virgo in vtero concipiet,& pariet filium,nō eni cōcepturā tātūmodo virginē,ſed & pariturā virginē dixit,Q ue aūt eſt illa porta exterior ad orientē que manet clauſa,&nemo inquit ptranſiuit per eā,ſed ſolus de⁹ iſrael trāſiuit per eā,nōne hec porta maria eſt,per quā in hunc mūdū redēptor itrauit? Hec eſt porta iuſtīcie ſicut ipſe dixit.Sine nos iplere oēm iuſtīciā,hec porta eſt maria de qua ſcriptū eſt,quia dñs ptranſiuit eam

& erit clauſa poſt partum,quia virgo & cõcepit,& genuit,quid autem incredibile ſi contra vſum crí/ ginis naturales peperit maria,& virgo permanet, quando contra vſum nature mare vidit & fugit, at/ que in fontem ſuũ iordanis fluenta remearunt, ¶Nõ ergo excedit fidẽ quod virgo peperit,quã/ do legimus qđ petravomuit aquas,& in muri ſpeciem marisvnda ſolidata eſt,nõ excedit fidem quod homo exiuit de virgine,quãdo petra fontem profluum ſcaturiuit,ferrum ſuper aquas natauit, ambu/ lauit homo ſuper aquas,ergo ſi hominem vnda portauit,non potuit hominem virgo generare? At quẽ hominẽ,de quo legimus, Et mittit illis dominus hominẽ qui ſaluos faciet eos,& notus erit domi/ nus egyptiis,In veteri itaqꝫ teſtamento virga hebreorum per mare duxit exercitum,In nouo teſtamẽ to virgo regis aula celeſtis electa eſt ad ſalutem. Quid autem etiam viduitatis adtexamus preconia, cum in euangelio poſt virginis celeberrimum partũ Anna vidua ſubrogetur, que vixerat cũ viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua,& hec vidua annis.lxxxiiii. que non diſcedebat de templo ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte? Merito ab illis viduitas deſpicitur,que ſolet obſeruare ieiunia, quibus ſe dolent iſti aliquo tempore eſſe maceratos,& propriam vlciſcuntur iniuriam cotidianiſqꝫ conuiuiis vſuqꝫ luxurie laborem abſtinentie propulſare deſiderant, qui nichil rectius faciunt quam quod ipſi ſe ſuo ore condemnent,ſed deum metuunt ne in iſtis illud ieiuniũ reputetur. Eligãt quod volunt,ſi aliquando ieiunauerint,gerant ergo boni facti ſui penitentiam,Si nunquam, ſuam ergo ip/ ſi intemperantiam & luxuriã confiteantur,& ideo dicunt Paulum luxurie magiſtrum fuiſſe ,at quis ſit ſobrietatis magiſter,ſi fuit ille luxurie qui caſtigauit corpus ſuum,& in ſeruitutem redegit,atqꝫ ie/ iuniis multis ſe debitam chriſto obſeruantiam detuliſſe memorauit? nõ vt ſe ſuaqꝫ laudaret.ſed vt nos quid ſequeremur doceret? Ille ergo luxuriam docuit,qui ait, qui adhuc velut viuentes de hoc mun/ do decernitis ne tetigeritis,ne attaminaueritis,ne guſtaueritis que ſunt omnia in corruptelam,qui ait, non indulgentia corporis,non in honore aliquo ad ſaturitatẽ & diligentiam carnis, non in deſideriis erroris,ſed in ſpiritu quo renouamur eſſe viuendum. Si parũ eſt quod Apoſtolus dixit, audiant pro phetam dicẽtem. Et cooperui in ieiunio animam meam,ergo qui non ieiunat intectus & nudus eſt, patet vulneri,deniqꝫ ſi adam ſe texiſſet in ieiunio nõ fuiſſet nudus effect9,Niniue ſe a morte ieiunio li berauit ,& ipſe dominus ait,Non eiicietur hoc genus niſi per orationem & ieiunium,ſed quid plura apud Magiſtrum atque doctorem, cum iam dignum precium retulerint illi perfidie ſue,qui ideo huc venerunt ne ſupereſſet locus in quo non damnarentur,qui vere ſe manicheos probauerunt non credentes quia ex virgine vtiqꝫ veniſſe creditur,que nam hec eſt ſubpar nouorum iudeorum amẽtia ſi veniſſe nõ creditur, nec carnẽ creditur ſuſcepiſſe,ergo i fantaſmate viſus eſt,in fantaſmate crucifixus eſt, In veritate redemptor eſt noſter,manicheus eſt qui abnegat veritatẽ qui carnem chriſti negat & ideo non eſt illis remiſſio peccatorum,ſed impietas manicheorum quam & dementiſſimus execratus eſt imperator,& omnes qui illos viderunt quaſi quedam contagia refugerunt, ſicut teſtes ſunt fratres & compreſbyteri noſtri Creſcens Leopardus,& Alexander ſancto ſeruientes ſpiritu,qui eos omnium execratione damnatos Mediolanẽſi ex vrbe profugos reliquerunt,Itaqꝫ Iouinianum auſentium,ger/ minatorem,Felicem,plotinum, Genialem,martianum.Ianuarium,& Ingenium quos ſanctitas tua damnauit,ſcias apud nos quoqꝫ ſecundũ iudiciũ tuũ eſſe damnatos,Incolumen te & Florẽtiſſimum deus noſter tueatnr omnipotẽs dñe dilectiſſime frater,Itẽ ſubſcriptio ego Euẽtius epiſcop9 ſaluto ſãcti tatem tuam in domino,& huic eccleſie ſubſcripſi Maximus epiſcopus .Felix epꝰs,Bazianus epꝰs The odolus epiſcopus ex iuſſu domini epiſcopi Geminiani ipſo preſente,Aprus preſbyter Eutaſius epiſ copus Conſtãtius epiſcopus,Euſtaſius epiſcopus eo omnes ordine ſubſcripſerunt.

INCIPIVNT DECRETA ANASTASII PAPE.

ANASTASIVS EPISCOPVS CVNCTIS GERMANICIS ET burgũdie regiõis epis in dño ſalutẽ,Exigit dilectio veſtra cariſſimi vt ex aucto ritate ſedis apoſtolice vris deberemus reſpõdere conſultis,& q̃uis nõ prolixe, ſed ſuccicte hoc agere ,ppter quaſdã alias occupatiões feſtinaremus,denuo tñ ſi neceſſe fuerit ob has vel alias occupationes quaſi ad caput mittere charitatiue nõ dubitetis, quia veſtras preces & nunc & tunc acceptas habemus,Significatis enim quoſdam ſacerdotes

ſacerdotes in eccleſia quando leguntur euangelia ſedere ,& domini ſaluatoris verba non ſtantes ſed ſedentes audire , & hoc ex maiorum traditione ſe accepiſſe narrant , quod nullatenus deinceps fieri ſinatis apoſtolica auctoritate mandamus,ſed dum ſancta euangelia in eccleſia recitantur , ſacerdotes & ceteri omnes non ſedentes,ſed venerabiliter curui in conſpectu euangelii ſtantes dominica verba intente audiant & fideliter adorent.

¶Similiter & tranſmarinos homines de quibus nos conſuluiſtis in clericatus honore nolite ſuſcipere,niſi quinq; aut eo amplius epiſcoporum chyrographis ſint deſignati,quia multa per ſubreptionem ſolent euenire,Et ideo hec ſummopere ſunt cauenda. A

¶Manicheos vero quos in vrbe Roma inuenimus,& ſequaces eorum nolite recipere,neq; eis cõmunicare,aut vllam cum eis participationem habere priuſq; ad rectam conuertantur fidem,nec eorum male pullulantia ſemina que a nobis in vrbe extinguntur peſſimis vobiſcum radicibus ſeminẽtur vel germinentur,Plurimos vero eorum & ſue ſequaces impietatis,atq; illorum doctores inueſtigatio noſtra reperit,vigilantia diuulgauit,auctoritas & cenſura cohercuit,quos potuimus emendare correximus. Et vt damnarent manicheum cum predicatione & diſciplinis ſuis publica in eccleſia profeſſione, & manus ſue ſubſcriptione compulimus, & ita de voragine impietatis ſue confeſſos penitentia concedendo leuauimus. Aliquanti vero qui ita ſe demerſerunt,vt nullum his auxiliantis remedium poſſet ſubuenire,ſubditi legibus ſcḋm chriſtianorum principum conſtituta ,ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati , & omnia que tam in ſcriptis quam in occultis traditionibus ſuis habent profana vel turpia,vt noſſet populus quid refugeret,aut vitaret,oculis chriſtiane plebis certa manifeſtatione probauimus,adeo vt ipſe qui dicebatur epiſcopus a nobis tentus proderet flagitioſa in ſuis myſteriis que teneret,ſicut geſtorum vos ſeries poterit edocere. Ad inſtructionem enim veſtram etiam ipſa direximus, quibus relectis omnia que a nobis deprehenſa ſunt,noſſe poteritis, Et quia aliquantos de his quos ne abſoluerentur,arctior reatus inuoluerat cognouimus aufugiſſe,hinc ad dilectionem veſtram epiſtolam miſimus,ut effecta certior ſanctitas veſtra ſollicitius agere dignetur & cautius , necubi manichee peruerſitatis homines plebes veſtras facultatem ledendi,& huius ſacrilegii poſſint inuenire doctores, Aliter enim nobis cõmiſſos regere nõ poſſum⁹,niſi hos qui ſunt peruerſi doctores & perditi,zelo fidei domínice perſequamur,& a iuis mentib⁹(ne peſtis hec latius diuulgetur)ſeuerítate qua poſſumus abſcindamus. Vnde hortor dilectionem veſtrã obteſtor,& moneo,vt qua debetis & poteſtis ſollicitudine vigiletis ad inueſtigandos eos,necubi occultandi ſe reperiant facultatem, Hi fratres valde cauendi ſunt, ne domínicum gregem peruerſitatibus quibus poſſunt cõtaminare valeant. Sunt ergo quidam eorum veſte ſua oues ſignificãtes,interius vero lupi rapaces exiſtunt,quos iuxta veritatis vocẽ ex fructibus eorum debemus agnoſcere, Quando autem ceperint aſſumere impietatẽ, illud qḋ occultabatur in illis aperitur,& dolus omnis fit omnibus manifeſtus, Inueniuntur quoq; infirme fidei homines, & qui diuinas lectiones ſitiunt,ſecum eos in perditionẽ precipitant,diſſipant enim & vituperant patrum diſciplinas,& relinquunt ſanctas ſcripturas ad ſuam perditionem,quos vt predictum eſt, debemus pũidere, & ab his multum cauere,ne in malicia ſui aliqui occupati concidãt de ſua firmitate, Saluto itaq; vos fratres ,& omnes que vobiſcum bene ſentiunt eccleſias, Nos quoq; vt modo facitis,& alloquamini peto crebrius litteris ,& frequẽtius de fide,& bona intentione veſtra ,atq; ſoſpitate letificate , vt gaudium commune habeamus,& domino pari voto fideliter ſeruiamus. Data nonas Octobris Achadio & Bautone.iiii.conſulibus.

¶CVIVS SVPRA NERIANO NOBILISSIMO VIRO DIRECTA EPISTO.

DILECTISSIMO FRATRI NERIANO ANASTASIVS,MVL B
ta michi in omnibus fidei & bonitatis tue litteris cauſa gaudii eſt,quod tantum ſtudium circa religionis cultum exhibes , & domini ſacerdotes tuis in partib⁹ adiuuare ſtudes,vnde & domino gratias ago,qui te ad hoc inſtigat,& vt perſeuerabilẽ in bonis opibus te faciat exoro,nos tamen & in ꝓſperis,& in aduerſis deum laudare magnifice oportet,eiuſq; ſub potẽti humiliari manu,vt in tempore vos tribulationis iuxta beatum Petrũ aplm confortet & exaltet . Fraternitatis ergo vre afflictio quã de amiſſione parẽtum vrorum vos habuiſſe audiuim⁹ tãtã nobis cãm meroris iniecit,vt quia nos de duob⁹ charitas vnũ fecit, cor nrm in vris ſpãliter tribulationib⁹ ſentirem⁹,

Sed in hoc dolore multum me cõsolata est sanctitatis tue ad animum res deducta,quia & patienter ferre tristitiam decet,& de morte plebis tue vlterius longam nõ habere mestitiã,Ne tñ aliqua adhuc tribulatio in vra mente resideat,hortor quiescere a dolore,quia indecens est de illis tedio afflictionis addici,quos credendũ est ad veram moriendo vitam peruenire,Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationẽ qui vitam alteram nesciunt,qui de hoc seculo ad melius esse transitum nõ confidũt Nos autem qui nouimus,qui hoc credimus,& docemus cõtristari nimium de obeuntibus non debemus,ne quod apud alios pietatis tenet speciem,hoc nobis magis in culpa sit.Nã diffidentie quo dãmodo genus est contra hoc quod quisq; predicator querit iustitiam amãs,dicente apostolo, Nolumus autem vos ignorare de dormientibus,vt nõ contristemini sicut & ceteri qui spem nõ habent, Hac itaq; frater charissime ratione perspecta studendum nobis est ne (sicut diximus) de mortuis affligamur,si affectum viuẽtibus impendamus,quib9 & pietas ad vtilitatem,& sit ad fructũ dilectio Depone ergo charissime merorem,& assume spiritualem fructũ letitie ad vtilitatem sancte dei ecclesie seruorũq; eius profectum,& vite eius quecũq; sint spatia eternis diuinisq; officiis illustrare contẽde,vt qui insignẽ te prestitit reddat sibi per secula clariorem. Data.vii.idus Iunii Theodosio Augusto.vii.& palladio.iiii.consulibus.

¶Explicit epistola.

¶INCIPIVNT CAPITVLA INNOCENTII PAPE.

i ¶De pacis osculo dando post confecta mysteria.

ii ¶De nominib9 ante precem sacerdoti nõ recitandis.

iii ¶Quod non debeant baptizati nisi ab episcopo consignari.

iiii Quod rite omni sabbato ieiunetur.

v ¶De fermento quod ciuitatis tantum presbyteris dirigatur.

vi ¶De inerguminis baptizatis.

vii ¶De penitentibus.

viii ¶De epistola sancti Iacobi apostoli in qua pro infirmis orare precipitur.

¶Expliciunt capitula.

A NNOCENTIVS DECENTIO EPISCOPO EGVBINO SAlutem.Si instituta ecclesiastica vt sunt a beatis apostolis tradita integra vellent seruare domini sacerdotes,nulla diuersitas,nulla varietas in ipsis ordinib9 & cõsecrationib9 haberetur,sed dum vnusquisq; nõ quod traditum est,sed quod visum fuerit hoc existimat esse tenendum,inde diuersa in diuersis locis,vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur,ac fit scãdalum populis:quia dum nesciunt traditiones antiquas humana presumptione corruptas.putant sibi aut ecclesias non cõuenire,aut ab apostolis vel ab apostolicis viris contrarietatem inductam, Quis enim nesciat aut nõ aduertat id quod a principe apostolorum Petro Romane ecclesie traditum est, ac nunc vsq; custoditur ab omnib9 debere seruari,nec superduci,aut introduci aliquid quod aut auctoritatẽ non habeat,aut aliunde accipere videatur exemplũ? Presertim cum sit manifestum in omnem italiã,gallias,hyspanias,africam,atq; Siliciam insulasq; interiacentes nullũ instituisse ecclesias nisi eos quos venerabilis apostolus Petr9, aut eius successores constituerunt sacerdotes,aut legant si in his prouinciis alius apostolorum inuenitur aut legitur docuisse,Quod si non legunt quia nusquã inuenitur ,oportet eos hec sequi quod ecclesia Romana custodit,a qua eos principum accepisse nõ dubium est,ne dũ peregrinis assertionibus studeant caput institutionum videantur omittere, Sepe dilectionem tuã ad vrbem veniisse ac nobiscum in ecclesia cõuenisse nõ dubium est,& quem morem in cõsecrandis mysteriis,vel in ceteris agendis archanis teneat cognouisse,quod sufficere arbitrarer ad informationẽ ecclesie tue vel reformationem si precessores tui min9 aliquid,aut aliter tenuerint satis certũ haberes nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses,quibus iccirco respondimus non quod te aliqua ignorare credamus,sed vt maiori auctoritate vel tuos instituas,vel si qui a Romane ecclesie institutionib9 errant aut cõmoneas,aut iudicare nõ differas,vt scire valeamus qui sint qui aut nouitates inducũt,aut alterius ecclesie quam Romane existimant consuetudinem esse seruandum.

Capitulum primum,

B PAcem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare,vel sibi inter sacerdotes tradere

tradere,cum poſt omnia que aperire non debet pax ſit neceſſaria indicenda,per quam conſtet popu⸗lum ad omnia que in myſteriis aguntur atq; in eccleſia celebrantur prebuiſſe conſenſum,ac finita eſ⸗ſe pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur.

Capitulum ſecundum.

¶De nominibus vero recitandis antequam preces ſacerdos faciat,atque eorum oblationes quorum nomina recitanda ſunt ſua oratione commendat,q̃ ſuperfluum ſit,& ipſe per tuam prudentiam reco⸗gnoſcis, vt cuius hoſtias nondum deo offeras eius ante nomen inſinues,quamuis illi incognitum ſit nichil. Prius enim oblationes ſunt commendande,ac tunc eorum nomina ſunt edicenda,vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia que ante premittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.

Capitulum tertium.

¶De conſignandis vero infantibus manifeſtum eſt ab alio fieri quam ab epiſcopo non licere, nam preſbyteri licet ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent, hec autem pontificibus ſolis deberi,vt vel conſignent,vel paracletum ſpiritum tradant non ſolum conſuetudo eccleſiaſtica de⸗monſtrat,verum illa lectio actuum apoſtolorum que aſſerit Petrum & Iohannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent ſpiritum ſanctum. Nam preſbyteris ſeu extra epiſcopum,ſeu preſente epiſ⸗copo cum baptizant chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare,quod ſolis debetur epiſcopis, cum tradunt ſpiritum paracletū Verba vero dicere non poſſum,ne magis prodere videar, q̃ ad conſultationem reſpondere.

Capitum quartum.

¶Sabbato vero ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicum ob ve⸗nerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu chriſti non ſolum in Paſcha celebramus,verumetiam per ſingulos circulos Ebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſi ſexta Feria propter paſſionem Domini ieiunamus,ſabbatum pretermittere nō debemus,quod inter triſtitiam atq; ieti⸗tiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtiq; conſtat apoſtolos biduo iſto & in merore fuiſſe,& propter metum iudeorum ſe occuluiſſe. Quod vtiq; non dubium eſt in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato,vt traditio eccleſie habeat iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari,que vtiq; forma per ſingulas tenenda eſt ebdomadas propter id quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda, Quod ſi putant ſemel atq; vno ſabbato ieiunandum ergo & dominica,& ſexta feria ſemel in Paſcha erit vtiq; celebrãdum, Si autem dominici diei, & ſexte ferie per ſingulas ebdomadas reparãda imago eſt,dementis eſt biduí agere conſuetudinem ſabbato pretermiſſo,cum non diſparem habet cauſam a ſexta videlicet Feria in qua Dominus paſſus eſt,quando & ad inferos fuit,vt tertia die reſurgens red⸗deret leticiam poſt biduanam triſtitiam precedentem. Non ergo nos negamus Sexta Feria ieiunan⸗dum,ſed dicimus & ſabbato hoc agendum,quia ambo dies triſtitiam apoſtolis,vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt indixerunt,qui die dominico exhilarati non ſolum ipſum feſtiuiſſimum eſſe voluerunt,ve rumetiam per omnes Ebdomadas frequentandum eſſe dixerunt.

Capitulum quintum.

¶De fermento vero quod die dominico per titulos mittimus,ſuperflue nos conſulere voluiſtis cum omnes eccleſie veſtre intra ciuitatem ſunt conſtitute,quarum preſbyteri quia die ipſo propter plebem ſibi creditam nobiſcum conuenire nō poſſunt,iccirco fermentum a nobis confectum per accolitos acci piunt, vt ſe a noſtra communione maxime illa die non iudicent ſeparatos, quod per parochias fieri debere non puto,quia non longe portanda ſunt ſacramenta,nec nos per cemiteria diuerſa conſtitutis preſbyteris deſtinamus,vt & preſbyteri eorum conficiendorum ius habeant atq; licentiam.

Capitulum ſextum.

¶De his vero baptizatis,qui poſtea a demonio,aut vitio aliquo,aut peccato interueniente arripiun⸗tur queſiuit dilectio tua,ſi a preſbytero vel diacono poſſint,aut debeant conſignari,quod hoc niſi epi⸗ſcopus preceperit non licet,Nã ei manus imponenda omnino nō eſt,niſi epiſcopus auctoritatem de⸗derit id faciendi, vt autem fiat, epiſcopi eſt imperare vt manus ei vel a preſbytero, & a ceteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri ſine magno labore poterit,vt longe conſtitutus energumínus ad epiſcopum deducatur,cum ſi talis caſus ei in itinere acciderit,vt nec ferri ad epiſcopum, nec referri ad ſua facile poſſit.

Capitulum ſeptimum.

A ¶De penitentibus vero qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus penitentiam gerunt, si nulla interueniat egritudo,quinta feria ante Pascha eis remittendum Romane ecclesie consuetudo demonstrat.Ceterum de pōdere estimando delictorum sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem penitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis,ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem,Sane si quis in egritudinem inciderit,atq; vsq; ad desperationem deuenerit,ei est ante tempus Pasche relaxandum,ne de seculo absq; communione discedat.

Capitulum octauum.

B ¶Sane quoniam de hoc sicuti de ceteris consulere voluit dilectio tua,adiecit etiam filius meus celestinus diaconus in epistola sua esse a tua dilectione positum illud quod in apostoli Iacobi epistola cōscriptum est. Infirmatur quis in vobis, īducat presbyteros,& orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum,& suscitabit illum dominus, & si in peccatis fuerit remittētur ei.Quod non est dubium de fidelibus egrotantibus accipi,vel intelligi debere,qui sancto oleo chrismatis perungi possunt,quod ab episcopo confectum non solum sacerdotibns sed omnibus vti Christianis licet,in sua,aut suorum necessitate inūgēdo. Ceterum illud superfluum videmus adiectum,vt de episcopo ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. ¶Nam iccirco de presbyteris dictū est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus postea dignum ducit aliquem a se visitandum,& benedicere, & tāgere chrisma te sine cunctatione potest,cuius est ipsum chrisma conficere.Nam penitentibus illud fundi non potest,quia genus est sacramenti,Nam quibus reliqua sacramenta negantur,quemodo vnū genus posse putatur concedi?His ergo frater carissime omnibus que tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curauimus,vt ecclesia tua Romanam consuetudinem aqua originem ducit seruare valeat atq; custodire,Reliqua vero que scribi fas nō erat,cum affueris interrogati poterimus edicere, Erit autem domini potentie etiam id procurare,vt & tuam ecclesiam,& clericos nostros qui sub tuo pontificio diuinis famulantur officiis bene instituas,& aliis formam tribuas quam debeant imitari,data.xiiii.kalendarum Aprilis,Theodosio augusto septies palladio.iiii.cc.consulibus.

¶Incipiunt capitula eiusdem ad Victoricum episcopum.

i ¶Quod extra conscientiam metropolitani non sunt ordinandi episcopi.

ii ¶De his qui post baptismum cingulum militie secularis acceperunt non debere ad clericatus ordinem admitti.

iii ¶De causis clericorum que in prouintia iuste non finiuntur, vt ab apostolica sede terminentur.

iiii ¶De vxoribus clericorum, vt virginibus socientur, & secundam non ducant vxorem.

v ¶Vt si laicus viduam duxerit, clericus non fiat.

vi ¶Vt clericus non sit qui secundam duxerit vxorem.

vii ¶Vt alterius clericum nullus episcopus ordinare vsurpet.

viii ¶Vt non rebaptizentur qui a nouatianis vel montenlibus veniunt.

ix ¶Vt sacerdotes, & leuite cum mulieribus coherere non debeant.

x ¶Vt monachus si clericus factus fuerit propositum suum seruare debeat.

xi ¶Vt ex curialibus clericus non fiat propter voluptates quas a diabolo inuentas exhibere compellitur.

xii ¶De virginibus sactis, si lapse fuerint, vel publice nupserint.

xiii ¶De virginibus non velatis, si deuiauerint.

¶Explicium Capitula.

C INnocentius Victorico episcopo Rothomagēsi salutem. Et si tibi frater carissime pro merito,& honore sacerdotii quo plurimum polles,viuendi & docendi ecclesiastice regule nota sunt omnia,neq; est aliquid quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur,tamen quia romane ecclesie

normã,atq; auctoritatem magnopere postulasti voluntati tue morẽ ad modũ gerens de gestis vite & morum,pbabiliũ disciplinas annexas litteris meis misi,per quas aduertãt ecclesiarũ regionis ve/ stre populi quibus rebus & regulis Christianorũvita in sua cuiuscũq; professione debeat contineri, qualisq; seruetur in vrbis Rome ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tue per plebes finitimas, & cõ/ sacerdotes nostros qui in illis regionibus propriis ecclesiis president,regularũ hunc librũ quasi dida scalum,atq; monitorem sedulo insinuare,vt & nostros cognoscere,& ad fidem confluentiũ moresva leant docendi sedulitate formari,Aut enim propositum suũ ex hac nostra congruẽti lectione cogno scent,aut si quid adhuc desideratur facile poterunt ex his bona imitatione supplere. ¶Incipiamus ergo adiuuante deo,& sancto dei apostolo Petro per quẽ & apostolatus,& episcopatus in Christo ce pit exordium,vt quoniã sepe plures emerserunt cause, que in aliquãtis non erant cause, sed crimina vt de cetero sollicitudo sit vnicuiq; sacerdoti in sua ecclesia curam huiusmodi habere sicut beat9 apo stolus Paulus predicat,talem ecclesiam deo exhibendã nõ habentem maculã,aut rugam, ne alicuius morbide ouis afflatu conscientia nostra contaminata violetur. ¶Propter eos ergo qui vel ignoran/ tia vel desidia non tenent ecclesiasticã disciplinam,& multa non presumenda presumunt recte postu lasti,vt in illis partibus istiusmodi quã tenet ecclesia Romana forma seruetur,non quod noua p̃cepta aliqua imperentur,sed ea que per desidiam aliquorum neglecta sunt,ab omnib9 obseruari cupiam9, que tamen apostolica & patrum traditione sunt constituta.Scriptum est nãq; ad Thessalonicenses secundo,& ad Timotheum apostolo Paulo monẽte,State & tenete traditiones nostras quas tradidi mus vobis siue per verbũ, siue per epistolã.Illud certe tuam debet mẽtem vehemẽtius excitare,vt ab omni labe seculi istius immunis ante dei cõspectum & securus inueniaris.Cui multum enim credi tur plus ab eo exigitur. Ergo quoniam nõ pro nobis tantũ,sed pro populo Christi cogimur presta/ re rationem,Idcirco disciplina dei sanctificare populum & erudire debemus.Quosdã enim asseris extitisse qui statuta maiorum non tenentes castitatem ecclesie sua presumptione violant populi fauo rem sequentes,& dei iudicium non timẽtes. Ergo ne silentio nostro existimemur his prebere con/ sensum domino dicente per prophetam,videbas furem & currebas cũ eo,hec sunt que deinceps in/ tuitu diuini iudicii,omnem catholicum episcopum expedit custodire.

Capitulum primum.

PRimum vt extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopũ.Inte/ grum enim est iudiciũ quod plurimorũ sententiis confirmatur,nec vnus eps ordinare presu/ mat episcopum,ne furtiuum prestitum beneficiumvideatur,hoc enim & synodus Nicena constituit atq; definiuit. A

Capitulum secundum.

¶Constituit etiam atq; definiuit,Si quis post remissionẽ peccatorum cingulũ militie secularis ha/ buerit ad clericatum admitti omnino non debeat. B

Capitulum tertium.

¶Si que autem cause vel contẽtiones inter clericos vel inter laicos tam superioris gradus,quã etiam inferioris fuerint exorte, placuit vt secundũ synodũ Nicenã congregatis omnibus eiusdẽ prouintie episcopis iudiciũ terminetur,nec alicui liceat sine p̃iudicio tamẽ Romane ecclesie,cui in omnib9 cau sis debetur reuerẽtia custodit, relictis his sacerdotibus qui in eadẽ p̃uintia dei ecclesias nutu diuino gubernant ad alias cõuolare p̃uintias,aut aliarũ prouintiarũ prius episcoporum iudiciũ experiri. Quod si quis forte p̃sumpserit,& ab officio cleri submotus & iniuriarum reus ab omnibus iudice/ tur.Si autem maiores cause in medium fuerint deuolute ad sedem apostolicam sicut synod9 statuit, & beata consuetudo exigit,post iudicium episcopale referantur. C

Capitulum quartum

¶Vt mulierẽ viduã clericus nõ ducat vxorẽ,quia scriptũ est.Sacerdos vxorẽ virginẽ accipiat nõvi/ duã,nõ electã,vtiq; qui ad sacerdotiũ labore suo & vite p̃bitate contẽdit,cauere debet, ne hoc p̃iudi cio impetus peruenire non possit. D

Capitulum quintum

¶Vt si quis viduã licet laicus duxerit vxorem seu ante baptismũ seu post baptismũ nõ admittatur ad clerũ,quia eodem videtur vitio excluSus,in baptismo enim crimina remittuntur,non acceptevxo ris consortium relaxatur.

Capitulumsextum.

¶Ne is qui secundã duxeritvxorem clericus fiat,quia scriptum est.Vnius vxoris virum & iterum Sacerdotes mei semel nubant,& alibi,sacerdotes mei non nubant amplius. E

¶Ac ne ab aliquib9 existimetẽ añ baptismũ si forte quis accepit vxorẽ,& ea de seculo recedẽte alterã

duxerit,in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis erat a regula,quia in baptiſmo peccata dimittuntur,nō acce
ptarum vxorum numerus aboletur,cum vtiq; vxor ex legis precepto ducatur, in tantum vt & in pa
radiſo cum parentes humani generis iungerētur ab ipſo domino ſint Benedicti,&Salomon dicat,
A deo preparabitur vi o vxor.Q uā formā etiam ſacerdotes omnes ſeruare vſus ipſe demonſtrat
eccleſie,Satis enim abſurdum eſt aliquē crederevxorem ante baptiſmum acceptam poſt baptiſmum
non computari,cum benedictio que per ſacerdotem ſuper nubentes imponitur nō materiam de
linquendi dediſſe,ſed formam tenuiſſe legis a deo antiquit⁹ inſtitute doceatur,Q uod ſi nō putatur
vxor eſſe computanda que ante baptiſmum data eſt,ergo nec filii qui ante baptiſmum geniti ſunt
pro filiis habentur.

Capitulum ſeptimum.

A ¶Vt de aliena eccleſa clericum ordinare,aut iudicare nullus vſurpet,niſi eius epiſcopus precib⁹exor
ratus concedere voluerit,quod etiā Nicena videtur ſynodus continere. Abiect⁹ a ſua eccleſia clericus
ab altera non ſuſcipiatur eccleſia.

Capitulum octauum.

B ¶Vt venientes a nouatianis vel montenſibus per manus tātum impoſitionē ſuſcipiātur,quia quā
uis ab hereticis tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati,preter eos qui forte a nobis ad illos tranſe
untes rebaptizati ſunt,hi ſi reſipiſcentes,& ruinam ſuam cogitantes redire maluerint ſub longa peni
tentie ſatiſfactione admittendi ſunt.

Capitulum nonum

C ¶Preterea quod dignum & pudicum, & honeſtum eſt tenere eccleſia omnino debet, vt ſacerdo
tes & leuite cum vxoribus non miſceantur,quia miniſterii cotidiani neceſſitatibus occupantur,ſcri
ptum eſt enim, ſancti eſtote,quoniā & ego ſum ſanctus dominus deus veſter.Nam priſcis tempori
bus de templo dei ſacerdotes anno vicis ſue non diſcedebant,ſicut de zacharia legimus,nec domum
ſuam omnino tangebant,quibus vtiq; propter ſobolis ſucceſſionem vxoris vſus fuerat relaxat⁹,quia
ex alia tribu,& preter ex ſemine Aaron ad ſacerdotium nullus fuerat preceptus accedere,quātoma
gis hi ſacerdotes vel leuite pudicitiam ex die ordinationis ſue ſeruare debeant, quibus vel ſacerdo
tium,vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt? Nec preterit dies quavel a ſacrificiis diuinis,vel a baptiſma
tis officio vacent. Nam ſi beatus apoſtolus Paulus ad corinthios ſcripſit dicens. Abſtinete vos ad
tempus vt vacetis orationi, & hoc vtiq; laicis precepit, multomagis ſacerdotes quibus & orandi, &
ſacrificandi iuge officium eſt ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Q uod ſi conta
minatus fuerit a carnali concupiſcentia quo pudore ſacrificare vſurpabit? aut qua conſcientia,quove
merito exaudiri ſe credit? Cū dictum ſit omnia munda mundis, coinquinatis autem & infideli
bus nichil mundum.Sed forte licere hoc credit,quia ſcriptum eſt vnius vxoris virum non perma
nenti in concupiſcentia generandi dixit,ſed propter futuram continentiā,Neq; enim integros cor
pore non admiſit qui ait,vellem autem omnes eſſe ſicut & ego. Q đ aperti⁹declarat dicens,Q ui au
tem in carne ſunt deo placere non poſſunt,vos autem iam non eſtis in carne,ſed in ſpiritu.

Capitulum decimum.

D ¶De monachis qui diu morantes in monaſteriis,ſi poſtea ad clericatus ordinem peruenerint non
debere eos a priore ꝓpoſito deuiare,Aut enim ſicut in monaſterio fuit,& quod diu ſeruauit in me
liori gradu poſitus amittere non debet,aut ſi corruptus poſtea babtizatur, & in monaſterio ſedens
ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit, quia nec benedici cū
ſponſa poteſt iam ante corruptus. Q ue forma ſeruatur in clericis.Maxime cū vetus regula hoc ha
beat,vt quiſquis corruptus baptizatus clericus eſſe voluiſſet,ſpondeat vxorem omnino non ducere.

Capitulum vndecimum.

E ¶Preterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functi oni
bus occupatos clericos facere contendunt,quibus poſtea maior triſticia cum de reuocandis eis aliquid
ab imperatore precipitur quam gratia naſcitur de aſcito. Conſtat enim eos in ipſis muniis etiam vo
luptates exhibere, quas a diabolo inuentas eſſe non dubium eſt,& ludorum vel munerum appara
tibus aut preeſſe aut forſitam intereſſe,Sit certe in exemplum,& ſollicitudo & triſtitia fratrum quam
ſepe protulimus imperatore preſente,cum pro his ſepius rogaremus,quam ipſe nobiſcum poſitus

cognouiſti

cognouisti. Quibus nõ solum inferiores clerici ex curialibus verũ etiam in sacerdotio cõstitutis ingens molestia vt redderentur instabant. Capitulum duodecimum,

¶Item que Christo spiritualiter nubunt,& a sacerdote velantnr,si postea nupserint,vel publice vel occulte corrupte fuerint, non eas admittendas esse ad agẽdam penitentiam,nisi is cui se iunxerant de hac vita decesserit. Si enim de hominibus hec ratio custoditur,vt quecũq; viuente viro alteri nupserit habeatur adultera,nec ei agende penitentie licentia concedatur,nisi vnus ex eis defunctus fuerit,quãtomagis de illa tenenda est,que ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transire elegit? A

Capitulum decimũtertium.

¶He vero que nec dum sacro velanime tecte tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere licet velate non fuerint,si forte nupserint,his agenda aliquanto tempore penitentia est, quia sponsio eius a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bone fidei cõtractus nulla ratione dissolui, quãtomagis ista pollicitatio quã cum deo pepigit solui sine vindicta non poterit? Nam si apostolus Paulus que a proposito viduitatis discesserant dixit eas habere cõdẽnationem que primam fidem irritam fecerunt,quanto potius virgines que prioris promissionis fidem minime seruauerunt? Hec itaq; regula frater charissime si plena vigilantia fuerit ab omnibus dei sacerdotibus custodita, cessabit ambitio, dissentio conquiescet,hereses,& schismata non emergent,locum nõ accipiet diabolus seuiendi,sed manebit vnanimitas,iniquitas superata calcabitur,veritas spirituali feruore flagrabit,pax predicata labiis cum voluntate animi concordabit,implebitur edictum apostoli, vt vnanimes vnum sentientes permaneamus in Christo,nichil per contẽtionem nobis, neq; per inanẽ gloriam vendicantes,non hominibus sed deo nostro saluatori placentes,cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. Datum sub die.xv.kalendas Martii,honorio augusto, & aristo.consulibus. B

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD EXVPERIVM THOLOSANVM EPISCOPVM.

i ¶De innocentia sacerdotum vel leuitarũ.

ii ¶De his qui post baptismum omni tempore incontinentie voluptatibus sunt dediti,& in vltimo penitentiam poscunt.

iii ¶De administratoribus vel iudicibus secularibus.

iiii ¶Quod viri cum adulteris vxoribus nõ conueniant,

v ¶Quod qui preces vel crimina dictant habeantur immunes.

vi ¶Quod hi qui intercedente repudio diuortium pertulerunt,si se nuptiis aliis iunxerunt adulteri esse monstrentur.

vii ¶Qui libri in canone recipiantur.

INNOCENTIVS EXSVPERIO EPISCOPO THOLOSANO SALVTEM, Cõsulenti tibi frater charissime, quid de ꝓposita specie vnaquaq; sentirẽ pro captu intelligentie mee que sunt visa respondi,quid sequendũ,vel quid docilis ratio persuaderet,vel auctoritas lectiõis ostẽderet,vel custodita series temporũ demõstraret,Et quidẽ dilectio tua institutũ secuta prudentiũ ad sedem apostolicã referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet,potius q̃ vsurpatiõe presumpta que sibi viderẽtur de singulis obtinere. Cur enim magis pudẽdũ putemus discere aliquid q̃ omnino nescire? Michi quoq; ipsi de collatione docilitas accedit,vt perscrutatis rationibus ad ꝓposita respõdere cõpellar,eoq; fit vt semper aliquid addiscat,qui postulatur vt doceat. Proponãtur igitur singula,subiiciãq; responsum. C

Capitulum primum.

PRoposuisti quid de his obseruari debeat quos in diaconii ministerio,aut in officio p̃sbyterii positos incõtinentes esse,aut fuisse generati filii ꝓdiderũt,De his & diuinarũ legũ est disciplina,& beate recordatiõis viri Siritii episcopi monita euidẽtia cõmearũt,vt incõtinẽtes in officiis talib⁹ positi omni ecclesiastico honore priuarẽtur,nec admittãtur ad tale ministeriũ,quod sola cõtinẽtia oportet impleri. Est enim vetus admodũ sacre legis auctoritas iam inde ab initio custodita,qđ in templo anno vicis sue habitare p̃cepti sũt sacerdotes,vt seruiẽtes sacris oblationib⁹ puros,& ab omni labe mũdatos sibi vindicẽt diuina mysteria,neq; eos ad sacrificia fas sit admitti,qui exercẽt vel cũ vxore carnale cõsortiũ,qa scriptũ est. Sãcti estote qa & ego sanct⁹ sum dñs deus vester. Quib⁹ vtiq; ꝓpter sobolis successionem vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & preter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat p̃cept⁹ accedere,quãtomagis his sacerdotes vel leuite pudicitiã ex die ordinatiõis D

ſue ſeruare debent,quibusvel ſacerdotium,vel miniſterium ſine ſucceſſiõe eſt.Nec preterit dies qua vel a ſacrificiis diuinis,vel a baptiſmatis officio vacent. Nam ſi beatus Paulus apoſtolus Ad corinthios ſcribit dicens. Abſtinete vosad tempus vt vacetis orationi,& hocvtiq; laicis p̃cepit, multomagis ſacerdotes quibus & orandi,& ſacrificandi iuge officium eſt ſemper debebunt huiuſmodi conſortio abſtinere,Quod ſi cõtaminatus fuerit carnali cõcupiſcentia,quo pudore ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcientia quo ve merito exaudiri ſe credit,cum dictum ſit,omnia munda mundis, coinquinatis autẽ & infidelib⁹nichil mundũ? Sed fortaſſe hoc licere credit,quia ſcriptũ eſt. Vnius vxoris virũ.Nõ permanẽti in concupiſcentia generãdi hoc dicit,ſed ꝓpter continẽtiam futurã. Neq; enim integros corpore non admiſit qui ait,vellem omnes autem ſic eſſe ſicut & ego. Quod apertius declarat dicens,Qui autem in carne ſunt deo placere nõ poſſunt,vos autẽ iam non eſtis in carne,ſed in ſpiritu,& habentem filios nõ generãtem dixit,ſed ea plane diſpar & diuiſa ſentẽtia eſt.Nam ſi aliquos forma illa eccleſiaſtice vite pariter, & diſcipline que ab epiſcopo Siritio ad prouintias commeauit non probabitur perueniſſe,his ignorantibus venia remittetur,itavt de cetero penitus incipiant abſtinere,& ita gradus ſuos in quibus inuenti fuerint ſic retentẽt,aut eis non liceat ad potiora conſcẽdere, quibus tñ beneficio eſſe debet,quod hunc ipſum locum quẽ retinent nõ amittunt,Si qui autẽ ſciſſe formam viuendi miſſam a ſiritio deteguntur,neq; ſtatim cupiditates l'bidinis abieciſſe,illi ſunt modis omnibus ſubmouendi,quia poſt ammonitionem cognitam preponendam arbitrati ſunt voluptatem.

Capitulum ſecundum.

A ¶Et hoc queſitum eſt,quid de eis obſeruari oporteat qui poſt baptiſmum omni tempore inconti-
nentie voluptatibus dediti in extremo fine vite ſue penitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcũt,De his obſeruatio prior durior,poſterior interueniẽte miſericordia inclinatior eſt,nã conſuetudo prior tenuit,vt cõcederetur penitẽtia,ſed cõmunio negaretur.Nam cum illis temporib⁹ crebre perſecutiones eſſent,nec cõmunionis conceſſa facilitas homnes de reconciliatione ſecuros non reuocaret a lapſu,negata merito cõmunio eſt,conceſſa penitentia,ne totum penitus negaretur,& durior em eſſe remiſſionẽ fecit temporis ratio,ſed poſtquã dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit iam depulſo terrore, cõmunionem dare obeuntibus placuit,& propter domini miſericordiam, quia viaticum profecturis,& ne nouatiani heretici negantis veniam,aſperitatem,& duritiam ſubſe qui videamur. Tribuitur ergo cum penitentia extrema cõmunio,vt homines huiuſmodi vel in ſupremis ſuis permittente ſaluatore noſtro a perpetuo exitio vindicentur.

Capitulum tertium.

B ¶Queſitum etiam eſt ſuper his qui poſt baptiſmũ amminiſtrauerunt,& aut tormenta ſola exercuerunt,aut etiam capitalem protulere ſententiam,nichil de his legibus a maioribus definitum eſt. Meminerant enim adeo poteſtates has fuiſſe conceſſas,& propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum,& dei miniſtrum eſſe datum in huiuſmodi vindicẽ.Quomodo ergo reprehenderent factũ quod auctore deo viderent eſſe cõceſſum? De his ergo ita vt hactenus ſeruatum eſt,ſic habeamus,ne aut diſciplinam euertere,aut contra auctoritatem domini venire videamur. Ipſis autẽ in ratione reddenda geſta ſua omnia ſeruabuntur.

Capitulum quartum.

¶Et illud deſideratum eſt ſciri,cur cõmunicantes viri cũ adulteris vxoribus non cõueniant,cũ econtra vxores in cõſortio adulterorũ virorum manere videãtur.Super hoc chriſtiana religio adulterium in vtroq; ſexu pari ratione condẽnat, ſed viros ſuos mulieres nõ facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam, viri autem liberius vxores adulteras apud ſacerdotes deferre cõſueuerunt,& ideo mulieribus prodito earum crimine cõmunio denegatur,virorum autem latente cõmiſſo,non facile quiſquã ex ſuſpitionibus abſtinetur,qui vtiq; ſubmouebitur,ſi eius flagitium detegatur,Cum ergo par cauſa ſit,interdum probatione ceſſante vindicte ratio conquieſcit.

Capitulum quintum,

D ¶Illud etiã ſciſcitari voluiſti an preces dictãtibus liberum concedatur,vtiq; poſt baptiſmi regenerationem a principib⁹ poſcere mortem alicuius vel ſanguinem de reatu,quã rem principes nunquã ſine cognitione cõcedunt,ſed ad iudices cõmiſſa ipſa vel crimina ſemper remittunt, vt cauſe cognite vindicentur,que cũ queſitori fuerint delegata,aut abſolutio,aut dãnatio pro negotii qualitate profertur,& dum legum auctoritas in improbos exercetur erit dictator numinis,

Capitulum ſextum.

¶De his

¶De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio alii se matrimonio copularunt, A
quos in vtraq; parte adulteros esse manifestum est,Q ui vero vel vxore viuēte (quamuis dissotiatū
videatur esse cōiugium) ad aliam copulam festinarunt,neq; possunt adulteri non videri,intantum
vt etiam he persone quibus tales cōiuncti sunt, etiam ipse adulterium cōmisisse videantur secūdum
illud quod legim⁹ in euangelio,qui dimiserit vxorem suam & duxerit aliam mechatur. Similiter &
qui dimissam duxerit mechatur,& ideo tales omnes a cōmunione fidelium abstinendos.
¶De parentibus autem aut de propinquis eorum,nichil tale statui potest nisi incentores illiciti cō-
sortii fuisse detegantur.

Capitulum septimum.

¶Q ui vero libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum breuis annex⁹ ostendit, Hec sunt B
ergo que desyderata moneri voce voluisti,Moysi libr.v.id est genesis, exodus,leuitic⁹,numeri,deute
ronomium,necnon & iesunaue,& iudicum,& regnorum libri quattuor ,simul & Ruth,prophetarū
libri sedecim,Salomonis libri quinq;,Psalterium,Item hystoriarum Iob liber vnus,Hester vnus, Iu
dich vnus,Machabeorum duo,Esdre duo,Paralipomenon duo,Item noui testamenti euangeliorū
libri quattuor,Pauli apostoli epistole quatuordecim,Epistole Iohannis quattuor,Epistole Petri due
Epistola Iude,Epistola Iacobi,Actus apostolorum,Apocalipsis Iohānis,Cetera autem que sub no
mine Mathie,siue Iacobi minoris,& sub nomine Petri,& Iohannis que a quodā leutio scripta sunt,
vel sub nomine Andree,que a nexocharide & leonida philosophis,& sub noie Thome,& si qua sunt
alia non solum aspicienda,verumetiam nouerit esse damnanda. Datum.x.kalend,Martii Stilicone
& Antemio consulibus.

¶ITEM EPISTOLA INNOCENTII AD FELICEM NVCERIA NVM EPISCOPVM,

Capitulum primum.

i ¶Si quis volens partem sui corporis am-
putauerit clericus esse non potest,nolens au
tem potest.

ii ¶Q uod digami ad clerum admitti non
possunt.

iii ¶Q ui de laicis ad clerum non debent p-
moueri.

iiii ¶Q ui de laicis possunt clerici fieri, hic a-
perte concubina prohibetur.

v ¶De temporibus in clero immorandis.

¶EXPLICIVNT CAPITVLA.

INNOCENTIVS FELICI EPISCOPO NVCERIANO ,MI- C
rari nō possumus dilectionem tuā sequi instituta maiorum oiaq; que possunt
aliquam recipere dubitationem ad nos quasi ad caput atq; ad apicem episco-
patus referre,vt consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum
aliquid faciendum pronunciet. Q uod & nos libenter accipimus,& dilectionē
tuam memorem canonū approbamus. Scripsisti ergo quod feruore fidei quo
polles & amore sancte plebis,vel reparaueris ecclesias dei,vel nouas quasq; con-
struxeris,sed in his quos clericos constituas nō habere,aliquos vero mutilos,aliquos digamos esse,ad
quod stupuimus prudentem virum de his voluisse consulere que omnibus sunt certa ratione com-
perta,Ergo non quasi ignoranti dicimus,sed in aliis forsitā occupatos istud oblitos vos esse dicimus.

Capitulum primum.

QVi igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non ad- D
mittunt. Cui vero casu aliquo contigit dum aut operi rustico curam impēdit, aut aliquid fa-
ciens se non spōte percussit,hos canones precipiunt,& clericos fieri,& si in clero fuerint reperti nō ab-
iicit. In illis enim voluntas iudicata est,que sibi ausa fuerit ferrum iniicere, Q uod scilicet & alii id fa
cere dubitari non possit,in illis vero casus veniam meruit.

Capitulum secundum.

¶De digamis autem nec cōsuli debuit quod manifesta lectio,sit apostoli,vnius vxoris virum ad sa E
cerdotium siue ad clericatum admitti debere,& hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea que
habuerit ante virum,licet defunctus sit,tamen si clerico postea fuerit copulata,clericus qui eam acce-

perit esse non poterit,quia in lege cautum est,nō viduam,non abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

Capitulum tertium.

A ¶De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant,Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas cōtinere,sed non ita definitum est,vt de omnibus sit laicis constitutū. Neq; enī clerici nasci, & nō fieri possunt,sed designata sunt genera,de quib⁹ ad clericatum peruenire nō pñt id est si quis fidelis militauerit,si quis fidelis cās egerit, hoc est postulauerit,si qs fidelis administraue rit. De curialibus autem manifesta ratio est,quoniā & si inueniantur huiusmodi viri qui debeant clerici fieri,tamen quoniā sepius ad curiā repetuntur , cauendum ab his est propter tribulationem que sepe de his ecclesie prouenit.

Capitulum quartum.

B ¶Laici vero qui habentes vxores baptizati sunt,ac si se instituerunt,vt opinio eorum in nullo vacillet,vt aut clericis iuncti sint,aut monasteriis ex quo baptizati sint heserint,& si nō concubinam , non pellicem nouerint,si in omnibus operibus vigilauerint,non prohibentur huiusmodi ad clericat⁹ sortem assumi.

Capitulum quintum.

C ¶Ita sanevt in eos tempora a maioribus constituta seruentur,nec cito quilibet lector,cito accolitus,cito diaconus,cito sacerdos fiat,quia in minoribus officiis si diu perdurent,& vita eorum pariter & obsequia cōprobantur, vt ad sacerdotiū posthac emensis stipendiorum meritis veniant ,nec preripiant quodvita probata meretur accipere.Quoniam ergo certa diffinitione monstratū est qui debeāt admitti quive reprobari ex his oibus quos videt dignatio tua nō posse reprobari, eligere debebis quos clericos facias.Si enim nullam gratiā hominibus aut beneficium prestare velim⁹ tales inuenire possumus,de quorum assumptione nec incurrere nec erubescere valeamus.

¶DE HIS QVI IN PRESBYTERIO FILIOS GENVERVNT vt ab officio remoueantur.

D INnocentius Maximo,& Seuero episcopis per Britios,Ecclesiasticorum canonum norma nulli eē debet incognita sacerdoti,qua nesciri hec a pontifice satis est indecorum,maxime cum a laicis religiosis viris sciatur & custodienda esse ducatur,Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus huiusmodi qualem querelam detulerit,libelli eius series annexa declarat.

E ¶Qui zelo fidei & discipline duct⁹ nō patitur ecclesiā polluī ab indignis p̄sbyteris, quos in pbrio filios asserit procreasse.Quod non licere exponerem nisi nossem vestram prudentiā legis totius habere notitiam. Et ideo fratres charissimi libelli qui subiectus est tenore perspecto,eos qui talia perpetrasse dicuntur iubebitis in medio collocari,discussisq; obiectionibus que ipsis pbr̄is impingūtur, si conuicti fuerint a sacerdotali remoueantur officio,quia qui sancti non sunt sancta tractare nō possunt,atq; alieni efficiantur a ministerio quod viuendo illicite polluerunt .Miramur hec eorum dissimulare epos vt aut cōniuere,aut nescire esse illicita iudicentur.

¶QVOD PENITENTIVM NVLLVS AD CLERVM POSSIT ADMITTI.

F INnocentius Agapito,Macedonio,& Mauriano episcopis apulis.Multa in prouincia contra canones ecclesiasticos, decretaq; maiorum vsurpari a plurimis & relationes diuersorum & suggestiones fidissime retulerunt,que quidē possent facile resecari , si epī in his nō inueniretur auctores.Qui dū aut amicis aut obsequētibus gratiā p̄stare nitūtur,religionē violāt,ordinesq; corrumpūt, ac sic euenit vt indigni quiq; honores suscipiant ecclesiasticos,& admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidam dignū locum habere mererētur,sicuti in nunc dato nobis libello mōstratum est,modestum quendā multis criminibus inuolutū,ꝓpter que etiā pniam egisse dicitur nō solum clericū effectū quod nō licet,verum etiam ad epatus apicem eum tradere,cum canones apud nos ceam cōstituti penitētes etiam ab infimis officiis clericorū excludant,Et ideo fratres charissimi p̄specto tenore libelli eum iubete presentari,ac si vere constiterit talē qualem libellus affirmat , non solū ab ambitione,sed etiam a clericatus remoueatur officio.

¶DE BVBALIO, ET TAVRIANO, DAMNATIS A PROVINCIALIBVS EPIS.QVORVM SENTENTIAM SEDES APOSTOLICA RETRACTATIONE CURAVIT.

INNOCENTIVS RVFO, GERONTIO, SOFRONIO, FLAVIA A
no, Macedonio, Prosdotio, & Oristeo episcopis per macedoniam constitutis, Mo
ra coepiscoporum nostrorū Maximiani & Eumenii, vel potius importunitas tē/
poris fecit, vt vos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum
in homines perditissimos insurgeremus, sed vt possum paucioribus verbis tanto/
rum malorū imitabor cōpendium, & strictim que in volumine litterarū nostrarū
conspexerim retractabo. Graue nō oportuit videri piissimis mentibus vestris cu/
iuscūq; retractari iudicium, quia veritas exagitata sepius magis splēdescit in luce, & pernities reuo/
cata in iudicium grauius & sine penitentia cōdemnatur. Nam fructus diuinus est iustitiam sepius
recenseri fratres charissimi, verum illud video mouisse animos vestros, quod in multis Bubalius se/
pe fallaciis deprehensus obiecerit exemplaria sectarum quasi a nobis litterarum, cum pro consuetudi
ne hominis nichil quod perferret iam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne iam de tali ne
gotio murmur, & conuicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores
litteras, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum senten/
tia designata est, vt dum relegeritis nichil ambiguū, nichil requirendū in hac causa de cetero repeta/
tis. Hāc autem paginulā nostram sollicitius credentibus sibi episcopis relegendā mittite, vt sciant ple
nissime quid sit de Bubalio & Tauriano ceterisq; pronunciatum, vt seruent qui digni admonitione
sunt cauere a talibus, ne talibus socientur.

¶DE INVASIONE PAROCHIE ALTERIVS.

INnocentius Florentio epō tiburtinēsi, Nō semel sed aliquotiens clamat scriptura diuina trāsferri B
non oportere terminos a patribus institutos, quia nefas est si quod alter semper possederit, alter in
uadat, quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Vrsus asserit perpetrasse. Nam momenta/
nam siue Feliciensem parochiam ad suam diocesim a maioribus pertinentem inuasisse te, atq; illic di
uina celebrasse mysteria eodem ac nescіente, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non
leuiter te incurrisse cognoscas. Vnde si declarare cupis tante vsurpationis inuidiam, nostris litteris ad
monitū te conuenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis iustitie suffragari integris oibus & in prīsti
no statu manentibus post dies venerabiles pasche adesse debebis, vt memorati possis intentionib⁹
respondere, partibusq; in medio collocatis quid antiquitas, aut veritas habeat inquiramus.

¶DE EO CVIVS DE CAPTIVITATE REVERSA EST VXOR vt eam recipiat, altera quam duxerat repudiata.

INnocentius probo, Coturbatio procelle barbarice facultati legis intulit casum. Nam bene cōsti C
tuto matrimonio inter Fortunium & Vrsam captiuitatis incursus fecerat neuū, nisi sancta reli/
gionis statuta prouiderent. Cum enim in captiuitate predicta Vrsa mulier teneretur, aliud coniugi
um cum restituta Fortunius memoratus iniisse cognoscitur, Sed fauore domini reuersa Vrsa adiit. Et
nullo diffitente vxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re domine fili merito illustris statuim⁹
fide catholica suffragante illud esse coniugium quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuen
tumq; secunde mulieris priore superstite, nec diuortio eiecte nullo pacto posse esse legitimum.

¶EPISTOLA FAMILIARIS AD SANCTOS DEI SACERDOTES Aurelium carthaginensem, & Augustinum yponensem.

INnocētius Aurelio, & Augustino episcopis, Acceptissimi michi germani cōpbri illo recur D
sus vacuus officio nostro esse nō debuit, per charos enim salutare charissimos naturale quo
dammodo nobis videtur & consequens. Gaudere igitur in domino vestram germanitatē
amantissimi cupimus, & pro nobis paria ad dominum vota rependere precamur, quia (vt bene no/
stis) communibus alternis plus agimus orationibus quam singularibus aut priuatis.

¶Explicit epistola.

¶DE RATIONE PASCHALI AD EVNDEM AVRELIVM.

A INnocentius Aurelio,Charitatis noſtre officium nullo interuallo,dirimitur,etiam ſi charta nullos apices ferat,viuit enim ſpiritualis gratia alternis in cordibus,& amorem noſtrum cõfouet ſacerdotalis ipſa ſocietas, Cur ergo indignum eſt vnitatem eccleſie cuſtodiri? Idemq; omnes pariter & ſentiamus & pronunciemus frater chariſſime, Has ergo litteras de ratione paſchali alterius dico futuri anni preſcripſi.Nam cum ante diem vndecimũ Kalendarum aprilium plene luna .xvi. colligatur Nam quippiã minus eſt,itemq; cum diem ante.iiii.kalend.earũdem veniat.xxiii.eſtimaui.xi. kalendarum memoratarũ die feſta paſchalia celebranda,quoniam vigeſima tertia luna nullum paſcha vnq̃ ante hoc paſcha factum eſſe cognoſcimus,Sentẽtie mee expoſui atq; edixi tenorem.Iam prudẽtie tue erit conſors michi frater cum vnanimis conſacerdotibus noſtris,hanc ipſam rem in ſynodo religioſiſſima retractare,vt ſi nichil diſpoſitioni noſtre inſultat,nobis pleniſſime aperteq; reſcribas quo deliberatam paſchalem diem iam litteris ante(vt moris eſt)reſeruandam ſuo tempore reſcribamus. Compreſbyterum autem archidiaconum quãuis nouerim quod libentiſſime ac more ſuſcipias cõſueto,tamen ex abundanti poſtulo vt eum inter tuos habere digneris.

¶VT NVLLVS CONTRA ORDINATIONEM CANONVM FIAT EPISCOPVS

B DILECTISSIMO FRATRI AVRELIO INNOCENTIVS. QUa indignitate,qua moleſtia male tractetur eccleſia p̃cipue que epiſcopus regam vel audiam,& tua fraternitas bene nouit,& ego tam idonea tanto dolori verba inuenire non poſſum, dũ facile imponũtur manus,dum negligenter ſummus ſacerdos eligitur. Ecce facta eſt querela publica que fecit ſemper vt cõmunis omnibus tremẽda ſit reuerentia. Sic clerici eccleſiaſticorum dogmatũ nutriti vel honorati intra altaria chriſti reſpuuntur,ſic pretereũtes promouentur, quaſi nefas ſit ad primatum per ordinem peruenire.Nam cum inuoluti mũdanis nexibus,actibus vel moribus abrupte aſciſcũtur ad tanti collegium ſacerdotii,& illi videntur contemni, de quib⁹ oportuerat eligi,& iſti male intromitti,qui preter ordinem irrumpũt,potiuſquã eliguntur. Quam enim miſerum eſt eum magiſtrum fieri,qui nunquam diſcipulus fuit? eum ſummum fieri ſacerdotẽ qui nunquã in illo gradu obſecutus fuerit ſacerdoti? Relege prefectorum litteras,& vide que falſo vel p̃ certo ſublimium poteſtatum annotentur ſcriptis,p̃didimus p̃fecto nos ipſi,nos inquam ſanctimonie reuerentiã,qui quaſi viliſſimũ aliquid ſummos efficim⁹ ſacerdotes,vt iam incipiat quaſi noxiũ aliquid publicis interlocutionib⁹ cõdẽnari,Frater chariſſime hec velim cũcta recitanda p̃ omnes africanas eccl̃ias ſcripta dirigas, & iſtis connectas quas adiũximus l̃as prefectorũ , vt conſilium de his que inique laudãtur iudiciũq; ſi quid tale p̃bari poterit fiat,vt preterita mala ſi doceantur admiſſa digna ſeueritate coerceantur,& de cetero caueatur ne eccleſie ſanctitas per noſtram fatigata negligentiam perdat priuilegia, que eſt per viros venerabiles conſecuta,deus te incolumẽ cuſtodiat.Data.iiii. nonas iunii,Iulio.iiii.& palladio.iiii.conſulibus.

¶AD IVLIANAM NOBILEM FEMINAM.

C SIngulare membrum eccleſie tue religionis amplitudinem exiſtere,& a nobis reuerẽtiſſime coli ſatis eſt oĩb⁹ manifeſtũ ,in ip̃o enim apice nobilitatis multo nobiliorẽ eccleſie deuotionẽ impẽdis,& magis leta chriſti agnitione preceptis eius obtemperas,& in fide potius exultas quã tanti generis flore iactaris.Summe virtutis eſt viciſſe gloriam carnis,& magna eſt x̃pi gratia nobilitatẽ moribus ſuperaſſe,dña filia merito illuſtris. Certa igitur exiſtens dilectiſſima hui⁹ vite quecũq; ſunt ſpatia, eternis diuiniſq; officiis illuſtrare cõtende,vt q inſignẽ te p̃ſtitit reddat ſibi per ſecula clariorem.

¶DE ANTIOCHENA ECCLESIA.

D INnocentius Bonefacio pb̃ro, Eccleſia Antiochena quã priuſq̃ ad vrbem peruenirет Romam beatus apoſtolus Petrus ſua preſentia illuſtrauit velut germana eccleſie Romane diu ſe ab eadem alienam eſſe non paſſa eſt.Nam miſſis legatis ita pacem poſtulauit & meruit,vt euagrianos ſuis ordinibus ac locis intemerata ordinatione quã acceperãt a memorato ſuſciperent,& Iohãnis ſancte memorie, vel clericos,vel laicos in vnum colligeret atq; congregaret, promittens ipſius ciuitatis epiſcopus frater meus Alexander etiam ſi quis fortevel a nobis, vel aliunde poſterioris ordinationis ad eoſdem venerit ſe ſine controuerſia recepturũ,ac nomẽ ep̃i memorati inter quieſcẽtes ep̃os recitaturũ,

Cui rei

Cui rei nos noueris tradidisse manus Frater carissime,& eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra que requisierāt sanitatē abvnitate corporis haberētur aliena, omnia vero que per ordinē gesta sunt filius me⁹ diacon⁹ Paul⁹ harū scilicet portitor litterarū dilectioni vestre poterit enarrare,vt et gaudiū cōmune nobiscum habeas, & eos informes qui pro attici partibus interuenire consueuerunt.

¶AD ALEXANDRVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM DE PACE.

INNOCENTIVS ALEXANDRO EPICOPO, QVAM GRA A
ta mihi quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate frater charissime ad nos directa fuerit,gestorum ipsorum replicatione cognosces, Voluit enim cō presbyter noster Cassianus hanc amiciciarum nostrarum paginulam per cō presbyterū vestrum Paulū Nicolaum diaconum & Petrum subdiaconum filios nostros quasi primicias pacis nostre conscribi. Saluto itaq; & tuā mihi in christo germanitatem,& omnem illam que tecum bene sentit ecclesiam,nosq; vt facitis & alloquamini peto crebrius litteris,& frequentius de vestra salute letificetis,dabit enim vt confido dominus totius nos p̄teriti temporis dispendia amātissimo literarū colloquio recompensare.

¶DE ATTICO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

INNOCENTIVS MAXIMIANO EPISCOPO, MIRAMVR PRVDEN B
tiam tuam scripta ad Atticum episcopum constantinopolitane Vrbis a nobis & prosecutione propria & dato libello qui subter annexus est postulare,a quo nec missas vllas saltem epistolas ad vos vel ad vestram synodum vtiq; ptulisti. Idq; non petenti tribuendum estimes,quod vides deprecantibus discussa ratione concessum,Cōmunio enim suspensa restituitur demonstranti causas quib⁹ id acciderat iam esse detersas, & profitenti cōditiones pacis impletas,Quod neq; apud vos,neq; apud nos(vt predixi) Atticus missis aliquib⁹ suorum vel dicere voluit vel demōstrare completum, quēadmodū Anthiochene ecclesie frater & coepiscopus noster Alexander digna legatione & prosecutus est & probauit. Quibus sigillatim omnibus vtiq; interesse dignatus cognouisti quemadmodū sigillatim omnia scriptorū nostrorū anteriorū hac de causa beatissimi Ioannis quōdam episcopi nostri discusserim, vt que illi in omnibus satis euidenter ostenderint vniuersa que apud anthiochiam fieri debuerint fuisse completa. Quorum amplexati pacem vtiq; fidem fecimus, & magno tramite omnib⁹ eandem quam prestolaris ostendimus,si modo que discussa sunt,atq; cōpleta, etiam ipsi pro suo loco feciſſe uel complesse aliquando monstrauerint,cōmunionēq; vt isti legatione solemniter destinata sibi rogauerit redhiberi. Expectamus ergo & professionē memorati de cōpletis omnibus conditionibus quas diuersis temporibus prediximus, & petitionē cōmunionis,vt recte & petenti & probanti se eandem mereri reddamus frater carissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum patrū synodum dudum litteras percepisti.

¶ITEM AD ALEXANDRVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM DE PACE.

APOSTOLICI FAVORIS GRATIA MAGNO PACIS VS C
que ad nos decore resplenduit,tantumq; lucis gaudiorumq; infulsit fidelibus, vt dicentes deo maximas laudes maiores debere nos fateamur,plusq; a deo iocundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionū tue fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognouimus,vt in omnibus dīm laudaremus, successumq; ipsum ideo prestitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator existens eam requisitam iueneris,& repertam summa charitate tenueris, Cum erga oēs tū precipue circa illos qui quondam Paulini atq; Euagrii episcoporū censiti fuerant nomine habeā summam votorum meorum, quod antiqui neui purgatio tuis tēporibus tuisq; meritis prorogatur,Quorūetiā illos eiusdem nois qui in Italia meritū clericatus acceperāt censui bono quietis gratiā retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum duxit tue fore dignationi si meo consilio in ciuitate vestra clericatus ordinem ducere cēseantur, statui pro-

pter beniuolentiam tuam promiſſaq; memorati,vt inter ceteros ſacerdotes miniſtroſq; qui in ciuitate ſūt annumerētur frater cariſſime libeter. Preterea de epiſcopis helpidio atq; papo cognoui quod ſine queſtione ſuas eccleſias recuperauerint,& multum in geſtis vt ſubſcripta teſtantur ſollicitus inquiſiui,vtrum in omnibus eſſet conditionibus ſatiſfactū in cauſa beati &vere deo digni ſacerdotis Iohannis. Et cum per ſingula aſſertio legatorum ex voto completa eſſe fateretur,gratias agens deo cōmunionē eccleſie veſtre ita recepi,vt pre me feram apoſtolice ſedis condiſcipulos primos dediſſe ceteris viam pacis,in qua firmos vos noſq; domini chriſti ita benignitas āplexabitur atq; cōmuniet,vt nullo decetero titillamento,vel leui cuiuiq; contentionis pudore pulſentur,Scripta autem Attici epi quoniā cum veſtris ſunt porrecta ſuſcepimus, ne per veſtrā iniuriā ille qui olim a nobis ſuſpenſus fuerat repudiaretut,& tamen ſatis abunde que in actis ſtatuimus,ſicut dignanter relegerē procurabis, q̄d in eiꝰ perſona debeat cuſtodiri,vt ſi per oīa veſtris conſiliis actibuſq; tam ſanctis ſe rogauerit eſſe cōmunem preſentur ſeni fauore veſtro noſtroq; iudicio communionis atq; litterarum a nobis gratia prorogata.Subſcripſerunt epiſcopi.xx.Italie.xxiiii.

¶ ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD ALEXANDRVM EPISCOPVM

i ¶ Quod prima ſedes beati Petri apud antiochiam eſſe memoretur.

ii ¶ Q̄d nō oportet ſecūdū cōſtituta īperatorum duos eſſe metropolis epiſcopos

iii ¶ Quod arrianorum clerici nō ſunt recipiendi in ſuis officis, quamuis eorum baptiſmum qui catholicus conſtat confirmet eccl̄ia.

Capitulum primum.

A ¶ INnocētius alexandro epiſcopo, Et onus & honor nobis a tua fraternitate īpoſitus neceſſarii tractatus cauſas induxit, quo litteris vel cōmonitorio veſtro vt dat ſancti ſpiritus gratia reſponderē poſſimus. Reuoluentes itaq; auctoritatem nicene ſynodi que vnā omnium per orbem terrarum explicat mentem ſacerdotum,que cenſuit de antiochena eccleſia cunctis fidelibus ne dixerim ſacerdotibus eſſe neceſſarium cuſtodire,que ſuper dioceſim ſuam predictam eccleſiam non ſuper aliquam prouinciam recognoſcimus coſtitutam Vnde aduertimus non tā p ciuitatis magnificentiā hoc eidem attributum quam quod prima primi Apoſtoli ſedes eſſe monſtratur vbi & nomen accepit religio chriſtiana & que conuentum apoſtolorū apud ſe fieri celeberrimum meruit,queq; vrbis Rome ſedi non cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit. Iſta ſuſcepto apud ſe conſummatoque gauderet. Itaq; arbitramur frater cariſſime,vt ſicut metropolitanos auctoritate ordinas ſingulari,ſic & ceteros non ſine permiſſu conſcientiaq; tua ſinas epiſcopos procreari. In quibus hunc modū recte ſeruabis,vt longe poſitos literis datis ordinari cenſeas ab his qui nunc eos ſuo tantū ordinant arbitratu,vicinos autem ſi eſtimas ad manus impoſitionem tue gratie ſtatuas peruenire. Quorum enim te maxima expectat cura, precipue tuum debent mereri iudicium.

Capitulum ſecundum.

B ¶ Nam quod ſciſcitaris vtrum diuiſis imperiali iudicio prouinciis,vt due metropoles fiant, ſi duo metropolitani epi debent nominari non vere viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum dei eccleſiam cōmutari,honoreſq; aut diuiſiones perpeti,quas pro ſuis cauſis faciendis duxerit imperator. Ergo ſecundum priſtinum prouinciarū morē metropolitanos epiſcopos conuenit nominari. Cipriosſane aſſeris olim arriane impietatis potentia fatigatos non tenuiſſe nicenos canones in ordinandis ſibi epiſcopis,& vſq; adhuc habere preſumptū,vt ſuo arbitratu ordinent neminem conſulentes. Quo circa perſuademus eis, vt curent iuxta canonum fidem catholicam ſapere,atq; vnū cum ceteris ſentire prouinciis,vt appareat ſancti ſpiritus gratia,ipſos quoq; vt oēs eccleſias gubernari.

Capitulum tertium.

D ¶ Arrianos p̄terea ceteroſq; huiuſmodi peſtes qui eorū laicos cōuerſos ad dn̄m ſub imagine penitētie ac ſancti ſpiritꝰ ſanctificatione per manus impoſitionē ſuſcepimus,nonvidetur clericos eorum cū ſacerdotii aut miniſterii cuiuſpiam ſuſcipi debere dignitate, quoniam quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus,quod vtiq; in noie patris,& filii,& ſpiritus ſancti perficitur,nec ſpiritum ſanctū eos habere ex illo baptiſmate , illiſq; myſteriis arbitramur quoniā cū a catholica fide eorum auctores diſcederent,perfectionem ſpiritus quē acceperant amiſerunt. Nam nec dare eiꝰ plenitudinem poſſunt,que maxime in ordinationibus operatur,quam per impietatis ſue perfidiam potius quam per fidem di-

xerim

xerim perdiderunt. Quomodo fieri potest,vt eorum prophanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur,quorum laicos imperfectos,vt dixi ad sancti spiritus precipiendam gratiam cum penitentie imagine recipiamus? Grauitas itaq; tua hec ad noticiam coepiscoporum, vel per synodum si potest,vel per eorum recitationem faciat peruenire, vt ea ipse tam necessario percunctatus es,& nos tam elimate respondimus communi omnium consensu studioq; seruentur.

¶AD ATTICVM BEROE EPISCOPVM DE SANCTO IOHANNE CONSTANTINOPOLITANO EPISCOPO.

AGGAVDERE LITTERIS FRATERNITATEM TVAM DE A
receptis Paulini,vel Euagrii episcoporum clericis, populisq;, & de restitutis helpidio atq; papo coepiscopis percepimus,& vel sero recepte pacis gratiã refouere posti posita omni contemptione peruidimus. Vnde has ad prestantissimum fratrem,& coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tue trãsmisimus vnanimitati,videlicet,vt si omnes inimicitie, omnis emulatio, tam de nomine sancti Iohannis mirandi episcopi,quam de omnibus eiusdem communionis participibus a tua animositate discessit,has nostre societatis recipias litteras frater carissime,modo vt omnia q; his actis firmata sũt apd̃ mediatorem nostrum amabilem Alexandrum, ore proprio vt communicantem conuenit fatearis, vt enim nobis hec vnanimitatis caritatisq; causa venerabilis est sic inheret sollicita,ne quid obliquum, aut subdiscissum esse in quoquam residere cognoscatur.

¶ITEM EPISTOLA INNOCENTII PAPE AD LAVRENTIVM SYMENSEN EPISCOPVM.

¶De bonosiacis quod iudeis sint comparandi. Capitulum. i.
¶De suscipiẽdis clericis quos bonosus anteq̃ dãnaretur ordinasse cognoscitur. Capitulum.ii.

Capitulum primum.

¶Innocentius Laurentio episcopo Symensi. Diu mirati sumus dilectiõis tue litteris lectis hereticos totinivenena sectãtes in territorio dilectiõis tue nõ solũ esse,sed publice sibi cõuenticula in aliquorum possessiõibus p̃parare,cũ de toto pene ob orbe nusquã tã multi quã apud vos delegerit habitare,quorũ doctrine nefarie auctor marcus dudũ de vrbe pulsus temeritatis tãta duct9ẽ audacia,vt primũ sibi inter eos vẽdicet locũ.Sed ne vlteri9 debacchãdi habeãt facultatẽ,& aias simpliciũ, ac rusticanorũ secũ in gehẽnã cui destinati sunt trahãt actũ est aduersus eos a deffensoribus ecclie nre quo eos possint expellere, vt q xp̃m deũ ex p̃is substãtia añ scĩa negãt genitũ hi cũ iudeis qui eius deitatẽ negauerunt, & nũc vsq; negãt,participiũ habeãt dãnatiõis. Tuũ est frater carissime que p̃cepta sunt nõ negni9 agere,ne plebẽ tibi creditam dissimulatione perdas,& incipias deo de perditis reddere rationem. B

Capitulum secundum.

¶Innocẽti9 martiano ep̃o naisitano. Supiori tpe si tñ recte recordor memini me tã ad dilectionẽ tuam quã ad fratres,& coep̃os nr̃os Rufum,& ceteros hmõi lr̃as de clericis naisensib9 trãsmisisse,his vcz q se ante dãnationẽ bonosi asserebãt ab eodẽ tã pbr̃os quã diaconos ordinatos,vt si relicto atq; dãnato ei9 errore vellẽt ecclie copulari libẽter reciperẽt,ne forte q eẽnt digni recuperãde salutis i eodẽ errore deperirẽt,verũ nũc in Rauẽnati vrbe michi cõstituto ꝓpter Romãi ppli necessitates creberrimas germaniũ q asserit se esse pbr̃m atq; lupentinũ q se diaconũ dicit multorũ taliũ q̃si legatiõe susceptа p̃cefusa dolores ꝓprios exprimere gestiuerũt,asserẽtes siquidẽ ecclias in dilectiõis tue cõstitutas parochiis retinere,sed tuã cõmunionẽ nõ potuisse mereri vcz ea rõne,quia rusticius qdẽ noie iterata ordinatione pbr̃iũ suscepisset,& nõ leui ipedimẽto fit dũ aut illi dolẽt hmõi hoiem in ecclia retiere,aut ille si peccare debere in alios arbitretur quẽadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quãuis de eadem re plenius littere mee contineant quas superius memoraui,tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, vt si vere constat aliquos ãte damnationem bonosi ab eodem ordinatos postea voluisse,vel nunc velle reuerti eos recipiendos esse censemus, maxime cum memorati asserant se in tantũ C

anteriori tempore ordinatos, vt sancte recordationis virum Cornelium episcopum Syrimensis vr/bis, nec non & fratrem nostrum nicetam aliosq; nonnullos fuisse presentes, cum honoribus quos se ha/bere commemorant augerentur, vnde fratet carissime, si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiēdos esse ambigere non debes, quos tandiu ecclesias sibi credítas passus es retinere.

¶ ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD EPISCOPOS MACEDONIE.

i ¶ Vt si sacerdos vel quilibet ex clero vi/duam vxorem duxerit, vel eiectam, suum perdat officium.

ii ¶ Vt si quis cathecumin⁹ habuerit vxo rem, & defuncta ea post baptismum ac/ceperit alteram, clericus esse non possit.

iii ¶ Quod non admittātur clerici ab he reticis ordinati.

iiii ¶ Quod in ordinationibus criminavel vitia non bene credantur auferri.

v ¶ Quod hi qui a bonoso heretico ordi nati sunt ꝓpterea sint recepti, ne scanda/lum remaneret ecclesie.

vi ¶ Quod in ecclesia peccatū populi mul tum soleat remanere.

vii ¶ Quod surreptum fuerit apostolice se di, & suam in melius sententiam cōmu/tarit, quando dānationē fotini rescidit.

¶ Expliciunt capitula.

A NNocētius Rufo, & Eusebio, & ceteris epīs Macedonibus & diaconis in dño sa lutē. Magna me gratulatio habuit cūpost discrimina totiꝰ (vt ita dixeri) mundi vitalis archidiaconus vestrarum portitor litterarum ex illis partibus ad nos vs/que directus aduenit, quem cum vidissemus illico vt oportebat percunctati de vestro statu sumus, verum vbi reperimus vos ex sentētia degere deo nostro vbe res gratias retulimus qđ vos famulos suos suis altaribus seruientes, & in aduer/sis tuetur, & in prosperis gubernare dignatur. Qui cū tradidissēt epłas eas p̄ce/pi illico recenseri, in quibus multa posita esse peruidi, que stupore mētibus nr̄is indicerēt, facerētq; nos non modicū dubitare, vtrū aliter putaremꝰ an ita illa essent posita quēadmodū pronabāt. Que cum sepius repeti feci̇ssem aduerti sedi aplice fieri iniuriā ad qua relatio q̄si ad caput eccl̄iarū missa curre/bat, cuius adhuc in ambiguū sentētia duceretur. Vnde de quibus iamdudum scripsisse me memini nunc iterare formam augmentis euidentioribus gemina percunctatio vestra compellit.

Capitulum primum.

B ¶ Eos qui viduas accepisse suggerūtur vxores, nō solū clericos effectos agnoui, verūetiā vsq; ad infu las summi sacerdotii puenisse, quod cōtra legis esse p̄cepta nullus ignorat. Nā cū moyses legislator da mitet, sacerdos vxorē virginē accipiat, ac ne i hoc p̄cepto aliqd putaret̄ ābiguū, addidit nō viduā, neq; eiectā, cōtra qđ p̄ceptū diuia auctoritate subnixū nulla defēsio mādati alteriꝰ oppōīt̄, nisi cōsuetudo vra. Que vt ipi fatemini ex ignorātia (vt verecūdiꝰ dicā) nō ex aplica traditiōe, & rōne integra statuta ē Nos aūt oēs q p oriētē occidētēq; ecclias regimꝰ nouerit vra dilectio hec pēitꝰ nō admittere, nec ad vl/timū eccl̄iastici ordis locū tales assumere, & si repti fuerint submouere.

Capitulum secundum.

C ¶ Deide pōīt̄ nō dici oportere digamū eū q cathecūinꝰ habuerit atq; amiserit vxorē, si pꝰ baptismū fuerit alia sortitꝰ, eāq; primā videri q̄ nouo hoi copulata sit, qa illā cōiugiū pꝰ baptismi sacm̄ cū ceter̄ crimin̄ibꝰ sit ablutū. Q đ cū de vna vtiq; dr̄, certe si tres habuerit i vetere positꝰ hoie vxor erit eiꝰ q̄ post baptismū q̄rta ē, sic iterp̄tātibꝰ pria virgis eq̄ nomē accipiat q̄ q̄rto ducta ē loco. Quis oro istud nō vi deat cōtra apli eē p̄ceptū q ait, vniꝰ vxoris virū opz fieri sacerdotē? Sz obiicit̄ qđ i baptismo totū q̄q̄d in vetere hoie gestū ē sit lotū, dicite mihi cū pace vra loquor, crimia tātū dimittūt̄ i baptismo an & alia q̄ scđm dñi p̄cepta, ac dei istituta cōplet̄, vxorē ducere crimē est, an nō est crimē? Si crimē est, ergo (p̄/fata venia dixeri) erit auctor in culpa q vt crimina cōmitterēturi p̄diso cū ipe eos iūgeret bñdixit. Si vero nō ē crimē, qa qđ deꝰ iūxit nefas sit crimē appellari, & Salomon addidit, eteni a deo p̄parat̄ viro vxor. Quō credit̄ iter crimia eē dimissum qđ auctore deo legit̄ cōsummatū? qd de taliū filiis pcense tur? Nunquid nō erūt admittēdi in hereditatis cōsortio, quia ex ea susceptī sunt fuit, que añ baptismū vxor? Erūtq; appellādi vel naturales vel spurii, quia nō esse legitimū matrimoniū, nisi illud vt vobis videtur qđ post baptismū assumit̄. Ipse dñs cū interrogaret̄ a iudeis, si liceret dimittere vxorē, atq; ex poneret fieri nō debere, addidit, qđ ergo deꝰ iūxit hō nō sepet. Ac ne de his locutꝰ esse credat̄ que post

baptismū

baptiſmum ſortiuntur,meminerint hoc & a iudeis interrogatū,& iudeis eſſe reſpōſum, quero & ſol⸗
licitus quero,ſi vna eadēq; ſit vxor ei⁹ q̄ añ cathecumin⁹ ſuſceperit,poſt ea ſit fidelis,filioſq; ex ea cū eſ
ſet cathecuminus ſuſceperit,ac poſtea alios cū fidelis, vtrū ſint appellādi fres, an nō habeāt poſtea de⁓
fūcto p̄re heredes ſcd'e hereditatis cōſortiū,qb⁹ filiorū nomē regeneratio ſpūal' credit abſtuliſſe. Q̄d
cū ita ſentire atq; iudicare abſurdū eſt,que rō ē hoc malū defendi,& vacua magis opiniōe iactari,quā
aliq̄ auctoritate roborari,cū nō poſſit inter pct̄ā deputari quod lex p̄cepit,& de⁹ iūxit, & lex iunxit?
Nunqd ſi qs cathecuminus virtutibus ſtuduerit,hūilitatē ſecutus fuerit, patiēt̄iā tenuerit, elemoſinas
fecerit,morti deſtinatos qualibet rōne eripuerit,adulteria exhorruerit,caſtitatē tenuerit,quero ſi hec cū
fuerit factus fidelis amittit,qa p baptiſmū totū qd' vetus hō geſſerat putatur auferri? Aſpiciamus gē
tilē hoiem Corneliū oronib⁹ atq; elemoſinis p reuelatiōem angelū petrūq; ipm vidiſſe. Nūqd per ba
ptiſmū hec illi ablata ſūt ꝓpter que ei baptiſm⁹ videtur cōceſſ⁹? Si ita creditur michi credite nō modi
cū erratur,qa qcqd bñ geſtū fuerit,& ſcd'm p̄cepta legalia cuſtoditū nō p̄t faciēt̄ibus deperire. Nuptia
rū ergo copula qa dei mādato perficitur nō p̄t dici peccatū. Et ſi peccatū nō eſt qa ſolui inter pct̄ā oi⁓
no nō debet, eritq; integrū eſſiare aboleri nō poſſe prioris nomen vxoris,cū nō dimiſſum ſit ꝓ pec⁓
cato,qa ex dei ſit volūtate cōpletum. Capitulum tertium.

¶Ventū eſt ad tertiā queſtionē que p ſui difficultate longiorē exigit diſputationē,cū nos dicam⁹ ab A
hereticis ordinatos,vulnerum per illā manus impoſitionē habere caput. Vbi vulnus infixū eſt,medici
na eſt adhibenda que poſſit recipere ſanitatem. Q ue ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe nō
poterit,atq; vbi penitentie remediū neceſſariū eſt,illic ordinatiōis honorē locū nō poſſe habere. Nam
ſi vt legitur quod tetigerit immundus imūdū erit, quomodo ei tribuetur quod mundicia ac puritas
cōſueuit accipere? Sed ecōtrario aſſeritur eū q honorē amiſit honorem dare nō poſſe, nec illū aliquid
accepiſſe,quia nichil in dāte erat quod ille poſſet accipere,acquieſcimus & verū eſt certe quod qui non
habuit dare nō potuit. Dānationē vtiq; quā habuit per prauā manus ipoſitionē dedit,& qui parti⁓
ceps effectus eſt damnato quomodo debeat honorem accipere inuenire non poſſum.

Capitulum quartum.

¶At dicitur vera ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre oē vitiū qd̄a vicioſo fuerat iniectū B
Ergo ſi ita eſt applicētur ad ordines ſacrilegi,adulteri,atq; oim criminū rei,quia benedictiōe ordina⁓
tionis crimina,vel vitia putātur auferri,null⁹ ſit penitētie locus,quia id pōt preſtare ordinatio quod lō
ga ſatiſfactio p̄ſtare conſueuit. Sed noſtre lex eccl'ie eſt venientibus ab hereticis qui tñ illic baptizati
ſunt per manus impoſitionē laicam tantum tribuere cōmunionem,nec ex his aliquē in clericatus ho⁓
norem vel exiguum ſubrogare. ¶Capitulum quintum.

¶At vero hi q a catholica fide ad hereſim trāſierūt quos nō aliter oportet niſi penitētia ſuſcipi apud C
vos nō ſolū penitētiā nō agūt,verūetiā honore cumulātur. Sed aniſii quondā fratris noſtri aliorūq;
ſacerdotū ſumma deliberatio hec fuit,vt quos bonoſus ordinauerat, ne cū eodē remanerēt ac fieret nō
mediocre ſcandalū ordinati remanerent,vicimus vt opior ambigua,iam ergo quod p remedio ac ne
ceſſitate tēporis ſtatutū eſt cōſtat primitus nō fuiſſe,ac fuiſſe regulas veteres q̄s ab apoſtolis vel apl'icis
viris traditas eccleſia romana cuſtodit,cuſtodiendaſq; mandat his qui eā audire cenſuerūt. Sed neceſ⁓
ſitas tēporis id fieri magnopere poſtulabat. Ergo quod neceſſitas p remedio reperit ceſſante neceſ⁓
ſitate debet vtiq; ceſſare pariter quod vrgebat,quia alius eſt ordo legitimus,alia vſurpatio quā ad pre⁓
ſens tp̄s fieri ipellit. Sed canones apud niceā cōſtituti de nouacianis fieri permiſerūt,prius ille canon a
patribus inſtitutus ponendus eſt vt poſſimus aduertere,vel quid,vel qualiter ab eiſdem ſenſum ſit il⁓
lud p̄ceptum,de his inquit qui nomināt ſeipſos catharos. i. mundos,& aliquando veniūt ad catholi⁓
cam eccleſiam placuit ſancte & magne ſynodo,vt accepta manus impoſitiōe ſic maneant in clero. Poſ
ſumus vero dicere de ſolis his nouatianis eſſe p̄ceptū, nec ad aliarū hereſū clericos pertinere. Nam ſi
vtiq; de oibus ita definirent addidiſſent a nouatianis aliiſq; hereticis reuertentes debere in ſuum ordi
nem recipi. ¶Q uod ſi ita eſſet etiam illud maxime quod de pauliani'ſtis dictū eſt poterit confirma⁓
re a quibus vanientes etiam baptizari p̄cipiuntur nunquid nam cum de pauliani'ſtis iubent omnes q
ab hereticis reuertuntur erūt hoc exemplo baptizandi? Q uod cū nullus audeat facere de ipſis tantum
eē p̄ceptū rō ipſa demōſtrat,deniq; baptizatos rite ab euāgeliſta Philippo Petrus,& Iohānes ſola ma
nus impoſitione conſūmāt, illos vero quos apl's Paulus Iohānis baptiſmate baptizatos repererat in⁓
terrogauit an ſpūm ſanctū accepiſſent,latentibuſq; ſe ne illud quidē nomē audiſſe,iuſſit eos baptiza⁓
ri,videtis ergo recte baptizatos illo dono iterare nō poſſe,& aliter ſola aq̄ lotos baptizari in noie p̄ris,&

filii,& ſpiritus ſancti.neceſſariũ prouideri,ita & de nouatianis tantũ iuſſum eſſe lucida manifeſta/
tione perlegitur. Quod idcirco diſtinctum eſſe ipſis duabus hereſibusrõ manifeſta declarat,qa pau/
lianiſte in noie patris, & filii, & ſpũs ſancti minime baptizant,nec apud iſtos de vnitate ptãtis diuine
hoc eſt patris filii & ſpiritus ſancti queſtio aliquãdo cõmota eſt, & ideo oĩbus ſegregatis hec ſola ele/
cta eſt cui iſtud crederent concedẽdũ,quia nichil in patris & filii,& ſpũs ſancti ſacramento peccarent,
Si qs vero de fide catholica ad hereſim trãſiens,aut fidelis ab apoſtaſia reuertẽs,& reſipiſcens redire vo/
luerit,nunquid eadem ratione poterit ad clerũ ꝓmitti cuius cõmiſſum non niſi per longam penitẽtiã
poterit aboleri,nec poſt penitẽtiam clericum fieri ipſi canones ſua auctoritate permittũt, vñ cõſtat qui
de catholica ad bonoſum tranſierunt dãnatũ,atqꝫ paſſi ſunt,aut cupierunt ab eodẽ ordinari non opor
tuiſſe ordinationis eccleſiaſtice ſuſcipere dignitatem, qui cõmune omniũ eccleſiarum iudicium deſerẽ
tes ſuam ſpãliter in bonoſo vnitatem ſequedam eſſe dixerunt. Sed multos conſtat vim paſſos atqꝫ in/
uitos attractos repugnanteſqꝫ ab eodẽ ordinatos. Dicat michi volo quiſqs hoc credit,ſi nõ poſt ordina
tionẽ bonoſi interfuit, cũ conficeret ſacramenta,ſi communicationi eius participatus non eſt,ſi ſtatim
diſcedens de eius peſſimo conciliabulo ad eccleſiã rediit, iſte talis põt habere colorẽ aliquẽ excuſatiõis
Ceterũ q poſt annũ aut mẽſem ad eccleſiã redierũt intelligimus eoſqꝫ q in catholicã nouerant ſe ꝓpter
vitia ſua nõ poſſe ſuſcipe ordiationẽ idcirco ad illũ prexiſſe q paſſim,& ſine vlla diſcuſſiõe ordiatiões il
licitas faciebat credẽtes ſe poſſe ꝑ iſtã iſtitutionẽ locũ i eccleſia catholica recipe de quo antea deſparant.
Nunc illud qđ ſupeſt rogo q poſt mẽſem, aut eo ãplius rediit,cũ ſe preſbyterũ a bonoſo conſideret or/
dinatum,ſi non ſacramenta confecit,ſi non populis tribuit,ſi non miſſas ſecundum conſuetudinem cõ
pleuit quid de his cẽſeatis queſo promatis apertius. Ad ſummam certe qui nichil a bonoſo acceperũt
rei ſunt vſurpate dignitatis qui conficiendorum ſacramentorum ſibi vendicauerunt auctoritatem,at/
que ad ſe putauerunt eſſe quod de his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.

Capitulum ſextum.

A ¶Peruideat ergo dilectio veſtra hactenus talia tranſiſſe,& aduertite quod vtiqꝫ, vt dicitis neceſſitas
imperauit in pace iam eccleſias conſtitutas non preſumere,ſed vt ſepe accidit quotiens a populis, aut
a turba peccatur,quia in omnes propter multitudinem nõ poteſtvindicari multũ ſoleat tranſire.Prio/
ra ergo dimittenda dico dei iudicio,& de reliquo maxima ſollicitudine precauendum.

Capitulum ſeptimum.

B ¶Veniam nũc ad maximum quaſi ad quoddã thema fotinum , & quod michi anxium eſt, ac dif/
ficillimũ maiorum reuoluã ſentẽtias. Fuerat de illo quoquo pacto , vt etiam ipſi cõmeminiſtis aliud
vtiqꝫ grauius conſtitutum,verum quoniam id per rumorem falſum,vt aſſeritis ſubreptum huic ſedi,
& elicitum per inſidias demonſtratis,quia res ad ſalutem rediit,veniam nos hanc in tantum vobis an
nitentibus poſt condẽnationem more apoſtolico ſubrogamus, tantiſqꝫ veſtris aſſertionibus vobiſqꝫ tã
bonis,tam caris non dare conſenſum omnibus durius rebus arbitramur. Pro veſtra ergo approbatio/
ne fratres cariſſimi,& ſententia ac poſtulatione epiſcopum Fotinum labetote,licitum eſt ita conſtitue/
re,vt deprecamini,& noſtram in melius conuerſam ſententiam labore,vel teſtimonio noſtro compo/
tem verbis ſuſcipite,atqꝫ Euſtachium a me ſepiſſime cõprobatum nolite expectare,vt diaconii gratia
ſpolietur , ſollicitos enim vos pro ſalute libenter audio, contra caput etiam ſe faciendum eſt non liben/
ter admitto . Cui manum porrigitis vobiſcum porrigo,Cui porrigo mecum porrigite. Hec enim ad
corinthios apoſtolica eſt declarata benignitas , vt in vno ſpiritu ductam ac reductam ſententiam bo/
ni ſemper indifferenter ſequantur. Nam fateor hec me primum,res bene habet erga euſtachium dia/
conum quod nec contra fidem quicquam locutus ſit,nec loquentem admiſerit,nec ad mortem crimen
aliquod commiſiſſe,vel iactatumvnquam vel fictum cognouerim. Et quia in his ſaluus eſt,ſi quo pa
cto conuerſationes amabiles non habet habendus eſt vt minus pro tempore dilectus, non vt inimic⁹
eſtimatus diabolo in perpetuo mancipandus. Cognoſco illum inter illas ſimultates,ac turbines con/
tra multorum ſtudia non dico qualia diuerſa ſenſiſſe, & cum hinc res ac calamitates ipſe emẽdate ſint
adhuc Dizoniani,& Siriaci ſubdiaconorum non potuiſſe apud vos emendationem reuiuiſcere,Cõ/
peſcitie queſo ab illo predictiſqꝫ quorũcũqꝫ videtis animos an non iuſtas emulationes , vt ipſe apud
nos integer,apud vos cum ſuis reparatus mereatur pacem non fictam peruidẽs charitatem. Omni/
bus igitur,vobis ac ſigillatim occurrat charitas,& vinculis que nullis modis a chriſto ſoluuntur vobiſ/
cum pariter imperpetuum connexa letetur in Domino.

Ad ſynodũ

¶AD SYNODVM IN THOLOSANA CIVITATE CONSTITVTAM.

i ¶De hiſpanorum reprehenſione qui inordinate conſtituunt clericos.

ii ¶Vt cauſidici vel curiales vel ſc̄lari militie dediti ad clerum non admittantur.

iii ¶Vt quicunq; tales ordinati fuerint, cū ordinatoribus ſuis deponantur.

iiii ¶De commemoratione Niceni concilii in quo ſupradicta prohibentur.

v ¶Quales eligendi ſunt in ordine clericorum.

vi ¶De eo qui ante baptiſmum vxorē habuit,& poſt baptiſmū aliā,clericꝰ nō fiat.

¶Expliciunt capitula.

Capitulum primum.

A INnocētius vniuerſis epīs in tholoſana ſynodo conſtitutis dulciſſimis fratribꝰ in dño ſalutē, Sepe me & nimiū cū teneret cura ſollicitū ſuper diſſenſiōis ſchiſmata eccl̄iarū,qđ malū p hiſpanias latius in dies ſeparatiōis gradu icedere fama ꝓclamat, neceſſariū tp̄s emerſit quo nō poſſit emēdatio tāta differri,& deberet cōgrua medicina ꝓuideri.Nā de ordinatiōibns q̄s praue cōſuetudinis vicio hyſpaniēſes epos celebrare cognoſcimus fuerat aliquid ſc̄dm maiorū traditionē ſtatuēdum,niſi ꝓpēderemus ne ꝓturbatiōes quāplurimas eccleſiis moueremus. Quorū factū ita rep̄hēdimus, vt ꝓpter numerum corrigendorū,ea que quoquō facta ſunt nō in dubiū vocemus,ſed dei potius dimittamus iudicio.

Capitulum ſecundum.

B ¶Quantos enī ex eis qui poſt acceptā baptiſmi gr̄am in forēſi exercitatiōe verſati ſūt, & obtinēdi pertinaciā ſuſceperūt aſcitos ad ſacerdotiū eſſe cōpimus,e quorū numero Rufinus,& Gregorius ꝓhibent̄ Quātos ex militia q cū ptātibus obedierīt ſeuera neceſſario p̄cepta ſūt executi, q̄tos ex curialibꝰ q dū parēt ptātibꝰ que ſibi ſūt ip̄ata fecerīt,quātos q̄ voluptates,& ſeditiōes pp̄lo celebrarūt ad honorē ſūmi ſacerdotii pueniſſe.Quorū oīm neminē ne ad ſocietatē q̄dē ordis clericorū oportuerat ꝓuēiſſe. Que ſingula diſcutiēda mādemꝰ nō modicos motꝰ,aut ſcādala hiſpaniēſibꝰ ꝓuitiis q̄bꝰ mederi cupimꝰ de ſtudio emēdatiōis indicemꝰ,idcirco remittēda potiꝰ hec putamꝰ.Sed ne deiceps ſil̄ia cōmittāt̄ dilectionis vīe maturitas ꝓuidere debebit,vt tāte vſurpatiōi ſaltē nūc finis neceſſariꝰ ip̄onat̄,eo vc̄ cōſtituto,vt qcūq; tales ordiati fuerit cū ordiatoribꝰ ſuis deponantur.

Capitulum tertium.

C ¶Poſt hec ſi q̄s aduerſus foras canonū,vel eccl̄iaſticū ordinē,vel ad ip̄m ſacerdotiū vēire tētauerit vna cū ordiatoribꝰ ſuis ip̄o in quo iuēti fuerit ordie,& honore priuēt̄,Et q̄uis dilectiōi vīe fīes cariſſimi regule nicene ſint cogniti,ſc̄dm q̄s ordies eē faciēdos decernētes,tn̄ aliquā ptē q̄ de ordiatiōibꝰ ē,ꝓuiſa iſerēdā putaui,v ſc̄dm eā ordiatiōes i poſterū celebrādas eē ſciamꝰ,nec iterp̄tādi alr liberū arbitriū relinquatur.Hec primum que ſunt prohibita digerantur.

Capitulum quartum.

D ¶Ne q̄ſpiā q poſt baptiſmū militauerit ad ordinē debeat clericatus admitti,neq; q cās poſt acceptū baptiſmū egerit,aut q poſt acceptā dei gr̄am adminiſtrauerit,neq; de curialibꝰ aliquē ad eccl̄iaſticū ordinē vēire poſſe,q poſt baptiſmū vel corōati fuerit,vel ſacerdotiū q̄d dicīt̄ ſuſtinuerit,& editiōes publicas celebrauerit.Nā & hoc de curialibꝰ ē cauēdū ne iidē q ex curialibꝰ fuerit aliq̄n a ſuis curiis q̄d freq̄nter videmꝰ accidere poſcāt̄.Que oīa rōnabilr ꝓhibita op̄z modis oībus cuſtodiri. Capitulū quintum.

E ¶Quales vero eligēdi ſūt in ordie clericorū eurdēs forma declarat.i.q ab ieūte etate baptizati fuerit, & lectorū officio ſociati,vel ſi maiores ſūt cū fuerit dei gratiā cōſecuti,ſi ſtati ſe eccl̄iaſticis ordibꝰ mācipauerit,& ſi vxores habuerit,q̄rēdū ſi vxorē virginē habuerit,qa ſcriptū ē i veteri teſtamēto,vxorē virginē accipiat ſacerdos,& alibi ſacerdotes mei ſemel nubāt,neq; q duas vxores habuerit,qa Paulus apoſtolus ait,vnius vxoris virum.

Capitulum ſextum.

F ¶Nec illud debere admitti q̄d aliq̄ntī ꝓ defenſiōe prauī erroris opponūt, & aſſerīt q̄d ātē baptiſmū oīa dimittunt̄,nō itelligētes hmōi q̄d ſola in baptiſmo p̄cta dimittūt̄,nō vxoris numerꝰ abolet̄. Nā ſi a deo vt ſcriptū ē p̄parat̄ viro vxor,& deꝰ iūxit,hō nō ſeparet,& ipſi auctores gn̄is hūani i origine a deo bn̄dicūt̄ quō iter p̄cta iſta credūt̄ poſſe dimitti? quod ſi ſc̄z illos q ita credūt verū ē,ergo oīs iuſticie qua cathecuminis ante baptiſmū fuerit op̄ata p baptiſmū auferat̄, nullꝰ ergo cōtra aplōs tale aliq̄d ſentiat,nec admittat, ſed fidelr itelligat vniꝰ vxoris virū,ſiue añ baptiſmū eē noiatū ſiue poſt baptiſmū.Siue ei vxor añ baptiſmū accepta nō ducīt̄ i numerū,nec filii ex eadē ſuſcepti iter filios dn̄t cōicari Q̄d quā abſurdū ſit atq; alienū prudētia vīa meliꝰ eſtiabit , vn̄ neminē liceat iterp̄tari aliter diuinas ſcripturas,niſi q̄d recta rō pmittit,ne dū q̄dem remedia ſibi iniquā ad excuſatiōnē p̄parāt,ex eo rupiſſe legē,& regulas euertiſſe iudicēt̄,ſed ea tenēda ſunt q̄ diuinarū ſcripturarū ſeries cōtinet,& a ſacerdotibus vtili ratione ſunt conſtituta,bene valeatis fratres cariſſimi.

EPISTOLA CONCILII CARTHAGINENSIS AD SANCTVM INNOCENTIVM PAPAM.

AOMINO BEATISSIMO ET HONORANTISSIMO fratri Innocentio Pape, Aurelius, Numidius, Ruſticianus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus adeodatus, Vincentius publianus, Theaſius, tutus, Pãnonius, victor, Reſtitutus, alius reſtitutus, Ruſticus, Fortunacianus, Ampelius auinius, Felix, Donatianus adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Porturianus, Criſpolis, victor, ali victor, Leutius, Marinus, Fructuoſus, Fauſtinianus, quoduultdeus, Candorius, maximus, Magarius, Ruſticus, Ruſinianus, pculus, Thomas, ianuari, Octauian, ptextat, Sixt, Q ðuult de, pētadi, Cyprian ſeruili, Pelagi, Marcellus, venantius, Didimus, ſaturninus, Bazecenus, Germanianus, Germamenus, Iuuētius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & Emilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus qui in concilio eccleſie Carthaginenſis affuimus. Cum ex more ad Carthaginenſem eccleſiam ſolēniter venirem, atq; ex diuerſis cauſis cōgregata ex nobis ſynodus haberetur cōpbr nr Oroſius nobis lras ſanctorū fratrū, & cōſacerdotū nrorum dedit auerothis & lazari, quarum formam his conſtituimus eſſe ſubdendā, His ergo lectis pelagiū, & celeſtiū auctores nefarii prſus, & anathematizādi ab oib nobis erroris aduertimus. Vñ factū ē vt recēſendū peterem q̄d añ ferme qnquēniū ſup celeſtii noie hic apd eccleſiā carthaginēſem fuerit exagitatū, Quo recitato ſicut ex ſubditis aduertere poterit ſctitas tua q̄is iudicatio manifeſta cōſtaret, qa in illo tpe epali iudicio exciſum hoc tātū vuln ab eccl̄ia videretur, nichilominus tamē id cōi deliberatiōe cenſuim, vt hmōi pſuaſiōis auctores q̄is & ad pbrium idē celeſtius poſtea peruenisſe dicatur, niſi hi aptiſſime anathematizauerit, ipſos quoq; anathematizari oportet, vt ſi ipſorū non potuerit ſaltē eorū q decepti ſunt ab eis, vel decipi pñt cognita ſnia que in eos lata ē ſanitas pcuretur, Hoc itaq; geſtū dñe frater ſctē charitati tue intimādū duxim, vt ſtatutis nre medio critatis etiā apl̄ice ſedis adhibeatur auctoritas pro tuēda ſalute ml̄torū, & quorūdā etiā puerſitate corrigēda. Id eni agūt iſti dānabilib diſputationib ſuis, vt nō deffendēdo, ſed poti in ſacrilegā ſupbiā extollēdo liberū arbitriū nullū relinquāt locū gr̄e dei qua xp̄iani ſumus. Qua & idipſum nre volūtatē arbitriū vere ſit liberū, dū a carnaliū cōcupiſcētiarū dn̄atiōe liberat dicēte dño. Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis. Q d auxiliū fides ipetrat que ē i xp̄o Ieſu dño nro, Iſti āt aſſerūt (ſicut a frib q eorū libros legerūt cognouim) i eo dei gr̄am putādā, qd talē hois inſtituit creauitq; naturā, que p ppria volūtatē legē dei poſſit iplere ſiue natural̄r in corde cōſcriptā, ſiue in lr̄is datā, eādē quoq; legē ad gr̄am pertinere, qd illā de in adiutoriū hoib dedit, illā vero gr̄am qua vt dictū ē xp̄iani ſumus, cui apl̄s pdicator ē dicēs, cōdelector eni legi dei ſcd̄m interiorē hoiem, video aut aliā legē in mēbris meis repugnāte legi mētis mee, & captiuatē me in lege pcti, que ē in mēbris meis, miſer ego hō qs me liberabit de corpe mortis hui, gr̄a dei p Ieſum xp̄m dn̄m nr̄m, nolūt oēs cognoſcere oino, nec apte q̄dēoppugnare audēt. Sed qd aliud agūt cū hoib aialib nō pcipiētib que ſūt ſpūs dei, pſuadere nō ceſſant ad operādā pficiēdāq; iuſtitiā, & dei mādata cōplēda ſolā ſibi hūanā ſufficere poſſe naturā, nō attēdentes qd ſcriptū ē, ſpūs adiuuat infirmitatē nr̄am, & nō volētis neq; currētis, ſed miſerētis ē dei, & qd vnū corp ſumus in xp̄o Ieſu, ſinguli aūt alter alteri mēbra hñtes dona diuerſa ſcd̄m gr̄am que data ē nobis, & dei ſum id qd ſum, & gr̄a ei in me vacua nō fuit, ſed plus oib illis laborauī, nō ego āt, ſed gr̄a dei mecū, & gr̄as ago deo q dedit nobis victoriā p dn̄m nr̄m Ieſum xp̄m, & qa idonei nō ſum aliqd cogitare q̄ſi ex nobiſmetipis, ſed ſufficiētia nr̄a ex deo ē, & hēmus theſaurū iſtū i vaſis fictilib, vt eminētia ſit virtutis dei & nō ex nobis, & inūerabilia q̄ de ſcripturis oib ſi colligere volum tomus non ſufficit, & veremur ne apd te tpa iſta cōmēorādo q̄ maiore gr̄a de ſede apl̄ica pdicas incōueiēter facere videamur, ſed iō facim, qa in eo qd infirmiores ſum q̄q̄ verſus qſq; nr̄m verbū dei pdicādo putatur attētior cre bri eos patimur i nos audaci inſurgētes. Si ergo pelagi epalib geſtis que i oriente confecta dicūtur omnia tue veneratiōi iuſte viſus fuerit abſolutus, error tamen ipſe, & impietas que iam multos aſſertores habet per diuerſa diſperſos etiam apoſtolice ſedis auctoritate anathematizanda eſt. Conſideret enim ſanctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus quā ſit peſtiferum & exitiale ouibus xp̄i qd iſtorū ſacrilegas diſputationes neceſſario ſeqtur, vt nec orare debeamus ne intrem in tētatiōnē, quod dñs

quod dñs discipulos monuit & posuit in oratione quã docuit,vt non deficiat fides nostra quod pro Apostolo Petro se rogasse ipse testatus est. Si enim possibilitate nature & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta quis non ea videat inaniter a domino peti,& fallaciter orari cũ orando poscuntur que nature iã ita cõdite sufficiẽtib⁹ viríb⁹ obtinẽtur,nec debuisse dicere dñm ieſũ xp̃mvigilate & orate sed tantunmodo vigilate,vt non intretis in tentationẽ, nec beatissimo Petro primo apostolorũ rogaui pro te,sed moneo te,vel impero ac precipio ne deficiat fides tua. Contradicitur eni istorum contemptione benedictionibus nostris,vt incassum supra populum dicere videamur,quicquid eis a dño precamur,vt recte ac pie viuendo illi placeant,vel illa que pro fidelibus precatur Apostolus dicens, flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri ieſu xp̃i,ex quo oís paternitas in celo & in terra noiatur,vt det nobis secundũ diuitias glorie sue virtuti corroborari per spiritũ eius,Si ergo voluerim⁹ benedicendo super populũ dicere,da illi virtutem domine corroborari per spiritũ tuum,istorum nobis disputatio cõtradicit affirmans liberũ negari arbitriũ si hoc a deo poscitur quod in nostra potestate est,virtute eni corroborari si volumus inquiunt possum⁹ ea possibilitate nature non misericordie quã nũc accipim⁹ sed quam cũ crearemur accepimus,Paruulos etiã propter salutem que per saluatorẽ christũ datur baptizandos negant,ac si eos mortifera doctrina in eternũ necant,promittentes etiam si non baptizantur habituros vitam eternã,nec pertinere ad eos de quibus dñs ait,venit eni filius hominis querere & saluare quod perierat, Quia inquiunt isti non perierant nec est quod in eis saluetur, vel tanto precio redimantur,quia nichil est in eis viciatum vel tenetur sub diaboli potestate captiuũ,nec pro eis fusus esse sanguis in remissionẽ legitur peccatorũ. Quãq; per baptismũ christi etiam paruulorũ dicant fieri redemptionẽ,Libello vero suo celestius in carthaginensi ecclesia iam confessus est. Sed multi eorũ qui perhibentur esse vel fuisse discipuli hec mala quib⁹ fundamenta christiane fidei conãtur euertere quacunq; possunt astutia affirmare nõ cessãt,vnde etiã si pelagi⁹ celestiusq; correcti sunt,vel ista nũ quã sensisse se dicunt & quecunq; scripta contra eos prolata fuerint sua esse negabunt,nec est quemadmodum de mendacio cõuincãtur generaliter tamen quicunq; dogmatiza & affirmat humanã sibi ad vincenda peccata,& dei mandata facienda sufficere posse naturam,& eo modo gratie dei que sanctorum euidentius orationibus declaratur aduersarius inuenitur,& quicunq; negat paruulos per baptismum christi a perditione liberari & salutẽ percipere sempiternã anathema sit. Quecũq; autem alia eis obiciuntur non dubito venerationem tuam cum gesta episcopalia perspexerit,que in oriente eadem causa confecta dicuntur id indicaturam,vnde oẽs in dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatissime papa.

¶RESCRIPTVM INNOCENTII PAPE AD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

INNOCENTIVS AVRELIO ET OMNIBVS SANCTIS EPI- A
scopis & ceteris qui in concilio carthaginensi affuerunt ecclesie dilectissimis fratribus in domino salutem, Inquirendo de his rebus quas omni cum sollicitudine decet a sacerdotibus maxime a vero iusto⁹q; & catholico tractari concilio antique traditionis exempla seruantes,& ecclesiastice memores disciplíne nostre religionis vigorẽ mentis non minus nunc in consulendo quam antea cum pronunciaretis vera ratione firmatis qui ad nostrum referendũ approbatis esse iudicium,scientes quod apostolice sedi cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolũ debeatur,a quo ipse episcopat⁹ & tota auctoritas huius nois emersit. Quem sequentes cum mala tam damnare cauemus,quam probare laudanda,vel id vero quod patrũ instituta sacerdotali custodientes officio nõ censetis esse calcanda. Quod illi non humana,sed diuina decreuere sententia,vt quicquid quamuis de disiunctis remotisq; prouintiis cogeretur non prius ducerent finiendũ,nisi ad eius sedis notitiam peruenirent,vt tota huius auctoritate iuxta que fuerit pronunciatio firmaretur,indeq; sumerent cetere ecclesie velut de natali suo fonte aque cuncte procederent,& per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorrupti manarent,quid precipere,quos abluere,quos veluti in ceno immundabili sordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur carissimi fratres quod per fratrem & coep̃m nostrum Iulium litteras ad nos destinastis,& cum pro illis curam geritis quibus presidetis ecclesis,sollicitudinem vestram pro oĩm vtilitate monstratis, & per cunctas totius orbis ec-

deſias omnibus vna quod profit decernendum eſſe depoſcitis,vt ſuis conſtabilite regulis eccleſie, & hoc quod illos caueat pronunciationis iuſte firmata decretalibus petere non poſſit,qui peruerſis inſtructi imo deſtructi verborum argutiis ſub imagine catholice fidei diſputantes velut peſtiferum exhalãtes vir⁹,& vt hoim recte ſentientiũ in deteriorẽ partem corda corrumpant,tutam veri dogmatis querunt euertere diſciplinam. Sanãdum ergo celerius ne longius execrandus animis morbus inſerpat,vt ſi medicus cum viderit huius terreni corporis aliquem eſſe languorem magnũ ſue artis eſtimat documentum,ſi cito quis illius interuẽtu deſperatus euadat, vel cum poſt ſe putre vulnus aſpexerit, adhibet fomenta vel cetera quibus illud poſſit quod natũ fueratvulnus obduci. Ac ſi id manens ſanari non poterit,ne corpus reliquũ ſua tabe corrumpat ferro amputet quod nocebat,quod reliquum integrum & ſeruet intactum,Precidendum ergo id eſt quod velut puro ſanoq; nimiũ corpori vulnus obrepſit,ne cum tardius abſtergitur in ipſis pene viſceribus huius mali non hauriendi poſt ſentina conſidat . Nam quid nos de his poſt hec rectum mentibus eſtimemus qui ſibi ſe putant debere quod boni ſunt,nec illum conſiderant cuius cotidie gratiã conſequuntur. Sed iã iſti qui tales ſunt nullã dei gratiã cõſequũtur qui ſine illo tãtũ aſſeq ſe poſſe cõfidũt,q̃tũ vix illi qui ab illo poſtulabãt& accipiunt,promerentur,Quid enĩ tam iniquum eſſe poteſt,tam barbarum,tam totius religionis ignarum,tam chriſtianis mentibus inimicũ quam huic denegare debere,quicquid in cotidiana gratia cõſequeris, cui te ipſe confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi in prouidendo preſtantior quã poteſt is eſſe qui te vt eſſes effecit? Et cum te putes ei debere quod viuis, quomodo te non putas illi debere quod nõ cotidianam eius conſequendo gratiã taliter viuis. Et qui nos adiutorio negas indigere diuino,quaſi ex noſtre ex toto poſſibilitate perfectos quomodo non adiutorium in nos cum tales a nobis etiam eſſe poſſimus prouocamus? Qui enim adiutorium dei negat,vellem interrogare quid dicat,nos non te mereri,an illum hoc nõ poſſe p̃ſtare,an nihil eſſe propter quod vnuſquiſq; hoc debeat poſtulare? poſſe hoc deũ opera ipſa teſtãtur, Adiutorio cotidiano nos egere negare nõ poſſim⁹ hoc enim ſeu bene viuim⁹ ꝙuocam⁹,vt melio⁹ ſanctiuſq; vicam⁹,ſeu praue ſentientes a bonis auertimur vt ad rectam redeamus viam eius auxilio plus egemus. Nunquid tam mortiferũ tam preceps videatur ad caſum tam expoſitũ ad omnia pericula,ſi hoc ſolum nobis putantes poſſe ſufficere quod liberũ arbitriũ cũ naſceremur accepimus. Vltra iã a dño nichil queramus,id eſt auctoris noſtri obliti eius potentiam,vt no oſtendamus liberos abiuremus,quaſi iam amplius quod dare poſſit non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit,neſcientes quod niſi magnis precib⁹ gratia in nos implorata deſcẽdat nequaquam terrene & mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad reſiſtendum non liberum arbitrium,ſed dei ſolius facere poſſit auxilium. Nam ſi ille clamat adiutorio ſibi opus eſſe diuino qui digne hoc non quereret , ſicubi liberum arbitrium plus prodeſſet,quippe cum vir beatus & iam electus a domino nichil egerit, tamen ita dominum depcatur poſtulans. Adiutor meus eſto,ne derelinquas me neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium, ille dominũ poſtulat adiutorem . Quod nati ſumus poſſe ſufficere nobis dicimus ille deum ne derelinquatur exorat, Non rogo manifeſte diſcimus quod oremus , cum ille tantopere beatus ſicut ſupra diximus vir,ne deſpiciatur exoptat,illi enim neceſſe eſt iſta arguant qui illa confirmant,dauid enim orationis ignarus & ſue nature neſcius accuſetur, qui cum ſciat tantum in ſua natura eſſe adiutorem ſibi dominum & aſſiduum adiutorem,nec illi ſufficit aſſiduum , ſed ne aliquando illum deſpiciat, orationibus protin⁹ exoptat & per corpus omnis pſalterii hoc & predicat,& clamat. Si ergo hoc ille ita magnum ſcit,vt aſſidue diceret,ita neceſſarium confeſſus eſt vt doceret,quemadmodũ Pelagius celeſtiuſque ſepoſita omni reſponſione ſpalmorum taliq; abdicata doctrina ſuaſuros ſe aliquibus eſſe confidunt,nos adiutoriũ dei nec debere querere,nec egere,cum omnes ſancti nihil ſe ſine hoc agere poſſe teſtantur . Libero enim arbitrio olim ille peruerſus dum ſuis inconſultis vtitur bonis cadens in preuaricationis profunda , demerſuſque nichil quemadmodum exinde ſurgere poſſet inuenit , ſuaq; ineternum libertate deceptus huius ruine iacuiſſet oppreſſus , niſi eum poſt chriſti per ſuam gratiam releuaſſet aduentus , qui per noue regenerationis purificationem preteritum omne vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.& eius confirmans ſtatum quo rectius conſtabiliuſq; procederet,tamen ſuam gratiam in poſterum non denegauit. Nam quamuis hominem redemiſſet a preteritis ille peccatis,tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi quemadmodum poſſet ille & poſt illa corrigere multa ſeruauit,Cotidiana preſtat illa remedia quibus niſi freti confiſiq; nitamur , nullatenus vincere humanos poterimus errores,Neceſſe eſt enim vt quo auxiliante vicimus,eo iterum

non

non adiuuante vincamur.Sed possem plura dicere nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententie qua dicat adiutorio nobis non opus esse diuino inimicum se catholice fidei & dei beneficio profitetur ingratum,Nam nec nostra cōmunione sunt digni quam predicando taliter polluerunt.Sic enim sua sponte dum sequuntur illa que dicuntur longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, cotidianisq; precibus nichil agamus, nisi quemadmodum dei misericordiam consequamur quemadmodum ferre possumus,ista iactantes? Quis rogo tantus illorum pectora error obcecat, vt si ipsi nullam dei gratiam sentiunt quia nec digni sunt nec merentur,nec de aliis considerant,quid cotidie singulis gratia diuina largiatur. Sunt quidem isti omnes cecitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt,vt se auxilio credant euocari ab erroribus posse diuino.Negantes enim dei adiutorium non aliis,sed sibi hoc penitus abstulerūt,qui euellēdi sunt longius & ab ecclesie procul remouendi visceribus,ne diutius multa occupans insanabilis post error increscat.Si enī diu fuerint sub hac impunitate seruati,necesse est multas in hac sua prauitate mentes inducant, decipiantq; innocentes vel potius imprudentes qui fidem catholicam non sequuntur, putabant enim eos recte sentire quos adhuc vident in ecclesia perdurare.Separetur ergo a sano corpore vulnus insanū,remotoque morbi seuientis afflatu cautius que sunt sincera perdurent,& grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur.Sic totius corporis illibata perfectio quā vos sequi & tenere hac in illos pronunciatione cognouimus & vnavobiscum pari assentione seruamus,Cui si tamē aliquādo in se dei adiutorium quod huc vsq; negauerunt prouocauerint,& opus eius sibi auxilio esse cognouerint,vt de hac labe in qua sui cordis incuruatione corruerant liberentur,& quasi in lucem de feda tracti caligine remotis abdicatisque omnibus quibus totus ne verum aspiceret fedabatur & caligabat aspectus damnēt hec que huc vsque senserunt, & aliquando animum rectis disputationibus commodantes ab hac aliquantulum labe correctiveris se sanandos consiliis tribuant atque submittant,Quod si fecerint erit in potestate pontificum istis aliqua tenus subuenire,& talibus aliquā curam prestare vulneribus,quam solet lapsis cum resipuerint & ecclesia non negare,vt a suis precipitiis intra ouile domini redigantur,ne foras presenti & tanto presidio a fide minutionis exclusi periculis omnibus exponantur deuorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obsistere hac qua illos in se iritauerant doctrine peruersitate non possunt,Sed talis vestris monitis & sic satis habūdantibus nostre legis exemplis probatur esse responsum, nec quicquā superesse dicimus quod dicamus,cum nichil pretermissum a vobis,nichil cōstat esse suppressum quo illi refutati & penitus cognoscantur esse cōuicti. Ideo a nobis testimonia nulla ponuntur,quia & his plena relatio est,& satis constat,vt doctissimos sacerdotes cuncta dixisse,nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit sufficere preterisse. Et alia manu. Bene valete fratres.

EPISTOLA COCILII MILEVITANI AD INNOCENTIVM PAPAM.

A

DOMINO BEATISSIMO MERITOQVE VENERABILI ET in christo venerando pape Innocentio Siluanus senex,Valentinus,aurelius,Donatus,restitutus,Lucianus,Alippius Augustinus,placentius,Seuerus,Fortunatus,possidius,Nouatus,secundus,Maurētiꝰ,Leo,Faustinianus,Cresconius,Lucius,honorius,Adeodatus,processus,secundus,Felix asiaticus,Rufinus,Faustinus,malchus,Lictorius,Fortunatus,Donatus,Pontianus,Saturnius,Cresconius,Lucius honorius,Seruius,Therentius Cresconius,Sperantius,Quadratus,Lucillus,sabinus,Item sabinus,Cresconius,victor,Honoratus,donatꝰ,Petrus,presidiꝰ,Cresconiꝰ, lampadius,Delphinus ex concilio mileuitano in domino salutem. Quia te dominus gratie sue precipuo munere in sede apostolica collocauit talemque nostris temporibus prestitit, vt nobis potius ad culpā negligentie valeat si apud tuam veneratione que pro ecclesia sunt suggerenda tacuerimꝰ,quā ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere magnis periculis infirmorum mēbrorū xp̄i pastoralem

diligentiam quesumus adhibere digneris,Noua quippe heresis & nimiū pernicioſa tentat assurgeer inimicorum gratie christi,qui nobis dnicam etiam orationē impiis disputationibus conantur auferre. Cum eni dominus docuerit,dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,Isti dicunt posse hominem in hac vita preceptis dei cognitis ad tantā pfectionem iustitie sine ad iutorio gratie saluatoris per solum libere voluntatis arbitrium peruenire,vt etiam non sit necessariū dicere dimitte nobis debita nostra,Illud vero qđ sequitur,ne nos inferas in tentationē, non ita intelligendū tanquam diuinum adiutorium poscere debeamus ne in peccatum tentati decidam⁹,sed hoc in nostra positū esse potestate,& ad hoc implendū solam sufficere hominis voluntatem,tanquam frustra Apostolus dixerit,non volentis neq; currentis,sed miserentis est dei, & fidelis deus qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum,vt possitis sustinere, frustra enim dns dixerit apostolo Petro,rogaui pro te ne deficiat fides tua,&omnibus suis,Vigilate& orate ne intretis in tentationem. Si hoc totū est potestatis humane,pueros quoq; paruulos si nullis imbuantur christiane gratie sacramentis habituros vitam eternā nequaq̄ christiana presumptione cōtendunt euacuantes quod dicit Apostol⁹. Per vnum hominē peccatū intrauit in mundū,& per peccatū mors,& ita in oēs homines pertransiit in quo omnes peccauerūt. Et alio loco,Sicut in Adam oēs moriuntur,sic & in christo oēs viuificabuntur,Vt ergo alia omittamus que cōtra scripturas sanctas plurima differunt,hec interim duo quibus oīno totum quod christiani sumus conantur euertere,que fidelia corda sustineāt,nō esse rogandum deū,vt contra peccati malū atq; ad operandā iusticiā sit noster adiutor,& non opitulari paruulis ad cosequēndā vitam eternam christiane gratie sacramentū,Hec insinuantes apostolico pectori tuo nō habemus opus multa dicere,& tantā impietatem exaggerare, cū procul dubio te ista permoueāt,vt ab eis corrigendis ne latius serpāt multosq; cōtaminēt,vel potius interimāt,dum sub nomine xpi a gratia christi penitus alienant omnino dissimulare non possis.Huius autem pernitiosissimi erroris auctores esse perhibentur pelagi⁹,& celestius quos quidem in ecclesia sanari maluimus q̄ desperata salute ab ecclesia resecari, si necessitas vlla compellat. Quorum vnus id est celestius etiā ad presbyteriū in asia peruenisse dicitur, de quo ante paucos annos quid gestum fuerit sanctitas tua de carthaginensi ecclesia melius instruitur,Pelagiusvero sicut a quibusdam fratribus nostris misse loquuntur epistole hierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur,veruntamen multo plures qui eius sensus diligentius indagare potuerunt,aduersus eum pro christi gratia,& catholice fidei veritate confligunt,sed precipue sanctus filius tuus frater & cōpresbyter noster hieronymus.Sed arbitramur adiuuāte mia dni dei nostri iesu xpi que ti regere consulentem & orantē exaudire digna tur, auctoritati sanctitatis tue declaro scripturarū lumine deprōpte facilius eos qui tam peruersa & tā pernicioſa sentiunt esse cessuros,vt de correctione potius eorum gratulemur quā contristemur interitu domine beatissime.Quamlibet autem ipsi eligant,certe vel alios plurimos quos possunt si ab eis dissimuletur suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua instanter & celeriter prouidendum, Hec ad sanctitatem tuā de cōcilio Numidie scripta direxim⁹ imitantes carthaginensem ecclesiam & Carthaginensis prouincie coēpos nostros quos ad sedem apostolicam quam beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus,Et alia manu,Meor nostri in domini gratia augearis domine beatissime merito venerabilis & in christo honorande sanctissime papa.

¶RESCRIPTVM INNOCENTII PAPE AD MILEVITANVM CONCILIVM.

A INNOCENTIVS SILVANO SENI VALENTINO ET CETERIS qui in mileuitana Synodo interfuerunt dilectissimis fratrib⁹ in dño salutē, Inter ceteras ecclesie Romane curas & aplice sedis occupationes q̄bus diuersorū cōsulta fideli ac modica disceptatione tractamus,frater & coēps noster Iulius dilectionis vestre litteras quas ex mileuitano nostra auctoritate concilio cura fidei propensiore misistis mihi inopinanter ingessit,Carthaginēsis etiam synodi que rele parili scripta subiungens . Nimirum exultat ecclesia tantā sollicitudinem cōmissis gregibus exhibere pastores,vt non solū neminē ex his patiant errare,sed si quas magis cuiū siue delectatiōes herba seduxit, ac sic in errore pmanserint , aut segregari penit⁹ velint,aut illicite peti ta vitantes dudū custodie pristine circunspectione tutari,in vtraq; parte videlicet consulentes,ne vel suscipiēdo tales simili cetere ducantur exemplo,vel spernendo redeuntes luporū morsibus videantur

ingeſte,Prudens ad modum & catholice fidei plena conſultationis voluntas. Quis enim aut tolera/re poſſit errātem, aut non recipere corrigentem? Nam vt durū arbitror cōniuētiā prebere peccantibus ita impium iudico manū negare cōuerſis. Diligenter ergo & congrue apoſtolice conſulitis honoris archana.Honoris inquam illius quē preter illa ſunt extrinſecus ſollicitudo manet omnium eccleſiarū ſuper anxiis rebus que ſit tenenda ſententia . Antique ſcilicet regule formam ſecuti quam toto ſem/per ab orbe mecum noſtis eſſe ſeruatam,verum hec miſſa facio. Neq; enī hec veſtrā credo latere pru/dentiam qui id etiam actione firmaſtis,niſi ſcientes quod per oēs ꝓuintias de apoſtolico fonte peten/tibus reſpōſa ſemper emanent,preſertim quotiens fidei ratio mutilatur, arbitror omnes fratres & coe/piſcopos noſtros nō niſi ad Petrum id eſt ſui nominis & honoris auctorē referre debere , velut nunc retulit veſtra dilectio quod per totum mundum poſſit eccleſiis omnibus in commune prodeſſe. Fiant enim neceſſe eſt cautiores, cum inuētores malorum ad duplicis relationem ſynodi ſententie noſtre ſta tutis viderint ab eccleſiaſtica communione ſeiunctos . Gemino igitur bono charitas veſtra funge/tur,nam & canonum potiemini gratia ſeruatorū,& beneficio veſtro totꝰ orbis tutabitur. Quis enim catholicorum cum aduerſariis xp̄i velit vlterius miſcere ſermonem? Quis ſaltem ipſā vite lucem com munionē ptiri noue hereſeos nimirū fugiātur auctores ? Quid enī acerbius in dominum fingere po/tuerūt quam cum adiutoria diuina caſſarent cauſamq; cotidiane precationis auferrent? Hoc eſt dice re. Cur mihi opus deo? merito in hos Dauid hymnum dicit. Ecce homines qui non poſuerunt deū adiutorem ſibi.Negantes ergo auxilium dei inquiunt hominem ſibi poſſe ſufficere,nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus neceſſe eſt , diaboli laqueis irretitis occumbat,dum ad omnia vite perfi/cienda mandata ſola tantumodo liberate cōtendat, O prauiſſimarū mentium peruerſa doctrina, ad uertat id tandem quod primum hominem ita libertas iſta decepit,vt dum indulgentius frenis vti/tur eius in preuaricationis preſumptione concideret,Neque ex hac potuit erui, niſi prouidētia regene rationis ſtatum priſtine libertatis chriſti domini reformaſſet aduentus,audiat Dauid dicētem,Adiu torium noſtrum in nomine domini. Et adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neque deſpicias me deus ſalutaris meus. Que in caſſum dixerit ſi tantū in eius erat poſitum voluntate, quod a domino flebili ſermone poſcebat . Que cum ita ſint, cumq; in omnibus diuinis paginis voluntati libere nō niſi adiutorium dei legamus eſſe nectendū,eamque nihil poſſe celeſtibus preſidiis deſtitutam, quo/nammodo huic ſoli poſſibilitatem hanc pertinaciter(vt aſſeritis) deffendentes ſibimet,immo quod eſt dignius dolore communi, Nam plurimis pelagius celeſtiuſque perſuadent multifariis equidem ad inſtruendum tale magiſterium vti poſſemus exemplis, niſi ſciremus & ſanctitatem veſtram ad plenum ſcripturas omnes ſcire,intelligere,callere diuinas preſertim , cum veſtra relatio tantis ac tali/bus teſtimoniis ſit referta, vt his ſolis valeat preſens dogma reſcindi , opuſq; non eſſe recognitis, cum his que facile vobis occurrentia poſuiſtis, nec audeant obuiare nec poſſint , Ergo dei gīam co/nantur auferre, quā neceſſe eſt erga inſtitutā ſtatꝰ priſtini libertatē queratꝰ,quippe nec alias diabo/li machinas niſi eadē poſſumꝰ iuuāte vitare,illudvero qđ eos veſtra fraternitas aſſerit p̄dicare paruulos eterne vite p̄miis abſq; baptiſmatis gra poſſe donari ꝓfatuū eſt.Niſi ent mādducauerint carnē filii hois &biberit ſanguīn ē eiꝰ nō habebūt vitā in ſemetipſis, Qui autē hāc in eis ſine regnatiōe deffendūt,vi dent mihi ip̄m baptiſmū velle caſſare,cū p̄dicāt hos id gīe habere qđ i eis credūt nō niſi baptiſmate cōferēdū. Si ergo nihil volūt officere nō renaſci,fateant neceſſe eſt nec regnationis ſacra fluēta ꝓdeſſe, Verūvt ſupfluorū hoim praua doctrina celeri veritatis poſſit rōne diſtingui proclamat dns in euāge/lio dicens,Sinite infantes & nolite eos ꝓhibere venire ad me, taliū eſt enī regnū celorū ,Quare pela/giū celeſtiumq; id eſt inuentores vocum nouarū que ſicut dixit apoſtolus edificationis nichilum, ſed magis vaniſſimas cōſuerūt parare queſtiones eccliaſtica cōmunione priuari apoſtolici vigoris aucto ritate cenſemꝰ,donec reſipiſcant a diaboli laqueis a quo captiui tenētur ſecūdū ipſiꝰ volūtatē,eoſq; in/terim dn̄ico ouili nō recipi quo ad ipſi ꝓuerſe vie ſecuti tramitem deſerere voluerint,Abſcindēdi ſunt enim qui vos conturbant & volūt euāgeliū chriſti ꝓdere,Simul autem precipimus vt quicunq; ad id pertinentia ſimiliter deffenſare nituntur , & par eos vindicta conſtringat, Non ſolum enim qui fa/ciunt,ſed etiam qui conſentiunt facientibus digni ſunt morte,quia non multum intereſſe arbitror in/ter cōmittētis animū & cōſētiētis fauorē.Addo & ampliꝰ plerūq; dediſcit errare cui nemo cōſētit Hec igit̄ fies cariſſimi i ſupradicta maneat fixa ſnia,abſint atriis dn̄i careāt dumtaxat cuſtodia paſtorali,ne duarum ouiū dira cōtagia ſerpant forſitan per vulgus incautū,rapaciq; lupus corde letetur intra ouile dn̄i,cū ꝓ tantas ouiū fuſas cateruas,dū a cuſtodibus diſſimulatur,habetur vulnꝰ duarū,ꝓſpiciendū eſt ergo ne permittendo lupum mercennarii magis quam paſtores videamur eſſe. Iubemus ſane quia

christus dominus noster propria voce signauit nolle se mortem morientis tantum,sed reuertatur & viuat vt si vnquam ad sanum de prposito prauí dogmatis errore resipuerint damnauerint, que ea quorum se ipsos preuaricatione damnauerunt,eis medicinam solitam id est receptaculum suum ab ecclesia non negari, ne dum eos redeuntes forsitam prohibemus vere extra ouile remanentes & expectantes hostis rapidi faucibus glutiantur, quas in semetipsos spiculis male disputationis armarunt. Bene valete fratres. Data sexto Kalendas Februarii Honorio & Constantio consulibus.

ITEM EPISTOLA FAMILIARIS QVINQVE EPISCOPORVM AD SVPRADICTVM PAPAM.

A

OMINO BEATISSIMO MERITOQVE HORATISSIMO fratri Innocentio pape, Aurelius,Alipius,Augustinus, Enodius,& possidius, In domino salutem, De conciliis duobus prouincie carthaginensis atque numidie ad tuam sanctitatem a non paruo episcoporum numero subscriptas litteras misimus,contra inimicos gratie christi qui confidunt in virtute sua, & creatori nostro quodam modo dicunt,tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus,qui naturam humanam ideo dicunt liberam ne querant liberatorem. ideo saluam vt iudicent superfluum saluatorem. Tantum enim dicunt valentem vt suis viribus semel in origine sue creationis acceptis possint per liberum arbitrium nichil vlterius adiuuante illius gratia qui creauit domare & extinguere oēs cupiditates tentationesq; superare . Multi eorum insurgunt aduersum nos & dicunt anime nostre, non est salus illi in deo eius. Familia christi que dicit quā do infirmor tunc fortis sum, & cui dicit dominus eius,salus tua ego sum suspenso corde cum timore & tremore adiutorium dei etiam per charitatem tue veneratiōnis expectat,Audiuimus enim esse in vrbe Roma vbi ille diu vixit nonnullos qui diuersis causis ei faueant. Quidam scilicet qui nobis talia persuasisse perhibentur,plures vero qui eum talia sentire non credunt, presertim quia in oriente vbi degit gesta ecclesiastica facta esse credendum est,nisi quibus putatur esse purgatus,vbi quidā si episcopi eū catholicum pronunciarunt non ob aliud factum esse credendum est,nisi quia dixit se dei gratiam confiteri,& ait posse hominem suo labore ac volūtate iuste viuere,vt ad hoc adiuuari dei gratia non negaret, His enim auditis verbis catholici antistites nullam aliam dei gratiam intelligere potuerunt,nisi quā in libris dei legere & populis dei predicare consuerunt,eam vtiq; de qua dicit Apostolus.Non irritā facio gratiam dei.Nam si per legem iusticia,ergo christus gratis mortuus est.Sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate & qua saluamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi eam episcopi illum dicere gratiam quam etiam cū impiis habemus cum quibus homines sumus,negari vero eam qua christiani & filii dei sumus,quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret,sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices qui ecclesiastica consuetudine gratie nomen audierunt,nescientes quid huiusmodi homines vel sue doctrine libris,vel suorum solent auribus spargere.Non agitur devno pelagio quia fortasse correctus est (quod vtinam ita sit)sed de tam multis quibus loquaciter contendentibus & infirmas atq; ineruditas animas velut coniunctas trahentibus, firmas autē & in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus vsq; quaq; iam plena sunt omnia,Aut ergo a tua veneratione accersendus est Romam & diligenter interrogandus quam dicat gratiam,quam fateatur, si tamen iam fatetur non ad peccandum,sed iuste viuendum homines adiuuari,aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum . Et cum inuentus fuerit hanc dicere quam docet ecclesiastica & apostolica veritas, tunc sine vllo scrupulo ecclesie & sine latibulo ambiguitatis vllius absoluendus est, tunc est re vera de eius purgatione gaudendum,Siue enim dixerit gratiam esse liberum arbitrium,siue gratiam esse remissionem peccatorum,siue gratiam esse legis preceptum,nichil eorum dicit quod per ministratiōnem spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationesque vincendas quem ditissime effudit super nos,qui ascendit in celum & captiuauit captiuitatē dedit que dona hominib⁹, hic eni oramus vt peccatorum tentationem superare possimus, vt spiritus dei (vnde pignus) accepimus, adiuuet infirmitatem nostram. Qui autem orat & dicit ne nos inferas in tentationem, non vtiq; id orat vt homo sit quod est natus,neq; orat id quod habeat liberum arbitrium , quid iam accepit cum crearetur ipsa natura,neque orat remissionē peccatorum quia hoc superius dicitur,dimitte nobis debita nostra,neq;

orat

orat vt accipiat mãdatũ,sed plane orat,vt faciat mandatũ. Si eni in tẽtatione inductus fuerit hoc est in tẽtatione defecerit,facit vtiq; peccatum quod est contra mãdatũ. Orat igit vt nõ peccet hoc ẽ vt ne qd faciat mali qd p corinthiis orat apls dicẽs. Oramus aũt ad dñm ne qd faciatis mali, vñ satis appet qd nõ ad peccãdũ,i. nõ ad malefaciẽdũ q̃uis esse nõ dubitet libertũ arbitriũ volũtatis,tñ ei9 ptãs nõ suffi/ ciat,nisi adiuuet infirmitas. ipa igit oõ clarissima testificatio ẽ,hãc ille confitet, & eũ gaudebim9 siue rectũ siue correctũ,Distiguẽda est lex & gra,lex iubere nouit,gra iuuare. Nec lex iubere,nisi eẽt volũtas nec gra iuuaret,si satis eẽt volũtas. Iubet vt habeat intellectus vbi dr,nolite esse sicut mulus & equus,q bus nõ est itellectus,& tamẽ oram9 vt habeamus intellectũ vbi dicit,da michi itellectũ vt discã mãda ta tua,iubet vt habeam9 sapientiã vbi dr,stulti aliqñ sapite,& tamẽ orat vt sapietiã habeam9 vbi dr. Si qs aũt vestrũ indiget sapietia postulet a deo q dat oibus affluenter,& nõ iproperat,& dabit ei. Iubetur vt habeam9 cõtinẽtiã vbi dr,cũ scirẽ quia nemo põt esse cõtinẽs nisi de9 det,& hoc ipm erat sapnie sci/ re cuius esset hoc donũ adii dominũ,& depcatus sum illũ,postremo ne nimiũ lõgũ sit cuncta pcurre/ re,iubetur vt nõ faciam9 malũ vbi dr,declina a malo,& tamẽ oratur,vt nõ faciam9 malũ,vbi dr. Oram9 autẽ ad dominũ ne qd faciatis mali,iubemur vt faciam9 bonũ,vbi dicitur,declina a malo,& fac bonũ, & tamẽ oratur,vt faciam9 bonũ,vbi dr, nõ cessam9 p vobis orãtes & postulãtes,atq; inter cetera que il lis orat dicit,vt ambuletis digne deo in oẽ placitũ,in oi ope & sermõe bono,sicut ergo agnoscimus vo/ lũtatẽ cũ hec pcipiũtur,sic & ipse agnoscat gram cũ petuntur.

¶Mirimus reuerentie tue librũ quẽ dederũt religiosi, & honesti adolescentes serui dei quorũ etiam A noia nõ tacem9,nã Thimasius,& Iacob9 vocãt. Qui sicut audim9,& etiã nosse dignaris ipsi9 pelagii exhortatiõe spem quã habebãt in seculo reliquerunt, & nũc cõtinẽtes deo seruiũt. Qui cũ errore eodẽ aliquãdo p q̃lẽcunq; opam nram domino inspirãte caruissent ptulerunt eundẽ librum pelagii esse di/ cẽtes,& vt ei responderetur impẽdio rogauerũt,factũ est ad eosdẽ dũ rescripta est ipsa respõsio,agẽtes gratias rescripserũt,vtrũq; misimus,& cui responsum,& quod responsum est. Et ne nimiũ essem9 one rosi signa fecimus his locis vbi petimus inspicere non graueris quẽadmodũ sibi obiecta questione qd gratiã dei negaret,ita respondit vt eam esse nõ diceret nisi naturam in qua nos condidit deus. Si autẽ hunc esse suum librum negat,aut eadem in libro loca non contendimus,anathematizet illa & eam cõ fiteantur apertissime gratiã quã doctrina xp̃iana demonstrat,& p̃dicat esse propriam xp̃ianorũ que non est natura,sed qua saluatur. Que naturam non auribus doctrina sonãte vel aliquo adiumẽto,visi bili fouet,sicut plantatur quodammodo, & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus, & oc/ culta mia sicut ille facit q dat icremẽtũ de9. Si eni q̃dã nõ iprobãda rõne dicitur gratia dei q̃ creati su/ mus,vt nõ nichil eẽmus,nec ita eẽmus aliud,aut cadauer qd nõ viuit,aut arbor q̃ nõ sentit,aut pec9 qd nõ intelligit,sed hoies q vt essem9,& viuerem9,& sentirem9,& intelligerem9,& de hoc tantũ beneficio creatori nostro gratias agerevaleam9,vnde& merito gratia ista dici p̃t,qa nõ p̃cedẽtiũ aliquorũ operũ meritis,sed gratuita bõtate dei dõata ẽ,alia ẽ tamẽ q̃ p̃destiati vocamur, iustificamur,glificamur,vt di cere possim9,si de9 p nobis qs cõtra nos? Qui filio suo pprio nõ pepercit sed p nobis oib9 tradidit il/ lũ,de hac gra qõ vertebatur qñ ab his quos pelagi9 grauiter offẽdebat atq; turbabat,dicebat ei qd eã suis disputatiõib9 oppugnaret,qb9 assereret nõ solũ ad faciẽda verũetiã ad perficiẽda mãdata diuina,p liberũ arbitriũ sibi hũanã sufficere naturã,hãc aplica doctria gram nõ imerito isto noie appellat q̃ sal/ uamur,& iustificamur ex fide xp̃i,de hac scriptũ ẽ. Nõ irritã facio gram dei,nã si p legẽ iustitia, ergo xp̃s gratis mortu9 ẽ,de hac scriptũ ẽ. Euacuati estis a xp̃o,q̃ i lege iustificami a gra excidistis,de hac scri ptũ ẽ. si ã. gra,iã nõ ex opib9,alioqn gra iã nõ ẽ gra,de hac scriptũ ẽ. Ei ãt q nõ opat,credẽti ãt i eũ q iu stificat ipiũ,deputat fides ei9 ad iustitiã,ei ãt q opant merces nõ iputãt,scdm gram,sz scdm debitũ,& multa alia q̃ meli9 potes ipe mẽinisse,& itelligere prudẽti9,& illustri9 p̃dicate,illãvero gra z q̃ creati sum9 hoies ẽt si illã appellãdã nõ imerito itelligim9 mirũ ẽ tũ,si ita appellatã i vlli9 legitis ppheticis euãge/ licis aplicisq; lris legim9,cũ itaq; de hac gra a xp̃iãis fidelib9 catholicisq; nouissima illi obiicieret qõ,vt eã oppugnare desineret qd ẽ qd cũ hac sibi i lib. suo velut aduersãte psõa idẽ ipe obiecisset, vt se rndẽ/ do purgaret,nichil aliud rndit,nisi naturã creati hois referre gram creatoris atq; se ita dicere sine pcto i pleri posse iustitiã p libe. arbi. cũ adiutorio diue gre qd de9 hoc dederit hoi ipa possibilitate nature,cui merito rndet. Ergo euacuatũ est scãlalũ crucis,ergo xp̃s gratis mortu9 ẽ. Nõ. n. si õ9 noreret ppt de licta nra,& resurgeret ppt iustifica. nram,nec ascendisset i altũ,& captiuãs captiuatẽ daret dõa hoib9 ista nature possibilitas quã defendit nõ esset in hõib9,an forte dei mãdatũ deerat. Et ideo xp̃s mortu9 est? Immo etiam & hoc erat sanctum & iustum & bonum, iam dictum fuerat non concupisces,iam dictum fuerat, diliges proximum tuum sicut te ipsum. In quo sermone Apostolus omnem legem

dicit implerí, & quoniã niſi dilígat deũ,nemo dilígit ſeipſum. Ideoq; dñs in his duobus p̃ceptis to tã legẽ dixit ꝓphetaſq; implerí. Que duo p̃cepta ia erant hoibus diuinitus data, at eternũ p̃mium iuſtitie ꝓmiſſum nõdum erat, Hoc ipſe nõ dicit qui in ſuis lr̃is poſſint etiam in veteri teſtamento regnum celorũ eſſe ꝓmiſſum. Sí ergo ad faciẽdam pficiendãq; iuſtítiam ía erat nature poſſibilitas p liberũ arbitríũ, íam eratlegis dei ſanctũ, iuſtum, benígnũq; mandatum, ía erat ꝓmiſſum premium ſempiternum, Ergo xp̃s gratis mortuus eſt. Ergo neq; p legẽ iuſtítia, neq; p nature poſſibilitatem, ſed ex fide ac dono dei p Ieſum chriſtum dominum noſtrum, vnum mediatorem dei & hominum Ex quo enĩ p vnum hoiem peccatũ intrauit in mũdũ, & p peccatũ mors & vita in oẽs hoies ptranſiit, in quo oẽs peccauerũt, ꝓculdubío a corpe mortís huius, vbi lex alía repugnat legí mẽtis neminem li berauit aut liberat ſue poſſibilitas nature, que ꝓdita redẽptore indiget, ſaucíata ſaluatore, ſed gr̃a dei p fidẽ vnius hois mediatoris dei & hoim hominis Ieſu xp̃i, q̃ & de⁹ cũ eſſet hoiem fecit, & manẽs de⁹ hõ factus refecit ipſe qđ fecit, Puto aũt quod nõ lateat fides xp̃i, que poſtea in reuelationẽ venit in oc⸗ cultís fuiſſe tp̃ibus patrũ nr̃orum, p quam tñ etiã ipſa dei gr̃a liberati ſunt, quicũq; oĩbus gñis huma ní tp̃ibus líberarí potuerunt occulto iudício dei, non tamen vituperabíli. Vnde dícit apl̃s, Habentes aũt eundẽ ſp̃m fídei vtiq; eundem quẽ & illí ſc̃dm quod ſcríptũ eſt, Credidi ꝓpter qđ locutus ſum, & nos credím⁹, ꝓpter quod & loquímur, Inde eſt qđ ait ipſe mediator, Abrahã cõcupiuit videre diẽ meũ, vídit & gauiſus eſt, Inde ꝓplato ſacramẽto Melchiſedech mẽſe dñice nouit eternũ eius ſacerdo⸗ tíum fígurare, Iã vero data in lr̃is lege q̃ dícit apl̃s ſubintraſſe, vt abũdaret delictũ, & de qua dícit ex lege hereditas, íã non ex ꝓmiſſione Abrahe añp repromiſſionẽ donauit de⁹, Quid ígitur lex? trã⸗ greſſionís gr̃a poſita eſt donec veníret ſemẽ cui ꝓmiſſũ eſt díſpoſitũ p angelos in manu mediatoris. Mediator aũt vní⁹ nõ eſt, deus aũt vn⁹ eſt, Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei, Abſit Sí enim dataeẽt lex que poſſet iuſtificare oĩno, ex lege eẽt iuſtitia, ſed cõcluſit ſcríptura dícente, oĩa ſub pc̃tõ, vt ꝓmiſſio ex fide Ieſu xp̃i daretur credẽtibus, nõne ſatís oſtẽditur hoc actũ eẽ p legem, vt peccatum cognoſceretur & p̃uaricatíone augeretur. Vbí enim lex nõ eſt, nec p̃uaricatio, & ſic aduerſus victoriã pc̃ti ad diui⸗ nã gr̃am que in ꝓmiſſionibus eſt cõfugeretur, atq; ita lex nõ eẽt aduerſus ꝓmiſſa dei, quia ídeo p illã ſit cognítio pc̃ti, & ex p̃uaricatione legís abũdãtia pc̃ti, vt ad líberationẽ querãtur ꝓmiſſiones dei, qđ eſt gratía dei, & incípiat eẽ in hoíe iuſtítia nõ ſua ſed dei, hoc eſt data dono dei. Quã etiã nunc qui⸗ dem ſicut & tũc de iudeis dictũ eſt ignorãtes dei iuſtitiã, & ſuã volẽtes cõſtituere iuſtitie dei nõ ſunt ſubiecti, Per legẽ qppe & illi iuſtificarí ſe arbitrãtur, ſufficiente ſibí ad eandẽ cuſtodiendã líbero arbi⸗ trío hoc eſt iuſtítia ſua ꝓplata ex natura humana, nõ donata ex gr̃a díuína, ꝓpter quod iuſtítia dei di citur. Vnde ítẽ ſcríptũ eſt. Per legẽ enim cognitio pc̃ti. Nunc aũt ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata p legem & ꝓphetas. Cũ dícit manifeſtata eſt, oſtẽdit quía & tũc erat, ſed tã q̃ illa pluuia q̃ge deon ipetrauit tũc velut inuellere oculta, nũc aut velut in area manifeſta. Cum ergo lex ſine gratía nõ mors pc̃ti potuiſſet eſſe ſed vírt⁹. Sic enĩ dictũ eſt, aculeus mortís peccatũ, vírt⁹ aũt pc̃ti lex, Sicutcõfu gíũt multí a facie repugnãtís pc̃ti ad gratíã velut in areã nũc patentẽ, íta paucí ad eã confugiebãt, ve lut in vellere tũc latentẽ. Hec vero tẽporum diſtributio referẽt ad altitudinẽ diuitiarũ ſapiẽtie, & ſcien tie dei de qua dictũ eſt. Quã iſcrutabília ſunt iudícia eí⁹ & inueſtigabíles vie eí⁹, quapropter ſi & an te tp̃s legís & tpe ipſo legís iuſtos patres ex fide viuẽtes nõ poſſibílitas nature infirme & indigne ac vi ciate, & ſub pc̃tõ venũdate, ſed dei gratía p fidem iuſtificabat, & nũc eadem in apertũ ía veniens reue lata iuſtíficat. Anathematízet ergo pelagí⁹ ſcripta ſua vbi cõtra eã & ſi nõ per cõtumaciã tñ per igno rantiã díſputat poſſibílitatẽ defendendo nature ad vincenda pc̃tã & implẽda mandata, aut ſi ea ſua eſſe negat, aut ſcríptís ſuís, aut iimicís ſuis dícit imiſſa que ſua eẽ negat, anathematízet ea & dãnet p̃ na exhortatiõe & auctoritate ſc̃timonie tue. Sí ergo vult oneroſum ſibí & pnitioſum díſcat eccl̃ie ſcã dalũ auferre, q̃ ſcãdalũ audítores & iperuerſum dílectores eí⁹ vſq; quaq; ſpargere nõ q̃eſcũt. Sí eico⸗ gnouerint eũdem líbrũ quem illíus vel putant eſſe vel norũt ep̃orũ cathalicorũ auctoritate & maxie ſc̃titatís tue q̃ apud eũ eſſe maioris põderis mime dubitam⁹, ab eodẽ eſſe ip̃o anathematízatũ atq; dãnatũ, nõ eos vlteri⁹ eſtimam⁹ auſuros loquendo cõtra gratiã dei que reuelata eſt p paſſionem & reſurrectionem xp̃i, nec pectora fidelia & ſimplíciter xp̃iana turbare, ſed poti⁹ adiuuãte mia dei cer⸗ tãtibus nobiſcũ pietate & charitate flagrãtibus etiã oĩonibus tuis nõ ſolũ vt ineternũ bti, verũ etiam iuſti & ſancti ſint, nõ in ſua vírtute, ſed in eadem gr̃a cõfiſuros, vnde & ad ip̃m ſcríptam ab vno hoie epl̃am ad quem p quẽdã orientalẽ díaconũ, ciuẽ yponienſem tanq̃ purgationír quedã ſcepta trãſmí ſit tue btitudini poti⁹ credidim⁹, dirigẽda meli⁹ iudicãtes & petẽtes vt eã mittere ip̃e digneris, ſic enĩ

eam legere

eā legere potiꝰ nō dedignabitur,magis in illa eū q̄ misit,q̄ qui scripsit attēdens. illud vero qđ dicunt posse hoiem esse sine pc̄tō,& mādata dei facile custodire si velit,q̄uis cū hoc p adiutoriū dei gr̄e ,que tn̄ p̄ incarnatiōnē vnigeniti eiꝰ reuelata atq; donata est dicitur tolerabiliꝰ dici videatur, tn̄ qm̄ merito queri pōt vbi & qn̄ p eandē gr̄am id efficiatur in nobis ,vt sine illo ꝓrsus pc̄tō sim⁹, vtrū in hac vita qn̄ caro cōcupiscit aduersꝰ sp̄m,an vero in illa cū fiet sermo q̄ scriptꝰ est,vbi est mors victoria tua,vbi est mors aculeꝰ tuus,aculeꝰ eni mortis peccatū̄est diligētius ꝓtractandū,ꝓpter alios quosdā q̄ inique senserūt atq; in suis l̄ris memorie mādauerūt,etiā in hac vita esse posse hoiem sine pc̄tō nō ab initio natiuitatis sue,sed cōuersione a pc̄tis ad iustitiā & a via reproba ad bonā vitā. Sic eni intellexerūt qđ de Zacharia & Helizabet scriptū est,ambulasse eos i oībus iustificatiōib⁹ dei sine querela, Hoc qđ dictū est sine querela,sine pc̄tō dictū acceperūt,nō qdē negantes imo etiā qđ aliis locis in l̄ris eorū in ⁄ uenīt̄ pie cōfitētes adiutoriū gr̄e dn̄i nr̄i non p naturalē sp̄m hois sed p principalē sp̄m dei,Q ui pa ⁄ rū vidētur cōsyderasse ip̄m Zachariā fuisse etiā sacerdotē. Oēs aūt tunc sacerdotes nec esse habebant ex lege dei primitꝰ ꝓ pc̄tis suis offerre sacrificiū,deide ꝓ populo. Sicut ergo nunc p oīonis sacrificiū cōuincimur nō esse sine pc̄tō qm̄ iussi sumꝰ dicere,dimitte nobis debita nr̄a,ita & tūc p sacrificia victi marū aialiū cōuincebant̄ sacerdotes sine pc̄tō nō esse,q̄ ꝓ suis pc̄tis iubebātur offerre. Q đ si res ita se habet,vt p gr̄am saluatoris ꝑficiamꝰ qdē in hac vita deficiente cupiditate,charitate crescēte,perficia mur aūt in illa vita cupiditate extincta,charitate cōpleta,pfecto illud qđ scriptū ē,Q ui natꝰ est ex deo nō peccat,scđm illā charitatē dictū est que sola nō peccat ad natiuitatē q̄ppe que ex deo est, augenda & pficienda charitas ptinet,nō ea que minuēda est & cōsumēda cupiditas,que tn̄ q̄diu est in mēbris nostris lege q̄dā sua repugnat legi mētis,sed natꝰ ex deo nec obediēs desideriis eiꝰ nec exhibēs mēbra sua arma iniqtatis pc̄tō p̄t dicere,iā nō ego operor illud sed id qđ hitat in me pc̄tm̄,Sed qūo se ha ⁄ beat ista questio,qa & si nō inuenitur hō in hac vita sine pc̄tō id tn̄ dicitur posse fieri p adiutoriū gr̄e & sp̄us dei,Q đ vt fiat conandū atq; poscendū est tolerabiliter in id qsq; fallitur nec diabolica ipie ⁄ tas,sed error hūanꝰ est elaborāda & optanda,affirmare etiā si qđ affirmat nō possit ostēdere, Id eni credit fieri posse qđ certe laudabile est velle. Nobis aūt sufficit qđ nullꝰ in eccl̄ia dei fideliū reperīt̄ in quolibet ꝑfectu excellēti atq; iustitia q̄ audeat dicere sibi nō necessariā precationem oīonis dn̄ice ,di mitte nobis debita nr̄a,& dicat se nō habere peccatū,nec seip̄m decipiat,& in eo veritas nō sit,q̄uis iā sine querela viuat. Nō eni qualescūq; etiā tētationes hūane sed graue peccatū est qđ in querelā venit, Det veniā tua suauitas,si ꝓlixiorem ep̄lam fortassis quam velles tue misimꝰ sc̄titati. Nō enim riuu ⁄ lū nostrū tuo largo fonti augēdo refundimꝰ,verū etiā noster licet exiguus ex eodē quo etiā tuus a ⁄ būdās emanat capite fluentorū hoc aperte ꝓbare voluimus tuis rescriptis de cōi participatione vni us gratie consolari. ¶Rescriptum Innocentii pape de pelagio heretico.

INnocētius Aurelio,Alipio,Augu,Euodio,Possidio ep̄is.S.Fr̄nitatis vr̄e l̄ras plenas fidei toto q̄ religiōis catholice vigore firmatas,a vobis missas &cōciliis vestris per fratrē & coep̄m nr̄m Iu lium p̄grato suscepimꝰ aio,quod earū tenor oisq; contextio in cōsideratione quotidiane gr̄e dei & in eo⁊ correctione q̄ contra sentiunt ītegra rōne cōsistit & vt illis oēm tollere possit errorē,& idoneo da to quouis nostre legis exēplo, quē seq̄ debeat dignū possint p̄bere doctorē. Sed de his vt arbitror iā satis supradixim⁹. Sed subide cōtra eos subuenit & suppeditat q̄ dicat̄,nec pōt aliq̄n deesse q̄ vincat cum tā mise⁊ ipiumq; sit q̄ nostre virtute fidei & ip̄a pleni⁹ veritate vincatur. Q ui enim oēm vite spem respuit atq; contēpsit inimica damnabiliq; cor suū disputatione cōfundens , cū credit nichil esse q̄ adeo accipiat,ne aliqd supereſſe quod petat ad sanā dū,sed q̄ sibi hoc abstulit vlteri⁹ quid reliquit? Si ergo sunt aliqui,quos in sui defensionem peruersitas tanta defixit qui huic se dogmati dedant at ⁄ q; coniungāt sperantes hoc ad catholicā pertinere doctrinā,quod abhorrēs longi⁹ & penitus appro batur aduersum,infecti illorū & monitis& verbis vt haberētur inducti,quatinus ad rectū vite tramitē redeāt festinabunt ,ne diutius mentē obsidēs velut pestis eo⁊ sensibus error inuadat. Nā si pelagi⁹ quocunq; restitit loco eo⁊ aios qui facile vel simpliciter crederent disputandi hac affirmatione dece ⁄ pit seu hic illi in vrbe sunt,quod nescientes nec manifestare possumus,nec negare cum & si sunt late ⁄ ant,nec aliquando audeant,vel illum predicantem ista defendere,vel talia aliquo nostrorum presen ⁄ te iactare,& in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile nec alicubi possit agnosci , siue in quouis terrarum loco degant dei nostri misericordia,gratiaq; credimus,quod facile corrigantur,au dita eius dānatione qui fuerit pertinax,& resistens huius dogmatis auctor inuentus,nō interest,vbi isti fuerint , dum vbicunq; inueniri potuerint,sunt sanandi,nobis tamen nec suaderi potest eum

esse purgatum,quãuis ad nos a nescio quibus laicis sint gesta plata,quibus ille & auditum se crede ret & absolutũ.Que vtrum vera sint dubitam⁹, quod sub nulla illi⁹ cõcilii executione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re litteras,apud quos isti⁹ rei iste p̃stitit cãs,Quod si de sua ille pu tuisset purgatione confidere,hoc magis credimus quod egisset,quod multo verius esse poterat,vt il los coꝫeret epistolis suis qui diiudicauerãt iudicare,verũ cum sint aliqua in ipsis posita gestis que ob iecta partim musitando ille suppressit,partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confu dit,aliqua magis falsis argumẽtis,quã vera ratione vt ad tp̃s videre poterat purgauit, alia negando, alia falsa interpretatione vertẽdo.Sed vtinã quod magis optandum est etiam ille se ad veram catho lice fidei viam ab illo sui tramitis errore cõuertat,vt cupiat velitq; purgari,consyderans quotidianam dei gratiã,adiutoriumq; cognoscens,vt videatur verũ,& approbetur ab omnibus manifesta ratio ne correctus,nõ gestorum iudicio,sed ad catholicã fidem corde cõuerso, Vnde nõ possum illorũ nec approbare nec culpare iudiciũ,cum nesciamus vtrum vera sint gesta,aut si vera sunt,illum subterfu gisse cõstet magis quam se in tota virtute purgasse.Qui si cõfidit nouitq; nõ omni dignum esse in dignatione quod dicat aut iam hoc totũ se refutasse quod dixerat, nõ a nobis accersiri,sed ipse debet potius festinare,vt possit absolui.Nam si adhuc taliter sentit,quãdo se nostro iudicio quibussuis acce ptis litteris cũ sciat dãnandũ se esse cõmittet.Quod si accercẽdus esset ab his melius fieret qui magis pximi & non lõgo terrarum spatio videntur esse disiuncti,sed nõ deerit cura si medicine prebeat ille materiam,Potest enim damnare que senserat ac datis litteris erroris sui vt regressum ad nos decet ve niã postulare fratres charissimi. Librũ sane qui eius esse dicebatur nobis a vestra charitate transmis sum euoluimus,in quo multa blasphema erant, nichil quod placeret, nichil quodpenitus non dis pliceret,a quo vis damnandũ atq; calcandum, cuius similia nisi qui ista scripserat,nemo alter in men tem reciperet atq; sentiret.Nam hoc loco de lege latius disputare velut coram posito repugnãtiq; pe lagio necessarium esse nõ duximus, cum vobiscum totam rem sciẽtibus,pariq; nobiscum assensione gaudẽtibus colloquamur. Tunc enim melius hec exempla ponũtur,quando cum his quos harũ cõ stat rerum prudentes esse tractamus.Nam de nature possibilitate,ac de libero arbitrio, & de omni dei gratia,& quotidiana gratia cui non sit recte sentienti vberrimum disputare. Anathematizet er go ista que sensit vt illi qui eius sermonibus tuerãt preceptisq; collapsi,quid tandem habeat fides ve ra cognoscant,Facilius enim reuocari poterunt cum ista a suo sensserint auctore dãnari. Quod si ille pertinaci in hac voluerit impietate persistere est agendum,quatinus vel his possit subueniri quos nõ suus sed huius magis error induxit,ne & illis hec medicina pereat,cuius iste talem non admittit nec postulat curam,Deus vos custodiat incolumes fratres charissimi. Data.vi.kalen.Februari.

¶ITEM EPISTOLA FAMILIARIS AD AVRELIANVM CARTHAGINENSEM EPISCOPVM.

A ANnocentius Aurelio ep̃o Carthaginensi,In familiaribus scriptis dilectio vera consistit,& fir mius charitatis officia melius se orsa mereãtur.Quamobrem per fratrẽ nostrum Iuliũ epi stole extrinsecus misse respondere gestiui,ne apud me forsitan remaneret peculiaris negate salutationis offensa,supradictũ igitur fratrẽ nr̃m tue dilectioni restituo, cũ aplice sedi dignũ ad rela tionem duplicis synodi iudicatis,Supest vt oratus a nobis dns p̃stare dignetur,quatenus oĩs ecclesie sue macula continuis laboribus nostris possit absterg̃i,dns custodiat te incolumen frater charissime. Data.vi.kalen.Februarii.

¶INCIPIVNT DECRETA ZOZIMI PAPE

i ¶Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiasticos nõ debeant ad summum sacer dotium peruenire.

ii ¶Quod si quis interdicta despexerit gradus sui periculo subiacebit.

iii ¶Que in singulis clericorum gradibus tẽ pora sint prefixa.

¶FINIS.

B EPISCOPVS ZOZIMVS VRBIS ROME HESITIO EPISCO po Salonitano salutem. Exigit dilectio tua preceptum apostolice sedis,in quo patrum decreta consentiunt,& significas nõnullos ex monachorũ cetu quorum sollicitudo quamuis frequentia maior est,sed laicos ad sacerdotium festinare.

Capitulum primum.

HOc aũt specialiter & sub p̃decessorib⁹ nostris & nuper a nobis interdictũ cõstat litteris ad gallias hyspaniasq; transmissis,in quibus regionibus fa miliarius

miliarius est ista ꝑsumptio,quãuis nec africa super hac admonitione nostra habeatur aliena,ne quis penitus cõtra patrum precepta qui ecclesiasticis disciplinis ꝓordinem non fuisset imbutus,& tẽporum approbatione diuinis stipendiis eruditus,nequaquã ad summum sacerdotiũ aspirare presumeret,& non solum in eo ambitio inefficax haberetur,verumetiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine quem sine ordine contra precepta patrũ crediderant presumẽdum, Vnde miramur ad dilectionem tuam statuta sedis apostolice non fuisse perlata, Laudam⁹igitur constantiã tuam frater charissime nec aliud de pontificii censura veteris auctoritatis genus expectandum fuit.quã vt talibus ambitionibus,ꝓ preceptis patrũ in ꝓpinctu fidei cõstitutis occurreres,Igitur siqd auctoritati tue(quod nõ opinamur)estimas defuisse supplemus,Vos obsistite talib⁹ordinationibus,obsistite superbie & arrogãtie venieti. Tecũ faciũt precepta patrũ,tecum aplice sedis auctoritas.Si enim officia secularia principalem locũ non vestibulum actionis ingressis sed per plurimos gradus examinatis tpalibus deferunt,quis ille tã arrogans,tã impudẽs inuenitur,vt in celesti militia que ꝓpensius ponderanda est & sicut aurũ repetitis ignibus explorãda statim dux esse desyderat cum tyro ante non fuerit,& prius velit docere q̃ discere? Assuescat in dñi castris in lectorũ primitus gradu diuini rudimẽtis seruitii, nec illi vile sit exorcistam,accolitum, subdiaconũ,diaconum ꝓordinem fieri ,nec hoc saltu sed statutis maiorum ordinatiõe tpibus,Iã vero ad pbrii fastigium talis accedat vt & nomẽ etas impleat, & meritũ ꝓbitatis stipendia ante acta testẽtur,iure inde summi põtificis locũ sperare debebit, facit hoc nimia remissio cõsacerdotum nostrorũ qui põpam multitudinis querũt,& putãt ex hac turba aliqd sibi dignitatis acquiri ,Hinc passim numerosa popularitas etiã his vbi solitudo est taliũ reperitur,dũ paro chias extendi cupiũt,aut quibus aliud ꝑstare nõ possunt diuinos ordines largiũtur.Quod oportet districti semp esse iudicii,rarum est enim omne quod magnum est.

Capitulum secundum.

¶Proinde nos ne qd meritis dilectionis tue derogarem⁹, ad te potissimũ scripta direxim⁹, que in oim fratrũ & coeporum nostrorũ facies ire notitiã,nõ tantũ eorum q in ea ꝓuincia sunt,sed etiã qui in vicinis dilectionis tue ꝓuinciis adiungũtur.Sciet quisqs hoc postposita pim & aplice sedis auctoritate neglexerit,a nobis districti⁹ vindicadum,vt loci sui minime dubitet sibi nõ cõstare rationem,si putat post tot ꝓhibitiones impune posse tentari.Cõtumelie enim studio fit quicquid interdictum totiens vsurpatur, A

Capitulum tertium.

¶Hec aũt singulis gradibus obseruanda sunt tpa,si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit,& inter lectoresq; ad.xx.etatis annum cõtinuata obseruatione ꝓduret.Si maior & grandeuus accesserit,qui tñ post baptismũ stati diuine militie desiderat mancipari , siue inter lectores siue inter exorcistas quinquẽnio teneatur. Exinde accolitus,vel subdiaconus .iiii.annis sit,& sic ad bñdictionẽ diaconatus si meretur accedat, in quo ordine quinq; annis si inculpate se gesserit, adherere debebit. Exinde suffragãtibus stipendiis per tot gradus datis proprie fidei documentis pbrium poterit ꝓmereri , de quo loco si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit summum põtificatum sperare debebit.Hac tamen lege seruata,vt neq; digamus,neq; vidue maritus,neq; penitens ad hos gradus possit admitti.Sane etiam defensores ecclesie qui ex laicis fiunt supradicta obseruatione teneantur si meruerint in ordine esse dericatus.Data.viii.kalend.martii Honorio.xii.& Theodosio. viii. augustis consulibus. B

¶AD CLERVM RAVENNENSEM.

¶Zozimus epꝰ vrbis Rome cõmonitorium pbris & diaconib⁹ qui rauẽne sunt,Ex relatiõe fratris nri archidami pbri qualiter susceptí sitis vel qd egeritis cognouim⁹,vel qualiter illi susceptí sunt q cõtra canones aduersum nos ad comitatum nescio qua audaci temeritate ire voluerũt,Ad vos hec que nunc misimus,olim scripta feceramus,eorum quas iniuriose miserãt,rñdentes epistolis.Sed q̃m non potuerũt rei in sua hoc est in nostra eccl'ia romana cũ nostris cõpbris cõmorari hos ad vos illis tradẽdas litteras destinamus,in quibus decreto nostro sancimus memoratos perturbatores olim ab apostolice sedis nostre communione alienos fuisse,atq; nostra subscriptione ꝓbatã sentẽtiam suscepisse. Illos etiam qui e frenato huic facto consilioq; assensum commodare voluerunt, vestre charitatis est estimare qualiter habeantur.Quibus hoc obiicere vos debetis,quod iuxta canonum precepta fortiter incurrerunt,& qualiter presbyteros non decebat rebelles existere tentauerunt, Vos autem monemus in speculis esse debere,neq; eorum prorũpat audacia,quos anathematizatos scit sancta & apo- C

ſtolica eccleſia,De his vero qui eorũ ſe ſocietati iũxerũt quid agere debeamus cũ reuerſi fueritis con/ ſilio meliore tractabimus. Et alia manu. Data.v.kalend.octobris Honorio.xii.& Theodoſio augu ſtis conſulibus.

¶INCIPIVNT DECRETA BONEFACII PAPE EPISTOLA DEPRECA TORIA AD HONORIVM AVGVSTVM VT CONSTITVATVR A PRINCIPE QVATINVS IN VRBE ROMANA PER AMBITVM NVN QVAM PONTIFEX ORDINETVR.

A BONEFACIVS EPISCOPVS HONORIO,AVGVSTO, ECCLE ſie meRomane(cui deus noſter meũ ſacerdotiũ vobis res humanas regentibus de putauit) cura conſtringit,ne cauſis eius quãuis adhuc corporis incõmoditate deti near propter cõuentus qui a ſacerdotibus vniuerſis & clericis,& chriſtiane plebis p turbationibus agitantur apud aures chriſtianiſſimi principis deſim. Si quidem ſe cus quã oportet eueniat,non vos id facerequi cũcta equa moderatione componitis ſed nos per noſtram tacẽtes deſidiã videbimur,quod ciuitatis quietem & eccleſie pacem peruertere valeat admiſiſſe. Cum enim humanis rebus diuine cultor religionis domino iubente preſideas,no/ ſtra culpa erit,ſi nõ id ſub ueſtra gloria quã certũ eſt diuinis ſemper rebus animo prõptiore fauiſſe firmo & ſtabili iure cuſtodiatur,quod per tot annorum ſeriem & ſub illis etiam principib9 obtinuit, quos nulla nre religionis cura conſtrinxit,vt fidens vtatur licitis,& ſub vre imperio clementie mini/ me que ſunt illicita formidẽtur. Ipſa enim eccleſia deuotionẽ tuã chriſtianiſſime imperator,in eo qui dem ſermone,ſed ſuo venerabili appellat affectu,quia chriſt9 dns noſter veſtri fidus rector & guber/ nator imperii vnã deſponſatam ſibi,& intactã virginem ſeruat,ne eam in aliquos patiamini inſi/ diantiũ ꝓcellarum fluctus illidi,& quietã faciem tempeſtatis inſolite tumore turbari glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator auguſte,Ipſa ergo que vni deſpõſata eſt veſtra tñ mater eccl'ia hac pietatẽ veſtram legatione quã ſuis ſacerdotibus cõmiſit appellat,ꝓterita,preſentiaqꝫ repetit,vobis(inquit)re ligioſe imperãtibus creuit meus qui modo tuus eſt,populus tam fidus deo, quã tibi qui es princeps chriſti. Ecce enim inter ipſa myſteria inter preces ſuas quas ꝓ noſtri felicitate dependit imperii,teſte apud quẽ & de cuius ſede agitur ſancto Petro ſollicitis pro religionis obſeruãtia vocibus clamat,Cũ ſollicita petitione miſcetur oratione nos in varias res ſemel euulſa diſtrahat a dei cultu ſolito tentato/ re ſollicitãte diſcordias,Ageret plurib9 priceps chriſtianiſſime niſi apud te ſuarũ eſſet ſecura cauſarũ & in oppreſſionibus idolorũ in hereticorũ correctionib9 fide tua diuino cultu pariter cum imperio ſemp florente viciſſet, Habet refugium tue mãſuetudinis animum cum ſue religionis veneratione cõiunctũ,cũ quicqdhuic proficiat vos agatis. Cõferatis fratribus & conſacerdotibus meis ꝓbatiſſi/ mis viris a me,& ab oĩbus qui eccleſiã faciunt iſta mũda legatiõe,quib9 precamur ſacre cauſam reli gionis ꝓſequentibus in vrbe veſtre mãſuetudinis, Hoc animo quo poſtulatis a multis imperpetuũ ſtatui vniuerſalis eccleſie conſulatis. Data kalend. Iunii.

¶CONSTITVTIO HONORII IMPERATORIS AD BONEFACIVM PA/ pam miſſa,vt ſi denuo Rome duo epiſcopi ordinati fuerint,ambo de ciuitate pellantur.

B VIctor honori9 inclitus triũphator ſemp auguſtus ſancto ac venerabili bonefacio pape vrbis ro/ me. Scripta beatitudinis tue debita reuerẽtie gratulatione ſuſcepim9,quibus receſitis egim9 oĩ potẽti deo maximas gras,qđ ſctimoniam tuã poſt longũ incõmodũ optate reddítã didicimus ſani tati. Et ideo reuerẽtibus venerabilib9 viris gaudiũ nrm ſacrorum apicũ atteſtatione ſignamus, ac pe timus vt quotidianis oronibus apoſtolat9 tuus ſtudiũ ac votũ ſuum circa ſalutẽ atqꝫ imperium nrm dignetur impẽdere. Illud aũt pietatis nre ſatis placitũ eſſe cognoſce,qđ ſanctimonia tua de eccleſia/ rũ aut populi ꝓturbatione ſollicita eſt. Q ue ne aliqua ratione poſſit euenire ſatis clementia vra cre/ didit eſſe ꝓuiſum, Deniqꝫ ꝓdicante btitudine tua id ad cunctorũ clericorũ notitiãvolumus pueníre vt ſi q̃d forte religioni tue(qđnon optamus)humana ſorte contigerit,ſciãt oẽs ab ambitionibus eſſe ceſſandũ,ac ſi duo forte cõtra fas temeritate certantiũ fuerint ordinati nullũ ex eis penit9 futurũ ſacer dotem,ſed illũ ſolũ in ſede apoſtolica ꝓmanſurum,quẽ ex numero clericorũ noua ordinatione diui num iudicũ & vniuerſitatis conſenſus elegerit,Vnde id obſeruandũ eſt,vt oẽs tranquillã mentem & pacificos animos ex ſerenitatis noſtre admonitione cuſtodiant,nec aliquid ſeditioſis cõſpirationibus tentare conentur,cũ certum ſit nulli partium ſuarum ſtudia profutura.

¶Epiſtola

¶EPISTOLA BONEFACII PAPE AD EPICOPOS GALLIE DE maximo epiſcopo diuerſis criminibus accuſato.

BONEFACIVS EPISCOPVS PATROCLO, REMIGIO, MA/ A
xímo,Hylario,Seuero,Valerio,Iuliano,Caſtorio,Leontio,Conſtantino, Iohã
ni,Montano,Marino,Mauricio,& ceteris epiſcopis per gallias & ſeptem pro/
uincias conſtitutis. Valentine nos clerici ciuitatis adierunt proponentes per li
bellum crímina que maximũ teſte tota prouíncia aſſerunt cõmiſiſſe. Delegata
totiens cognitione illum cõſtituta ſemper ſubterfugiſſe iudicia, ne cõfuſum cõ
ſcientia feſtinaſſe,vt ſi eſſet innocẽs examinatis omnibus purgaretur quotiens
decreta ex noſtrarũ quoq; cartarum inſtructione cognouímus. Qui e cõtrario,pbauit de ſe illa que
dicta ſunt,qui ad ea cõfutanda cum eſſent innumera a deceſſoribus meis prouincialis eſt delega/
ta cognitio. Cõuẽtus etiam dicitur euitaſſe,& adeſſe miníme voluiſſe. Et nullus dubitat qđ ita iudi
cium innocẽs ſubterfugit, quẽadmodumvt abſoluatur qui eſt innocens querit,Sed aſtuta cauillatio
eorum qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis nunq̃ innocentie nomen accipiet. Confitetur
enim de omnib9 quiſquis ſe ſubterfugere iudiciũ dilationibus putat,veniet tamẽ aliquando ille qui
talis perhibetur in medium,nec prodeſt illi totiens latuiſſe,totiens ſubterfugiſſe quẽ ſui actus,& cõ
miſſa quocũq; fugerit ea que obiciuntur illi,ſi vera ſunt crimina perſequũtur,Debuerã quidem iam
nunc dignã pro eius accuſatis in noſtro iudicio actibus qui cognitionem & decretum iudiciũ ſepe
declinando credidit illudendũ ferre ſententiam, Hãc ne aliquis preco ei quẽ forſitã iudicaret,& ſibi
qui abſens eſt,licet ſit queſitus a nobis reſeruatum eſſe nichil diceret, maluimus intercapedine tẽpo/
ris data diferri. Cum hoc etiam eius accuſatores aſſererẽt,de quorũ intẽtionibus & moribus ſit ſe/
curum,maximũ tanto magis dãnanda committere quãto rardius ſe conſtituto iudicio preſentarit.
Quẽ manicheorũ inuolutum caligine arguũt turpis ſecte,olim ita ne eũ poſſet abluere animũ for/
didaſſe in probationem obiecte rei geſta ſynodalia proferentes,& cõmiſſis inuolutũvndiq; flagitiis
nullum eum ſanitatis habuiſſe reſpectmu quẽ furore ſuo, & inſana temeritate ad ſecularium quoq;
iudicũ tribunalia ſubditum queſtioni,quod i viliquoq; perſona turpiſſimũeſt obiicerẽt peruenisſe,
& homicidii dãnatũ aſſerunt geſtis prolatis in medium. Et hunc talẽ poſt tanta taliaq; cõmiſſa epi/
ſcopatus adhuc ſibi nomẽ in ſuis latibulis vendicare in proprie ciuitatis infamiam nimiis doloribus
conquerũtur,& ſanctũ nomen vendicãdo ſibi velle polluere, Ideoq; fratres chariſſimi qui audiẽd9
hic preſentare ſe noluit, ne cõuictus forſitam ab accuſantibus ſe clericis poſſet digna tandem aliquã
do preſentatus epiſcopali iudicio pronunciationis congrue ferirí ſentẽtia,quãquã illi hec edocta fue
rint que poteſt huiꝰ nominis eſſe iactura qui pudorẽ nunquã ſacerdotii habuiſſe perhibetur,& lo/
cum ſuum ne modico quidẽ tempore cuſtodiſſe. Dilationẽ tantũ dedimus,& decreuimus veſtrum
debere intra prouinciam eſſe iudicium,& congregari ſynodum ante diẽ kalẽdarũ nouẽbrium, vt ſi
adeſſevoluerit preſens ſi confidit ad obiecta reſpondeat. Sivero adeſſe neglexerit dilationem ſentẽtie
de abſentia non lucretur. Nã manifeſtũ ẽ confiteri eum de crímine qui indulto,& totiens delegato
iudicio purgandi ſe occaſione nõ vtitur. Nichil enim intereſt vtrũ in preſenti exanime omnia que
dicta ſunt comprobẽtur, cum ipſa quoq; pro cõfeſſione procurata totiens conſtet abſentia. Nos au/
tem per omnes prouincias litteras dirigemus ne excuſationem ſibi ignorationis obtendat, vt ad p/
uinciam venire cogatur,& illic ſe conſtituto p̃ſentare iudicio. Quicquid autẽ veſtra charitas de hac
cauſa duxerit decernẽdum cum ad nos relatum fuerit noſtra vt condecet neceſſe eſt auctoritate fir/
mentur. Data ſub die Idus iunias monario.ii.c.conſule.

¶VT NVLLVS CONTEMPTO METROPOLITANO ORDINETVR EPISCOPVS.

BONEFACIVS SPISCOPVS VRBIS ROME HYLARIO EPISCO/ B
po Narbonẽſi ſalutem. Difficilẽ quidem fidem querimoniis cõmodamus quarum
ſacerdotes domini pulſat intentio,maxime cũ eos quippiã contra patrum ſtatuta tẽ/
taſſe,ſed frequẽter has aſſerit ſicut nũc multitudo cauſantium. Ecce enim vt charitas
tua recognoſcit ex ſubditis lucubenſis eccleſie clerici ordovel plebis p̃ces ſuas,vel lachry
mas ad nos quãtum datur intelligi magno cũ dolore miſerunt,dicentes coepiſcopum noſtrũ pa/

troclū ſua petitione ceſſante,in locum decedentis epiſcopi neſcio quē in aliena prouincia pretermiſſo metropolitano contra patrū regulas ordinaſſe.Quod nequaq̄ poſſum⁹ ferre patienter, quia conuenit nos paternarū ſanctionū eſſe diligentes cuſtodes. Nulli & enim videtur incognita ſynodi conſtitutio nicene que ita precipit,vt eadem proprie verba ponamus.Per vnā quāq; prouinciam ius metropolitanos ſingulos habere debere,nec cuiq̄ duas eſſe poſſe ſubiectas,quod illi quia aliter credendum non eſt,ſeruādum ſancto ſpiritu ſuggerēte ſibimet cenſuerunt. ¶Vnde frater chariſſime,ſi ita res ſunt,& eccleſiam ſupradictā ꝓuincie tue limes includit noſtra auctoritate cōmunias,quod quidem facere ſponte deberes deſideriis ſupplicātiū &volūtate reſpecta. Ad eundē locum in quo ordinatio talis celebrata dicitur metropolitani iure munitus & preceptionibus noſtris fretus accede intelligēs arbitrio tuo ſecundū regulas patrū quecūq; facienda ſunt a nobis eſſe conceſſa,ita vt peractis omnibus apoſtolice ſedi quicquid ſtatueris te referente clareſcat, cui totius ꝓuincie ordinationem liquet eſſe mandatā.Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat,nec aliquid in illorum contumeliam partibus ſuis que ſibi non videntur conceſſa defendat. Ceſſet huiuſmodi preſſa noſtra auctoritate preſumptio eorum qui vltra dignitatis ſue limitē digitū extendunt. Quod idcirco dicimus vt aduertat charitas tua adeo nos canonum precepta ſeruare, vt iſta conſtitutio quoq; noſtra definiat,quatinus metropolitani ſui vna queq; prouincia in omnibus rebus ſemper ordinationem expectet. Data.v.Kalendas Februarii.honorio.xii.& theodoſio.x.auguſtis conſuli.

¶Expliciunt decreta Bonefacii pape.

¶INCIPIVNT DECRETA CELESTINI PAPE.

i ¶De proſpero & hylario qui quoſdā gallie preſbyteros accuſant.

ii ¶De ſancto auguſtio epiſcopo mira laudis aſſertio.

iii ¶Preteritorum ſedis apoſtolice epiſcoporum auctoritas de gratia dei contra pelagii ſectatores.

iiii ¶Quod adā omnes homines leſerit, nec quēq̄ per liberum arbitrium poſſe conſurgere niſi eum gratia dei erexerit.

v ¶Quod nemo ſit bonus ſuis viribus niſi participatione eius qui ſolus eſt bonus.

vi ¶Quod niſi gratia dei continua iuuemur inſidias diaboli deuitare nō poſſum⁹

vii Quod per Chriſtum libero bene vtamur arbitrio.

viii ¶Quod omnia ſanctorum merita dona ſint dei.

ix ¶Quod omnis ſancta cogitatio & motꝰ pie voluntatis ex deo ſit.

x ¶Quod gratia dei non ſolū peccata dimittat, ſed etiam adiuuet ne cōmittantur, & preſtet vt lex impleatur non ſicut pelagius ait facilequaſi ſine gratia dei difficiliꝰ poſſit impleri.

xi ¶Quod ꝑter ſtatuta ſedis apoſtolice omnes orationes eccleſie Chriſti gratiam reſonant qua genus humanum reparatur, & ab eterna dānatione reducitur.

xii ¶Quod gratiā dei etiā baptizādorū teſtatur inſtituta purgatio cū exorciſmis & inſufflationibus ſpiritus ab eis expellūtur immundi.

xiii ¶Quod profundiores queſtiones nec cōtenende ſunt,nec penitus aſſerende.

A DILECTISSIMIS FRATRIBVS VENERIO, MARINO, LEontio,Auxonio,Archadio,Sillucio,& ceteris galliarū epiſcopis Celeſtin⁹,Apoſtolici verba precepti ſunt apud iudeos,atq; gētiles ſine offenſione nos eſſe debere,hoc quiſquis chriſtianus eſt tota animivirtute cuſtodit,Quod cum ita ſit non parum periculi illi manere poterit ante dominū,qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere.Nam qualiter nos qui neminē perire volumus iſta contriſtent que auctoribus Chriſtianis percellūt animos chriſtianos, dominicus in euangelio ſermo teſtatur, ait enim ipſe ſaluator quod expediat ſcandaliſanti vnū de puſillis in maris profundum demergi,Ideo que ſit iam eius pena queramus cui tale ſupplicium legimus expedire.

Capitulum primum.

B FIlii noſtri preſentes proſper & Hylarius quorum circa dominū noſtrū ſollicitudo laudāda eſt, tātum neſcio quibus preſbyteris Illic licere qui diſſentioni eccleſiarum ſtudeant ſunt apud nos proſecuti,vt indiſciplinatas queſtiones vocantes in medium pertinaciter eos dicant p̄dicare aduerſantia

ſantia veritati. Sed veſtre dilectioni iuſtius imputamus, quãdo illi ſupra vos habent copiã diſputan di, Legimus ſuper magiſtrũ nõ eſſe diſcipulum, hoc eſt nõ ſibi debere quẽquã ad iniuriam docto rum vendicare doctrinã. Nam & hos ipſos a deo noſtro poſitos nouimus ad docendũ, cum ſit do cente apoſtolo eis tertius locus intra eccleſiam deputãdus. Quid illic ſpeciei eſt vbi magiſtris tacẽti bus hi loquũtur? Qui ſi ita ẽ eorũ diſcipuli nõ fuerũt, timeo ne cõniuere ſit hoc tacere, timeo ne ma gis ipſi loquãtur qui permittũt illis taliter loqui, In talib⁹ cauſis nõ caret ſuſpitione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Merito nãq; cauſa nos reſpicit, ſi ſilẽtio faueam⁹ errori. Ergo corripiãtur huiuſmodi, nõ ſit his liberũ habere provoluntate ſermonem, deſerat ſi ita res ſunt inceſ ſere nouitas vetuſtatẽ deſinat eccleſiarũ quietẽ inquietudo turbare. Conãtur ſepe naufragio merge re quos intra portum ſtantes ſtatio facit ſida ſecuros. Fida quippe ẽ omniũ ſtatio quorum perfectis greſſibus veſtigia nõ mouẽtur. Recurrerũt ad apoſtolicam predicti ſedem hec ipſa nobis que tẽtat perturbatio cõquerẽtes. Habete fratres chariſſimi pro caholicie plebis pace tractatum. Sciant ſe ſi ta men cenſeãtur preſbyterii dignitate vobis eſſe ſubiectos, Sciant omnes qui male docent quod ſibi diſcere magis ac magis competat quã docere. Nam quid in eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummã teneant predicãdi? Niſi forte illud obſiſtat, quod non auctoritate nõ adhuc ratione colligitur, vt aliqui e fra trum numero nuper de laicorũ cõſortio in collegium noſtrũ fortaſſis admiſſi, neſciant quid ſibi de beant vendicare. Super his multa iam dicta ſunt eo tempore quo ad fratris tuendi dedimus ſcripta reſponſum, nunc tamẽ repetẽtes ſepius admonem⁹ vetentur huiuſmodi qui laborãt per terras aliud quã ille noſter iuſſit agricola ſeminare. Nec tamẽ mirari poſſumus, ſi hec erga viuentes hi nunc tẽta re audent, qui nituntur etiam quieſcentiũ fratrum memoriam diſſipare.

Capitulum ſecundum.

¶ Auguſtinium ſancte recordationis virum quẽ pro vita ſua atq; meritis in noſtra communione A
ſemper habuimus, nec vnquã hunc ſiniſtre ſuſpitionis ſaltem rumor aſperſit, quẽ tante ſcientie olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiam ante a meis ſemper deceſſoribus haberetur. Be ne ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, vt pote qui vbiq; cunctis & amori fuerit & honori, vnde reſiſtatur talibus quos mala creſcere videmus, nefas eſt hec pati religioſas animas, quarum affli ctione (quia membra noſtra ſunt) nos quoq; conuenit macerari, quãuis maneat hos beatitudo pro miſſa quicunq; probantur perſecutionẽ ꝓpter iuſtitiam ſuſtinere, quibus quid promittat domin⁹ in futurum ſequens ſermo declarat. Non eſt agentiũ cauſa ſolarũ, vniuerſalis eccleſia quacũq; nouita te pulſatur, Intelligamus hec ipſa vobis que nobis non placẽt diſplicere. Quod ita demũ probare po terimus, ſi impoſito improbis ſilẽtio de tali re impoſterum querela ceſſabit. Domin⁹ incolumes vos cuſtodiat fratres chariſſimi.

Capitulum tertium.

¶ Quia nõnulli catholico nomine gloriantur in dãnatis hereticorũ ſenſib⁹ ſeu prauitate ſiue im B
peritia demorãtes piiſſimis diſputationibus obuiare preſumunt. Et cum pelagiũ atq; celeſtiũ ana thematizare non dubitent, magiſtros tamẽ veſtros tãq; neceſſarium modũ exceſſerint obloquũtur, eaq; tãtũmodo ſequi, & probare profitẽtur que ſacratiſſima beati apoſtoli ſedes cõtra inimicos gra tie dei per myſterium preſulũ ſuorũ ſanxit & docuit. Neceſſarium igitur fuerit diligenter inquirere quid rectores Romane eccleſie de hereſi que eorum temporibus exorta fuerat iudicauerint, & cõtra nocentiſſimos liberi arbitrii defenſores quid de gratia dei ſentiendũ eẽ cenſuerint. ita vt etiam afri canorum conciliorum quaſdam ſententias iungeremus, quas vtiq; ſuas fecerunt apoſtolici antiſtites eũ ꝓbarunt, Vt ergo plenius qui in aliquo dubitant inſtruantur conſtitutiones ſanctorũ patrum cõ pendioſo manifeſtemus indiculo. Quod ſi quis nõ nimium eſt cõtẽtioſus agnoſcat omnium diſpu tationum cõnexionem ex hac ſubditarũ auctoritatum breuitate pendere, nullãq; ſibi cõtradictionis ſuper eſſe rationem, ſi cum catholicis credat & dicat.

Capitulum quartum

¶ In preuaricatione ade omnes homines naturalẽ poſſibilitatem, & innocentiã perdidiſſe, & nemi C
nem de profundo illius ruine per liberum arbitrium poſſe cõſurgere, niſi eum gratia dei miſerẽtis erexerit ꝓnũciante beate memorie innocentio, atq; dicente in epiſtola ad Carthaginẽſe cõcilium, Li berum enim arbitrium ille perpeſſus dum ſuis inconſultius vtitur bonis, cadens in preuaricationis profunda demerſus eſt, & nichil quẽadmodum exinde reſurgere poſſet inuenit, ſuaq; in eternũ liber tate deceptus huius ruina latuiſſet oppreſis niſi eum poſtea Chriſti per ſuam gratiam releuaſſet ad

uentus,qui per noue regenerationis purificationem omne preteriti pcti vicium sui baptismatis laua
chro purgauit.

Capitulum quintum.

A ¶Neminem esse per semetipsum bonum nisi participationem sui ille donet qui solus est bonus.
Quod in eisdem scriptis eiusdē pontificis sententia protestatur dicens,nunquid nos de eorum post
hec rectū mentibus estimemus, qui sibi se putant deberi quod boni sunt,nec illum considerāt cuius
quotidie gratiam cōsequūtur qui sine illo tātum se assequi posse confidunt.

Capitulum sextum.

B ¶Neminem etiā baptismatis gratia renouatum idoneū esse ad superandas diaboli insidias, & ad
euincendas carnis cōcupiscētias nisi per quotidianū adiutorium dei perseuerātiā bone conuersatio
nis acceperit,quod eiusdem antistitis in eisdē paginis doctrina cōfirmat dicens.Nā quāuis homi
nē redimeret a preteritis ille peccatis,tamē sciēs iterum posse peccare ad reparationē sibi quēadmo
dum posset illum,& post ista corrigere multa seruauit,quotidiana prestans illi remedia quibus nisi
freti cōfisiq; nitamur nullatenus humanos vincere poterimus errores.Necesse est enim,vt quo auxili
ante vincimus,eo iterum non adiuuante vincamur.

Capitulum septimum.

C ¶Quod nemo nisi per gratiam libero bene vtatur arbitrio.Idem magister in epistola ad Mileui
tanum cōcilium data predicat dicens.Aduerte tandē o prauissimarum mētium peruersa doctrina
quod primū hominē ita libertas ip̄a decepit,vt dum indulgētius frenis eius vtitur in preuaricationē
presumptionis incederet,nec ex hac potuit erui nisi ei prouidentia regenerationis statum prestine li
bertatis Christi domini reformasset aduentus.

Capitulum octauum.

D ¶Quod omnia studia & omnia opera ac merita sanctorum ad dei gratiā laudēq; referenda sunt,
quia nemo aliūde ei placet,nisi ex eo quod ipse donauerit,i quā nos sentētiā dirigit btē recordatio
nis pape zozimi regularis auctoritas,cum scribens ad totius orbis episcopos ait.Nos autē instinctu
dei (omnia enim bona ad auctorē suū referenda sunt vnde nascūtur) ad fratrum & coepiscoporum
nostrorum conscientiā vniuersa retulimus.Nunc autē sermonē sinceriss̄imeveritatis luce radiantem
tanto afri episcopi honore venerati sunt,ita vt ad eundēvirum rescriberent,illud vero quod in litteris
quas advniuersas puincias curasti esse mittēdas posuisti dicens,nos tamē instinctu dei,& cetera.Sic
accepim⁹ dictum,vt illos qui cōtra dei adiutorium extollunt humani arbitrii libertatē districto gla
dio veritatis velut cursim trāsiēs amputares.Quid enim tā libero feciſtis arbitrio,quā qđ vniuersa in
nostre humilitatis cōsciētiā retulisti,& tamen instinctu dei factum esse fideliter sapienterq; vidisti
veraciter fidēterq; vt dixisti,ideovtiq; quia p̄paratur voluntas a dño,& vt boni aliqd agāt paternis
inspirationibus suos ipse tāgit corda fidelium.Quotquot enim spiritu dei aguntur,hi filii sunt dei,
vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium & in bonis quibusq; voluntatis humane singulis moti
bus magis illi⁹ valere nō dubitem⁹ auxilium.

Capitulum nonum.

E ¶Quod ita deus in cordib⁹ hominū,atq; in ipso libero operetur arbitrio,vt sancta cogitatio pium
cōsilium omnisq; motus bone voluntatis ex deo sit,quia per illum aliqd boni possum⁹ sine quo ni
chil possumus.Ad hāc enim nos p̄fessionē idem doctor instituit,qui cum ad totius orbis episco
pos de diuine gratie opitulatione loqueretur.quod ergo tēpus ait interuenit,quo eius nō egeamus
auxilio? In omnibus igitur actibus,causis,cogitatiōibus,motibus adiutor & p̄tector orandus est,
superbum est enim vt quicquā sibi humana natura p̄sumat,clamāte apostolo.Nō est nobis collucta
tio aduersus carnē & sanguinē,sed contra principes & potestates aeris huius contra spiritualia nequi
tie i celestibus.Et sicut ipse iterum dicit.Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis hui⁹.
Gratia dei per Iesum Christum dn̄m nostrum.Et iterum gratia dei sum, id qđ sum,& gratia eius
in me vacua non fuit,sed plus illis omnibus laborauī nō ego autē,sed gratia dei mecum.

Capitulum decimum.

F ¶Illud etiam quod intra carthaginensis synodi decreta cōstitutū est,quasi propriū apostolice sedis
amplectimur, qđ scilicet tertio capitulo definitū est,vt quicūq; duxerit gratiā dei qua iustificamur,
per Iesum Christum dominū nostrū ad solā remissionē peccatoꝝ valere que iam cōmissa sunt nō
etiā ad adiutoriūvt nō cōmittātur anathema sit.Et iterū quarto capitulo ait,vt si qs dixerit gratiā dei
per Iesum xp̄m,p̄pter hoc tātū nos adiuuare ad nō peccādū,quia p ipsam nobis reuelatur,& aperit
itelligētia mādatoꝝ,vt sciam⁹ qđ appetere,& qđ vitare debeam⁹ nō autē p illā nobis p̄stari,vt qđ fa
ciēdum

ciendū cognouim⁹etiā facere dilígamus.atq; valeamus anathema ſit.Cū enim dícat apoſtolus ſcié/
tia inflat,charitas vero edificat valde, impium eſtvt credam⁹ ad eā que inflat nos habere gratiā chri
ſti,& ad eam que edificat non habere, cum ſit vtrūq; donū dei,& ſcire quid facere debeamus,& di
ligere vt faciamus,vt edificante charitate ſcientia nō poſſit inflare. Sícut autem de deo ſcríptum eſt,
qui docet hominē ſcientiā,ita ſcríptum eſt etiam,charitas ex deo eſt. Item quínto capitulo,vt quiſqs
díxerit ídeo nobis gratiā iuſtificationis dari,vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facílius
poſſimus implere per gratiam, tāquā & ſi gratia non daretur nō quidē facile,ſed tamē poſſim⁹ etiā
ſine illa díuina implere mandata,anathema ſit. De fructibus enim mandatorū dominus loqueba/
tur, vbi nō ait,ſine me difficílius poteſtis facere ſed ait,ſine me nichil poteſtis facere.

Capitulum vndecímum.

¶Preter eas autem beatiſſime & apoſtolice ſedis inuiolabiles ſanctiones quibus nos piiſſimi patres A
peſtifere nouitatis elatione deiecta,& bone voluntatis exordia, & incrementa ꝓbabiliū ſtudiorū, &
in eis vſq; in finem perſeuerātiā ad Chriſti gratiam referre docuerunt,obſecrationū quoq; ſacerdo/
talium ſacramenta reſpiciam⁹,que ab apoſtolis tradita in toto mūdo atq; in cōmuni eccleſia catholi
ca vniformiter celebrantur,vt legem credendi,lex ſtatuat ſupplicādi. Cum enim ſanctarū plebiū ꝑſu
les mādata ſubimet legatiōe funguntur apud diuinā clementiā humani generis agūt cauſam ,& to
ta ſecum cōgemiſcente eccleſia poſtulāt & precantur,vt infidel⁹ donetur fides,vt ydolatre ab impie
tatis ſue liberētur erroribus,vt iudeis ablato velamine lux veritatis appareat,vt heretici catholice fidei
perceptiōe reſipiſcant,vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiue charitatis accipiant, vt lapſis penitentie reme
diū cōferatur,vt deniq; cathecuminis ad regenerationis ſacramenta produc⁹ celeſtis aula miſeri/
cordie reſeretur,hec autem non perfunctorie,neq; inaniter a domino peti rerum ipſa⁹ monſtrat
effectus, quandoquidē ex omni eorū genere plurimos deus dignatur attrahere,quos erutos de po/
teſtate tenebrarū trāſferat in regnū filii charitatis ſue,& ex vaſis ire faciat vaſa miſericordie, quod
adeo totum diuini operis eſſe ſentitur,vt hec efficiente deo gratiarū ſemper actio laudiſq; confeſſio
pro illuminatione talium vel correctione referatur.

Capitulum duodecímum.

¶Illud etiā quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta eccleſia vniformiter agit non otioſo B
contēplamur intuitu,cum ſiue paruuli,ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentū nō prius
ad fontē vite adeunt quā exorciſmis & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abí/
gatur,vt tūc vere appareat,quomodo princeps mundi huius mittatur foras,& quomodo pri⁹ alli/
getur fortis,& deinceps vaſa eius diripiātur in poſſeſſionē tranſlata victoris,qui captiuā ducit capti
uitatem,& dat dona hominibus. His ergo eccleſiaſticis ex diuina ſumptis auctoritate documentis
ita adiuuante domino cōfortati ſumus,vt omniū bonorum affectuū,atq; operū & omnium ſtudio
rum omniūq; virtutū quibus ab initio fidei ad deum tēditur,deum fateamur auctorem,& nō du/
bitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita preueníri, per quē fitvt aliquid boni & velle incipia
mus,& facere. Quo vtiq; auxilio & munere dei non aufertur liberū arbitriū, ſed liberatur,vt de tene
broſo lucidum,de prauo rectū, de languido ſanū,de imprudēte ſit ꝓuidū. Tanta enim erga omnes
homines eſt bonitas dei,vt noſtra velit eſſe merita que ſunt ipſius dona,& pro his que largit⁹ eſt eter
na premia ſit donaturus,agit quippe in nobisvt quod vult,& velimus & agamus, nec otioſa in no/
bis eſſe patitur que exercenda nō negligenda donauit,vt & nos cooperatores ſimus gratie dei,ac ſi
quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere,ad illum ſollicite recurramus qui ſanat
omnes languores noſtros,& redimit de interitu vitam noſtram,& cui quotidie dicimus,ne inducas
nos in tentationem,ſed libera nos a malo.

Capitulum decimūtertium.

¶Profundiores vero difficilioreſq; partes occurrentium queſtionum quas latius pertractarunt qui C
hereticis reſtiterunt ſicut none audemus contēnere, ita non neceſſe habemus aſtruere,quia ad con/
fitendum gratiam dei cuius operi ac dignationi nichil penitus ſubtrahēdum eſt ſatis ſufficere cre/
dimus quicquid ſecundum predictas regulas apoſtolice ſedis nos ſcripta docuerunt,vt prorſus non
opinemur catholicum quod apparuerit prefixis ſententiis eſſe contrarium.

¶AD EPISCOPOS GALLIE.
Epiſtola eiuſdem.

i ¶Quod non debeant ſacerdotes aut clerici amicti palliis & precincti lumbis in eccleſiis miniſtrare
ii Quod nulli ſit vltima pnia deneganda
iii ¶Quod per gradus eccleſiaſticos ad epatus officiciū debeat quis peruenire
iiii ¶Quod vna queqꝫ prouincia ſuo metropolitano debeat eſſe contenta
v ¶Quod nolentibus clericis vel populis nemo debeat epiſcopus ordinari
vi ¶Quod ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum.

CELESTINVS VNIVERSIS EPISCOPIS PER VIENNENSEM & Narbonenſem prouinciam coſtitutis in domino ſalutē. Cuperemus quidam de veſtrarum eccleſiarum ita ordinatione gaudere, vt gratularemur potius de prouectu quam aliquid admiſſum contra diſciplinā eccleſiaſticā doleremus, ad noſtrā eni leticiciā & benefacta perueniunt & merorís aculeis nos que fuerint malefacta compungunt, Nec ſilere poſſimus, cū hoc vt ab illicitis reuocem⁹ aliquos officii noſtri prouocemur inſtinctu, in ſpeculis a deo conſtituti vt vigilantie noſtre diligentiam cōprobantes, & que coercenda ſunt, refecem⁹ & que obſeruanda ſunt ſanctiamus. Et quamuis circa longinqua ſpiritualis cura non deficiat, ſed ſe per omnia qua nomē dei predicatur extendat, nec noticiam noſtram ſubterfugiunt que in euerſionē regularum nouelle preſumptionis auctoritate temptātur.

Capitulum primum.

A ¶Didiſcimus eni quoſd..n dñi ſacerdotes ſuperſticioſo potius cultui inſeruire, q̄ mentis vel fidei puritati. Sed non mir.. li contra eccleſiaſticum morem faciunt qui in eccleſia non creuereunt, ſed ab alio venient.. tinere ſecum hec in eccleſiam que in alia conuerſatione habuerant, intulerunt, amicti p..o & lūbos precincti credūt ſancte ſcripture fidem, non per ſpiritū, ſed per litterā cōplexuros, Nam ſi ad hoc iſta precepta ſunt vt taliter ſeruarentur, cur non fiunt pariter que ſequuntur, vt lucerne ardentes in manibus vna cū baculo teneantur? habeāt aūt ſuum iſta myſterium & intelligentibus ita clara ſunt vt ea magis qua decet ſignficatione ſeruentur. Nā in lumbor precinctione caſtitas in baculo regimen paſtorale, In lucernis ardentibus bonis fulgor operis indicatur, de quo dicitur. Sic opera veſtra luceant, Habent tamē iſtum forſitan cultū, morem potius quam rationem ſequentes, qui remotiorib⁹ habitant locis? & procul a ceteris degunt, vnde hic habitus in eccleſiis Gallicanis, vt tot annorū tantorumqꝫ pontificum in alterum habitum conſuetudo vertatur? diſcernendi a plebe vel ceteris ſumus doctrina non veſte, conuerſatioe nō habitu, mentis puritate non cultu. Nam ſi ſtudere incipiam⁹ nouitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, vt locum ſuperuacuiis ſuperſtitionibus faciamus, rudes ergo fidelium mentes ad talia non debem⁹ inducere, docendi enim potius ſunt q̄ illudēdi. Nec imponendum eſt eorum oculis, ſed mentibus infundenda precepta ſunt, Erant quidam multa que pro diſplina eccleſiaſtica vel ipſius rei dicere ratione poſſemus, ſed ab his ad alia reuocamur.

Capitulum ſecundum,

B ¶Agnouimus enim penitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis ānuí qui obitus ſui tempore hoc aie ſue cupiunt remedio ſubueniri, horremus fateor tante impietatis aliquem reperiri, vt de dei pietate deſperet, quaſi non poſſit ad ſe quouis tēpore concurrenti ſuccurrere, & periclitātē ſub onere peccatorū hominem redimere quo ſe illi expediri deſiderat & liberari? Quid hoc rogo aliud quam morienti mortem addere, eiuſque animā ſua crudelitate ne abſolui poſſit occidere? cum deus ad ſubueniendum ſit paratiſſimus & inuitans ad penitentiam ſic promittat peccatori inquí, quacūque die conuerſus fuerit peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum nolo mortem peccatoris, ſed tātum conuertatur & viuat. Salutem ergo homínni adimit, quiſquis mortis tempore penitentiam denegauerit. Et deſperauit de clementia dei qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere, vel momento poſſe non credit, Perdidiſſet latro in cruce premiū ad chriſti dexteram pendens ſi illūvni⁹ hore penitētia non iuuiſſet. Cum eſſet in pena penituit & per vnius ſermonis promiſſionē habitaculum paradiſi deo promittente promeruit. Vera ergo ad dominū conuerſio invltimis peccatorū mente potius eſt exiſtimenda, quā tempore ꝓphetahoc taliter aſſerēte. Cū conuerſus ingemueris tunc ſaluus eris. Cū ergo dominus ſit cordis inſpector quouis tempore non eſt deneganda penitentia poſtulanti, cū ille ſe obliget iudici cui occulta omnia nouerit reuelari.

Capitulum tertium.

¶Ordinatos vero quoſdam fratres cariſſimi epos qui nullis eccleſiſticis ordinib⁹ ad tante dignitatis faſtigium

tis fastigium fuerint instituti contra patrum decreta huius vsurpatione qui se hoc recognoscit fecisse didicimus,cum ad episcopatum his gradibus frequentissime cautum est deberet perueniri, vt a minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat,vt possit docere quod didicit. Omnis vite institutio hac ad id qđ tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit preceptor non potest esse litterarum. Qui non per singula stipendia creuerit,ad meritum ordinem stipendii non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista rogo vilius est? Quod facilius tribuitur cum difficilius impleatur,Sed iam non satis est laicos ordinare,quod nullus fieri ordo permittit,sed etiam quorum crimina lōge lateq; per omnes pene prouintias nota sunt pontifices ordinātur. ¶Daniel enim nuper missa relatione ex orientalibus ad nos partibus ab omni quod tenuerat virginum monasterio nefariis est obiectionibus accusatus,multa de multis obiecta flagitiis. In quanam lateret terrarum parte quesitum est,vt si innocentie,confideret contra iudicium postulatum minime declinaret. Misse ad arelatēsem episcopum per fortunatum subdiaconum nostrum preceptiones, vt ad iudicium destinaretur episcopale. Tantis grauatus testimoniis,tanta facinorum accusatione pulsatus sacrarum(vt dicitur)virginum pollutus incesto episcopus asseritur ordinatus, & vt in nostri libellis scrinii continetur,quorum ad vos quoq; exemplaria direximus in pontificii dignitatem hoc tempore quo ad causam dicendam missis a nobis litteris vocabatur obrepsit.Sacro nomini absit iniuria,Facilius est vt hanc dignitatē tali dando ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui cōuicto sociabitur qui sibi eum credidit largiendo pontificium sociandum. Qualis enim ipse sit quisquis talem ordinauerit ostendit His ergo in medium nunc deductis,cum pleriq; nostrum sint qui apostolice sedis statuta cognouerint nobiscum tempore aliquanto versati ad discipline normam nostris conuenta exhortationibus omnia fraternitas vestra festinet reuocare.

Capitulum quartum.

¶Primum iuxta canonum decreta vnaqueq; prouincia suo metropololitano contēta sit, vt decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continent instituta,nec vsurpationi locus alicui sacerdoti in alterius cōcedatur iniuriam. Sit concessis sibi cōtentus vnusquisq; limitibus,alter in alterius ꝓuintia nichil presumat,nec emeritis ī suis ecclesiis peregrini & extranei,& qui ante ignorati sunt ad exclusionem eorum qui bene de suorū ciuiū merētur testimonio preponātur.ne nouum quoddam de quo episcopi fiant videatur esse collegium. A

Capitulum quintum,

¶Nullus inuitis detur episcopus,cleri,plebis,& ordinis cōsensus & desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia,si de ciuitatis ipsius clero cui est episcopus ordinandus, nullus dign⁹ (quod euenire non credimus)potuerit reperiri, Primū enim illi reprobandi sunt, vt aliqui de alienis ecclesiis merito preferātur. Habeat vnusquisq; fructū sue militie in ecclesia in qua suam per oīa officia trāsegit etatē. In aliena stipēdia minime alter obrepat,nec alii debitam alter sibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi si se viderint pregrauari,& quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint non timeant refutare, qui si non debitum premium vel liberum de eo eos qui rectu rus est debent habere iudicium. B

Capitulum sextum

¶Abstineatur etiā ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis,nullus digamus,null⁹ qui sit vidue maritus aut fuerit ordinetur,sed irreprehensibilis & qualem elegit apostol⁹ fiat. Per Moysem dominus precepit. Virginem accipiat sacerdos vxorem. Subsequitur & supplet apostolus eodem locutus spiritu,vnius vxoris virum episcopum debere consecrari. Ad hanc ergo eligātur formulam sacerdotes,& si que facte sunt ordinationes illicite remoueātur, quoniam stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt,quāuis latere se estimant qui taliter peruenerunt,& vt nulla religionis reuerentia obscuritate fucetur non sit vana glorificatio palliatis episcopalem morem qui episcopi sunt sequātur. Daniel vt diximus qui accusationem pontificali honore subterfugere se credidit posse,& ad fastigium tantum accusatores suos latendo peruenit,a sanctitatis vestre cetu interim nouerit segregatum qui se nostro iudicio debet obiicere si conscientie sue nouit fiduciam obtinere. Massiliensis vero ecclesie sacerdos qui dicitur (quod dictu nefas est) in necem fratris taliter gratulatus,vt huic qui eius sanguine cruentatus aduenerat portionem cum eodē habiturus occur- C

reret ex veſtro eum audiendum collegio delegamus. Data ſeptimo Kalendas Auguſti felice, & tauro conſulibus.

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM CELESTINI AD EPISCOPOS Apulie & calabrie.

i ¶Quod nulli ſacerdotium liceat canones ignorare.
ii ¶Quod non oporteat clericis eccleſiarum contẽptis de laicis epiſcopos ordinare.
iii ¶Quod docendus ſit populus non ſequendus.

Cpitulum primum.

A CELESTINVS VNIVERSIS EPISCOPIS PER APVLIAM, ET calabriam conſtitutis. Nulli ſacerdoti liceat canones ignorare, nec quemquam facere quod patrum poſſit regulis obuiare. Que enim a nobis res digna reſeruabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permiſſa frangatur?

Capitulum ſecundum.

B ¶Audiuimus quaſdam propriis deſtitutus rectoribus ciuitates epiſcopos ſibi velle petere de laicis, tantũq; faſtigium tam vile credere, vt hoc his qui non deo, ſed ſeculo militauerint eſtimẽt non poſſe conferre, non ſolum male de ſuis clericis in quorum contemptũ hoc faciunt iudicantes, ſed de nobis peſſime quos credunt hoc poſſe facere ſentientes. Quod nunq̃ auderent, ſi non quorũdam illicitis conſentiens ſententia cõniueret. Ita nichil que frequẽtius ſunt decreta proficiunt, vt hoc quaſi nunq̃ de hac parte ſcriptũ fuerit ignoretur. Quid proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris etatem, ſi hi qui prefuturi ſunt ex laicis requirantur. Qui vacantes ſeculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes ſalu proprio in aliennm honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendenre, & in aliud vite genus calcata reuerentia eccliaſtice diſcipline trãſire. Talibus itaq; fratres chariſſimi qui iuris noſtri id eſt canonum gubernacula cuſtodimus ne ceſſe eſt obuiemus, hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis cõmonemus, ne quis laicum ad ordinẽ clericatus admittat, & ſinat fieri, vnde & illum decipiat & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat,

Capitulum tertium.

C ¶Docendus eſt populus non ſequendus. Noſq; ſi neſciunt eos, quid liceat, quid ve non liceat cõmonere, nõ his conſenſum prebere debemus. Quiſquis vero conatus fuerit tẽtare prohibita, ſentiat cẽſuram apoſtolice ſedis minime defuturam. Que enim ſola ammonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc que propriis rectoribus carent eccleſias volumus innoteſcat, vt nullus ſibi ſpe aliqua forſitam blanditus illudat. Data. xii. Kalendas Auguſti Florentio, & Dicniſio conſulibus.

¶Incipiunt decreta Sixti pape.

D SIXTVS EPISCOPVS OMNIBVS ORIENTALIBVS EPIſcopis in domino ſalutẽ. Gratias veſtre referimus ſanctitati, quod in tribulatione & perſecutione noſtra nos viſitare miſiſtis, & cauſe noſtre finem bonum ſcire, & eſſe optaſtis precibuſque deum exoraſtis, vt michi in tribulatione ſuccurreret, mea meq; adiuuaret, & ab emulis tribulantibus & perſequentibus me liberaret. O quã bona eſt charitas que abſentes per ymaginem preſentes ſibimetipſis exhibet per amorem, diuiſa cuncq; vnit, & confuſa ordinat inequalia ſociat, imperfecta cõfirmat. Quã recte predicator egregius apoſtolus videlicet Paulus vinculum perfectionis vocat, quoniam virtutes quidẽ cetere perfectionem generãt, ſed tamen eas charitas ita ligat, vt ab amantis mente diſſolui iam nequeãt. Hac cuncq; virtute fratres plenos vos ſpiritus ſancti gratia eſſe reperio dum ſolaciari michi in meis anxietatibus ſentio. Nec mirũ chariſſimi ſi me perſequũtur emuli mei, cum caput noſtrũ quod eſt Chriſtus olim emuli quidem ſancte dei eccleſie ſeruorũq; eius

rumq; eius sint persecuti,vnde & ipsa per se veritas dicit. Si patrem familias belzebuth vocauerunt quanto magis domesticos eius? Que iterum dicit. Si de hoc mundo essetis mundus quod suū erat diligeret,Sed quia de hoc mūdo no estis,sed ergo elegivos de mūdo,propterea odit vos mūdus,hec fratres cum & nos sciamus,& aliis nosse predicamus,vosq; ea perfecte scire non dubitemus propter insidiantium vituperationes,aut accusationes,vel propter adulātium laudationes,nec ad dexteram. nec ad sinistram declinare debemus, sed inter verba laudantium siue vituperantium ad mentem semper recurrendum est,& si in ea non inuenitur bonum quod de nobis dicitur magnam tristiciā generare debet. Et rursum si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magna debemus leticia prosilire. Quid enim si omnes laudant,& conscientia nos accusет,aut si omnes accusent & conscientia nos liberos demonstret? Habemus paulum dicentem. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Iob quoq; dicit. Ecce in celis testis meus. Si ergo est nobis testis in celo,testis in corde,dimittamus stultos foris loqui quod volunt, Quid enim aliud detrahētes faciunt nisi in puluerem sufflant,atq; in oculos suos terram excitant? Vnde plus detractionis perflant inde magis nichil veritatis vident,vocandi tamen sunt etiam ipsi,& tranquille admonendi eisq; satis fieri modis omnibus debet,scientes quod de iudeis veritas ait,ne forte scandalizemus eos. Si autem satis fieri sibi ex veritate noluerit habes consolationem quā in euangelio aspicias, quia cum domino dictum fuisset, scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt,respondit. Sinite illos,ceci sunt duces cecorum. Paulus quoq; apostolus admonet dicens. si fieri potest quod ex vobis est,cum omnibus hominibus pacem habentes, dicturus cum omnibus hominibus pacem habentes, quia hoc difficile esse perspexit premisit,si fieri potest,& subiunxit, quod potest fieri cum dicit quod ex vobis est,quia si nos in mente charitatem erga odientes seruare cupimus,& si illi pacem nobiscum non habent,nos tamen cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis,vt scriberem vobis qualiter instans iurgium contra me suscitatū sit vel a quo, vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari a quodam basso & iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate synodū congregari iussit,& facto concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus licet euadere satis aliter potuissem,suspitionem tamē fugiens coram omnibus me purgaui,me scilicet a suspitione,& emulatione liberans,sed non aliis qui noluerint,aut sponte hoc nō elegerint faciēdo formā exēplūq; dans cū scriptū sit. Si quis crimē obiicere voluerit scribat se prius probaturum & alibi. Criminationes aduersus doctorem nemo recipiat,& iterum. Si quis episcopus presbyter,aut diaconus vel quilibet clerici apud episcopum a qualibet persona fuerint accusati quicūq; fuerit,siue ille sublimis vir honoris,siue vllius alterius generis persona qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit nouerit docenda probationibus monstranda documentis se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas nō probanda detulerit intelligat se iacturam infamie sustinere,& sub magna excōmunicatione exilio deportari. ista omnia postposui non aliis, vt paulo superius prelibatum est exemplum dando,sed me a prefata infamia & suspitione liberando.

¶ Condēnatus est autem memoratus bassus a iam dicta synodo, ita tamen vt in vltima die viaticū ei non denegetur propter humilitatem pietatis ecclesie.

¶ Valentinianus quoq; antedictus imperator scripto eum condēnauit cum augusta matre placida & omnia predia facultatum eius futuris de talibus dans hominibus formam ita faciendi,ecclesie catholice sociauit.

¶ Sepe dictus ergo bassus nutu diuino non multo post moritur. Cuius corpus licet dignum non esset sepulture,propter misericordiā tamē sepeliui eum in cubiculo parentum eius. Et quāquam ipse erga me stulte,& imprudenter egisset,ego vero misericorditer circa eum egi cogitans illud quod dominus in euangelio loquitur dicens. Si non dimiseritis hominibus peccata eorum,nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra. Et in ipsa dominica oratione quā saluator noster discipulos orare docuit quotidie supplicando domino dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,& multa sunt alia,& his similia. His itaq; dimissis de me perfectis,quia contra voluntatem episcoporum qui nobiscum erant propter humilitatem sensus mei nullo compulsus iudicio ac vim passus,sed sponte eligens hec nec formam, vt iam dictum est,aliis dādo,sed me purificādo feci,in aliis tamē episcopis competens adhibēda est de talib⁹ medicina vulneribus,ne immatura curādi facilitas mortifera capitis peste nihil possit,sed segni⁹ tracta pnicies reatu nō

legitime curationis inuoluat,pariter ſaucíatos & medentes, Ob íd ergo ſtatuentes decernimus, vt hí quí non ſunt bone conuerſationis & quorum vita eſt accuſabílis, vel quorũ fides vita & libertas neſcitur non poſſint domíní ſacerdotes accuſare, nec víles perſone ad accuſationem eorum admittantur. ¶Símíliter hí quí ín alíquíbus crímínibus írretíti ſunt,vel quí ſunt ſuſpítioſí vocem aduerſus maíores natu non habeant accuſandí,quía ſuſpítioſavox,& ínímicaveritatẽ ſolet opprímere,peregrína vero ıudícía ſalua ín omnibus apoſtolica auctoritate generalí ſanctíone prohíbemus,quía índígum eſt,vt ab externís ıudícetur quí prouíntíales,& a ſe electos debet habere ıudíces níſí fuerít appellatum, vnde oportet vt ſí alíquís epíſcoporum ſuper certis accuſetur crímínibus, vt ab omnibus audíatur quí ſunt ín prouíncía epíſcopís,quía non oportet accuſatum alícubí quã ín foro ſuo audírí Sí quís vero ıudícem aduerſum ſíbí ſenſerít vocem appellatíõís exhíbeat, appellãtem autẽ nõ debet afflíctío vlla, aut detentionís ínıurıare cuſtodía, ſed líceat appellatorí vítíatã cauſam appellatíonís remedío ſubleuare,líceat etíam ín cauſís crímínalíbus appellare,nec appellandí vox denegetur eí quẽ ſupplícío ſententía deſtínarít,pulſatus ante ſuum ıudícem cauſam dícat,& non ante ſuum ıudícem pulſatus,ſí voluerít líceat, & vt pulſatís quotíens appellauerínt índucíe dentur. Sí quís ergo ıratus crímẽ alíquod cuílíbet temere obíecerít conuícíum non eſt pro accuſatíone habendum,ſed permíſſo tractandí ſpatío,íd quod ıratus dixít,per ſcrípturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt ſí fortaſſe reſípíſcens que per ıracundíam dixít,ıterare aut ſcríbere noluerít,non vt reus crímínís teneatur,Omnis ergo quí crímẽ obíícít,ſcríbat ſe probaturum.Re vera íbí ſemper cauſa agatur,vbí crímẽ admíttítur. Et quí non probauerít quod obíecít penam quã íntulerít ípſe patíatur.

A ¶Placuit etíam,vt ſí epíſcopus accuſatus appellauerít apoſtolícam ſedem íd ſtatuendũ quod eíuſdem ſedís pontífex cenſuerít.Hec tamen omní ín ſacerdotum cauſa forma ſeruetur,ne quẽquã ſententía non a ſuo ıudíce dícta conſtríngat,Occurrere quoqꝫ quíſqꝫ fídelíũ ruínís debet oppreſſorũ,& míſerorum conſílío,quo valeant ex releuatíone alíene víndícte a ſe deí, remouere víndíctam. Líbat ergo proſpera quí ab afflíctís pellít aduerſa,vnde ſcríptum eſt.Frater fratrem adíuuans exaltabítur. Eccleſía ením dei ſíne macula & ruga debet exíſtere, & ídeo non oportet eam a quibuſdam conculcarí,aut maculari,quía ſcríptum eſt,vna eſt columba mea perfecta mea,hínc ıterum domínus ad Moyſem aít. Eſt locus penes me,& ſtabís ſupra petram. Quís eſt locus quí nõ ſít domíní dũ cuncta ín ípſo per quẽ creata ſunt cõtínentur? Sed tamen locus apud eum vídelícet ſancte eccleſíe vnítas eſt,ín qua ſupra petrã ſtatur,dũ confeſſionís ſolídítas humílíter tenetur,Vos quoqꝫ & omnes fratres noſtros eccleſíam Chríſtí ſanguínẽ redemptã regentes monemus,vt omnes a precípítío ín quo fratres & domíní paſtores detrahendo,& perſequendo verbís labuntur,laqueís quibus poteſtís retẽtís,& labí eos ín íma non permíttatís,quía ſcríptum eſt,Ira vírí ıuſtítíam dei non operatur, hínc rurſus dícítur.Sít omnís homo velox ad audíendum tardus ad loquendum,& tardus ad íram, hec autem vos auctore deo omnía ſeruare non ambígo,ſed occaſíone admonítionís exhorta bonís veſtrís operíbus & deſíderíís me furtíue ſubíungo,vt quod non admoníti facítís quãdo vobís & admonens addítur íam non ſolí faciatís.

¶Quapropter fratres oportet vos & omnes fídeles dílígere ínuícem,& non detrahere, aut accuſare alterutrum, ſcríptum eſt ením. Dílíge proxímum tuum,& coníunge fídem cum íllo,quod ſí denuauerís abſconſa íllíus non perſequerís poſt eum.Sícut ením homo quí perdít amícum ſuum,ſíc quí perdít amícítíam proxímí ſuí. Et ſícut quí dímíttít auem de manu ſua, ſíc quí dereliquíſtí ꝓxímũ tuum,& non eum capíes non íllũ ſequarís,quoníam longe abeſt. Effugít ením quaſí caprea de laqueo,quoníam vulnerata eſt anima eíus, vltra eum non poterís collígare, & maledícta eſt concordatío,denudare autem amící myſtería deſperatío eſt anime ínfídelís, annuẽs oculo fabrícat íníqua, nemo eum abííciet,In conſpectu oculorum tuorum conculcabít os ſuum,& ſuper ſermones tuos admírabítur. Nouíſſíme autem peruertet os ſuum,& ín verbís tuís dabít ſcandalum.Multa audíuí & non coequauí eí, & domínus odíet íllum. Quí in altum mittít lapídem,ſuper caput eíus cadet & plaga doloſe díuídetvulnera.Quí fodít foueam íncídet ín eam,& quí ſtatuít lapídem proxímo offendet ín eo, & quí laqueum alío ponít,períbít in íllo, facíentí nequíſſímum conſílíum ſuper ípſum deuoluetur,& non agnoſcetvnde aduenıet íllí.Illuſío & ímproperíum ſuperborũ, & víndícta ſícut leo inſídíabítur íllí,laqueo períbunt quí oblectãtur caſu iuſtorum.Dolor autem conſumet íllos antequam morıantur,Ira & furor vtraqꝫ execrabílía, & vír peccatorum contínens erít íllorum.

Quí víndícarí

Qui vindicari vult,a deo inueniet vindictam,& peccata illius seruans seruabit.Relinque proximo tuo nocenti te,& tunc deprecanti tibi peccata soluẽtur,homo homini seruat iram,& a deo querit me delã.In homine similẽ sibi non habet misericordiam,& de peccatis suis deprecatur altissimum?ipse dum caro sit seruat iram, & propiciationem petit a deo?Quis exorabit pro delictis illius?Memẽto nouissimorum & desine inimicari. Tabitudo enim & mors imminẽt mãdatis.Memorare timorẽ dei,& non irascaris proximo.Memorare testamẽti altissimi,& despice ignorantiam proximi,Absti ne te a lite,& minues peccata,homo enim iracudus incendit lites & vir peccator turbabit amicos,& in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silue,sic ignis exardes/cet,& secundum virtutem hominis iracundia illius erit,& secundũ substantiam suam exaltabit irã suam. Certamen festinatum incendet ignem,& lis festinans effundet sanguinem,& lingua testifi/cans adducet mortem.Si sufflaueris,quasi ignis exardebit, & si expueris super illam extinguetur,& vtraq; ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus,multos enim turbauit pacem haben/tes,lingua tertia multos commouit,& dispersit illos a gente in gentem.Ciuitates muratas diuitum destruxit,& domos magnatorum effodit,virtutes populotum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres virtas eiecit, & priuauit eas de laboribus suis.Qui respicit illam nos habe/bit requiem,nec habitabit cum requie.Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem lingue comminuit ossa.Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam, & qui in iracundiã illius non transiuit & qui non attraxit iugum illius,& vinculis illi9 non est ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum ereum est.Mors illius mors nequissima est,& vtilis potius inferus quam illa perse/uerantia illius non permanebit,sed obtinebit vias iniustorum & flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt deum incidunt in illam, & exardescet in illis, & non extinguetur, & immitte/tur in illos quasi leo,& quasi pardus ledet illos.Sepi aures tuas spinis,& noli audire linguam ne/quam,& ori tuo facito ostia,& seras auribus tuis, aurum tuum, & argentum tuum confla,& verbis tuis facito stateram,& frenos ori tuo rectos,& attende ne forte labaris in lingua tua,& cadas in con/spectu inimicorum insidiantium tibi,& sit casus tuus insanabilis in mortem, ista caueant omnes & cohibeant linguam suam a malo,& labia eorum ne loquãtur dolum.

¶De cetero charissimi confortamini in domino,& in potentia virtutis eius. Induite vos armatura dei,vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum cõtra spiritualia nequitie in celestibus, ꝓpterea accipite armaturã dei,vt possitis resistere in die ma/lo & in omnibus perfecti stare.State ergo succincti lumbos vestros in veritate,& induite loricam iu/stitie,& calciati pedes in preparatione euangelii pacis in omnibus sumentes scutũ fidei in quo posse tis omnia tela nequissimi ignea extinguere.Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbum dei.Hec fratres vobis scripsimus & generaliter omnibus notum fieri volum9, vt que ce/teros tangunt omnibus nota fiant. Omnipotens deus vos & reliquos fratres vbiq; consistentes pro tegat vsq; in finem,qui cunctum mundum est dignatus redimere Iesus christus dominus noster qui est benedictus in secula.Amen. Data kalend,aprilis,Valentiniano & Florentio,iiii.cõsulibus.

¶Subsequuntur Epistole Leonis Pape.

INCIPIVNT EPISTOLE LEONIS PAPE AD EVTICEN CONSTANTINOPOLITANVM ABBATEM ADVERSVS NESTORIANAM HERESIM.

Epistola.I.

¶Dilectissimo filio Euticeti presbytero Leo episcopus.

A D NOTITIAM NOSTRAM TVE DILECTIONIS EPIstola retulisti q̄ nestoriana heresis quorūdam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse rescripsimus, quoniam index animi tui est sermo quē sumpsimus. Vnde non ambigim⁹ auctorē catholice fidei dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius quorum hoc improbitate fiat potuerimus agnoscere, necesse est auxiliante domino prouidere, quatenus nefandum virus dudūq̄ damnatum, radicitus possit extingui. Deus te custodiat incolumem dilectissime fili.

Epistola.II.

¶Leo Theodosio augusto.

B QVantū presidii dominus ecclesie sue in fide vestre clementie prepararit, his etiam litteris quas ad me misisti ostenditur, vt vobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem animum inesse gaudeamus. Siquidem preter imperiales & publicas curas piissimam sollicitudinem christiane religionis habetis, ne scilicet ī populo dei, aut schismata, aut hereses. aut vlla scandala conualescant, quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiterne & incommutabili trinitati vnius deitatis cōfessione seruitur. Quid autem in constantinopolitana ecclesia perturbationis acciderit, quid ita fratrem & coepiscopum nostrum flauianum potuerit commouere, vt Euticen presbyterum communione priuaret, nondum potui euidenter cognoscere. Quis enim predictus presbyter ad sedē apostolicā per libellum doloris sui querimoniā miserit, breuiter tamē aliqua prelibauit asserens se Nicene synodi constituta seruātem frustra in fidei diuersitate culpatū, Eusebii autem episcopi accusatoris eius libellus cuius exēplaria ad nos predictus presbyter misit, de obiectiōis euidētia nichil habebat. Sed cū presbytero hereseos crimē intenderet, quē tamen nostrum sensum arguerit, non euidenter expressit, q̄uis & ipse episcopus Nicene synodi profiteatur in hac re se esse decretis, ꝓpter quod non habuimus, vnde aliquid diceremus. Et quia cause meritum fidei ratio & laudabilis sollicitudo vestre pietatis exegit, necesse est iam locum subreptionibus non patere, sed prius de quibus eū estimat arguendum instrui nos oportet, vt possit de bene cognitis congrue iudicari. Ad predictum autem episcopum dedi litteras quibus michi displicere cognoscet, q̄ ea que in tanta causa gesta fuerāt etiā nimio silentio reticeret, cum studere debuerit primit⁹ nobis cuncta referare. Quē credimus vel post admonitionem omnia ad nostram noticiam relaturum, vt in lucem ductis his que adhuc videntur occulta, id quod euangelice & apostolice doctrine conuenit iudicetur. Data ad kalendas martias Asterio & protegene consulibus.

¶Epistola Beati Leonis pape ad flauianum constantinopolitanum episcopum vbi querit cur Eutices ab ecclesia fuerit separatus. Epistola.III.

¶Dilectissimo fratri flauiano Leo &c.

C CVm christianissimus, & clementissim⁹ imperator sancte & laudabilis fidei pro ecclesie catholice pace sollicitus ad nos scripta transmiserit, de his qui apud vos perturbationis strepitum mouerant, Miramur fraternitatem tuam quicquid illud scandali fuerit nobis silere potuisse, & non potius procurasse, vt primitus nos insinuatio tue relationis instrueret, ne de rerum gestarum possemus fide ambigere, Accepimus enim libellum Euticetis presbyteri, qui se queritur accusante Eusebio episcopo immerito cōmunione priuatum, maxime cum euocatum se affuisse testetur, nec sui presentiam denegasse, adeo vt in ipso iudicio libellum appellationis sue afferat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum, qua ratione compulsus sit vt contestatorios libellos in constantinopolitana vrbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus necdum agnoscimus qua iustitia a communione ecclesie fuerit separatus. Sed respicientes ad causam facti tui nosse volumus rationem, & vsque ad nostram notitiam cuncta deferri. Quoniam nos qui sacerdotum domini matura volumus esse iudicia, nichil possum⁹

chil possumus incognitis rebus in cuiusquam partis preiudicium definire, priusquam vniuersa que gesta sunt veraciter audiam⁹. Sed ideo fraternitas tua per idoneā maxime aptamq; personā plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidē nouitatis emerserit, quid seueriori sentētia dignum fuerit vindicari. Nā & ecclesie moderatio & religiosissimi principis fides multā nobis sollicitudinem christiane pacis indicūt, vt amputatis dissensionibus fides catholica inuiolata seruetur, & his qui praua defendunt ab errore reuocatis nostra auctoritate quorum fides ꝓbata fuerit muniantur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri cum memorat⁹ pbr̄ libello proprio sit professus paratum se esse ad corrigendū, si quid in se inuētum fuerit, quod reprehensione sit dignū. Decet enim in talibus causis hoc maxime ꝓuideri, vt sine strepitu concertationum, & charitas custodiatur, & veritas defendatur frater charissime. Et ideo quia dilectio tua de tāta causa nos videt necessario eē sollicitos quā plenissime & lucide vniuersa nobis quod antefacere debuit indicare festinet, ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur, & dissensio que in suis initiis abolēda est nutriatur. Cum in corde nostro ea obseruantia deo inspirāte permaneat, ne constitutiones venerabiliū patrum diuinitus roborate & ad soliditatem fidei pertinentes praua cuiusquam interpretatione violentur. Deus te custodiat incolumem frater charissime.

¶EPISTOLA QVARTA.

¶RESCRIPTVM FLAVIANI AD BEATVM LEONEM PAPAM.

¶Incipiunt capitula.

i ¶De subdoli hostis insidiis.
ii ¶De fraudulēta subtilitate hereticorum.
iii ¶De blasphemiis Euticetis.
iiii ¶De excommunicatione eius iustissima.

DOMINO BEATISSIMO ET DEO AMABILI LEONI FLAuianus in domino eternam salutem. A

Capitulum primum.

NVlla res diaboli venena compescit, nec cōtinet mortiferas ei⁹ sagittas. Sursum enim atq; deorsum ꝓuolās querit quos possit occidere, quos possit superare, quos possit deuorare. Propter quā rem vigilandum est in orationibus, atq; id operandū est vt fatuas inquisitiones euitare possimus. Decet autē sequi patres nostros, nec cōmutare definitionem eorum perpetuam, quorum secundum sacras scripturas didicim⁹ regulam. Depositis ergo fletibus & lachrymis, quia summo clericus degens gradu inuasus est a fero demone, & nō potui eum liberare nec auferre de tali lupo, qui animam meam ꝓ illo paratus eram ponere. Quomodo raptus sit, quō resiluit a ꝓpposito diuino, & ad illum cucurrit, q; per dere consueuit precepta patrum declinans & cōstituta eorum despicies iam incipio enarrare. B

Capitulum secundum.

¶Sunt enim quidam veste sua oues significātes interi⁹ lupi raptores, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro sed non sunt de numero nostro, Si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Quantū autem ceperūt assumere impietatē illud quod occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniūtur autem infirme fidei homines, & qui diuinas lectiones nesciant, & secum eos in perditionē precipitant dissipantes & vituperantes patrum disciplinas, & reliquas sanctas scripturas ad suam perditionem, quos debemus preuidere & a quibus multum cauere, ne in malicia sua aliqui occupati cōcidant de sua firmitate, Exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, & venenum in labiis habent quasi aspides, De his hec propheta clamauit. C

Capitulum tertium.

¶Talis nobis eutices emersit quōdam presbyter & archimādrites, qui quasi nostre religionis sectā sapiebat, & hanc ꝓferebat, nestorii aūt impietatē cōfirmabat, & succingebatur pro nestorio militare in pugna, que cōtra nestoriū parabatur. Trecentorū aūt decem & octo sanctorū patrū de fide expositionem factā, & sancte memorie cyrilli epl'am scriptam ad nestorium vel ad similes eius qbus omnes assenserūt tētaui, euellere antiquā impii Valentini & apollinaris reparās sectā, & non timuit p̄ceptū veri dei dicentis. Quicūq; scandalizauerit vnū de pusillis istis, expedit ei vt mola asinaria alligetur collo eius, & demergatur in profundū maris. Verecundiā aūt omnem abiecit & quā gerebat infidelitatis pellem excutiens in sancta synodo asserebat instanter dicens, Dn̄m Iesum christum nō oportere cōfiteri de duabus naturis post humanā susceptionē cum a nobis vnius substantie & vnius persone cognoscitur, neq; carnem dn̄i coessentialē nobis subsistere tanq̄ ex nobis susceptā, & coadunatam D

dei verbo ſcdm ſubſtantiam.Sed dicebat virginē quidem que eum genuit ſcdm carnem conſubſtantialē nobis eſſe,Ipſum aūt dominum nō ſuſcepiſſe ex ea carnem cōſubſtantialem nobis, ſed corpus domini nō eſſe quidem corpus hominis,humanum vero corpus eſſe quod eſt ex virgine.

Capitulum quartum.

¶Sed ne multa dicens longā faciam epl̄am olim quicquid egerim⁹, miſimus ad beatitudinem veſtram,quibus litteris docuimus & pbrīo illum eſſe nudatū quia ſic capt⁹ eſt,& iuſſimus eū cum monaſteriis nullam habere rationē,& excluſimus eū a cōmunione noſtra,vt ſanctitas veſtra hoc cognoſcens quod circa illū actum eſt,oībus ep̄īs ſub beatitudine veſtra degentibus manifeſtare dignetur illius impietatem,ne neſciētes aliqui quid ille ſentiret quaſi ad orthodoxum vel per litteras vel per aliquam coniunctionem loquantur.

¶Reſcriptum Leonis pape ad Flauianū conſtantinopolitanum ep̄m contra eutícetis hereſim.

¶Incipiunt capitula.

i ¶Q̄ ignorantia ſanctarum ſcripturarū eutícem hereticum fecerit.

ii ¶Cōtra eos qui in duos filios diſpenſatiōnis dn̄ice myſterium ſcindere moliuntur,

iii ¶Contra eos qui paſſibilē diuinitatem vnigeniti filii dei audent aſſerere,

iiii ¶Cōtra eos qui in duas naturas x̄pi tēpe ſ̄ ramentum vel confuſionē argumentantur.

v ¶Contra eos qui celeſtem aut alterius cuiuſq; ſubſtantie exiſtere formā ſeruī quā ex nobis aſſumpſit inſaniendo aſſerunt.

vi ¶Contra eos qui duas quidem ante aduationem naturas deū delirant, vnam vero poſt aduationē confingunt.

¶EPISTOLA LEONIS PAPE AD FLAVIANVM EPISCOPVM .EPI.V.

¶Leo epiſcopus Flauiano conſtantinopolitano epiſcopo. Capitulum primum.

A LECTIS DILECTIONIS TVE LITTERIS QVAS MIRAMVR fuiſſe tā ſeras,& geſtorum ēpalium ordine recenſito tandē quid apud vos ſcandali contra integritatē fidei exortum fuiſſet agnouim⁹,& que prius videbantur occulta,nūc nobis reſerata patuerūt.Quibus eutices qui pbr̄ii nomine honorabilis videbatur,multū imprudens,& nimis imperitus oſtēditur,vt etiam de ipſo dictum ſit a ꝓpheta.Noluit intelligere vt bene ageret,iniquitatē meditat⁹ eſt in cubili ſuo, Quid aūt iniquius q̄ impia ſapere,& ſapiētioribus doctioribuſq; nō credere? Sed in hac inſipiētiā cadunt qui cū ad cognoſcendam veritatē aliquo impediuntur obſcuro,non ad ꝓpheticas voces,non ad apoſtolicas litteras nec ad euangelicas auctoritates,ſed ad ſemetipſos recurrūt.Sed ideo magiſtri erroris exiſtūt,quia veritatis diſcipuli nō fuere.Quā enim eruditionem de ſacris noui & veteris teſtamēti paginis acquiſiuit qui nec ipſius quidē ſymboli initia cōprehendit? Et quod per totū mundum omniū regenerandoꝝ voce depromitur iſtius adhuc ſenis corde non capitur. Neſciens igitur q̄d deberet de verbi dei incarnatione ſentire,nec volēs ad ꝓmerendū intelligentie lumen in ſcr̄arum ſcripturarum latitudine laborare illam ſaltem cōem & indiſcretam cōfeſſionem ſollicito apprehendiſſet auditu,qua fideliū vniuerſitas profitetur credere ſe in deum patrē oīpotētem, & in Ieſum chriſtum filiū eius vnicum dn̄m noſtrum qui natus eſt de ſpiritu ſancto & maria virgine.Quibus triſbus ſentētiis omnium fere hereticorū machine deſtruūtur.Cū enim deus & omnipotēs creditur & pater ſempiternus eidē filius demonſtratur in nullo a patre differens,quia de deo deus,de oīpotente omnipotēs,de eterno nat⁹ eſt coeternus.Nō poſterior tpe,non inferior poteſtate,non diſſimilis gl̄ia, non diuiſus eſſentia. Idem vero ſempiterni genitoris vnigenitus,ſempiternus natus eſt de ſpiritu ſancto & maria virgine,Que natiuitas temporalis illi natiuitati diuine & ſempiterne nichil minuit, nichil cōtulit,ſed totā ſe reparādo homini qui erat deceptus impēdit,vt mortem vinceret, & diabolū qui mortis habebat imperiū ſua virtute deſtrueret, Nō enim ſuperare poſſem⁹ peccati & mortis auctorē niſi naturā noſtram ille ſuſciperet,& ſuā faceret,quē nec peccatū contaminare, nec mors potuit detinere.Cōceptus quippe eſt de ſpū ſancto intra vterum matris virginis,que ita illum ſalua virginitate edidit,quemadmodum ſalua virginitate cōcepit.Sed ſi de hac chriſtiane fidei fonte puriſſimo ſyncerū intellectum haurire nō poterat,quia ſplendorē perſpicue veritatis obcecatione ſibi ꝓpria tenebrarat,doctrine ſe euāgelice ſubdidiſſet,& dicēte Mattheo Liber generationis Ieſu chriſti filii Dauid filii Abrahā,apoſtolice quoq; p̄dicationis expetiſſet inſtructū,& legens in epiſtola ad romanos Paulus ſeruus Ieſu x̄pi vocatus apoſtolus ſegregatus in euangelium dei quod ante ꝓmiſerat p prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſcdm carnem ad prophēticas

pheticas paginas pia solicitudinem contulisset,& inuenisset ꝓmissionem dei ad Abraham dicentis, in semine tuo benedicentur oēs gentes. Sed ne de huius seminis ꝓprietate dubitaret secutus fuisset aplm dicentē,Abrahe dicte sunt ꝓmissiones & semini eius.Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno,& semini tuo quod est xps. Esaie quoq; p̄dicationem interiore apprehēdisset audi tu dicetis. Ecce virgo in vtero cōcipiet & pariet filiū & vocabitur nomē eiꝰ emanuel,qđ est interpreta tū nobiscū deus. Eiusdēq; ꝓphete fideliterverba legisset,Puer natus est nobis,filius datꝰ est nobis,cu ius potestas sup humerū eius & vocabitur nomē eius magni cōsilii angelus admirabilis cōsiliariꝰ de us fortis, princeps pacis,pr̄ futuri seculi.Nec frustratorie loquēs ita verbū diceret carnē factum,vt edi tus vtero virginis xps haberet formā hois,& nō haberet mīni corpis veritatē. An forte ideo putauit dīm nostrum Iesum non nre esse nature quia missus ad beatā Mariam angelus ait. Spūssanctus superueniet in te,& virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & qđ nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei,vt quia cōceptus virginis diuini fuit opis non de natura cōcipiētis fieret caro cōceptiꝰ Sed nō ita intelligēda est illa gnatio singulariter mirabilis,& mirabiliter singularis vt p nouitatem creationis ꝓ prietas remota sit gnis,fecunditatē enim virgini spūssanctus dedit, veritas autē corporis sumpta de corpore est,& edificante sibi sapientia domum verbū caro factum est,& habitauit in nobis,hoc est in ea carne quam sumpsit ex homine ,& quam spiritu vite rationalis animauit.

Capitulum secundum.

¶Salua igitur ꝓprietate vtriusq; nature & in vnā coeūte psonā susceptа est a maiestate humilitas , a A
virtute infirmitas,ab eternitate mortalitas,& ad resoluendū cōditionis nostre debitū natura inuiola bilis nature est vnita passibili,vt qđ nostris remediis cōgruebat vnus atq; idem mediator dei & ho minum hō xps Iesus & mori posset ex vno,& mori nō posset ex altero. In integra ergo verī hois perfe ctaq; natura verus natus est deus,totus in suis,totus in nostris. Nostra autē dicimus que in nobis ab initio creator cōdidit,& que reparanda suscepit.Nā illa que deceptor intulit, & hō deceptus admisit nullū habuere in saluatore vestigiū.Nec quia cōionem humanarum subiit infirmitatum,ideo nostro rum fuit particeps delictorū. Assumpsit formā serui sine sorde peccati humana augēs,diuina nō mi nuens. Quia exinanitio illa qua se inuisibilis visibilē prebuit,& creator ac dns omnium rerū vnus vo luit esse mortaliū,inclinatio fuit miserationis nō defectio potestatis. Proinde q manens in forma dei fecit & hoiem,idē in forma serui factus est hō. Tenet ergo sine defectu ꝓprietatē suam vtraq; natura & sicut formā serui dei forma nō adimit,ita formā dei serui formā nō minuit. Nā quia gloriabatur diabolus hoiem sua fraude deceptū diuinis caruisse muneribus & immortalitatis dote nudatū,durā mortis subiisse sententiā,seq; in malis suis quoddā de p̄uaricatoris consortio inuenisse solatiū, deum quoq; iustitie exigente rōne erga hoiem quē in tanto honore cōdiderat ꝓpriam mutasse sentētiam , opus fuit secreti dispensatione cōcilii,vt incōmutabilis deus(cuius volūtas non pōt sua benignitate priuari)primā erga nos pietatis sue dispensationē sacramento occultiore compleret, & hō diabolice iniquitatis versutia actus in culpam contra dei propositum non periret.

Capitulum tertium.

¶Ingreditur ergo hec mūdi infima filius dei de celesti sede descēdens,& a paterna gl̄ia nō recedēs , B
nouo ordine,noua natiuitate gnatus.Nouo ordine,quia iuisibilis in suis,visibilis factꝰ est in nostris . Incōprehensibilis voluit cōprehendi. Ante tpa manens esse cepit ex tēpore. Vniuersitatis dns seruilē formam obūbrata maiestatis sue imensitate suscepit,Impassibilis deus nō dedignatꝰ est esse hō passi bilis,& imortalis mortis legibus subiacere.Noua aūt natiuitate gnatus,quia iuiolata virginitas con cupiscentiā nesciuit,carnis materiā ministrauit. Assumpta est igitur de mr̄e dnī natura nō culpa,nec in dno Iesu xp̄o ex vtero virginis genito,quia natiuitas est mirabilis,ideo nr̄e est nature dissimilis,q eni verus est deꝰ,idē verus est hō,& nullū est in hac vnitate mēdacium dū inuicem sunt & humilitas hois & altitudo deitatis. Sicut enim deꝰ nō mutatur miseratione,ita hō nō consummitur dignitate. Egit eni vtraq; forma cū alteriꝰ cōione qđ ꝓpriū est verbo. f. opante qđ verbi est,& cq; carnis est carne exequēte Vnū horū choruscat miraculis aliud succūbit iniuriis,& sicut verbū ab equalitate p̄ne gl̄ie nō recessit,ita caro naturā nr̄i generis nō reliquit. Vnus enim idēq; est.qđ sepe dicendū est vere dei filiꝰ & vere hois filius. Deus p id quod in principio erat verbū, & verbum erat apud deū ,& deꝰ erat verbū. Hō per id qđ verbū caro factū est,& habitauit in nobis. Deꝰ per id qđ oīa per ip̄m facta sunt & sine ipso factū est nichil,hō per id qđ factus est ex muliere factꝰ est sub lege. Natiuitas carnis ma nifestatio est humane nature. Partus virginis diuine est virtutis indiciū . Infantia puuli ostenditur

humilitate cunarum. Magnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimētis hominum, quem Herodes impius molitur occidere, Sed dominus est omnium quem magi gaudēt suppliciter adorare. Iam cum ad precursoris sui Ioannis baptismum veniret, ne lateret quod carnis velamine tegeretur vox patris de celo intonans dixit. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Quem itaq; sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut deo angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atq; dormire euidenter humanum est. Sed & de quinq; panibus quinq; milia hominum saciare, & largiri samaritane aquam viuam cuius hausstus bibenti prestat ne vltra iam sitiat, & supra dorsum maris plantis non subsidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempestate cōsternere, sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo (vt multa preteream) non eiusdem nature est flere miserationis affectu amicū mortuum, & eundem remoto quatriduane aggere sepulture ad vocis imperium excitare rediuiuum, aut in ligno pendere, & in noctem luce conuersa omnia elementa tremefacere aut clauis transfixum esse, & paradisi portas fidei latronis aperire. Ita non eiusdem nature est dicere, ego & pater vnum sumus, & dicere pater maior me est. Quā uis enim in domino Iesu christo dei & hominis vna persona sit, alius tamen est, vnde contumelia aliud vnde communis est gloria. De nostro enim illi est minor patre humanitas, de patre illi est equalis cum patre diuinitas.

Capitulum quartum.

A ¶Propter hanc vnitatem persone in vtraq; natura intelligendā & filius hominis legitur descendisse de celo, cū filius dei carnem de ea virgine de qua est natus assumpserit, Et rursus filius dei crucifixus dicitur ac sepultus, cū hec non in diuinitate ipsa qua vnigenitus cōsempiternus & consubstātialis est patri, sed in nature humane sit infirmitate ppessus. Vnde vnigenitū filium dei crucifixum & sepultum oēs etiam in symbolo cōfitemur secūdum illud apostoli. Si enim cognouissent, nunquā dominum maiestatis crucifixissent. Cū autem ipse dns noster atq; saluator fidē discipulorum suorū suis interrogationibus erudiret, quem inquit dicunt hoies esse filiū hominis? Cūq; illi diuersas aliorum opiniones retexuissent, vos aūt ait quē me esse dicitis? Vbi beatus Petrus diuinitus inspiratus, & cōfessione sua omnibus gentibus profuturus. Tu es inquit christus filius dei viui. Nec immerito btūs est pronunciatus a dño & a principali petra soliditatē & virtutis traxit & noīs, qui per reuelationē patris eundē & filiū dei est cōfessus & xp̄m, quia vnum horū sine alio receptum nō ꝑderat ad salutem, Sed equalis erat periculi dnm Iesum christum aut deū tantūmō sine homine, aut sine deo solum hominem credidisse. Post resurrectionē vero dni que vtiq; verī hominis fuit, quia alter nō est resuscitatus q̄ qui fuerat crucifixus & mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora gestū est, q̄ vt fidei nostre integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cū discipulis suis & cohabitans atq; conuescens & pertrectari se diligenti curiosoq; contactu ab eis quos dubietas perstringebat admittens. Ideo clausis ad discipulos ianuis introibat & flatu suo dabat spiritum sanctum, & donato intelligentie lumine sanctarum scripturarum occulta pandebat. Et rursus, idem vulnus lateris, fixuras clauorum & omnia recentissime passionis signa mōstrabat dicens. Videte manus meas & pedes, quia ego sum, palpate & videte quia spūs carnē & ossa nō habet sicut me videtis habere, vt cognosceretur in eo ꝓprietas diuine humaneq; nature indiuidua ꝑmanere, & ita sciremus verbū nō hoc esse quod carnē vt vnū dei filiū & verbū cōfiteremur & carnē. Quo fidei sacramēto eutices iste nimiū estimādus est vacuꝰ, q̄ naturā nostrā in vnigenito dei nec ꝑ humilitatē mortalitatis, nec ꝑ gl̄iam resurrectionis agnouit. Nec sniam beati Pauli & euangeliste Ioānis expauit dicētis. Ois spūs q̄ cōfitetur Iesum xp̄m in carne venisse ex deo est, & ois spūs q̄ soluit Iesum ex deo nō est, & hic est antichristus. Quid autē est soluere Iesum nisi humanā ab eo separe naturā, & sacramentū fidei ꝑ qđ saluati sumus impudētissimis euacuare figmentis? Caligās vero circa naturā corporis xp̄i, necesse est vt etiam in passione eius eadē obcecatione desipiat. Nā si crucem dni non putat falsam & susceptum ꝑ mundi salute supplicīū verum fuisse nō dubitat cuius credit agnoscat & carnem. Nec diffiteatur nostri corporis hominem quē cognoscit fuisse passibilē. Quoniā negatio vere carnis, negatio est etiā corpee passionis Si enim christianā suscepit fidem & a p̄dicatione euangelii suū non auertit auditū, videat que natura tranffixa clauis pependerit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat vnde sanguis & qua effluxerint, vt ecclesia dei lauacro rigaretur & poculo. Audiat beatum Petrum apostolum predicantem quod sanctificatio spūs per aspersionē fiat sanguinis christi. Nec trāsitorie legat eiusdem apostoli verba dicētis. Scientes ꝙ nō corruptibilib⁹ argēto & auro redēpti estis de vana vestra

na vestra cōuersatione paterne traditionis,sed p̄cioso sanguine quasi agni incontaminati Iesu christi Beati quoq; Ioānis apli testimonio nō resistat dicētis. Sed sanguis Iesu filii dei emnudat nos ab oi pctō. Et itez. Hec est victoria que vicit mundū fides nra. Et q̄s est qui vincit mundum nisi qui credit qm̄ Iesus est filiꝰ dei? Hic est q venit p aquā & sanguinē Iesus xp̄s. Non in aqua solū sed in aqua & sanguine. Et spūs est q testificat qm̄ xp̄s est veritas. Quia tres sunt q̄ testimoniū dant,Sp̄s,aqua, & sanguis,& ii tres vnū sunt. Sp̄s vtiq; sctificationis,& sanguis redēptionis,& aqua baptismatis,que tria vnū sunt,& indiuidua manēt,nichilq; eorū a sui cōnexione seiūgit. Quia catholica ecclesia hac fide viuit ac p̄ficit,vt in xp̄o Iesu nec sine vera diuinitate humanitas,nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

Capitulum quintum.

¶Cū aūt ad interlocutionē examinis vri eutices tn̄derit dicēs. Confiteor ex duabꝰ naturis fuisse dn̄m nr̄m an̄ adunationē, post adunationē vero vnā naturā cōfiteor,miror tā absurdā tāq; puersam eiꝰ p̄fessionē nulla iudicantiū icrepatione reprehensam,& sermonē nimis insipientē nimisq; blasphemū ita omissum quasi nihil qd offenderet esset auditū,cū tā impie duarū naturarū ante icarnationē vnigenitꝰ deiꝰ filiꝰ fuisse dicat q̄ nefarie postq̄ verbū caro factū est natura in eo singularis asserit, qd ne eutices ideo vel recte vel tolerabiliter estimet dictū,qa nulla nostra est sentētia cōfutatꝰ sollicitudinis tue diligētiā cōmonemus frater charissime vt si p̄ inspirationē mie dei ad satisfactionē causa p̄ducitur,iprudētia hois impiti etiā ab hac sensus sui macula p te purget. Quia qdē sicut gestorū ordo patefecit bene ceperat a sua psuasione discedere cū ex vra sentētia coarctatus p̄fiteret se dicere qd an̄ non dixerat,& ei fidei acquiescere cuiꝰ prius fuisset alienꝰ. Sed cū anathematizādo impio dogmati voluisset p̄bere cōsensum,intellexisset eū fraternitas vra in sua manere p̄fidia dignūq; eē q̄ iudiciū cōdēnationis exciperet. De quo si fideliter atq; vtiliter dolet & q̄ recte mota sit episcopalis auctoritas vel sereū cognoscat,vel si ad satisfactionis plenitudinē oia q ab eo male sunt sensa viua voce & i p̄senti sub scriptiōe dānauerit,nō erit rep̄hēsibilis erga correptū quātacūq; miseratio. Dns noster verus & bonꝰ pastor q aiam suā posuit p̄ ouibus suis,& q venit animas hominū saluare nō perdere imitatores nos vult eē sue pietatis,vt peccātes qdē iustitia coerceat cōuersos aūt misericordia nō repellat. Tūc enī demum fructuosissime fides vera defendit qn̄ etiā a sectatoribꝰ suis opinio falsa dānat. Ad omnē vero cām pie ac fideliter exequēdā fratres nostros Iulianū ep̄m & renatū p̄sbyterū tituli sancti clemētis sed & filiū meum hilariū diaconū vice nostra direximꝰ. Quibꝰ dulcitiū notariū nostrū cuius fides nobis est sepe p̄bata sociauimꝰ,cōfidētes affuturū diuinitatis auxiliū,vt is q errauerat dānata sensus sui prauitate saluet. Data idus Iunii asterio & p̄togene cōsulibus era.cccc.lxxxvi.

¶Item eiusdem Epi.ad Iulianum episcopum coensem. Epist.VI.

¶Dilectissimo fratri Iuliano episcopo. Leo.&c.

LIcet p̄ nostros quos ab vrbe p̄ fidei cā direximꝰ plenissimas ad fratrē flauianum litteras misericordiā mus cōtra nimie impietatis errorē,tn̄ q̄a per filiū nostrū basiliū diaconē scripta tue dilectionis accepimus que multū nobis catholici sensus feruore placuerūt,etiā hāc paginā que illis epistolis consonaret adiecimus,vt vnanimiter atq; constāter his qui euangeliū xp̄i corrumpere cupiūt resistatis, qm̄ sanctispūs in nobis atq; vobis vna est eruditio eadēq; doctrina quam quicūq; nō recipit,nō est mēbrum corporis xp̄i,nec pōt eo capite gloriari in quo naturā suam asserit nō haberi. Quid aūt p̄desit imprudētissimo seni nestoriane hereseos noie eoz lacerare opinionē quoz piissimam cōuellere non pōt fidē,cū quātū nestorius a veritate discessit deitatē verbi ab assumpti hois substātia separādo tantū a recto tramite etiā iste decisat q vnigenitū dei filiū sic de vtero beate virginis p̄dicat natū vt humani quidē corporis spēm gesserit,sed humane carnis veritas verbo vnita nō fuerit? De quo p̄digio falsitatis qs nō videat que opinionū mōstra nascant? Negator enim mediatoris dei & hominū hois Iesu xp̄i,necesse est vt multis impietatibꝰ ipleatur,eūq; apollinaris sibi vēdicet,aut valentinianꝰ vsurpet,aut manicheus obtineat,quorū nullus in christo humane carnis credidit veritatē. Qua vtiq; nō recepta nō solum q̄ secūdum carnē atq; aiam rationalē qui erat in forma dei manens,idem in forma serui hō natus denegatur, sed etiā q̄ crucifixus est & mortuus ac sepultus, quodq; die tertia surrexit, & quod ad dexteram patris ad iudicandos viuos & mortuos in eo corpore sit venturus, in quo est iudicatus abnuitur. Quia hec redemptionis nostre sacramenta vacuantur, si christus veram veri hominis totamq; naturam suscepisse nō creditur. An quia manifesta erant signa diuina falsa dicentur documenta corporea & testimonia vtriusque nature valebunt, vt creatura saluetur. Quod deitatis est caro non minuit,quod carnis est deitas non peremit. Idem enim & sempiternus ex pa-

tre & tpalis ex matre in ſua virtute inuiolabilis,in nra infirmitate paſſibilis. In deitate trinitatis cum patre & cũ ſpũſancto vnius eiuſdēq; nature. In ſuſceptione aũt hominis nō vnius ſubſtãtie ſed vnĩ⁹ eiuſdēq; perſone,vt idem eſſet diues in paupertate,omnipotens in abiectione,impaſſibilis in ſupplicio,in morte immortalis. Nec enim verbũ aut in carnem aut in aĩam aliqua ſui ꝑte cõuerſum eſt, cũ ſimplex & incõmutabilis natura deitatis tota ſit ſemp in ſua eſſentia,nec dãnum ſui recipiens nec augmentũ,& ſic aſſumptã naturam beatificans vt glĩficata in glorificante ꝑmaneat. Cur aũt inconueniens aut impoſſibile videatur vt videlicet & caro & aĩa vn⁹ Ieſus xp̃s,& vnus dei hominiſq; ſit fili⁹ ſi caro & anima que diſſimilium naturaꝝ ſunt vnam faciũt etiam ſine verbi incarnatiõe ꝑſonam? cũ multo facilius ſit,vt hanc vnitatem ſui atq; hominis deitati ꝑſtet poteſtas, quã vt eam in ſubſtantiis ſuis obtineat ſolius humanitatis infirmitas? Nec verbũ igitur in carnem, nec in verbum caro mutata eſt,ſed vtraq; in vno manet & vnus in vtroq; eſt,nõ diuerſitate diuiſus,non ꝑmixtione confuſus,nec alter ex patre,alter ex matre,ſed idem aliter ex patre ante omne principium, aliter de matre in fine ſeculorũ,vt eſſet mediator dei & hoĩm homo Ieſus chriſt⁹. In quo habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter,quia aſſumpti nõ aſſumentis ꝓuectio eſt,q; deus illum exaltauit, & donauit illi nomen qđ eſt ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtriũ& infernorum & omnis lingua confiteatur quoniam dominus Ieſus chriſt⁹ in gloria eſt dei patris. In eo quod eutices in ep̃ali iudicio auſus eſt dicere ante incarnationem duas in chriſto fuiſſe naturas, poſt incarnationem autem vnam neceſſarium fuerat,vt ad reddendum rationem profeſſionis ſue crebris atq; ſollicitis iudicũ interrogationibus vrgeretur,ne tanquam inane aliqd ꝓterflueret,quod non niſi de hauſtu venenatorum dogmatum apparebat effuſum. Arbitror enim talia loquentem hoc habere perſuaſum quod anima quam ſaluator aſſumpſit prius in celis ſit cõmorata quam de virgine nalcere? tur,eamq; ſibi verbum in vtero copularet,Sed hoc catholice mentes aureſq; non tolerãt, quia nichil ſecum dominus de celo veniens noſtre conditionis exhibuit, Nec animam enim que anterior extiſſet,nec carnẽ que nõ materni corporis eſſet accepit. Natura quippe noſtra non ſic aſſumpta eſt vt prius creata poſt aſſumeretur,ſed vt ipſa aſſumptione crearetur. Vnde quod in Origene merito dãnatum eſt,quí animarum antequam corporibus inſererentur, non ſolum vitas, ſed & diuerſas fuiſſe aſſerit actiones,neceſſe eſt vt etiam in iſto niſi maluerit ſentẽtiam abdicare plectatur. Natiuitas enim domini ſecundũ carnem quamuis habeat quedã propria quibus humane conditionis initia trãſcendat,ſiue quod ſolus ex ſanctoſpiritu ab inuiolata virgine ſine concupiſcẽtia eſt conceptus & natus,ſiue quod ita viſceribus matris eſt editus,vt & fecunditas pareret & virginitas permaneret,non alteri⁹ tñ nature erat eius caro quã noſtra,nec alia illi quam ceteris hominib⁹ anima eſt inſpirata principio, que excelleret non diuerſitate generis ſed ſublimitate virtutis. Nichil enim carnis ſue habebat aduerſum. Nec diſcordia deſyderiorum gignebat compugnãtiam voluntatum. Senſus corporei vigebãt ſine lege peccati,& veritas affectionum ſub moderamine deitatis & mentis. Nec tẽtabatur illecebris nec cedebat iniuriis,Verus homo vero vnitus eſt deo,nec ſcdm exiſtentem prius animam deduct⁹ e celo,nec ſcdm carnem creatus ex nichilo. Eandem gerens in deo verbi dei ꝑſonam,& tenens cõem nobiſcum in corpore animaq; naturã. Nõ enim eſſet dei hominũq; mediator niſi deus idẽq; homo in vtroq; vnus eſſet & verus. Incitat equidem nos ad latitudinẽ diſſerendi materie magnitudo,ſed apud eruditionẽ tuã non eſt copia laborandũ. Preſertim iam cũ per noſtros ad fratrẽ Flauianũ ſuffi cientes litteras miſerimus ad confirmandos animos nõ ſolum ſacerdotum ſed etiam laicorum. Preſtabit vt credimus miſericordia dei vt abſq; cuiuſq; anime detrimento poſſint aduerſum diaboli dolos & ſana defendi & vulnerata curari. Data idus iunii Aſterio & Protogene conſulibus.

EPISTOLA SEPTIMA
CESARI THEODOSIO RELIGIOSISSIMO ET PIISSIMO AVGVSTO

Leo papa eccleſie catholice vrbis Rome.

A QVANTVM REBVS HVMANIS CONSVLERE PROVIDENtia diuina dignetur,ſollicitudo clemnetie veſtre ſpũ dei incitata demonſtrat, que in catholica eccleſia nichil impacatum, nichil vult eſſe diuerſum,quoniam fides que non niſi vna eſt,in nullo poteſt eſſe ſui diſſimilis. Vnde licet eutices quantũ geſtorum ep̃alium ordo patefecit impite atq; imprudẽter errare detect⁹ ſit,debuerit q; a ſua merito reprobabili ꝑſuaſione diſcedere,q̃ñ tñ pietas vĩa que in honorẽ dei religioſiſſima catholicam diligit veritatẽ apud epheſum cõſtituit ſynodale cõciliũ vt iperitus in quo nimis caligat

mis caligat innoteſcat,fratres meos Iulianum epiſcopum,& renatum preſbyterum, & filium meum Hylarium diaconum miſi,qui ad vicem preſentie mee pro negotii qualitate ſufficerent,& qui eum ſe cum deferrent iuſtitie,& benignitatis affectum,vt quia dubitari non poteſt que ſit Chriſtiane confeſ/ ſionis integritas,& totius erroris prauitas damnaretur,& reſipiſcens qui deuiauerat ſi pro venia ſup/ plicaret,ſacerdotalis ei beniuolentia ſubueniret. Cum in libello ſuo quem ad nos miſit hoc ſaltem ſibi ad promerendam veniam reſeruauit vt correcturum ſe eſſe promitteret quicquid noſtra ſententia de his que male ſenſerat improbaſſet. Quid autem catholica eccleſia vniuerſaliter de ſacramento domi/ nice incarnationis credat & doceat,ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Flauianum plenius continẽt ſcripta que miſi. Data Idus Iunii. Aſterio & protogene conſulibus.

¶ Leo pulcherrime Auguſte. Epiſto.viii.

QVANTVM PRESIDII DOMINVS ECCLESIE SVE IN A veſtra clementia prepararit multis ſepe probauimus documentis, & quicquid noſtris temporibus contra impugnatores catholice veritatis induſtria ſacerdota lis obtinet ad veſtram maxime gloriam redundabit,dum ſicut ſpiritui ſancto di diciſtis. Illi per omnia poteſtatem veſtram ſubiicitis,cuius munere & protectio/ ne regnatis. Vnde quia contra integritatem fidei Chriſtiane diſſenſionem quã dam in conſtantinopolitana eccleſia Eutice auctore generatam fratris & coepi/ ſcopi noſtri Flauiani relatione cognoui,vt totius cauſe ſpecies ſynodalium geſtorum textus oſtende/ rit,dignum glorie veſtre eſt vt error qui vt arbitror de imperitia magis q̃ de verſutia natus eſt aufera/ tur,priuſquam vllas ſibi vires de conſenſu imprudentium,& pertinacia prauitatis acquirat,quia etiam ignorantia graues nonnunquam incidit lapſus,& plerumq; in diaboli ruit foueas incauta ſimplicitas per quam in ſupradicto ſubrepſiſſe itellígo ſpiritum falſitatis,vt dum eſtimat ſe religioſius de filii dei maieſtate ſentire,ſi ei nature noſtre veritatem ineſſe non dicat totum illud quod Verbum Caro factũ eſt vnius atq; eiuſdem putet eſſe ſubſtantie. Sed quãtum neſtorius a veritate excidit, dum Chriſtũ q de matre ſolum hominem aſſerit natum, tantum etiam hic a catholico tramite deuiat,qui de eadem virgine non noſtram credit editam eſſe ſubſtantiam,nolens vtiq; eam ſolius deitatis intellígi,vt quod in forma ſerui geſſit,& quod noſtri ſimilis fuit atq; conformis,quedam noſtre nature fuerit imago nõ veritas. Nichil autem prodeſt dominum noſtrum beate Marie virginis filium verum pfectumq; hominem dicere,ſi non illius generis homo creditur cuius in euangelio predicatur. Dicit enim Ma/ theus. Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid,filii Abraham. Sed ita humane originis ordinem ſequitur,vt generationum lineas vſq; ad Ioſeph,cui Mater Domini erat deſponſata deducat. Lucas vero retrorſum ſucceſſionum gradus relegens ad ipſum humani generis principem rediit,vt Adam primum,& Adam nouiſſimum eiuſdem oſtẽdat eſſe nature. Potuerat quippe omnipotentia filii dei ſic ad docendos homines apparere,quomodo & patriarchis,& prophetis in ſpecie carnis apparuit cũ aut luctamen iniit,aut ſermonem conſeruit,cum vel officia hoſpitalitatis habuit,vel etiam appoſitum cibum ſumpſit. Sed ille imagines huius hominis erant indicia cuius veritatem ex precedentium pa/ trum ſtirpe ſumendam ſignificationes myſtice nunciabant. Sed ideo ſacramentum reconciliationis noſtre ante tempora eterna diſpoſitum mille implebant figure,quia nondum venerat ſpiritusſanctus in virginem, nec virtus altiſſimi obumbrauerat ei, vt intra intemerata viſcera edificante ſibi ſapien/ tia domum Verbum Caro fieret,& forma dei,ac forma ſerui in vnam conueniente perſonam creator temporum naſceretur in tẽpore,& per quam facta ſunt omnia ipſe inter omnia gigneretur. Niſi eni nouus homo factus in ſimilitudinem carnis peccati noſtram ſuſciperet vetuſtatem,& conſubſtantialis patri conſubſtantialis eſſe dignaretur & matri,naturam ſibi noſtram ſolus a peccato liber vniret ſub iu go diaboli generaliter teneretur humana captiuitas,nec aliter poſſideremus triumphantis victoriam, ſi extra noſtram eſſet confecta naturam. De hac autem participatione mirabile ſacramentum nobis regenerationis indulſit,vt per ipſum ſpiritũ per quem Chriſtus conceptus eſt,& natus, etiã nos qui p concupiſcentiam carnis ſumus geniti ſpirituali iterum origine naſceremur. Propter quod ab euange liſta de credentibus dicitur. Qui non ex ſanguinibus,neq; ex voluptate carnis,neq; ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Cuius ineffabilis gratie particeps non eſt nec poteſt filiorum dei adoptionẽ con ſequi quiſquis a fide ſua hoc quod nos principaliter ſaluat excludit. Vnde multum doleo multũq; cõ triſtor q; hic qui ante de humilitatis propoſito laudabilis videbatur,contra vnicã ſpem noſtrã patrũ/ q; noſtrorũ vana nimis & ſtolida audet aſtruere. Qui dum viderit inſipientie ſue ſenſum catholicis

auribus diſplicere,reuocare ſe a ſua opinione debuerat,nec ita eccleſie preſules commouere,vt damnationis ſententiam mereretur accipere,quam vtiq; ſi in ſua ſententia voluerit permanere,nullus poterit relaxare.Sedis enim apoſtolice moderatio hanc temperantiam obſeruat,vt ſeuerius agat cum obduratis,& veniam cupiat preſtare correctis.Quia ergo multa michi fiducia eſt de pietatis tue ſyncerisſima fide,obſecro gloriam clementie tue, vt ſicut ſancto ſtudio tuo catholica predicatio ſemper adiuta eſt,ita nunc quoq; eius faueat libertati, quam forte ideo permiſit dominus hac tentatione pulſari, vt quales intra eccleſiam lateant poſſit agnoſci.Quorum plane non eſt negligenda curatio, vt nec epiſcoporum nos contriſtet amiſſio. Auguſtiſſimus vero & Chriſtianiſſimus imperator cupiens q̄ celerrime turbata cpmponi epiſcopali Concilio quod Epheſi vult habere nimium breue, & anguſtum tempus indixit diem Calendarum preſtituendo conuentui,cum a tertio die Iduum Maiarum quo ſerenitatis eius ſcripta ſuſcepimus maior pars reliqui ſit temporis abſumenda, vt profectio ſacerdotū qui negotio ſufficiant valeat ordinari.Nam illud quod pietas eius etiam me credidit debere intereſſe Concilio etiam ſi ſecundum aliquod precedens exigitur exemplum,nunc tamen nequaquam poſſit impleri,quia rerum preſentium nimis incerta conditio tante Vrbis populis me abeſſe non ſineret, & in deſperationem quandam animi tumultuantium mitterentur,ſi per occaſionem cauſe eccleſiaſtice videret patriam, & apoſtolicam ſedem velle deſerere . Quia igitur ad publicam hanc vtilitatem pertinuiſſe cognoſcitis,vt ſalua clementie veſtre venia caritati mee,& precibus ciuium non negarem, in his fratribus meis quos vice mea miſi,me quoque adeſſe cum ceteris eſtimate,qui ſecundum cauſam ſatis michi ex geſtorum ſerie,& ipſius de quo agitur profeſſione patefactam euidenter, & plene quid ſeruandum eſſet oſtendi.Non enim de portiuncula fidei noſtre que nimis lucide clareſcat queritur,ſed hoc ſtultiſſima reſultatio audet inceſſere, quod Dominus noſter in eccleſia neminem ſexus vtriuſq; voluit ignorare.Siquidem ipſius catholici ſymboli breuis & perfecta confeſſio, que duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis tam inſtructa ſit munitione celeſti,vt omnes hereticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio detruncari.Cuius ſymboli plenitudinem , ſi eutices puro & ſimplici voluiſſet corde concipere,in nullo a decretis Niceni Concilii deuiaret, & hoc a ſanctis patribus intelligeret conſtitutum,vt contra apoſtolicam fidem que nō niſi vna eſt nullum ſe ingenium, nullum eleuaret eloquium . Sed ideo pro veſtre pietatis conſuetudine laborare dignamini , vt quod contra ſingulare ſacramentum ſalutis humane blaſphema inſipientia protulit,ab omnium animis repellatur. Ac ſi ipſe qui in hanc tentationem incidit reſipiſcat,ita vt per liberalem ſatiſfactionem proprium damnet errorem communio ei ſui ordinis reformetur.Quod etiam ſancto Flauiano epiſcopo me clementia tua ſcripſiſſe congnoſcat,vt charitas non negetur,ſi error aboletur.

¶Epiſtola nona.

¶LEO DISCORO ECCLESIE ALEXANDRINE EPISCOPO.

A QVANTVM DILECTIONI TVE DOMINICE CHARItatis impendamus affectum ex hoc poteris approbare q̄ tua firmius deſideramus fundare initia,ne quid charitati tue ad perfectionem deeſſe videatur, cum tibi ſpecialis gratie merita,vt probauimus ſuffragentur.Paterna igitur,& fraterna collatio debet ſanctitati tue eſſe gratiſſima,& a te taliter ſuſcipi quemadmodum a nobis eam intelligas profici ſci.Vnum enim nos ſentire oportet & agere, vt ſicut legimus in nobis quoq; vnum eſſe cor , & anima comprobetur . Cum enim beatiſſimus Petrus apoſtolicum a domino acceperit principatum , & Romana eccleſia in eius permaneat inſtitutis,nefas eſt credere q̄ ſanctus diſcipulus eius Marcus qui Alexandrinam primus eccleſiam gubernauit,aliis regulis traditionum ſuarum decreta formauerit,cum de eodem fonte gratie vnus ſpiritus fuerit,& diſcipuli,& magiſtri , nec aliud ordinatus tradere potuerit q̄ quod ab ordinatore ſuſcepit . Non ergo patimur , vt cum vnius nos corporis & fidei fateamur in aliquo diſcrepemus,& alia doctoris,alia diſcipuli inſtituta videantur. Quod ergo a patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum a vobis volumus cuſtodiri,vt non poſſim diebus omnibus ſacerdotalis vel leuitica ordiatio celebretur,ſed poſt diem ſabbati eius noctis in prima ſabbati que luceſcit exordia delegantur,in quibus his qui conſecrandi ſunt ieiunis , & a ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem obſeruantie erit ſi mane ipſe dn̄ico die continuato ſabbati ieiunio celebretur. A quo tpe p̄cedētis noctis iitia nō recedūt quā ad diē reſurrectiōis ſicut etiā in paſca dn̄i declarat̄ ptiere nō dubiū ē.Nā p̄ter auctoritatē cōſuetudis quā ex ap̄lica nouim⁹ venire doctria ēt ſacra ſcriptura manifeſtat

teſtat,q̄ cum apoſtolum Paulum & Barnabam ex precepto ſpirituſſancti euangelium mitterent ad predicandum,ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus, vt intelligamus quanta & dantium,& accipientium deuotione curandum ſit,ne tante benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie,& laudabiliter apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis,ſi hanc ordinandorum ſacerdotum formam per eccleſias quibus dominus preeſſe te voluit,etiam ipſe ſeruaueris,vt his qui conſecrandi ſunt nunquā benedictiones niſi in die reſurrectionis dominice tribuantur,cui a veſpera ſabbati initium conſtat aſcribi, & tantis diuinarum diſpoſitionum myſteriis conſecratum, vt quicquid eſt a domino inſignius conſtitutum in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordium. In hac per reſurrectionem Chriſti,& mors interitum, & vita accepit initium. In hac apoſtoli a domino predicandi in omnibus gentibus euangelii tubam ſumunt, & ferendum vniuerſo mundo ſacramentum regenerationis accipiunt. In hac ſicut beatus Iohannes euangeliſta teſtatur congregatis in vnum diſcipulis ianuis clauſis, cum ad eos domin⁹ itroiſſet inſufflauit & dixit. Accipite ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata remittuntur eis,& quorum detinueritis detenta erunt. In hac denicq̄ promiſſus a domino apoſtolis ſpirituſſanctus aduenit,vt celeſti quadam regula inſinuatum, & traditum nouerimus in illa die celebranda nobis eſſe myſteria ſacerdotalium benedictionum, in quo collata ſunt omnia dona gratiarum. Vt autem omnibus obſeruantia noſtra concordet,illud quoq̄ volumus cuſtodiri vt cum ſolennior feſtiuitas conuentum populi numeroſitatis indixerit, & ad eā tanta multitudo conuenit quam recipi baſilica ſimul vna non poſſit,ſacrificii oblatio indubitanter iteretur,ne his tantum admiſſis ad hanc deotionem qui primi aduenerint videantur ii qui poſtmodum confluxerint non recepti cum plenum pietatis atque rationis ſit, vt quotiens baſilicam in qua agitur preſentia noue plebis impleuerit, totiens ſacrificium ſubſequens offeratur. Neceſſe eſt autem vt quedam pars populi ſua deuotione priuetur,ſi vnius tantum miſſe more ſeruato ſacrificium offerre non poſſint niſi qui prima diei parte conuenerint. Studioſe ergo dilectionem tuam & familiariter ammonemus,vt quod noſtre conſuetudini ex forma paterne traditiōis inſedit tua quoq̄ cura nō negligat vt omnia nobis ex fide,& actibus congruant. Propter quod remeāti filio noſtro poſſidonio preſbytero hanc ad fraternitatem tuam epiſtolam dedimus perferendam, qui noſtris proceſſionibus atq̄ ordinationibus frequenter interfuit,& totiens admiſſus quid in omnibus apoſtolice auctoritatis teneremus agnouit. Data kalendis Iuliis.

¶Epiſtola decima.

¶EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD EPHESINAM SYNODVM ſecundam in qua prouocat epiſcopos euticetis blaſphemias condemnare.

¶Leo epiſcopus ſancte ſynodo que apud epheſum conuenit.

A

RELIGIOSA EXCELLNTISSIMI PRINCIPIS FIDES SCIens ad ſuam gloriam maxime pertinere,ſi intra eccleſiam catholicam nullius erroris germen exurgeret. Hanc reuerentiam diuinis detulit inſtitutis,vt ad ſancte diſpoſitionis effectum auctoritatem apoſtolice ſedis adhiberet tāq̄ ab ipſo beatiſſimo Petro cuperet declarari quid in eius confeſſione laudatum ſit,quando dicente domino,quem me eſſe dicunt homines filium hominis, varias quidem diuerſorum opiniones diſcipuli memorarunt. Sed cum ab eis quid ipſi crederent quereretur principes apoſtolorum plenitudinem fidei breui ſermone complexus. Tu es inquit Chriſtus filius dei viui,hoc eſt tu qui es vere filius hominis,idem vere es filius dei viui. Tu inquam verus in deitate verus in carne, & ſalua gemine proprietate nature vtrumque vnus. Quod ſi Eutices intelligenter, ac viuaciter crederet nequaquam ab huius fidei tramite deuiaret, propterquam ei reſpondetur a domino Beatus es Simon bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in celis. Et ego dico tibi,quia tu es Petrus.& ſuper hanc Petram edificabo eccleſiam meam,& porte inferi non preualebūt aduerſus eam. Nimis autem a compage huius edificationis alienus eſt qui beati Petri confeſſionem non capit, & Chriſti euangelio contradicit. Oſtendens ſe nullum vnquam ſtudium cognoſcende veritatis habuiſſe, & ſuperfluo honorabilem viſum qui nulla auctoritate cordis ornauit canicie ſenectutis. Verum quia etiam talium non eſt negligenda cur, & pie ac religioſe Chriſtianiſſimus Imperator haberi voluit Epiſcopale Concilium, vt pleniore Iudicio omnis poſſit error aboleri, fratres noſtros Iulianum epiſcopum,renatum preſbyterum,& filium noſtrum Hilarium diaconem,&

cum his dulcitium notarium probate nobis fidei missi, qui vice mea sancto conuentui vestre fraternitatis intersint,& communi vobiscum sententia que domino sint placitura constituant. Hoc est vt primitus pestifero errore damnato etiam de ipsius qui imprudenter errauit restitutione tractetur. Si tamen doctrinam veritatis amplectens sensus hereticos quibus imperitia eius fuerat irretita plene apertecꝫ propria voce,& subscriptione damnauerit. Quod etiam in libello quem ad nos miserat est professus,spondens per omnia nostram secuturum se esse sententiam. Acceptis autem fratris.& coepiscopi nostri Flauiani litteris plenius ad eum de his que ad nos videtur retulisse rescripsimus, vt abolito hoc qui natus videbatur errore in laudem, & gloriam dei per totum mundum vna sit fides,& vna eademque confessio, & in nomine Iesu omne genu flectatur celestium terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur,quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Data Idus Iunii asterio,& protogene vitis clarissimis consulibus,era qua supra.

¶Epistola Beati Leonis Pape ad constantinopolitanos.

¶Epistola vndecima.

¶LEO EPISCOPVS ET SANCTA SYNODVS QVE IN VRBE ROMA CONVENIT,CLERO ET PLEBI CONSISTENTI CONSTANTINOPOLI.

A LICET DE HIS QVE IN CONCILIO SACERDOTVM apud Ephesum gesta memorantur multus nos meror afficiat,eo ꝙ sicut consonans fama dispersit,& ipso rerum monstratur effectu,nec iustitie illic moderatio,nec fidei est seruata religio vestre tamen deuotionis pietate gaudemus,& in sancte plebis acclamationibus quarum ad nos exempla delata sunt omnium vestrorum probamus affectum, quia & viuit ac permanet apud bonos filios optimi patris iusta dilectio,& catholice doctrine eruditionem in nulla patimini parte corrumpi. Non dubie enim sicut vobis spirituſsanctus reserauit manicheorum confederantur errori qui ab vnigenito dei filio,verum & nostre nature hominem negant esse susceptum,omnesque eius corporeas actiones simulatorii volunt fuisse fantasmatis. Cui impietati ne in aliquo preberetis assensum iam per filium meum Epiphanium,& Dionysium Romane ecclesie notarios cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direximus,quibus confirmationem quam expetistis vltro prebuimus,vt nos paternam vobis curam non dubitetis impendere, ac modis omnibus laborare,vt auxiliante misericordia dei omnia que ab imperitis,& ab insipientibus excitata sunt scandala destruãtur. Nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore blandiri qui potuerit in execrandi sensus impietate conuinci. Nam si vix in laicis tolerabilis videtur insciția,quanto magis in eis qui presunt, nec excusatione est digna,nec venia,maxime cum etiam defendere peruersarum opinionum commenta presumunt,& in consensum suum,aut errore,aut gratia insanabiles quoscꝫ traducunt? Separentur huiusmodi a sanctis membris corporis Christi,necꝫ sibi catholica libertas infidelium iugum patiatur imponi. Extra enim donum diuine gratie,& extra sacramentum habendi sunt salutis humane, qui negantes naturam nostre carnis in Christo,& euangelio contradicunt,& symbolo reluctantur, nec sentiunt se in hoc preruptū sua obcecatione deduci,vt nec in passionis dominice,nec in resurrectionis veritate consistant,quia vtrumcꝫ in saluatore vacuatur,si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti ignorantie tenebris in quo hactenus desidie torpore iacuere,vt nec audita discerent,vel lectione cognoscerent,quod in ecclesia Dei in omnium ore,tam consonum est, vt nec ab infantium linguis veritas corporis,& sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur? Quia in illa mystica distributione spiritalis alimonie hoc impartitur, vt accipientes virtutem celestis cibi in carnem ipsius qui caro nostra factus est transeamus. Vnde & ad confirmationem charitatis vestre que laudabili fide inimicis veritatis obnititur apte atcꝫ opportune sermone affectucꝫ apostoli vtar,& dicam,propterea & ego audiẽs fidẽ vr̃am que est in xp̃o Iesu,& dilectionẽ in oẽs sanctos, nõ cesso gr̃as agẽs ꝓ vobis memoriam vr̃i faciẽs in or̃onibus meis, vt deus dn̄i nostri pater glorie det vobis spiritum sapientie,& reuelationis

reuelationis in agnitiõe eius illuminatos oculos cordis vestri,vt sciatis que est spes vocationis eius,que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis eius, & que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nobis qui credidimus secundum operationem potentie virtutis eius quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis,& constituens illum ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatum,& potestatem,& virtutem,& dominationem,omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo,sed in futuro,& omnia subiecit sub pedibus eius,& ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam que est corpus ipsius,plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Dicant hi aduersarii veritatis quando omnipotens pater vel secundum quam naturam filium suum super vniuersa prouexerit,vel cui substantie cuncta subiecerit,deitas enim verbi par in omnibus,& consubstantialis est patri, & sempiterne atque intemporaliter vna eademq; potentia est genitoris & geniti.Creator quippe omnium naturarum quoniam per ipsum omnia facta sunt,& sine ipso factum est nichil.superest omnibus que creauit,nec vnquam creatori suo non fuerunt subiecta que condidit;Cui proprium,& sempiternum est,nec aliunde q̃ de patre, nec aliud esse q̃ pater est.Huic si addita est potestas,si illustrata dignitas,si exaltata sublimitas,minor erat prouehente qui creuit, nec habebat diuitias eius nature cuius indiguit largitate. Sed talia sentientem in societatem suam Arrius rapit, cuius peruersitati multum hec suffragatur impietas negans verbo dei humanam ineſſe naturam, vt dum humilitatem in Dei maiestate fastidit,aut falsatam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius, passionesq; coporeas deitatis potius fuisse quam carnis. Quodlibet autem defendere audeat prorsus insanum est,quia nec pietas fidei,nec ratio recipit sacramenti,vt aliquid passa sit deitas, aut in vllo mẽtita sit veritas. Impassibilis igitur Dei filius,Deus cui cũ patre,& spiritu sancto,vna incommutabilis Trinitatis essentia,hoc quod est esse perpetuum est,in ea plenitudine temporis que sempiterno consilio fuerat prestituta, & prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa, factus filius hominis non sue conuersione substantie,sed nostre assumptione nature,venit querere,& saluare quod perierat.Venit autem non locali accessu, nec motione corporea tanquam presens factus vnde abfuisset,aut illinc recessurus vnde veniſſet,sꝫ venit per hoc quod erat visibile,& cõe cernentibus declarandus humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens,vt manens in forma dei formam serui sibimet,& similitudinem peccati carnis vniret,per quam non minueret diuina humanis,sed augeret humana diuinis. Talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium,vt originali peccato transeunte per posteros nullus penam damnationis euaderet,nisi verbum caro fieret, & habitaret in nobis,in ea scilicet natura que nostri & sanguinis esset & generis. Propter quod dicit apostolus.Sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem,sic & per vnius iustitiam in omnes homines ad iustificationem. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi,ita & per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Et iterum.Quia enim per hominem mors,& per hominem resurrectio mortuorum,& sicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Christo omnes iustificabuntur.Hi vtique omnes qui licet in Adam sunt nati,in Christo tamen inueniuntur renati habentes fidei testimonium, & de iustificatione gratie & de communione nature, quam qui susceptam ab vnigenito Dei filio in vtero dauitice virginis diffitetur ab omni sacramento Christiane religionis alienus est, & nec sponsum agnoscens, nec sponsam intelligens nuptiali non potest interesse conuiuio.Caro enim Christi velamen est verbi quo omnis qui Christum confitetur integre induitur. Erubescens autem illud, & quasi indignum refutans, nullum ex eo habebit ornatum,ac licet se regio inserat festo, sacrisque se epulis importunus immisceat, discretionem tamen Regis fallere improbus conuiua non poterit, sed sicut ipse Dominus protestatus est tolletur ligatis manibus & pedibus,& mittetur in tenebras exteriores vbi erit fletus, & stridor dentium.Vnde quicunq; in Christo non confitetur corpus humanum nouerit se mysterio incarnationis indignum, nec eius sacramenti habere consortium, quod Apostolus predicat dicens, quia membra sumus corporis de carne eius,& ossibus eius.Propter hoc relinquet Homo Patrem,& Matrem,& adherebit Vxori sue, & erunt duo in carne vna. Et exponens quid per hoc significaretur adiecit,Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Ab ipso ergo principio generis humani,Christus est denuntiatus in carne vẽturus. In qua (sicut dictum est) & erunt duo in carne vna,Vtique duo sunt deus & homo, Christus & ecclesia,que de sponsi carne prodiit quando ex latere crucifixi manante sanguine,& aqua sacramentum Redemptionis,& Regenerationis accepit. Ipsa est enim noua conditio creature humane, que in baptismate non indumen-

to vere carnis ſed contagio dãnate vetuſtatis exuitur,vt efficiatur homo corpus Chriſti, quia & Chriſtus corpus eſt hominis. Vnde non deum tantum dicimus chriſtum ſicut heretici Manichei,nec hominem tantum ſicut heretici Fotiniani,nec ita hominem vt aliquid ei deſit quod ad humanam certum eſt pertinere naturam, ſiue animam ſiue mentem rationabilẽ ſiue carnem quam non de femina ſumpſit, ſed factam de verbo in carnem conuerſo atq; mutato, que tria falſa & vana apollinariſtarum hereticorum tres partes varie protulerunt.Nec dicimus q; beata virgo Maria hominem ſine deitate conceperit,qui creatus a ſpiritu ſancto poſtea ſit ſuſceptus a verbo,quod neſtorium predicantem merito iuſteque damnauimus. Sed dicimus Chriſtum dei filium deum verum natum de Deo patre ſine vllo initio temporis,eundemq; hominem verum natum de matre homine certa plenitudine temporis,nec eius humanitatem qua maior eſt pater minuere aliquid eius nature a qua equalis eſt patri. Hoc autem vtrumque vnum eſt Chriſtus qui veriſſime dixit, & ſecũdum deum ego & pater vnum ſumus, & ſecundum hominem pater maior me eſt. Hanc fidem dilectiſſimi veram & indiſſolubilem,que ſola veros efficit Chriſtianos,quamq; vt intelligimus & probamus pio ſtudio, & laudabili amore defenditis,perſeueranter tenete,& conſtanter aſſerite. Et quoniam oportet vos poſt diuinum auxilium etiam catholicorum principum gratiã promereri, humiliter ac ſapienter expoſcite vt petitioni noſtre qua plenariam indici ſynodum poſtulamus,clementiſſimus imperator dignetur annuere,quo citius adiuuante miſericordia dei,& ſanis fortitudo augeatur,& morbidis ſi curari acquieſcant medicina preſtetur.

¶LEO AD THEODOSIVM AVGVSTVM. EPISTOLA.XII.

¶LEO EPISCOPVS ET SANCTA SYNODVS QVE IN VRBE ROMA CONVENIT THEODOSIO AVGVSTO.

A

ITTERIS CLEMENTIE VESTRE QVAS DVdum ad beati Petri apoſtoli ſedem pro catholice fidei amore miliſtis,tantam fiduciam ſumpſimus defendende per vos veritatis & pacis, vt in cauſa tam ſimplici tamque minuta, nichil putaremus poſſe exiſtere quod noceret,preſertim cum ad Epiſcopale concilium quod haberi apud epheſum precepiſtis tam inſtructi ſint miſſi, vt ſi ſcripta que vel ad ſanctam Synodum vel ad flauianum epiſcopum detulerunt, Epiſcoporum publicari auribus Alexandrinus permiſiſſet antiſtes. Ita manifeſtatione puriſſime fidei quam diuinitus inſpiratam & accepimus & tenemus,omnium congreſſionum ſtrepitus quieuiſſet,vt nec imperitia vltra deſiperet, nec occaſionem nocendi emulatio reperiret. Sed dum priuate cauſe religionis exercentur obtentu commiſſum eſt impietate paucorum quod vniuerſam eccleſiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuntio ſed fideliſſimo rerum que geſte ſunt narratore hylario diacono noſtro qui vix ne ſubſcribere cogeretur effugit,conueniſſe ad ſynodum plurimos ſacerdotes quorum vtique frequentia collationi,& iudicio p; fuiſſet ſi is qui ſibi locum principalem vendicabat ſacerdotalem moderationem cuſtodire voluiſſet,vt (ſicut moris eſt)omniũ ſentẽtiis ex libertate prolatis id trãquillo,& equo cõſtitueretur examine quod & fidei congrueret,& errantibus ſubueniret. In ipſo autẽ iudicio non omnes qui conuenerant interfuiſſe cognouimus. Nã alios reiectos,alios didicimus intromiſſos,qui pro ſupradicti ſacerdotis arbitrio impiis ſubſcriptionibus captiuas manus dederant,& nociturum ſtatui ſcirent niſi imperata feciſſent. Talemq; ab ipſo prolatam eſſe ſententiam, vt dum homo vnus impetitur,in omnem eccleſiam ſeuiretur. Quod noſtri ab apoſtolica ſede directi adeo impium & catholice Fidei contrarium eſſe viderunt,vt ad conſentiendum nulla potuerint oppreſſione compelli,conſtanterque in eadem ſynodo (vt decuit) fuerũt proteſtati nequaquam id quod conſtituebatur ſedem apoſtolicam recepturam,quoniam reuera omne Chriſtiane fidei ſacramentum (quod abſit) a temporibus veſtre pietatis excindiatur,niſi hoc ſceleſtiſſimum facinus quod cuncta ſacrilegia excedit aboleatur. Quia vero diabolica nequitia ſubtiliter fallit incautos,& ita quorundam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis illudit,vt pro ſalubribus perſuadeat nocitura,remouete queſumus aurẽ a veſtre pietatis cõſcietia in periculũ religionis & fidei. Quod ſecularibus negotiis legum veſtrarum equitate conceditur in rerum diuinarum per-

rum pertractione preſtare,vt chriſti euangelio vim non inferat humana preſumptio. Ecce chriſtianiſ ſime & venerabilis iperator cum conſacerdotibus meis implens erga reuerentiã clementie veſtre ſyn/ ceri amoris officium,cupienſq; vos placere per omnia deo cui pro vobis ab eccleſia ſupplicatur, ne an te tribunal chriſti domini rei de ſilentio iudicemur. Obſecramus coram vnius deitatis inſeparabi/ li trinitate, que tali facto leditur, cum ipſa veſtri ſit cuſtos & auctrix imperii & coram ſanctis ange/ lis chriſti,vt omnia in eo ſtatu manere iubeatis in quo fuerunt ante omne iudiciũ,donec maior ex to/ to orbe ſacerdotũ numerus cõgregetur,Nec alieno peccato patiamini vos grauari quia quod neceſſe eſt nos dicere,veremur ne cui⁹ religio diſſipatur,indignatio prouocetur. Pre oculis habere & tota mẽ tis acie reuerenter accipite beati Petri gloriam & cõmunes cum ipſo omnium apoſtolorum coronas, cunctorũq; matyrũ palmas, quib⁹ alia nõ fuit cauſa patiendi niſi confeſſio vere diuinitatis & vere hu manitatis in Chriſto. Cui ſacramento quia impie nunc a paucis iprudentibus obuiatur,omnes par tium eccleſie noſtrarum,omnes manſuetudini veſtre cum gemitibus & lachrymis ſupplicant ſacerdo tes,vt qui & noſtri fideliter reclamarunt,& eiſdem libellum appellationis Flauianus Epiſcopus dedit generalem ſynodum iubeatis intra Italiã celebrari,que omnes offenſiões ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid vltra ſit vel in fide dubium vel in charitate diuiſum. Conuenientibus vtiq; orientalium prouinciarum Epis,quorũ ſi qui ſuperati minis atq; iniuriis a veritatis tramite deuiarũt, ſalutaribus remediis in integrum reuocentur,ipſiq; quorum eſt cauſa durior ſi conſiliis melioribus acquieſcant, ab eccleſie vnitate non diſcedant,Q; autem poſt appellationem interpoſitam hoc neceſſarie poſtule/ tur,canonũ nicee habitorũ decreta teſtantur que a totius mundi ſunt ſacerdotib⁹ cõſtituta,quecq; ſub ter adnexa ſunt. Fauete catholicis veſtro more parentumq; veſtrorum,date defendende fidei liberta/ tem,quam ſalua clementie veſtre reuerẽtia,nullavis nullus poterit mundanus timor auferre. Cum eni eccleſie cauſa ſtatum regni veſtri agamus & ſalutis,vt prouinciarum veſtrarum quieto iure potiami/ ni,defendite contra hereticos incõcuſſum eccleſie ſtatũ vt & veſtrum chriſti dextera defendatur impe rium. Data tertio Idus octobris Aſterio & ꝓthogene viris clariſſimis cõſulibus, era qua ſupra.

¶ITEM EIVSDEM EPISTOLA AD PVLCHERRIMAM AVGVSTAM. EPISTOLA DECIMA TERTIA.

¶Leo epiſcopus & ſancta ſynodus que in vrbe Roma conuenit Pulcherrime Auguſte.

SI EPISTOLE QVE IN FIDEI CAVSA AD PIETATEM A veſtram directe ſunt per noſtros clericos peruenirent,certum eſt remedium vos his rebus que cõtra fidem facte ſunt, aſpirante vobis domino preſtare potuiſſe Quando ſacerdotibus,quando chriſtiane religioni aut fidei defuiſtis? Sed cum ad manſuetudinem veſtram a deo non potuerint peruenire qui miſſi ſunt vt ad nos vix vnus illorum Hilarius Diaconus noſter fugiens ſit reuerſus, iteranda ſcripta credidim⁹,vt validiores preces noſtre eſſe mereãtur,ipſorum que ad de mentiam veſtram non peruenerunt exempla ſubiecimus, amplioribus vos obteſtationibus obſecran tes vt quanto acerbiora facta ſunt quibus pro fide regia vos conuenit contrahere,tanto maiore gloria curam eius in qua excellitis religionis habeatis,ne catholice fidei integritas vlla humanarum concerta tionum occaſione violetur. Q; enim congregata apud Epheſinam ſynodum ſopienda & ſananda pacis remedia credebantur,hec non ſolum in maiora pacis diſpendia,ſed (quod nimis dolẽdum eſt,) etiam in ipſius fidei qua chriſtiani ſumus excidia proceſſerunt. Et ii quidem qui miſſi ſunt quo/ rumq; vnus vim Alexandrini epiſcopi ſibi omnia vendicantis effugiens,rerum geſtarum nobis ordi nem fideliter nunciauit. Reclamarunt in ſynodo ſicut oportuit vnius hominis non tam iudicio q̃ fu/ rori,proteſtantes ea que per vim metumq; gererentur ſacramentis eccleſie & ipſi ſymbolo ab Apoſto lis inſtituto preiudicare non poſſe,nec ſe ab ea fide vlla iniuria ſeperandos quam pleniſſime expoſitã atq; digeſtam a ſede beati apoſtoli Petri ad ſanctam ſynodum detuliſſent. Cuius recitatio poſcẽtibus Epiſcopis non ſit admiſſa,vti ſcilicet remota ea fide que patriarchas,prophetas Apoſtolos & marty/ res coronauit,generatio Ieſu chriſti domini noſtri ſecundũ carnẽ,& vere mortis ac reſurrectionis eius confeſſio(quod horremus dicere)ſolueretur. Scripſimus de hac re vt potuimus ad glorioſiſſimũ prin cipẽ &quod eſt maximũ chriſtianũ,Cuius epiſtole pariter exẽpla ſubiecimus,vt fidẽ qua renatus per dei gratiam regnat nulla ſineret nouitate corrumpi. Q; uoniam flauianus epiſcopus in noſtra omniũ communione perſiſtit atq; hoc quod factum eſt ſine conſideratione iuſtitie & cõtra omnium cano/

num diſciplinam ratum haberi ratio nulla permittit, Et quia diſſenſionis ſcandalum non abſtuliſſet epheſina ſynodus ſed auxiſſet, habendi intra Italiam concilium & locus cõſtitueretur, & tempus omnibus querelis & preiudiciis partis vtriuſq; ſuſpenſis, quo diligentius vniuerſa que offenſionem generauerant retractentur, & abſq; vulnere fidei, abſq; religionis iniuria, in pacem chriſti redeant, ſint ſacerdotes, & ſoli auferantur errores. Quod vt obtinere mereamur probatiſſime nobis fidei pietas tua que labores eccleſie ſemper adiuuit ſupplicationem noſtram apud clementiſſimum principem ſiue ſpecialiter a beatiſſimo Petro apoſtolo legationem commiſſam dignetur aſſerere, vt priuſq̃ ciuile hoc exitiabile bellum intra eccleſiã hoc cõualeſcat, reintegrande vnitatis copiam deo auxiliante concedat, ſciens imperii ſui viribus profuturum, quicquid catholice libertati benigna ipſius fuerit diſpoſitione collatum. Data pridie idus octobris Aſterio & prothogene viris clariſſimis cõſulib⁹ Era qua ſupra.

¶ITEM AD EVNDEM. EPISTOLA DECIMA QVARTA.

¶Leo epiſcopus pulcherrime auguſte, &c,

A Audere me plurimũ & exultare in domino pietatis tue ſcripta fecere, quibus euidenter oſtẽditur quantum catholicam diligas fidem, & quantum hereticum deteſteris errorem. Hereſis quippe eſt nimis impia & euangelio veritatis inimica que non portionem aliquam ledere, ſed ipſa religionis chriſtiane conatur fundamenta conuellere, negans ſempiterni patris filiũ ſempiternum de vtero beate virginis matris veram carnem noſtre ſumpliſſe nature, & eos damnatione percellens qui ab euangelica & apoſtolica fide nullo deduci errore potuerunt. illudq; fruſtra pretendẽs quod nicene ſynodi fidem teneat cuius eum conſtat eſſe alienum glorioſiſſima auguſta. Vnde quia non deſerit eccleſiã ſuã diuina protectio dicẽte domino. Ecce ego vobiſcũ ſũ omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi, eodemq; opere & tempore ſpiritus dei & clementie veſtre ſollicitudinem & curam noſtri cordis accendit, vt de remediis procurandis eadem vtriq; cuperemus, que prius popoſci. Nunc quoq; inſtantius peto maiore vtens fiducia deprecandi poſteaq̃ preſidium venerande exhortationis accepi, ſperans affuturam miſericordiã dei, vt cooperante veſtra clementia peſtiferi erroris poſſit morbus auferri, vt quicquid ipſo inſpirante atq; auxiliante potuerit ſalubriter fieri, cum veſtre fidei laude peragatur, quoniam res humane aliter tute eſſe non poſſunt, niſi que ad diuinam confeſſionem pertinent & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas. Data ſexto decimo Calendas Aprilis Valentiniano auguſto ſeptimo, & Anieno viris clariſſimis conſulibus. Era. cccc,lxxxviii.

¶ITEM EIVSDEM EPISTOLA AD MARTIANVM ET FAVSTVM PRESBITEROS. EPISTOLA DECIMAQVINTA.

¶Leo epiſcopus Martiano fauſtoque preſbyteris.

B Bonorum operũ & ſpiritualium ſtudiorum deum auctorẽ eſſe nõ dubiũ eſt, qui quorum incitat mentes adiuuat actiones, Quod nobis preſenti experimento euidẽter apparuit. Si quidẽ inter diſcretarũ ſpatia longinqua regionum vnum ſumpſerint corda noſtra conſilium, vt quod a nobis deſiderabatis eo vobis tempore quo epiſtole veſtre mittebantnr occurrerit. Si tamen dilectioni veſtre tradi ſcripta noſtra potuere, que nõ ſolum apoſtolice ſedis auctoritate ſed etiam ſancte ſynodi que ad nos frequens cõuenerat vnanimitate directa ſunt, vt in his quantã curam totius eccleſie habeamus appareat, hortando ſcilicet oĩm fidelium mẽtes & clementiſſimorũ principum preſidia ad defenſionem fidei poſtulando quorũ pios & catholicos animos non diffidimus opem atq; auctoritatem ſuam iuſtis petitionibus preſtituros, quo citius auxiliante dño pernicioſa hereſis & dudum ſanctorũ patrum auctoritate damnata que nuper epheſi male adiuta eſt auferatur. Interimvero det operam quantũ fieri poteſt veſtra dilectio vt omnibus eccleſie filiis innoteſcat, quod impiũ ſenſum ſecundũ doctrinam euangelicã & apoſtolicam predicamus. Quia licet plene que ſemper fuiſſet atq; eſſet catholicorum ſententia ſcripſerimus, tamen nunc quoq; ad confirmandas omniũ mẽtes non parum exhortationis addidimus. Memor enĩ ſum me ſub illius nomine preſidere cuius a domino Ieſu chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides oĩa quidẽ hereſes deſtruit, ſed maxime impietatem preſentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud nõ licere q̃ vt omnes conatus meos ei cauſe in qua vniuerſalis eccleſie ſalus infeſtatur impendam. Ne autem aliqua negligentie occaſione ſcripta noſtra ad vos non potuerint peruenire exemplaria eorundẽ nunc mittenda credidimus, vt nullomodo fidei quã defendimus predicatio noſtre notitie ſubtrahatur. Data ſexto decimo Calendas aprilis Valentiniano Auguſto .vii. & a me no.v.cc.

Epiſtola decima ſexta.

EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD THEODOSIVM AVGVSTVM

Leo episcopus Teodosio Augusto.&c.

OMNIBVS QVIDEM VESTRE PIETATIS EPISTOLIS IN A ter eas sollicitudines quas pro fide patimur spem nobis securitatis maximam prestitistis nicenum commendando concilium,a deovt ab illo sicut sepe iam scri bitis non patiamini sacerdotes domini deuiare.Sed ne aliquid in preiudicium catholice defensionis viderer egisse de ordinatione eius qui Constantinopolita/ ne ceperit ecclesie presidere,nihil interim in alterutram partem temere rescriben/ dum putaui,non dilectionem negans,sed manifestationem catholice veritatis expectans. Quod equanimiter ferat obsecro vestra clemētia,vt cum talem se erga fidem catholicam qualem cupimus approbarit,de synceritate ipsius copiosius & securius gaudeamus.Ne vero aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio,occasionem totius difficultatis amoueo,nec aliquid exigo quod aut arduum videatur aut dubium,sed ad id quod nullus catholicorum refutet inuito. Noti eni sunt per vniuersū mundū atq; manifesti qui ante nos siue greca siue latina ligua in catholi/ ce veritatis prdicatione fulserunt,ad quorum scientiam atq; doctrinam quidam etiam nostre etatis cedunt,de quorum scriptis par & multiplex profertur instructio,Que sicut nestorianam heresim de struxit ,ita etiam hunc qui nunc repululat abscidit errorem.Relegat itaque sollicite que a sanctis pa/ tribus incarnationis dominice fides fuerit custodita semperque similiter predicata, & sancte me/ morie Cyrilli Alexandrini episcopi epistolam qua nestorium corrigere & sanare voluit,prauas pre/ dicationes ipsius arguens & euidentius fidem nicene deffinitionis exponens, quamq̄ ab eo missam apostolice sedis scrinia susceperant precedentium sensui perspexerit consonantem,epheſine etiam sy/ nodi gesta recensent,quibus contra nestorii impietatem & a sancte memorie cyrillo inserta,& allega/ ta sunt de incarnatione domini catholicorum testimonia sacerdotum.Non aspernetur etiam meam epistolam recensere,quam pietati patrum per omnia concordare reperiet.Cumq; a se hoc quod eidē profuturum sit expeti desideraricq; cognouerit,catholicorum sentētiis toto corde consentiat.Ita vt syn ceram communionis fidei professionem absolutissima subscriptione coram omni clero.& vniuersa plebe declaret,apostolice sedi & vniuersis domini sacerdotibus atq; ecclesiis publicandam,vt pacifica to per vnam fidem mundo possimus omnes dicete quod angeli nato de maria virgine saluatore ce/ cinerunt,gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia vero & nos & bea/ ti patres nostri,quorum doctrinam & veneramur & sequimur,in vnius fidei concordia sumus,sicut prouinciarum omnium protestantur antistites,agat clementie vestre deuotissima fides vt quampri/ mum ad nos constantinopolitani episcopi qualia debent probati & catholici sacerdotis scripta perue niant,aperte scilicet atq; dilucide protestantia,q; si quis de incarnatione verbi dei aliud aliquid cre/ dat aut asserat q̄ Catholicorum omnium & mea professio protestatur,hunc a sua communione secer/ nat vt ei fraternam in Christo charitatem merito possimus impendere.Vt autem salubribus curis ve locior pleniorq; auxiliante domino per vestre clementie fidem prestetur affectus,ad pietatē vestram fratres & coepiscopos nostros Abundium & Asterium,sed & basilium & senatorē presbyteros,quo/ rum michi deuotio est probata direxi,per quos que nostre forma sit fidei manifestatis instructioni/ bus quas misimus possitis dignanter agnoscere,vt si Constantinopolitanus antistes in eandem con/ fessionem toto corde consentit, securi (vt dignum est)de ecclesiastica pace letemur,neque aliud re/ sidere videatur ambiguum,vt de superfluis forsitan suspitionibus laboremus.Sin vero aliqui a puri/ tate nostre fidei atque patrum auctoritate dissentiunt,concilium vniuersale intra Italiam sicut synod⁹ que ob hanc causam Rome conuenerat mecum petit, clementia vestra concedat, vt in vnum conue/ nientibus omnibus his qui aut ignorantia aut timore prolapsi sunt correctionis remediis consulatur, nec cuiq̄ vltra sit liberum ita nicene synodi facere mentionem,vt eius fidei inueniatur esse contrarius. Quoniam vniuerse & ecclesie & vestro hoc imperio profuturum est,si vnus deus & vna fides,vnum sacramentum salutis humane, vnius totius mundi confessione teneatur. Data decimo septimo Ca/ lendarum Augusti.

Epistola decima septima.

EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE.

Leo episcopus pulcherrime auguste.

A



AVDEO FIDEI CLEMENTIE VESTRE QVOD RELIgiosum ſtudium dignanter impenditis vt pax eccleſiaſtica renouetur, que eorundem diſſentionibus videtur eſſe turbata. Debetur enim hoc veſtre ſpeciali ter glorie vt ablatis omnibus ſcandalis que contra catholicam fidem inimicus excitauerat, vna eademq; ſit per totum mundum confeſſio veritatis, que facilius certiuſq; reparabitur ſi prauorum ſenſuum nulla ſemina nulla veſtigia relinquantur. Quod tamen mearum partiū eſt preterire non debeo, vt ſcilicet quid de incarnatione filii dei a Conſtantinopolitano epiſcopo teneatur agnoſcam, preſertim cum in ordinatione ipſius dura preceſſerint, taliaq; ad nos debuerit ſcripta dirigere que illum a contagione huius qui nuper emerſit, erroris alienum euidenter oſtenderent. Optans itaq; ſecuram cum eo habere concordiam gratiamq; illi fraterne charitatis impendere ſcribere ei interim diſſului non dilectionem negans, ſed manifeſtationem catholice veritatis expectans. Simplex enim eſt atq; abſolutum quod poſco vt remoto lōgarum diſputationum labore, ſancte memorie Cyrilli Alexandrini Epiſcopi epiſtole quam ipſe ad Neſtorium miſerat acquieſcat, in qua & errorem Neſtorii arguit & fidem Nicene deſinitionis expoſuit, & epiſtole mee que ad ſancte recordationis Flauianum epiſcopum eſt directa conſentiat. Quibus vigilanter inſpectis Conſtantinopolitanus antiſtes repudiandum ſibi quod auſa eſt contra puram & ſingularem fidem imperita inſipientia definire incunctanter agnoſcat, quia & mea & ſanctorum patrum de incarnatione domini conſors & per omnia & vna confeſſio eſt. Quam ſi quis eſtimauerit non ſequēdam, ipſe ſe a compage catholice veritatis abſcidet, cum tamen nos vt in integrū oia reuocentur optemus. Ad effectum vero ſalubriū diſpoſitionū velocius obtinēdum, fratres & coepiſcopos meos Abundium & Aſterium, ſed & Baſilium & ſenatorē preſbyteros probatiſſimos viros miſi, qui clementie veſtre formam fidei ſecundum doctrinam venerabilium patrum predicam⁹ offerrent, & remotis circūlocutionib⁹ quibus obſcurari veritas ſolet, quid de incarnatione filii dei a totius orbis probatis ſacerdotibus defenſum fuiſſet oſtenderent. Quos poſt diuinā gratiam ſancte veſtre pietatis auxilio dignum eſt adiuuari, ne in totius eccleſie perturbationem imprudens procedat cōtētio, cum correctione adhibita omnes oporteat in vnius confeſſionis redire concordiam. A qua ſi forſitan ab aliquibus diſcrepatur vniuerſale concilium ſacerdotum haberi intra Italiam clementia veſtra annuente iubeatur, quo remota arte fallendi tandem pateat quid altiore tractatu aut coherceri debeat, aut ſanari. Data tertiodecimo Calēdas auguſti. Valentiniano auguſto. vii. & ameno viris clariſſimis conſulibus Era qua ſupra.

¶PVLCHERRIME AVGVSTE PER THEOSTICVM MAGISTRIANVM.

¶Epiſtola decima octaua.

B



ELIGIOSAM CLEMENTIE VESTRE SOLLICITVDInem quam catholice fidei indeſinenter impenditis per omnia recognoſco, & deo gratias ago q̄ tantam vniuerſalis eccleſie curam habere vos video, vt quod iuſtitie & beniuolentie congruere arbitror confidenter inſinuem, quo celerius que ꝓpitio chriſto pietatis veſtre ſtudio irreprehenſibiliter hacten⁹ geſta ſunt ad gratulandum producantur effectum. Quod ergo ſynodum calcedonenſem haberi clementia veſtra precepit cum a me vt in Italia haberetur manſuetudo veſtra retineat poſtulatum, vt omnes noſtrarum partium conuocati antiſtites ſi ſecuritas temporis ſuppeteret conuenirent, adeo tamen non aſpernanter accepi vt binos de coepiſcopis meis & compreſbyteris ordinarem, qui vicem meam implere ſufficerent datis ad venerabilem ſynodum congruentibus ſcriptis, quibus fraternitas aduocata cognoſceret quam formam ſeruare in hac diiudicatione deberet, ne vlla temeritas aut fidei regulis, aut canonum ſtatutis, aut benignitatis remediis obuiaret, Sicut enim a principio huius cauſe frequentiſſime ſcripſi hanc inter diſcordes ſenſus & carnales emulationes moderationem volui cuſtodiri, vt integritati quidem fidei nihil euelli, nihil liceret apponi, ad vnitatem vero pacemq; redeuntibus remedium venie preſtaretur, Quia tunc operū diaboli potentie deſtruuntur, cum ad dei & proximi dilectionem hominum corda reuocantur. Sed q̄ contraria tunc his monitis atque obſeruationibus meis acta ſint multum eſt explicare, nec opus eſt epiſtolari pagina cōprehendi, quid in illo epheſino non iudicio, ſed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates ſynodi nec reſiſtentibus ſibi fratribus nec conſentientibus perceperunt, cum ad infringendam catholicam fidē, & ad execrabilem hereſim roborandam alios priuilegio honoris exuerint, alios conſortio impietatis

infecerint

infecerint,seuiores profecto in eos quos persuadēdo ab inocentia separabant q̄ in illos quos beatos cō fessores persequendo faciebant. Veruntamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt,& ma/ioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina,nullis vnq̄ epistolis definiui etiam talibus si resipiscerent veniam denegandam. Et q̄is incommutabiliter inimicissimam Christiane religioni heresim detestemur,ipsos tamen si corrigantur, & digna se satisfactione purificent,ab ineffabili mise cordia deinon iudicamus alienos,sed potius cū gementibus geminus,cum flentibus flem⁹,& sic vti mur iustitia commotionis vt non amittamus remedia charitatis. Quod sicut pietas vestra cogno/scit nō verbis solis promittitur,sed etiam factis docetur. Siquidem pene omnes qui in consensum pre/sidentium aut traducti fuerant aut coacti resistendo quod statutum fuerat ab illis,& condemnando quod scripserant perpetuam culpe abolitionem & apostolice pacis gratiam sunt adepti. Si ergo clemē tia vestra propositum nostrum considerare dignetur probabit in eo concilio cuncta gessisse,vt sine A cuiusq̄ anime detrimento hereseos tantum obtineretur extinctio,& ob hoc circa auctores seuissimo/rum turbinum quiddam consuetudinis minuisse,vt ad indulgentiam postulandam cōpunctione ali qua possit eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud iudicium suum tam impium q̄ iniustum non sunt catholice fraternitati ita honorabiles vt fuerunt,suas tamen adhuc obtinent sedes,& episcopat⁹ sui honore potiuntur aut per veram & necessariam satisfactionem pacem ecclesie recepturi,aut si heresim (quod absit)tuebuntur professionis sue merito iudicandi. Data tertiodecimo calendas Augusti. Hel pidio.v.c.consule.

Epistola decima nona.

ITEM EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE.

Leo episcopus,Fausto,Martino Petro,Manuheli,IOb, Antiocho Abrahamo, Theodoro,Pientio,Eusebio,Helpedio,Paulo,Asterio & Charaso presbyteris & Archimandritis,& Iacobo diacano,& Archimandrite.

CAVSA FIDEI IN QVA SALVS CHRISTIANA CONSI/stit multa me sollicitudine laborare cōpellit,metuentem ne prauitas que in suis fuerat amputanda principiis processu temporis & pertinacior fiat & latior. Nā cum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxit,quibus sollicitudinē suam pro pace vniuersalis ecclesie demonstraret,& ipse constātinopolitanus ep̄s, & ii qui eundem consecrarant preter id quod ad ordiem noui antistitis pertine bat,nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicarunt,quasi in illa ec/clesia nullū scandalū,nulla extitisset offensio,aut nō precipue fuerint ordinati ad meritū demonstran dum,si aliena a se que catholicorū sensibus sunt aduersa docuisset. Ne ergo quod inter loginquas re/giones accidere solet,vt nimias dilationes tenderent veritatis examina,fratres & coepiscopos nostros Habundiū & Asterium,sed & Basilium,senatorem presbyteros probatissimos viros & probatissimū principem cum sufficienti paternarū auctoritatū instructione direxerimus. Quos in omnibus fra/tres charissimi diligentia ac sollicitudine vestra cupimus adiuuari,vt impietas que cecis ausibus in exi tialia abrupa processit,simplices quosq̄ decipiendi vlterius non habeat potestatem,cum aptiore me/dicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subueniri,qui aut mperitia sunt lapsi,aut errore traducti. Et ideo vos qui iustificamini per fidem,qui catholicam diligentis veritatem,& de singulari sacramento salutis humane per spiritum sanctum estis edocti collaborate nobiscum,& quanta pote/stis deuotione id agite,vt falsitate destructa,& fidei soliditate defensa,secura per totum mundū dei pa ce potiamur. Data sexto decimo calendas Augusti. Valentiniano Augusto. VI. & Anieno viris da rissimis consulibus Era qua supra.

Epistola vigesima.

LEO MARTIANO AVGVSTO

SAnctum clementie vestre studium quo ad reparationem pacis ecclesiastice synodū habere volui/stis adeo libenter accepi vt q̄is eam fieri intra Italiam popposcissem,& aptius expectari tempus optassem quo scilicet plurimi possent episcopi etiam de longinquis prouinciis euocari,mox tamen vt mihi pietatis vestre scripta sunt tradita & bonifacium de compresbyteris meis abvrbe direxerim, & de episcopis fratrem meum Paschasium de sicilia fecerim nauigare,qui vicem meā sufficienter im/plerent,datis per eosdem epistolis ad eos qui legationem ante susceperant,vt ipsi quoq̄ predictis ad/implendas ptes mee presentie iungerentur, Vnde quamuis nimis arctus dies synodo fuerit constitu/tus,spero tn̄ affuturum omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad prefinitum tempus occur/rere, & vnanimiter cum sancte fraternitatis assensu que vniuersali ecclesie congruant definire.

Compreſſa enim vel remota inquietudine ac prauitate paucorum facile firmabitur probanda con/cordia,ſi in eam fidem quam euangelicis & apoſtolicis predicationibus declaratam per antiquos pa tres noſtros accepimus & tenemus,omnium corda concurrant,nulla penitus diſputatione cuiuſq̃ re/tractionis admiſſa,ne per vanam fallacemq; verſutiam aut infirma videantur aut dubia que in ipſo lapide angulari chriſto fundata ſunt & ſine fine menſura. Hoc nobis indeſinenter orantibus vt a ſa/cramento ſingularis fidei nemo inueniatur alienus,ſed damnata impietate hereſeos nullum de perdi tione cuiuſq̃ catholica eccleſia ſentiat detrimentum. Quod autem pietatem veſtram de his per quas meas miſi epiſtolas obſecraui,nunc quoq; ſimili fiducia precor ,vt vice mea acturos cõmendatos per omnia habere dignemini,quo facilius ac diligentius que optimo fidei veſtre ordinata ſunt ſtudio ſa lubri impleantur affectu. Data quartodecimo Calendas Auguſti.adelphio viro clariſſimo conſule.

ITEM EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE.

¶ Epiſtola.xxi.

¶ Leo epiſcopus Martiano Auguſto.&c.

A SVamuis per conſtantinopolitanos clericos ad pietatem veſtram ante reſcripſerim,ſumptis tamen clementie veſtre litteris per virum illuſtrem prefectum vrbis filium meum tatianum magnam materiam gratulationis accepi,quia ſtudioſiſſimos vos eccleſiaſtice pacis agnoui. Cui ſancto deſiderio digna equitate confertur,vt quem ſtatum eſſe cupitis religionis,eundem habea tis & regni,Nam inter principes chriſtianos ſpiritu dei confirmante cõcordiam,gemina per totũ mun dum fiducia roboratur,quia profectus charitatis & fidei vtrorumq; armorum potentiam inſuperabi lem facit vt propiciato per vnam confeſſionem deo,ſimul & heretica falſitas & barbara deſtruatur ho ſtilitas glorioſiſſime imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam ſpe celeſtis auxilii confiden tius pietatẽ veſtram pro ſacramento ſalutis humane incitare preſumo,ne cuiuſq̃ procaci impudentiq; verſutia quaſi de incerto quid ſequendum ſit ſinatis,inquiri. Et cum ab euangelica apoſtolicaq; do/ctrina nec vno quidem verbo liceat diſſidere,aut aliter de ſcripturis diuinis ſapere q̃ beati apoſtoli & patres noſtri didicere atq; docuerunt,nũc demum indiſciplinate moueãtur & impie queſtiones quas olim mox vt eas per apta ſibi corda diabolus excitauit,per diſcipulos veritatis ſpirituſſanctus extin/xit. Nimis autem iniquum eſt vt per paucorum inſipientiã ad coniecturas opinionum & bella reuo/cemur tanquam reparata diſceptatione tractandum ſit vtrum Eutices impie ſenſerit,& vtrum im/pie dioſcorus iudicarit,qui in ſancte memorie flauiani condẽnatione ſe peculit,& ſimpliciores quoſq; vtin eandem ruinam prouoluerentur impegit,quorum multis iam(vt cognouimus)ad ſatiſfactiõis remedia cõuerſis,& veniam de inconſtanti trepidatione poſcentibus non cuiuſmodi ſit fides tractan/dum eſt,ſed eorum precibus qualiter annuendum. Vnde piiſſime ſollicitudini veſtre quam de indi/cenda ſynodo habere dignamini per legationem que confeſtim ad clementiam veſtram deo annuen te perueniet,quicquid ad cauſe vtilitatem arbitror pertinere plenius atq; opportunius ſuggeretur. Da ta nono Calendas Maii adheleſiovíro clariſſimo conſule Era qua ſupra.

¶ Item eiuſdem epiſtola.xxii.

¶ Leo epiſcopus Martiano auguſto.

B EXpoſceram quidem a glorioſa clementia veſtra vt ſynodum quam ad reparendam orien talis eccleſie pacem a nobis etiam petitam neceſſariam iudicaſtis aliquantiſper diferri ad tẽ pus opportunius iuberetis,vt liberioribus ab omni perturbatione animis,ii quoq; epiſco/pi quos hoſtilitatis metus detinet conuenirent. Sed quia pio ſtudio humanis negotiis di uina preponitis,& rationabiliter ac religioſe regni veſtri viribus creditis profuturum ſi nulla ſit i ſacer/dotum ſenſibus diſſonantia,nulla ſit in euangelii predicatione diſcordia,ego etiam veſtris diſpoſitio/nibus nõ renitor,optans vt omniũ cordibus catholica fides que non poteſt niſi vna eſſe firmetur A cu ius integritate & neſtorius antea,& nunc eutices diuerſis quidem callibus,ſed impietate non impa/ri deuiarunt,abominandi prorſus perſuaſionibus ſuis quas contra ſinceri veri luminis fontem de ce/noſis lacubus diabolice falſitatis hauſerunt. Prior itaq; ſynod⁹ epheſina neſtorium cum dogmate ſuo merito iuſteq; damnauit,& quiſquis in illo errore perſiſtit ad nullius poteſt ſpem remedii pertinere. Sequens vero in predicta ciuitate non poſſumvocare concilium quod in euerſionem fidei fuiſſe con ſtat agitatum,quodq; veſtra clementia amore veritatis catholicis affutura aliud ſtatuendo quaſſauit glorioſiſſime imperator. Vnde per ipſum dominũ nm Ieſum chriſtum qui regni veſtri eſt auctor. & rector obteſtor & obſecro clementiam veſtram vt in preſenti ſynodo fidem quam beati patres no/

ſtri ab apoſtolis ſibi traditam predicarunt non patiamini quaſi dubiam retractari,& que olim maio
rum ſunt auctoritate damnata rediuiuis non permittatis conatibus excitari. Illudq; potius iubeatis
vt antique nicene iynodi conſtituta remota hereticorum interpretatione permaneant. Nec me quoq;
vt voluit veſtra clementia ab illo credatis abeſſe concilio,cum in his fratribus quos direxi id eſt Paſcha
ſiano & Lucentio epiſcopis,Boniſacio & Baſilio preſbyteris,ſed & fratre meo Iuliano quem eorum
volui eſſe participem etiam mea ſit eſtimanda preſentia. Quos auxiliante chriſto ita acturos eſſe cō
fido vt ea que domino noſtro placeant decernantur,accedēte pietatisveſtre ſtudio quod & paci proſit
& religioni ſit cuſtodia veritatis. Data.vi.Calēdas Iunii Adelphio viro clariſſimo cōſule Era qua ſup.

¶EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD MARTIANVM AVGVSTVM. Epiſtola vigeſima tertia.

¶Leo epiſcopus Martiano Auguſto.

AVLTAM MICHI FIDVCIAM SCRIBENDI AD CLEMEN
tiam veſtram & littere veſtre quas veneranter accepi,& coepiſcopi mei reuertentes
conſtantinopoli prebuerunt,non ſola aſſertione verborum,ſed iplis operum effectí
bus demonſtrantes,ad defenſionem catholice fidei diuinum in vobis vigere preſi
dium. Quo vtiq; non ſolum eccleſie ſtatus ſed etiam veſtri robur munitur impe
rii,vt merito eius expectetis protectionem cuius colitis veritatem glorioſiſſime im
perator. Nam vt & fratris mei anatholii citius manifeſtaretur integritas,& olim damnati erroris redí
uiuus aſſertor locū in chriſti eccleſia non haberet,vt catholici epi quos nuper hereticorū perſecutio,de
grauare nō potuit ab iniuſtis reuocarentur exiliis atq; reliquiis beate memorie Flauiani dignohcno
re ſuſceptis,ipietatē ſuā condemnator eius agnoſceret,veſtre virtutis titulus,veſtre pietatis eſt fructus
cui confido etiā aliarum inſignia accumulanda palmarū,vt ſicut conſtantinopolitana eccleſia recepta
apoſtolice fidei libertate letatur,ita omnes regni veſtri prouincie emunctatas ſe a diabolici dogmatis
cōtagione glorientur,vt ergo p̄cedentibus litteris indicaui fratres meos lucenſem ep̄m & Baſiliū pre
ſbyterū qui ſollicitudis mee p̄tes poſſint implere direxi,fauori eos pietatisveſtre in cibus que ſunt agē
da cōmendans. Nam cū & fratris mei Anatholii ſcriptis & noſtrorū ſermone cognouerim multos de
his qui apud epheſum dioſcori factione cōpulſi,de ſtabilibus ſtatutis penitendū prebuere cōſenſum
incōſtantie ſue veniā poſtulare,& cōmunionē catholicā per ſatiſfactionē correctionis expetere nō ſuit
taliū negligenda conuerſio qui nō proprio ſenſu,ſed impii preſumptoris impulſu in hec inciduſſe no
ſcuntur,in quibus liberū non habuere iudiciū. Ne itaq; reſipiſcentiū deſideria mora longior fatigaret,
vel incurioſa facilitas temere aliquos & ſine diſcretione ſuſciperet iniunctum eſt ab apoſtolica ſe
de directis vt in conſortiū ſue deliberationis accito conſtantinopolitane vrbis antiſtite & peſulētie cō
tagia non admittantur,& ſanitatis remedia non negentur,Que induſtria in omnibus que nequiter
geſta ſunt emendandis celerem iuuante dño conſequetur effectū ſi reparationi pacis eccleſiaſtice opē
ſuam veſtra pietas dignetur adiungere,vt vobis in terra regnantibus & dei regnum intra vos habere
mereamini,& catholicam fidē nulla falſitas violet,nulla hereſis inqetet,nec cuiq; liceat doctrinā euāge
licam deſerere & ſacerdotali honore gaudere. Synodū vero fieri vt meminit veſtra clementia etiam ip
ſi popoſcimus,ſacerdotes p̄uinciarū oim congregari preſentis tēporis neceſſitas nulla ratione p̄mittit
quoniā ille prouincie de quibus maxime ſunt euocandi,inquietante bello ab eccleſiis ſuis eos nō patiū
tur abſcedere. Vnde oportuniori tpi p̄piciato dño cū firmior fuerit reſtituta ſecuritas iubeat veſtra cle
mentia reſeruari. De qua re plenius inter cetera apud pietatem veſtram poterunt allegare quos miſi.
Data quinto Idus Iunii. Adelphio viro clariſſimo conſule,Era qua ſupra.

¶Incipiunt capitula.

i ¶De fide eius ſcriptis miſſis probata.
ii ¶De his qui metu in hereſim lapſi ſunt vt ſi conuerſi fuerint recipiantur,
iii ¶De nominibus hereticorum ad altare non recitandis.
iiii ¶De commendatione Iuliani epiſcopi vel eorum clericorum qui Flauiano epiſcopo in fide
adheſerunt.

¶Explicita ſunt capitula.

¶EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD ANATHOLIVM EPISCOPVM. Epiſtola vigeſima quarta.

¶Leo epiſcopus Anatholio Epiſcopo.

A AVDEMVS IN DOMINO ET IN DONO GRATIE IPSIus gloriamur qui ſicut dilectionis tue litteris & fratrũ noſtrorũ quos conſtantinopolim miſeram⁹ relatione cognouim⁹ ſequacẽ te euangelice eruditiõis oſtẽdit, vt per ſacerdotis probabilẽ fidem merito preſumam⁹ quod tota eccleſia eidẽ credita ẽ ne rugã cuiuſq̃ ſit erroris habitura vel maculã, dicẽte apoſtolo, deſpõdi eni vos vni viro virginẽ caſtã exhibere xp̃o, illa eni virgo eccleſia ſpõſa vniusviri chriſti que nullo ſe patitur errore viciari, in qua ſocietatẽ tue dilectiõis amplectimur, & geſtorũ que ſumpſim⁹ ſeriẽ neceſſariis (ſicut oportuit) munitã ſubſcriptionibus approbauimus. Vt ergo inuicẽ dilectiõis tue anim⁹ noſtris cõfirmaretur alloquiis, filios noſtros caſteriũ preſbyterũ, Patriciũ & Aſclepiadẽ diaconos qui ad nos tua ſcripta detulere cũ epiſtolis nr̃is poſtvenerabilem diẽ feſti paſcalis emiſim⁹ indicãtes nos vt ſupra dixim⁹ de cõſtãtinopolitane eccleſie pace gaudere, cui hanc curam ſemper impendimus, vt eam nulla velimus hereticorum fraude violari.

¶ De fratribus vero quos in epiſtolis tuis & legatorum noſtrorũ relatione cõmunionis noſtre cupidos eſſe cognouim⁹, eo q̃ doleant ſe cõtra potentiã cõtraq̃ terrores nõ tenuiſſe cõſtantiã in alieno ſcelere prebuiſſe cõſenſum cũ ita eos formido turbaſſet, vt in dãnationẽ catholici atq̃ inocẽtis Antiſtitis, & in receptionẽ deteſtabilis prauitatis trepido famularẽtur obſequio. Illud quidẽ quod p̃ſentib⁹ & agẽtib⁹ noſtris cõſtitutũ eſt approbam⁹, vt ſuarũ interi eccleſiarũ eſſent cõione cõtenti, ſed cũ legatis noſtris (quos miſim⁹) participata tecũ ſollicitudine voluim⁹ diſponatur, quaten⁹ hi qui plenis ſatiſfactionib⁹ male geſta cõdemnãt & accuſare magis ſe eligũt q̃ tueri pacis & cõionis noſtre vnitatẽ letant̃. Ita vt digno prius anathemate que cõtra fidẽ catholicã ſũt recepta damnent̃, aliter eni in eccl'ia dei que corpus eſt xp̃i nec rata ſunt ſacerdotia, nec vera ſacrificia niſi in noſtre ꝓprietate nature verus nos põtifex recõciliat, verus imaculati agni ſanguis emundat, licet in patris ſit dextera conſtitutus, in eadẽ tñ carne quã ſumpſit ex virgine ſacramentum ꝓpitiationis exequitur dicẽte apoſtolo, xp̃s Ieſus qui mortu⁹ eſt imo q & reſurrexit, q eſt i dextera, qui etiã iterpellat ꝓ nobis. Neq̃ eni põt in aliquo benignitas nr̃a reꝑhẽdi cũ ſatiſfaciẽtes recepim⁹ quos doluim⁹ eſſe deceptos. Nec aſpere igit̃ cõionis nr̃e gr̃a denegãda eſt nec temere largiẽda, quia ſicut plenũ pietatis eſt oppꝑſis charitatẽ dn̄icã redhiberi, ita iuſtũ eſt oia pturbationis auctoribus iputari. ¶ De noĩbus autẽ dioſcori iuuenalis & euſtatii ad ſacrũ altare recitandis, dilectionẽ tuam hoc decet cuſtodire quod noſtri ibidẽ conſtituti faciẽdũ eſſe dixerunt, quodq̃ honorande ſancto Flauiano memorie non repugnet, & a gratia tua chriſtiane plebis animos nõ auertat. Nam iniquũ nimis eſt atq̃ incongruũ eos qui innocẽtes & catholicos ſua pſecutione vexarunt ſanctorũ noĩbus ſine diſcretione miſceri, cõdemnatã ipietatem non deſerentes ipſi ſe ſua prauitate cõdemnant quos conuenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

¶ Fratrem vero & coep̃m noſtrũ Iulianũ vel clericos qui ſancte memorie Flauiano fidelibus officiis adheſerunt, dilectioni quoq̃ tue volum⁹ adherere, vt quẽ fidei ſue meritis viuere apud dn̄m noſtrnm nouim⁹ in te ſibi eũ preſentem agnoſcãt, illudq̃ dilectionẽ tuã noſſe volumus fratrem & coep̃m noſtrũ euſebiũ qui cauſa fidei multa diſcrimina laboreſq̃ tolerauit nobiſcũ interim demorari & in nr̃a nũc cõione p̃ſiſtere, cuius eccleſiã tua ſollitudine volum⁹ eſſe defenſam, vt nihil eodẽ abſente depereat, & nullus ei in aliquo preiudicare preſumat donec cũ litterarũ noſtrarũ ad vos ꝓſecutione perueniat, & vt maior circa te vel noſtra vel totius xp̃iane plebis affectio ꝓuocetur, hoc quod ad dilectionẽ tuã ſcripſimus in oĩm volum⁹ noticiã peruenire, vt qui deo non deſeruiunt de confirmata apud te pace ſe diſ apoſtolice gratulentur, De ceteris vero cauſis atq̃ p̃ſonis dilectio tua litteris quas per noſtras accipiet, plenius inſtruetur. Data idus Aprilis, era qua ſupra. ¶ Item eiuſdem ad natholium epiſcopum cõſtantinopolitanũ. Epiſtola. xxv. Leo epiſcopus anatholio ep̃o.

B DIligẽtiam neceſſarie ſollicitudinis quã fraternitas tua in dirigẽdis ad nos lr̃is exequitur approbam⁹, & acceptis p filiũ nr̃m Olimpiũ paginis tuis ſacerdotalẽ in te curã vigere ſentim⁹, cui nos quoq̃ q̃tũ dn̄s dat poſſe nõ deſum⁹ exorãtes dilectionẽ tuã, vt quia tẽp⁹ laboris indicim⁹ in ſctã vigilantia p̃ſeueres donec dextera dn̄i faciat virtutẽ & ſub pedib⁹ eccl'ie ſue cõterat tẽtatorẽ. Cõſolatur eteni nos per oia p̃parata diuinit⁹ clemẽtiſſimi pricipis fides quẽ in eo rurſ⁹ ſicut oportuit ſũ cohortat⁹ allo quio, vt ipiiſſimorũ latronũ auſib⁹ diſtrictiore cõſtãtia faciat obuiari, quos nefas eſt tãtũ de ſuo faucre p̃ſumere vt etiã apud cõſtãtinopoli audeãt iſanire, Sed hoc eis ideo diuine ꝓuidẽtie rõne pmittit̃, vt magis ac magis quo ſpũ agitent̃ appareat, ne dubitari poſſit i quãtã eſſet audaciã ꝓrupturi, ſi poſt dãnationẽ ipiiſſime hereſis diſceptãdi cõtra fidẽ acciperẽt ptãtẽ, vt q̃tũ i ipſis eſt latius hoc furore ſeuirẽt, quẽ fres & coep̃i nr̃i q ad nos nup ex egypti' ptib⁹ cõfugere ſe ptuliſſe deplorãt, qb⁹ & xp̃ianiſſimo prin-

cipe & a tua fraternitate deo placita charitate solatia pietatis impendi non ambigerem etiam si ipse non scriberes. Opportunum autem credidi vt ad ipsos quoq; scripta dirigerē que illos possint in cō/ munis fidei proposito roborare,& quod pro patientia sua superna remuneratione mereantur agno/ scerent. Sicut beatus Apostolus docet dicens. Excipite itaq; illos cum gaudio in domino,& huiuſ/ modi cum honore habete,quoniam propter fidem christi vsq; ad mortem accesserunt. Illud sane plu rimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tue clericos quidam esse dicuntur,qui aduer sariorum cōniueant prauitati,& vasa ire vasis misericordie misceantur. Quibus inuestigandis & se/ ueritate congrua cohercendis debet diligentia vigilanter insistere. Ita vt his quibus prodesse non po/ tuerit correctio, non parcat abscisio. Oportuit etenim nos euangelici meminisse mandati quod ipsa veritate precipitur,vt si nos oculus,aut pes,aut dextera scandalizauerit,manus a compage corpo/ ris auferatur,quia melius sit his in ecclesia carere membris q̄ cum ipsis in eterna ire supplicia. Nam su perfluo extra ecclesiam positis resistimus,si ab his qui ab intus sunt in eis quos decipiūt vulneramur. Abiici enda prorsus pestifera hec sacerdotali vigore patientia est,que sibimet peccatis aliorum parcen do non parcit. Sicut hely quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando,cum ipsis diuine iu/ stitie sententiam meruit experiri,quia segni idulgētia dissimulauit plectere peccatores. Quantū itaq; opportunitas inuitat officii religiosissimum principem dilectio tua studeat frequentare,& non solum regiam sed & sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste,vt memor cōmunis fidei quam spiritu sancto docente suscepimus omnium hereticorū machinamenta confringat,neq; quicq̄ illis in ecclesiis christi licere patiatur ne in eorū potestate sint diuina mysteria,quibus in domo dei pro scelerum suorum magnitudine nec habitandi ius residet nec orandi. Data pridie idus octobris Con stantino & Ruffo viris clarissimis consulibus.

¶Leo ad eundem. Epistola vigesima sexta.

¶Leo episcopus Anatholio Episcopo.

LICET SPEREM DIECTIONEM TVAM AD OMNE OPVS A bonum esse deuotam,vt tamen efficacior tua fieri possit industria, & hoc con/ gruum fuit fratres meos Lucensium ep̄m & Basilium presbyterum(vt promisi/ mus) destinare quibus tua dilectio societur,vt nihil in his que ad vniuersalis ec/ clesie statum aut dubie pertinent aut segniter,cum residentibus vobis quibus ex ecutionem nostre dispositionis iniunximus ea possint agi cuncta moderatione, vt nec beniuolentie partes ne iustitie negligantur,sed absq; personarum acceptio ne diuinum in omnibus iudicium cogitet. Quod vt recta obseruantia valeat custodiri catholice pri mitus fidei seruetur integritas, vt quia per omnia angusta & ardua via est que ducit ad vitam neq; in sinistram,neq; ad dexteram ab eius tramite deuietur. Et quia euangelica & apostolica fides om/ nes expugnat errores,& ab vno latere Nestorium deiicit,ab alio euticem & participes eius elidit. Hanc regulam mementote seruandam,vt quicunque in illa synodo, que nomen synodi nec habere potuit nec meretur,& in qua maliuolentiam suam Dioscorus,imperitiā autē Iuuenalis ostendit,do/ lent vt dilectionis tue relatione comperimus,se metu victos & terrore superatos ad consensum scele/ stissimi iudicii potuisse compelli,& cōmunionem catholicam obtinere desiderant,satisfactioni eorum pax fraterna prestetur,ita vt non dubiis professionibus euticem cum suo dogmate cumq; consortib9 suis Anathematis execratione condemnent. De his autem qui in hac causa grauius peccauere,& ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo vindicarunt vt humiliorum fratrum simplicita/ tem arrogantie sue preiudiciis aggrauarent,si forte resipiscunt & a facti sui defensione cessantes in con demnationem proprii conuertuntur erroris,horū si satisfactio talis accedit que non refutanda videa/ tur,maturioribus apostolice sedis conciliis reseruetur,vt examinatis omnibus atq; perpensis de ipsis eorum agnitionibus quid constitui debeat estimetur,Neq; prius in ecclisia cui te dominus voluit pre sidere cuiusquam talium(vt ante iam scripsimus)nomen ad altare recitetur,q̄ quid de eis constitui debeat,rerum processus ostendat. De commonitorio vero a clericis dilectionis tue nobis oblato neces/ sarium non fuit epistolis quid videretur inserere,cum sufficeret legatis cuncta committi quorum ser mone ex omnibus diligentius instrueris. Annitere igitur frater charissime vt que ecclesie dei congru/ unt fideliter & efficaciter cum his fratribus quos tante rei idoneos auctores elegimus exequaris,pre/ sertim cum ipsa vos cause ratio,spesq; diuini auxilii cohortentur,& clementissimorū principū tam san cta sit fides tam religiosa deuotio vt in eis non solum christi annum,sed etiam sacerdotalem experia/

mur affectum. Qui vtiq; pro pietate qua se dei famulos esse gloriantur oēs suggestiones vestras fidei catholice profuturas dignanter accipiant,vt ipsorū quoq; ope & pax christiana reparari,& error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandū,celeriter ad nos relatio dirigatur,vt pertractata qualitate causarū nostra quid obseruari debeat sollicitudo constituat. Data quinto Idus Iunii Adelphio viro clarissimo consule Era qua supta.

Epistola vigesimaseptima.

¶LEO SANCTE SYNODO APVD CALCEDONAM CONSTITVTE

A PTAVERAM QVIDEM DILECTISSIMI PRO NOSTRI charitate collegii oēs domini sacerdotes in vna catholice fidei deuotione persiste re,nec quemq̄ gratia aut formidine potestatum secularium deprauari vt a via veritatis abscederet,Sed quia multa sepe que plenitudinē possint,generare proueniunt, & superat culpas delinquentium mia dei, atq; ideo suspenditur vltio vt possit locum habere correctio, amplecten dum est clementissimi principis plenū religione cōsiliū, quo sanctā fraternitatē vestrā ad destruendas insidias diaboli & ad reformandā ecclesiasticam pacem voluit conuenire,beatissimi Petri iure atq; honore seruato,adeo vt nos quoq; suis ad hoc litteris inuitaret vt venerabili synodo nostram presentiam prebere mus,quod quidē nec necessitas temporis,nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasiano & Lucentio episcopis,Bonifacio & Basilio presbyteris qui ab apostolica sede directi sunt,me synodo vestra fraternitas estimet presidere,nō ab iniūcta a vobis presentia mea qui nūc in vicariis meis assum & iandudum fidei catholice predicatione non desum,vt qui non potestis ignorare quid ex antiqua traditione credamus,non possitis dubitare quid cupiā. Vnde fratres charissimi reiecta penitus audacia disputandi contra fidem diuinitus inspiratam vana errātium infidelitas conquie scat nec liceat defendi quod nō liceat credi,cum secundū euangelicas auctoritates,secundum propheticas voces apostolicamq; doctrinam plenissime & lucidissime per litteras quas ad beate memorie Elauianum episcopum misimus fuerit declaratum,que sit de sacramento incarnationis domini nostri Iesu christi pia & syncera cōfessio. Quia vero non ignoramus per prauas emulationes multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum,plurimosque episcopos qui heresim non reciperent sedibus suis pulsos & in exilia deportatos,atque in locum superstitum alios substitutos,vulneribus his primitus adhibeatur medicina iustitie ,nec quisquam ita careat propriis vt alter vtatur alienis,cum si vt cupimus errorem omnes relinquunt,nemini quidem perire honor debeat,sed illis qui pro fide laborauerūt cū omni priuilegio oporteat ius proprium reformari. Prioris autem ephesine synodi cui sancte memorie Cyrillus episcopus tunc presedit in Nestorium specialiter statuta permaneant,ne tunc damnata impietas ideo sibi in aliquo blandiatur quia eutices iusta execratione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrine quam eodem quo sancti patres nostri spiritu predicamus & Nestorianam & Euticianam cum suis auctoribus condemnat pariter & persequitur prauitatem. Data quinto Calendas Iulii Adelphio viro clarissimo consule.

¶ITEM AD ANATHOLIVM EPISCOPVM.

Epistola vigesima octaua.

¶LEO EPISCOPVS ANATHOLIO EPISCOPO.

B  ANIFESTATO SICVT OPTAVIMVS PER GRATIAM dei lumine euāgelice veritatis,& ab vniuersali eccl'ia pnicioſissimi erroris nocte depulsa,ineffabiliter gaudemus in donmino q̄ credite nobis dispensationis labor ad desideratum peruenit effectum, sicut etiam epistole tue textus eloquitur,vt secundum opostolicam doctrinam id ipsum dicam⁹ omnes,& non sint in nobis schismata,Simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia In cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem,vt & corrigendis tua prodesset industria,& ab omni te deuiantium participatione & factione purgares,

decessore

decessore enim tuo beate memorie flauiano propter defensionē catholice veritātis eiecto non immeri
to credebatur quod ordinatores tui contra sanctorum canonum constituta viderentur sui similem cō
secrasse. Sed affuit misericordia dei in hoc te redigens atq confirmans, vt malis principiis bene vtere
ris, & non te iudicio hominum, sed dei prouectum benignitate monstrares, Quod ita accipiendum
est si hanc diuini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum etiam catholicum & precipue
domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe
scriptura sancta. Post cōcupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua vetare, multis mundi huius ille
cebris, multis vanitatibus resistendum est, vt vere continentie obtineatur integritas, cuius prima est la
bes superbia initium transgressionis, & origo peccati. Quoniam mens potentie auida nec abstinere
nouit avetitis nec gaudere concessis, dum inordinato prauoq processu impunitarum transgressionū
augentur excessus, & crebrescūt culpe que tolerate sunt studio fidei reparande & amore concordie.
Post illa itaq ordinationis tue non culpata pricipia post consecrationem antiocheni episcopi quam
tibimet contra canonicam regulam vendicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam,
vt sacratissimas nicenorum canonum constitutiones conareris infringere, tanq opportune se tibi hec
tempus obtulerit quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena ec
desia ꝓprietatem tertie dignitatis amiserit, vt his locis iuri tuo subditis omnes Metropolitani episco
pi proprio honore priuentur. Quibus inauditis & nunq ante tentatis ita priueris excessibus, vt san
ctam synodum ad extinguendam solum heresim & confirmationem fidei catholice studio christia
nissimi pricipis cōgregatā in occasionē ambitus trahas, & vt cōniuētiā suā tibi det impellas, tanq resu
tari nequeat, quod illicite voluerit multitudo, & illa nicenorum canonum per sanctum vere spiritum
ordinata conditio aliqua cuiquā sit parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis
synodalia concilia blandiantur, neq trecentis illis decem atq octo copiosior numerus sacerdotum,
comparare se audeat vel preferre, cum tanto diuinitus priuilegio nicena sit synodus consecrata, vt siue
per pauciores siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum
quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Nimis ergo hec improba, nimis sunt praua que
sacratissimis canonibus inueniuntur esse contraria, in totius ecclesie perturbationem superba hec ten
dit elatio que ita abutivoluit concilioſynodali vt fratres in fidei tantūmodo negociū cōuocatos ad cō
sentiendum sibi deprauando compelleret, Inde enim fratres nostri ab apostolica sede directi qui vice
mea synodo presidebant probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstiterunt, aperte clamantes
ne contra instituta nicene presumptio reprobe nouitatis assurgeret, nec potest de eorum contradictio
ne dubitari de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris q conatibus tuis voluerint obuiare. In
quo eos quidem multum mihi hec scribendo commendas, sed temetipsum quod eis parere nolue
ris dum illicita moliris accusas superflue nō cōcedenda appetens & salubriter contraria concupiscēs,
que nullum vnquam potuerunt nostrum obtinere consensum. Absit enim a conscientia meavt tam
praua cupiditas meis studiis adiuuetur ac non potius & meo & omnium qui non alta sapiunt, sed
humilibus consentiunt opere subruatur. Sancti illi & venerabiles patres qui in vrbe Nicena sacrile
go Arrio cum sua impietate damnato mansuras vsque in finem mundi leges ecclesiasticorum cano
num condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarū in suis constitutionibus munierūt, etsi quid vsq
aliter quam illi statuere presumitur sine cunctatione cassatur, vt que ad perpetuā vtilitatē generaliter
instituta sunt, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodum que ad bonū
sunt commune prefixa. Et manentibus terminis quos constituerunt patres nō inuadat alienū. Sed in
tra fines proprios atque legitimos prout quis valuerit i latitudine se charitatis exerceat cuius satisvbe
res fructus constantinopolitanus potest antistes acquirire, si magis humilitatis virtute nitatur, q si spi
ritu ambitionis infletur. Noli frater altum sapere sed time, & christianissimorum principum piissi
mas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo modestia te magis quam
elatione placiturum. Persuasioni enim tue in nullo penitus suffragatur quorundam episcoporum
ante sexaginta (vt iactas) annos facta subscriptio, nunquam a predecessoribus tuis ad apostolice sedis
transmissa notitiā cui ab initio sui caduce dudūq collapse, sera nunc & inutilia subiicere fomēta volui
sti, elicitēdo a fratribus speciē consensionis quā tibi in suā iniuriā verecundia fatigata preberet, Memē
to quid dominus ei qui vnū de pusillis scādalizauerit cōminat, & sapiēter itellige quale sit iudiciū dei
subitur9 qui tot ecclīis tot sacerdotibus scādalū inferre nō metuit, fateor eni ita me dilectione vniuersa

fraternitatis obstringi,vt nemini prorsus in his que contra se poscit affectiat,possisq; euidenter agnoscere me dilectioni tue beniuolo animo contraire,vt saniore consilio ab vniuersalis te ecclesie perturbatione contineas.Non conuellantur prouincialium iura primatum,nec priuilegiis antiquitus institutis Metropolitani antistites fraudētur.Nihil Alexandrine sedi eius quam per sanctum Marcum euangelistam beati Petri discipulum meruit pereat dignitatis. Nec dioscoro impietatis sue pertinacia corruente splēdor tāte ecclesie tenebris obscuretur alienis,Antiochena quoq; ecclesia in qua primum p̄dicante apostolo Petro christianum nomen exortum est in paterne constitutionis ordine perseueret,& in gradu tertio collocata nunq̄ se fiat inferior,Aliud enim sunt sedes aliud presidētes,& magnus vnicuiq; honor est integritas sua.que cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in constantinopolitane vrbis magnificentia potest esse gloriosa si per obseruantiam tuā & defensionem paterni canones & exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Hec tibi scribens frater in domino hortor ac moneo,vt depolito ambitionis desiderio spiritu potius ferueas charitatis,eius quoq; virtutibus secundum doctrinam apostolicā proficienter orneris. Est enim patiens,& benigna & non emulatur,non agit perperam,non inflatur,non est ambitiosa,non querit que sua sunt. Vnde si charitas non querit propria,quantum peccat qui concupiscit aliena? A quibus volo vt te prorsus abstineas,memor sis sententie que dicit. Tene quod tenes,ne alius accipiat coronam tuam.Nam si inconcessa quesieris,ipse tuo opere atq; iudicio vniuersalis ecclesie pace priuaberis.Frater autem & coepiscopus noster Lucianus & filius noster Basilius diaconus quantum in ipsis fuit studiose his que eis iniūxeras affuere.Sed actioni eorum iustitia negauit effectum,Data vndecimo Calendas Iulii Herculano viro clarissimo consule era qua supra. Epistola decima nona.

¶Leo martiano Augusto per lucianum episcopum & Basilium diaconum de ambitu Anatholii.

A AGNO MVNERE MISERICORDIE DEI TOTIVS ECclesie catholice multiplicata sunt gaudia,cum sancto & glorioso clemētie vestre studio pernitiosissimus error extinctus est,vt labor noster citius ad desideratū peruenire effectum,quem deo seruiens principatū & fidē & potestatē iuuisset Quia etsi in virtute spiritussancti inter quaslibet dissensiones per sedis apostolice famulatum euangelii erat defendenda libertas,manifestior tamen apparuit gratia dei que prestitit mundo vt in victoria veritatis auctores tantum violate fidei deperirent,& sua integritas ecclesie redderetur. Bellum igitur quod noster inimicus excitauerat a deo feliciter dextera domini pugnante cōfectū est vt triumphante christo omnium sacerdotum esset vna victoria,& coruscante lumine veritatis erroris tenebre cum suis assertoribus pellerētur. Nam sicut in ipsa dñi resurrectione credēda ad corroboranda initia fidei multum securitatis accessit quod quidam apostoli de corporea dñi nostri Iesu christi veritate dubitauere,& visu atq; cōtactu fixuras clauorum,& vulnus lancee perscrutando ambiguitatem cunctis dum ambigunt abstulerunt. Ita nunc quoq; cum aliquorum infidelitas confutatur omnium hesitantium corda firmata sunt,& profecit vniuersis ad illuminationem quod quibusdam intulit cecitatem,In quo opere digne & iuste exultat vestra clementia que fideliter proprieq; prospexit vt orientalibus ecclesiis diabolice insidie non nocerent sed ad propiciandum deum efficaciora vbiq; offerrentur holocausta,quando per mediatorem dei & hominū hominem christum Iesum eadem confessio plebium,eadem sacerdotum,eadem esset & regum. His autē propter que tanta facta est cōgregatio sacerdotum,bene & optabili fine cōpositis miror & doleo,q̄ pacem vniuersalis ecclesie diuinitus reformatam,ambitionis rursus spiritus inquietat. Q̄uis enim necessarie sibi frater meus Anatholius consuluisse videaturvt ordinatorum suorum errorē deserens in assensum catholice fidei salubri correctione transiret,custodire tamen debuit vt quod vestro beneficio noscitur consequutus,nullius prauitatis cupiditate turbaret. Nos enim vestre fidei & interuentionis habentes intuitum,cum secundum sue consectationis auctores eius initia turbarent, benigniores circa ipsum q̄ iustiores esse voluimus,quo perturbationes omnes que operante diabolo fuerant excitate,adhibitis remediis leniremus,que illum modestum magis q̄ immoderatū facere debuere.Qui etiam si precipuis meritis,optimoque iudicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus,cōtra reuerentiam tamen canonum paternorum,contra sancti spiritus instituta,contra antiquitatis exempla,nullis posset suffragiis adiuuari. Apud christianum & vere religiosum,vereque orthodoxum principem loquor. Multū anatholius ep̄s proprio detrahit merito,si illicito crescere optat augmento.

Habeat

Habeat ſicut optamus Conſtãtinopolitana cunctã gloriam ſuã,ac protegente dextera Dei,diuturno clementie veſtre fruatur imperio. Alia tamen ratio eſt rerum ſecularium,alia diuinarum,nec preter illam Petram quam dominus in fundamento poſuit,ſtabilis erit vlla conſtructio. Propria perdit, qui indebita concupiſcit. Satis ſit q̄ predicto,veſtre pietatis auxilio, & mei fauoris aſſenſu epiſcopatũ tante vrbis obtinuit. Non dedignetur regiam ciuitatem,quam apoſtolicam non poteſt facere ſedem. Nec vllo ſperet modo,q̄ per aliorum poſſit offenſiones augeri. Priuilegia enim eccleſiarum ſanctorum patrum canonibus inſtituta,& venerabilis Nicene ſynodi fixa decretis,nulla poſſunt improbitate conuelli,nulla nouitate mutari. In quo opere auxiliante Chriſto fideliter exequendo neceſſe eſt me perſeueranter exhibere famulatum,quoniam diſpenſatio michi credita eſt,& ad meum tendit reatum, ſi paternarum regule ſanctionum que in ſynodo Nicena ad totius eccleſie regimen ſpiritu dei inſtruente ſunt condite,me (quod abſit) conniuente violentur,& maior ſit apud me vnius fratris voluntas,q̄ vniuerſe domus domini communis vtilitas. Et ideo ſciens gloriosam clemẽtiam veſtram eccleſiaſtice ſtudere concordie,& his que pacifice congruunt vnitati,piiſſimum preſtare conſenſum,precor & ſedula ſuggeſtione vos obſecro,vt auſus improbos vnitati chriſtiane pacique cõtrarios,ab omni pietatis veſtre abdicetis aſſenſu,& fratris mei Anatholii nocituram ipſi (ſi perſtiterit) cupiditatem ſalubriter cõprimatis,ne ea que veſtre glorie atq̄ temporibus inimica ſunt cupiens,maior ſuis velit eſſe prioribus,liberumq̄ illi ſit quantis potuerit ſplendere virtutibus, quarum non aliter particeps erit, niſi charitate magis voluerit ornari,q̄ ambitione diſtendi. Hanc autem improbi deſyderii conceptionem nunquã debuit intra cordis ſui recipere ſecretum,ſed cum illi fratres,& coepiſcopi mei, qui vice mea aderant, obuiarent,ab illicito appetitu eorum ſaltem ſalubri contradictione ceſſaſſet. Nam & veſtre pietatis apices,& ipſius ſcripta declarant,legatos ſedis apoſtolice (ſicut oportuit) contradictione iuſtiſſima reſtiteſſe,vt inexcuſabilior eſſet preſumptio,que ſe nec increpata cohiberet. Vnde quia cõuenit fidei veſtre vel glorie,vt ſicut hereſis deo per vos agente deſtructa eſt,ita etiam omnis ambitus retundatur, agite quod & chriſtiane eſt probitatis,& regie,vt predictus epiſcopus pareat patribus,conſulat paci, neque ſibi eſtimet licuiſſe q̄ Antiochenum ſine vllo exemplo contra ſtatuta canonum epiſcopum ordinare preſumpſit,quod amore reparande fidei,& pacis ſtudio retractare ceſſauimus. Abſtineat ergo ab eccleſiaſticarum iniuria regularum,& illicitos declinet exceſſus,ne ſe ab vniuerſali eccleſia, dum inimica paci tentat,abſcindat. Quem opto magis irreprehenſibiliter agentem diligere,q̄ in hac preſumptione que illum ab omnibus poterit ſeparare perdurare. Frater autem & coepiſcopus meus Lucianus, qui cum filio meo Baſilio diacono clementie veſtre ad me ſcripta portauit, omni deuotione partem ſuſcepte legationis impleuit, quia non eſt eſtimandus negocio deſuiſſe, quem potius cauſa deſeruit. Data vndecimo Calendas Iunii,Herculano viro clariſſimo conſule.

¶Epiſtola trigeſima.

¶Leo pulcherrime Auguſte,de ambitu Anatholii.

SANCTIS,ET DEO PLACITIS CLEMENTIE A veſtre ſtudiis defenſam contra hereticos Catholicam Fidem, & vniuerſe eccleſie reddítam pacem ineffabiliter cum veſtra pietate gaudemus, gratias agentes miſericordie omnipotentis dei,q̄ exceptis his,qui magis dilexerunt tenebras q̃ lucem,neminem paſſus eſt euangelica veritate fraudari,vt abſterſa erroris caligine,in omnium cordibus puriſſimum lumen oriretur, nec de infirmis quorundam animis tenebroſus ille exultaret inimicus,quem non ſolum hi qui illeſi ſteterant,ſe etiam quos fecerat nutare, ſuperauerunt, vt errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret,& omnis lingua confiteatur,quoniam dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Cõfirmato autem in vnitate euangelii vniuerſo mundo,& in eodem ſpiritu ſenſus directis cordibus omnium ſacerdotum optimum fuerat ſupra illa propter que ſancta eſt ſynodus congregata, & que ſecundum pietatis veſtre ſtudium probabili ſunt fine concluſa,nichil quod tanto bono contrarium eſſet inferri,nec per occaſionem epiſcopalis Concilii id in commune appeti,quod non licuit concupiſci,frater enim & coepiſcopus meus Anatholius parum cõſiderauit quanto pietatis veſtre beneficio,& mei fauoris aſſenſu conſtãtinopolitane eccleſie ſacerdotium fuerit conſecutus,non tam de adeptis gauiſus

q̄ de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris absessus est, credens huic tam imperanti cupiditati posse prodesse qui ei quorundam cōsensum prebuisse dicitur extorta subscriptio,cum tam destruendis mox conatibus contradictio fratrum, & coepiscoporum meorum vicem meam agentiū, fideliter & laudabiliter obuiaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum que ante longissime etatis annos in vrbe Nicena spiritualibus sunt fraudata decretis,nichil cuiqꝫ addere cōceditur. Ita vt si quis diuersum aliquid decernere velit se potius minuat q̄ illa corrumpat,que si (vt oportet) a cūctis pontificibus intemerata seruentur,per vniuersas ecclesias tranquilla erit pax, & firma concordia, nulle de mensuris harum dissensiones. nulle de ordinationibus lites, nulle de priuilegiis ambiguitates. nulla erunt de alieni vsurpatione certamina,sed ea que iure charitatis rationabilis est, & morum, & officiorū seruabitur vnanimitas. Et ille vere erit magnus q fuerit totius ābitiōis alienus,dicente domino, Quicūqꝫ voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Et q̄cunqꝫ voluerit inter vos primus esse,erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari,sed ministrare. Et tamen hec illis tūc insinuabuntur qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire . Constantinopolitane vero presuli ecclesie,quia amplius q̄ assecutus est concupiscit, aut quid illi satisfaciet si tāte vrbis magnificentia & claritudo non sufficit? Superbum nimis est & immoderatum vltra fines proprios tendere,& antiquitate calcata alienum ius velle preripere,atque vt vnius crescat dignitas tot metropolitanorum impugnare primatus,quietisqꝫ prouintiis,& olim sancte synodi Nicene moderatione dispositis bellum noue perturbationis inferre,atquevt venerabilium patrum decreta soluantur quorundam episcoporum proferre consensum cui tot annorum series negauit effectum. Nam sexagesimus fere annus huius iactantie esse iactatur qua se predictus episcopus estimat adiuuari , frustra cupiens id sibi prodesse,quod etiam si quisquam ausus est velle,nullus tamen potuit obtinere. Agnoscat cui successit viro,& repulso omni spiritu elationis,Flauiani modestiam,Flauiani humilitatem,que illum vsque ad confessoris gloriam prouexit , imitetur . Cuius si velit splendere virtutibus,laudabilis erit, & in omni loco plurimum dilectionis acquiret,non ambiendo humana,sed promerendo diuina . Hanc autem obseruantiam eum queqꝫ illi animum spondet copulandum, & Apostolice sedis dilectionem quam Constantinopolitane ecclesie semper impendimus,nulla mobilitate violanda. Quia si interdum immoderati presules aliquas incidunt culpas,ecclesiarum tamen Christi integra gratia perseuerat. Consensiones vero episcoporum sanctorum canonum apud Nicenam conditorum regulis repugnantes vnita nobiscum vestre fidei pietate in irritum mittimus,& per auctoritatem beati Petri apostoli, generali prorsus definitione cassamus. In omnibus ecclesiasticis his legibus obsequentes,quas ad pacificationē omnium sacerdotum,per trecentos decē & octo antistites spiritussanctus instituit,ita vt etiam si multo plures alii q̄ illi statuere decernere,in nulla reuerentia sit habendum,quicquid fuerit a predictorum constitutione diuersum . Prolixitatem itaque epistole mee qua necesse habui explicare quid sentiam,rogo vt per fratrem & coepiscopum meum Lucianum , qui (quantum in ipso est) sollicitudinem suscepte legationis est fideliter executus,& per filium meum Basilium diaconem pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est pro pace & vnitate ecclesie laborare, fratrem meum Anatholium episcopum ex vestra insinuatione dilectum,salubriter in his que ipsi profutura sint continete,vt gloria clementie vestre sicut magnificatur de fide reparata,ita predicetur de ambitione cō pressa. Data vndecimo Calendas Iunii,Herculiano viro clarissimo consule.

Epistola trigesimaprima.

Leo episcopus ad Martianum Augustum.

AVLTA MICHI IN OMNIBVS CLEMENTIE VESTRE litteris causa gaudii est,dum ex magna prouidentie diuine misericordia prestitum humanis rebus experior q̄ ecclesiasticam pacem, (que non nisi vnitate predicationis euangelice custoditur) piissimo studio iuuare dignamini, vt fidei vestre gloria non solum vtilitate reipublice,sed etiam religiōis profectibus augeatur glorioſissime imperator,vnde ineffabiliter deo gratias ago, qui tpibus qb⁹ obortura hereticorum scandala presciebat,vos imperii fastigio collocauit. In quibus ad totius mundi salutem,& regia potentia,& sacerdotalis vigeret industria. Nam vestro precipue opere

opere ſit effectum,vt per ſynodale concilium damnatis impii dogmatis defenſoribus,omnes vites ſacrilegus error amitteret,ad eiuſdem deuotionis pertinet palmam, ſi malum quod in ſuis ducibus eſt oppreſſum,etiam in quibuſcunq; reliquiis deleatur. Quod facilius clementia veſtra arbitretur implendum,ſi per vniuerſas eccleſias definitiones ſancte ſynodi Calchedonenſis apoſtolice ſedi placuiſſe doceantur,de quo quidem ratio non fuit ambigendi,cum ei fidei omnium ſubſcribendi cõſenſus acceſſerit,que ad me ſecundum formam apoſtolice doctrine, ac paterne traditionis emiſſa eſt, & per fratrem meum Lucianum epiſcopum talia ad gloriam veſtram,& ad conſtantinopolitanum antiſtitem ſcripta direxerim,que euidenter oſtenderent me ea que de fide catholica in predicta ſynodo definita fuerant,approbare.Sed quia in eiſdem litteris ea que per occaſionem ſynodi male ſunt attentata reprehenderam,maluit predictus antiſtes meam gratulationem tacere,q̃ ſuum ambitum publicare.Michi autem multum fiducie deo per vos operante collatũ eſt, q̃ probaſſem vos obſeruantiam de cuſtodia canonum paternorum pietatis veſtre affatibus indicaſtis,& merito geminatur gaudiũ meum,cum vobis religioſiſſime placere cognoſco,vt fides Nicena ſuam teneat firmitatem, & priuilegia eccleſiarum illibata permaneant,Quãuis autem de preclaro fidei veſtre opere,nichil veſtra pietas indicarit michi,tñ per veneratorem vna mecũ ſpiritualiterveſtrã pietatẽ per fratrem meum Iulianũ epiſcopum innotuiſſe ſignifico,q̃ pio dignati fueritis reſponſo imperitorum monachorum animos cohibere pariter & docere,vt ſi illos non penitus deſeruerit diuina miſeratio,ſentiant ſe & didiciſſe quod credant,& agnouiſſe quod timeant.Quia vero omnibus modis obediẽdum eſt pietati veſtre, religioſiſſimeq; voluntati,conſtitutionibus ſynodalibus que michi de confirmatione fidei catholice,& hereticorum damnatione placuerunt,libens adieci ſententiam meam. Que ſi vt in notitiam omnium ſacerdotum eccleſiarumq; perueniat,veſtre clementie preceptio ordinare dignabitur, affuturam credo, & ſpero gratiam dei,que tam ſanctam tanti principis curam pleniſſimi deſiderii ſui fructum faciat obtinere,vt omnibus diſſentiendi occaſionibus ãputatis,apoſtolice vbiq; doctrine & pax regnet,& veritas.Fratri autem meo Iuliano epiſcopo nouerit veſtra clementia hoc me proprie delegaſſe, vt quicquid illic ad cuſtodiam fidei pertinere probauerit,meo nomie veſtre fiducialiter ſuggerat pietati, quoniam certus ſum vos ad hec omnia emendanda vel defendenda,deo auxiliante ſufficere. Data duodecimo Calendas Aprilis,Opilio viro clariſſimo conſule. Era.CCCCXVI.

LEO EPISCOPVS MARTIANO AVGVSTO.

Epiſtola trigeſimaſecunda.

QVRITATEM FIDEI CHRISTIANE,QVA CLEA mentia veſtra prefulget etiam his litteris,quas frater & coepiſcopus meus Neſtorianus detulit demonſtratis,iuſtiſſimum fratri meo Proterio Alexandrine vrbis antiſtiti impẽdentes fauorem,quo michi per omnia eſſet acceptior.Nam cui veſtra pietas teſtimonium perhibere dignatur, indubitanter eſſet probandus etiã ſi taceret.Sed accedit ad gratiã quod proprio quoq; ſermõe cognoſcitur & q̃ ſyncerus ſit catholici dogmatis predicator ipſius ꝓfeſſione clareſcit. Vñ pleniſſimo affectu dilectionẽ orthodoxi fratris ãplector, & deo gras ago q̃ amoto eo q euãgelio xp̃i voluit cõtraire,& a ſctõrũ patrũ intelligẽtia diſſentire,talẽ ꝓſpexit alexãdrie eccl'ie ſacerdotẽ q̃ pcedẽtib⁹ rectoribus,& fide cõcordaret & vita.Nã cũ ãplecti ſe epl'am meã quã ad btẽ mẽorie Flauianũ cõtra eutice ĩpiũ miſi toto cordo ꝓfiteꝛ qd aliud q̃ apl'orũ ſe diſcipulũ oñdit.quoniã doctria veritatis in lumie ſuo ꝓmanet,& nõ ꝓt eẽ diuerſum qd vnũ eſt atq; diuinũ.Reſcripſi itaq; ꝑdicto fri qd debui, atq; in ſctõ ſtudio vt ꝓfeueraret ãmonui.Qui ſine dubio cõſtãtior erit ſi ẽt clemetie vĩe cohortatiõib⁹ adiuueꝛ,nec in aliquo eũ terreat quorũdã ipita diſſenſio,quos paucorũ hereticorũ iſtigatiõib⁹ ignorãtia facit obnoxios.Q̃d ſua ergo diligẽtia aſſeq neq̃unt opportũe eorũ iſinuꝛ auditui,& ne mẽorat⁹ noua iferre,& ꝓpria videaꝛ aſtruere,venerabiliũ patrũ q eidẽ eccl'ie ꝑfuerũt ſcripta relegãꝛ,& qd btũs Athanaſi⁹,qd Theophil⁹,qd Cyrillus,qd etiã oriẽtales magiſtri de incarnatiõe dñi ſentiãt recognoſcãt.Nec repulſatib⁹ decipianꝛ erroꝛib⁹ q oli euãgelici ſermõis ſunt virtute ꝓſtrati. Quoniã oẽs fere hereſes q̃ diuerſis tp̃ib⁹ extiterũt dũ ſacramẽtũ corporee natiuitatis & paſſionis ac reſurrectiõis xp̃i nõ intelligũt ab euãgelio deuiare. Et poſſumus mĩn⁹ laborare in hereticis repellẽdis. ſi rudes aĩos ipſa nõ turbarẽt mẽdacia,q̃ ꝑmit antiqtas.Sed nũc (vt dixi) hic docẽdi optim⁹ mod⁹ ẽ vt pm̃orũ ſenſuũ linea alexãdrine plebis & cleri aurib⁹ innoteſcat,ac ſi q̃ ſunt q nr̃a ſcripta deſpiciãt, illis ſaltẽ q nobiſcũ apoſtolicis

ſenſibus congruunt acquieſcant. In quo opere multum conſacerdotis mei deuotione gaudebo, & ſemper ipſius vnanimitate letabor,quia fraterna pax non niſi vna fidei confeſſione ſeruatur. Quia vero quorundam hereticorum verſuta nequitia ad conturbandam aliorum ſimplicitatem epiſtolā meam quam ad beate memorie Flauianum dedi falſaſſe perhibetur,vt commutatis quibuſdam verbis vl' ſyllabis, receptorem me neſtoriani erroris aſſererem, obſecro venerabilem clementiam veſtrā, vt eandem epiſtolam per fratrem meum Iulianum epiſcopum,vel eos quos idones ad opus pietas veſtra delegerit,in grecum ſermonem iubeatis integre diligenterq; tranſlatam per idoneum latorem ſubveſtri ſignaculi impreſſione deferri,tradendam iudicibus Alexandrinis qui eam clero,& plebi ipſius ciuitatis cum predictorum epiſcoporum predicationibus,qui & meo ſcripto conſentiunt faciant recitari, vt agnoſcant ſe fallacium hominum fraude vlterius non deberi, & probentur apoſtolice ſedis ſynceri eſſe diſcipuli,apud quam nec eutices nec Neſtorius vllum obtinent locum,quia ſicut alios hereticos ita & iſtos eccleſia vniuerſalis damnauit. Data ſexto Idus Martii. Etio & Studio viris clariſſimis conſulibus. Era.CCCC.Nonageſimaſecunda.

¶Item ad eundem Epiſtola.xxxiii.

¶LEO EPISCOPVS MARTIANO AVGVSTO.

A QVOD SEPISSIME PER MVLTA IAM EXPERIMENTA, ſanctū pietatis veſtre ſtudium circa religionem Chriſtianam glorioſis perſeuerat,& creſcit augmentis,& hec fides veſtre Clementie non ſolum me,ſed & omnes domini ſacerdotes conſolatur & roborat, dum in Chriſtianiſſimo principe ſacerdotalem experimur affectum. Quem ſi Orientalium partium ſacerdotes ſtudeant imitari,nichil ſcandalorum,neque pax,neque fides Chriſtiana patietur. Vnde cū cōſtantinopolitanus ep̄s ad omnem pietatis profectum preſenti Clementie veſtre doceatur exemplo,ſi fideliter veſtris acq̄eſcat hortatibus habet in me ſyncere gratie animum,tantū vt qđ verbis ſpondet corde p̄ficiat. Si vero que deo & pietati veſtre diſplicent pertinaci intentione delegerit ſalua māſuetudis vr̄e reuerētia vtar cū oib⁹,& p̄ oībus vobis quoq; annitētib⁹ ad uerſum ſupbientē liberiore cōſtātia quē (qđ ſepe dicēdū eſt) mallē p̄ ſanctis actib⁹ fraterna charitate cōplecti glorioſiſſime īpator. Quia vero ſuggeſtiōes meas p̄ trāq̄llitate catholice fidei libenter accepiſtis,ſignificatū michi fratris,& coep̄i mei Iuliani ſermonē cognoſcite,eutice ipiū p̄ ſuis qdē meritis exulare,ſed in ipſo ſue dānatiōis loco multa aduerſus integritatē catholicā blaſphemiarū deſpati⁹ venena p̄fundere,& qđ in illo totus mūdus horruit atq; dānauit ipudētia maiore,vt inocētes decipere poſſit,euomere. Plenū itaq; rōnis eſtimo,vt vr̄a clemetia ad lōginqora eum iubeat, & ſecretiora trāſferri. Monaſterio vero ei⁹ cōſtātinopoli cōſtituto in quo hītatores ipſi⁹ monachi euāgelica ap̄licaq; doctrina crebri⁹ ſunt,& pleni⁹ roborādi,ſalubriter (vt arbitror) fiet ſi is q ipſi monaſterio p̄poſit⁹ eē dr̄,a ſocietate veneratoris vr̄i Iuliani ep̄i quē in ſpeculis p̄pter fidē illic eſſe cōſtitui nō recedat, cuius aſſidua viſitatiōe p̄fectus ſeruorū dei illic habitātiū poſſit augeri. Petitionē aūt de feſtiuitate paſchali gaudeo ita a vr̄a pietate ſuſceptā,vt cōfeſtim agētē in rebus Alexādriā mitteretis de errore remouēdo quē ſctē memorie Theophili conſtitutio videtur inferre,de q̄ re ſicut ſcribere dignamini q̄q̄d ad pietatis vr̄e notitiā platū fuerit,iubete me noſſe,vt de obſeruātia quā nō licet eſſe diuerſam qđ potiſſimū ſit tenendū eccl'ia vniuerſalis agnoſcat. Precor aūt qđ vr̄e noui clemētie cōuenite, vt eos maxie tueamini cōtra omnes inſidias quos michi & veſtre māſuetudini propter amorem dei placere cognoſcitis,vt eos conſtantinopolitanus epiſcopus ledendi non habeat facultatem. Data ſeptimodecimo Calendas Maii. Etio & Studio viris clariſſimis conſulibus. era qua ſupra.

¶Leo Iuliano epiſcopo Choenſi de Etio & Andrea. ¶Epiſtola.xxxiiii.

B AGNOVI IN DILECTIONIS TVE LITTERIS FRATERNE charitatis affectū quod de multis malis que multa & ſeua pertulimus,pio nobiſcū dolore compateris. Sed vtinam hec que perpeti nos dominus aut permiſit aut voluit ad correctionem proficiant multorum,& vt deſinant aduerſitates finiantur offenſe. Quod vtrunq; de magna erit miſericordia dei ſi & flagella remoueat,& ad ſe ſuorum corda conuertat. Sicut autem fraternitatem ea que apud nos fuit contriſtauit hoſtilitas,ita me anxium facit quod in conſtantinopolitana eccleſia (q̄tum tue indicant lr̄e) hereti-

eorum insidie non quiescunt,& quesitis occasionibus hi qui catholice fidei defensores fuere vexantur. Nam dum Etius ab officio archidiaconatus per speciem prouectiõis amouetur,& in locum eius Andreas qui ob hereticorum societatem fuerat abiectus assumitur, dum beate memorie Flauiani accusatoribus honor redditur,& piissimi confessoris participes, aut discipuli conteruntur, nimis aperte qui Christo ecclesie ipsius placeat demõstratur. In quem pro cause merito differo commoueri. Et quid ipse mecum cum suis epistolis agat,quas missurum eum filius noster Etius indicauit, expecto dans locum voluntarie emendationi,qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen principi & piissime Auguste de his que ad custodiam pacis ecclesiastice pertinent scripsi quos deuotione sue fidei prouisuros esse non dubito,ne contra gloriam operis ipsorum damnata heresis queat pullulare. Studeat ergo dilectio tua frater charissime, piam & necessariam curã sollicitudini apostolice sedis impendere,que tibi apud se nutrito catholicam contra Nestorianos & Euticianos hereticos actionẽ materno iure commendat,vt diuino fultus auxilio, speculari de Constantinopolitane vrbis opportunitate vt nõ desinas predictorũ dogmatũ impius nũq̃ turbo consurgat. Et quia tanta est glorioforũ principum clementia,vt confidenter eis possis que sunt insinuanda suggerere,pietate ipsorum ad vtilitatem ecclesie vniuersalis vtaris. Consulente autem dilectione tua de his in quibus putaueris ambigendum,non deerit relationibus tuis mee responsionis instructio,vt sequestrata earum actione,cause que in quibuscunq; ecclesiis presulum suorum debent cognitione firmari, hac speciali cura vice mea functus vtaris,ne heresis Nestoriana vel Euticiana in aliqua parte reuiresçat,quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est,nec multum aut pro sacramento salutis humane, aut pro sua est estimatione sollicitus. Cum si quid illi inesset spiritualis industrie,ita & a quibus ordinatus sit, & cui viro successerit cogitare deberet, vt magis beatum Flauianum q̃ sui honoris sequeretur auctores. Et ideo cum piissimi principes secundum obsecrationes meas dignati fuerunt fratrem Anatholium de his que merito in querelam veniunt increpare,vigeat charitas tua, diligentia sua,vt vniuersa scandala adhibita plenissima correctione resecentur,& a filii nostri ac tua cesset iniuria. Nam apud catholicum episcopum,etiam si erat vtcunq; decus sacerdotale sacerdoti archidiaconus propter fidei reuerentiam debuit premitti potius q̃ locum catholici nequissimus hereticus obtineret. Cum itaq; que sequantur agnouero,tunc manifestius quid agi oporteat estimabo. Nam interim dolore cohibito, malui indulgere patientie, vt locus esset venie,de palestinis vero monachis qui iampridẽ in tumultu dissensionis esse dicuntur,quo adhuc animo moueantur ignoro,Neq; cuiusquam sermone michi patefactum est quas causas videantur antefacte preferre discordie, vtrum scilicet Euticiane peruersitati tali furore fauentur,an implacabiliter doleant ipsum suum in hanc impietatem posse traduci, que contra ipsorum locorum sanctorum testimonia,quibus totus mundus instruitur,ab incarnationis dominice veritate desciuerit,& quod in aliis per indulgentiam curare placuit,in illo putent non esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri,vt etiam talium correctioni congrue studeatur, quia aliud est cõtra fidem impie armari,aliud in errorem quempiam detineri. Chartas etiam quas actius presbyter ante indicauit esse directas, & breuiarium fidei quod te misisse significas,nec dum ad me noueris peueniisse. Vnde si expeditior occasio se prebuerit per latores libenter habeo, vt si qua est que vtilis videatur quamprimum ad me mittatur instructio. De egyptiis monachis q̃ quieti,aut cuius sint fidei scire desydero,& de Alexandrine ecclesie pace quid ad vos veris nunciis perferatur ad cuius episcopum vel ordinatores ipsius,seu clericos quod alia scripta direxerim,missis exemplariis scire te volui. Ad clementissimum quoq; principem & ad religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit missa exemplaria docebunt. Vtrum autem epistola mea quam de incarnationis dominice fide incolumi adhuc sancte memorie Flauiano ad dilectionem tuam per Basilium diaconum miseram fraternitati tue tradita sit scire desidero. Quoniam suspectum habeo q̃ de eius textu nullum vnq̃ iudiciũ reddisti. Gestorum synodalium que omnibus diebus concilii in Calchedonensi ciuitate confecta sunt. parum clara propter lingue diuersitatem apud nos habetur instructio, & ideo fraternitati tue specialiter iniungo vt in vnum codicem vniuersa facias cõgregari in latinum sermonem absolutissima interpretatione translata,vt in nulla parte actionum dubitare possimus, neq; vllo modo esse possit ambiguum quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductũ. Data quinto Idus Martii Opilione viro clarissimo consule.

¶ Leo Martiano Augusto de Etio & Andrea.

¶ Epistola trigesimaquinta.

A QVAM EXCELLENTI PIETATE ET QVAM GLO
rioſo clementie veſtre ſtudio in integrum nuper fides xp̃iana reuocata ſit, tot⁹ mundus agnoſcit,& ſaluti ſue ſingulare preſidium p̃ vos a domino eſſe repara tum. Ac ſi qd aduerſum tanti operis conſummatione de cõtrario ſpiritu ſenti⸗ tur oboriri,neceſſe eſt vt ad veſtre reuocetur pietatis auxilium, quod ad cuſtodi am catholice veritatis diuina prouidentia p̃parauit,vt cũ poteſtatis veſtre ſit,ſcã dala etiã in longiquũ nata reſecare,multo magis ea q̃ ſub veſtris audent oculis ſurgere,non tinatis accreſcere. Anatholii epiſcopi ordinationem (ſicut ſcientia dei teſtis eſt) ſuſpectam quod faciendum eſt michi fecerant conſecrationis eius auctores. nec diſſimilem ab eligentibus arbi⸗ trabar electum,ſecutumq; eſt vt dum communione apoſtolice ſedis exiſteret alienus, diu dandis ad eum epiſtolis pacis me abſtinerem. Sed cum illi pietatis veſtre teſtimonium ſuffragaretur cum de fi⸗ de atq; vnanimitate eius optanda queq; & placitura promitteret,profeſſionẽ eius ita credidi eſſe ſyn⸗ ceram,vt tãdem qua obſeruãtia ſe agere deberet non deſinerem commonere. ſedulo ipſi ac diligenter inculcans vt de p̃ſecutoribus btẽ memorie Flauiaui neminem auderet in ſuo habere conſortio,& eu⸗ tyciane hereſeos defenſorem a ſe indicaret eſſe deiectũ. Secutũq; eſt vt de his que p̃ catholica fide in ſy nodali cõcilio fuerãt definita,talia ad me ſcripſerit,qualia catholicũ ſacerdotẽ ſcribere cõgruebat. Cũ er go ad cõmendãda ipſius primordia iſta p̃ceſſerint quid cauſe aut occaſionis emerſerit vt virũ catholi ce fidei & Neſtorianis atq; euticianis hereticis cõſtanter etiã aduerſum archidiaconũ ſub honoris ſpe⸗ cie degradaret.& diſpẽſationẽ totius cauſe & cure eccleſiaſtice in andream euticianiſtã repente tranſ⸗ ferret, adeo nimia cõmotione turbatus vt cõſecrationẽ quã pro iniuria dabat ſexta ſabbati traditionis apoſtolice vt neſcius aut oblitus inferret,quaſi nõ ad epiſcopũ magis q̃ ad pbr̃m ordinationis illi⁹ vi cium ptineret. qui non inueniens qd argueret in fide,quod improbaret in moribus deiectionem in⸗ nocentis per ſpeciem quectionis impleuit,addens ſnie illud iniurie.vt eũ cemiterio deputãdo condẽ⸗ naret exilio. Quẽ tñ pietati vre cõmẽdare p̃ſumo. ne vllis vlterius noxiis ingrauare poſſit aut inſidiis quẽ dñs (vt cõperi) ſub veſtra defenſione conſtituit. Adiicio autem etiã hanc obſecrationem vt pre⸗ dictũ ep̃m a profeſſione ſua diſſonum.& nimium teſtimonii veſtri ac fauoris oblitum neceſſarie in⸗ crepare dignemini. Ceſſet catholicos infeſtare. Ceſſet eos qui ſancte memorie Flauiano placuere con terere,& eorũ ſocietatẽ quos iprobauit eligere,fraternã eni illi charitatem non aliter poterimus impen dere q̃ vt ſe ab inimicis catholice fidei approbet execrari,eorũq; a ſe conſortium atq; cõmerciũ abſcidat, qui etiam ſi magna fuiſſet ſatiſfactione purgatus,poſt dubium tamẽ reuerſus errorem.catholicis dia⸗ conibus poſtponi debuit nõ preponi. Illud quoq; clementie veſtre beniuolentiam peto vt veneratorẽ noſtrum fratrem meum Iulianum epiſcopum in veſtro ſicut facere dignamini habeatis affectu,cuius obſequiis preſentie mee vobis imago reddatur. Nam & de fidei eius ſinceritate confidens. vicem ipſi meam contra temporis noſtri hereticos delegaui, atque propter eccleſiarum paciſque cuſtodiam, vt a comitatu veſtro non abeſſet exegi,cuius ſuggeſtiones pro concordia catholice vnitatis tanq̃ meas au dire dignemini. placentes deo qui vobis preter regiam coronam etiam ſacerdotalem conferat palmã. Data ſexto Idus Martii Opilione viro clariſſimo conſule.

¶ LEO PVLCHERRIME AVGVSTE DE ETIO ET ANDREA.

¶ Epiſtola trigeſimaſexta.

B MVLTIS EXTANTIBVS DOCVMENTIS QVI⸗
bus in delectionẽ eccleſie dei pietatis vre manifeſtat affectio, merito quotiẽs ali qd noſcit ſcãdalorũ vim deſiderat auxiliũ vt fides q̃ ãnitetib⁹ vobis cõtra hereti corũ cõmẽta defenſa ẽ,ſecure pacis ppetẽ obtineat firmitatẽ. Nã qd p̃deſt foris aduerſarios veritatis opp̃ſſos,ſi eoſde hãrus intra dñica ſepta rediuiuos? Q đ itaq; circa perſonam filii mei Etii geſtum eſſe cognoui,nimium me anxium fa cit,& metuere certa ratione compellit,ne penitendum michi ſit, q̃ de ep̃o con⸗ ſtantinopolitano,qui ab impugnatoribus fuerat ordinatus fidei,vobis adhortantibus acquieui melio ra ſentire cũ tãto pietatis vre teſtimonio iuuaret,ne illũ grauaret ſue ordiatiõis infirmitas,vbi vra iter⸗ uẽtio p̃ſtaret. Vñ gratulari ceperã q̃ btũ Flauiani honoraret memoriã,& hereticorũ conatibus obſiſte re diceret. Sed doleo illum ſicut predicti lachrymabilis querela demonſtrat in deteriora mutatum.& eum nunc

eum nunc constituisse archidiaconem,quem ipse professus est a se esse reiectum,qui Euticiane here sis se apud nos prodiderat defensorem. Quem(quia nunc ecclesiasticis negotiis prepositus)propter hereticam peruersitatem eidē fauorem suum prestare conuincitur. Qui etiam si magna satisfactione potuisset indulgentiam promereri,nequaquam debuit his qui in fide pmanserant,anteferri. Vnde quia non latet clementiam vestram,quantum periculi,aut per pudendam socordiam,aut per dolosam nequitiam nutriatur,dignamini episcopum ad professionem sue fidei auctoritate vestre clemētie reuocare,ne sibi has maculas superducat,ne estimationem suam quam vestro acquisiuit fauore,cōtemnat.societatem heretici quē dudum a se remouit,abscindat. Cuius innocētie ita a nobis fuisse vos gaudeo,vt merori eius digna consolatione vestra pietas subueniret. Circa fratrem meum veneratorem vestrum Iulianum episcopum, quantum debeat crescere vestra dignatio apostolice sedis existimate iudicio,cum in causa fidei cui gloria vestra famulatur vicem ipsi meam eatenus delegaram, vt ab ea que vobis debetur obseruantia non recedens pietati me vestre presentare non desinat, exequēs in custodia fidei & in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem,& opportunis suggestionibus qd vniuersali ecclesie prosit insinuans vt in ipso nec catholicis vestrum presidium quibus volumus subuenire,nec vobis meum desit obsequium. Data sexto idus Martii,Opilione viro clarissimo consule.

Epistola.xxxvii.
Leo episcopus Pulcherrime Auguste.

QVOD SEMPER DE PIETATIS VESTRE MENTE A
presumpsimus,id plenissime experiendo cognouimus Christianam fidem quamuis diuersis prauorū appeteretur insidiis vobis tamen presentibus & in defensionē eius a dño ꝓparatis nō posse turbari. Non enim deus aut sue mie sacramentū, aut vestri laboris deserit meritum,quo dudum subdolum sancte religionis hostem ab ipsis visceribus ecclesie depulistis,cum heresim suam tueri impietas Nestoriana nō potuit,quia non fefellit famulam & discipulam veritatis,quātum simplicibus infunderetur veneni p illa loquacis hominis colorata mendacia,de quo virtutum agone processit,vt per sollicitudinem vestram ea que per euticem diabolus molitus est non laterent, vt qui sibi singulas partes gemine impietatis elegerant,vna catholice fidei virtute ꝓcumberent. Secunda ergo hec vobis de perempto euticetis errore victoria est,quem si quid sani cordis habuisset,dudum in auctorib9 suis pculsum,olimq; prostratum facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediuiua tentaret incendia cōmouere, vt in eorum transisset consortium,quorum secutus esset exemplum glorioissima augusta. Libet igitur exultare cum gaudio,& pro vestre clementie prosperitate digna deo vota persoluere,qui tibi per omnes mundi partes,in quibus domini euangelium predicatur,duplicem iam & palmam contulit & coronam. Clemētia igitur vestra agnoscat omnem romanā ecclesiam vniuersis fidei vestre opibus plurimum gratulari,siue quod legationem nostram pio per omnia adiuuistis affectu,& quod sacerdotes catholicos qui de ecclesiis suis iniusta fuerunt eiecti sententia reduxistis,siue quod reliquias sancte memorie Flauiani innocentis,& catholici sacerdotis,ad ecclesiam(cui bene prefuit)fecistis cum honore debito reuocari,In quibus vtiq; omnibus glorie vestre multiplicatur augmentum,dum & sanctos pro suis meritis veneramini,& ab agro domini spinas & tribulos vultis auferri. Quosdam sane episcopos de his qui rebus impiis videntur prebuisse consensum, reconciliationem poscere, & catholicorum communionem desyderare,tam nostrorum quam fratris & coepiscopi mei anatholii,cui testimonium ferre dignamini,relatione cognouimus,quorum desyderiis sic prebemus effectum, vt correctis & que male sunt facta propria subscriptione damnantibus participata nostrorum quos misimus cura cum supradicto episcopo pacis gratia tribuatur,quia deuotionis vtrūq; est christiane, vt & pertinaces veritas iusta coherceat, & conuersos charitas non repellat. Quia vero nouimus quantum pie sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere indicandum esse curauimus fratrem & coepiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostre communionis esse consortem,cuius commendamus ecclesiam quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus. Illud etiam a tua pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio,vt tam fratrem & coepiscopum meum Iulianum,quam Constantinopolitanos clericos,qui sancte memorie Flauiano fidelibus officiis adhesere,ea qua debetis gratia faueatis. De

omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri aut declinari deberet,instituximus. Data idus aprilis,Adelphio viro clarissimo consule,era.ccccl xxxviii.

¶Epistola.xxxviii.

¶LEO IVLIANO EPISCOPO CHOENSI.

A LITTERAS DILECTIONIS TVE QVAS PER FILIVM meum virum illustrem Isicium direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis iterata iam occasione respõderam. Vnde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis hereticis iusto dolore conquestus es,cõgruum fuit, quoad scribendi opportunitas extitit, non tacere. In causa itaq; fidei quicquid pro nostro officio oportuit ac potest iuuante domino,& sollicite & libenter exequimur, vt euangelio & irreprehensibiliter seruiamus, ne per desidiam nostram vlla pars ecclesie catholice neglecta videatur. Propter quod sicut omnibus notum est,non destiti laborare, vt manifestata atq; defensa incarnationis dominice veritate, omnis fraternitas,quid vbique secundum doctrinam apostolicam, & tenendum & docendum esset agnosceret,accedente glorioſissimorum principum studio diuinitus inspirato,vt in ciuitate Calcedonensi synodo congregata,heretica damnaretur impietas,ne vel quisquam sectator Nestorii,vel vllus discipulus eutices liberum possit cum catholicis habere consortium,cum(quod ad sancti concilii auctoritatem pertinet)nulla vsquam remanserit discordia.Si qui autem sua obduratione cecati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, vt mallent furere quam sanari, ad imperialem pertinet potestatem,vt perturbatores ecclesie pacis,& reipublice,que christianis principibus merito gloriatur, inimici sollicitius comprimantur.Vt autem imperialis est(vt diximus) potestatis,tumultus publicos ac seditiones sacrilegas seuerius cohercere,ita auctoritatis est sacerdotalis monachis predicandi aliquam contra fidem licentiam non prebere, & omni virtute resistere,ne ea que ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vendicare.Vnde miramur fratrem Thalasium episcopum,quod Georgio (nescio cui) qui presumendo illicita,& propositum monachi,& nomen amisit,scribendi vel predicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem episcopum(si dilectioni tue visum fuerit)ex hac parte competentia scripta mittamus,Agat itaq; fraternitas tua opportunis suggestionibus vt clementissimus princeps que domino sint placitura precipiat,& incentores cruẽtarum seditionum iubeat competentius cohercerí, vt nec illi impuniti sint quorum manus scelera perpetrarunt,nec illi qui talium vtuntur insania. Si autem inquisitio iudiciaria & confessio reorum ad eas personas peruenit,quarum vel consilio vel impulsu mala tantum commissa sunt,nullius fauoris eis prestanda sunt solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita,tantum sunt amplius detestandi quorum nunc impietas que per hypocrisim fuerat velata detegitur.Et ideo agat christianissimus & piissimus imperator, quod pací ecclesiastice intelligit profuturum.Quem superna inspiratione ita instruendum esse confide vt & disciplina inquietos reuocare,& a sanguine eorum iubeat abstineri,quamuis nil vltionum non mereãtur subire,qui ausi sunt & diuinis & humanis constitutionibus repugnare.

¶Leo eudochie Auguste de palestinis monachis.

¶Epistola.xxxix.

B QVANTA MICHI CATHOLICE CVRA SIT FIDEI & qua sollicitudine inquantum dominus adiuuat debeat precaueri, ne vnquam ab imperitis & impiis veritatis euangelio resistatur,pietatem vestram scire non dubito.Et ideo cum salutationis officio, quo semper michi est oranda clementia,obsecro dominum vt me tuam incolumitatẽ in causa fidei in quo quorundam prouinciam intra palestinam monachorum fuerant corda turbata,magis magisq; faciat adiuuare, vt tantum quod pietatis tue studio fieri põt heretice peruersitati oĩs fiducia subtrahatur.Quos enim nec ratio sacramẽtorum,nec auctoritas scriptorũ,nec ipsa sacratorũ locorũ testimonia cõmouebãt,quid eis nisi abruptum periculũ timeretur. Prosit ergo ecclesiis sicut fauente deo & ꝓdest,& prosit generi humano, in verbis dei vestram ibi esse voluntatem

voluntatem,vbi dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut deum verum, & verum quoque hominem in vnitate persone,& mirabilium iudicia, & passionum documenta loquuntur. Si ergo predicti nomen catholicum venerantur & diligunt,& inter domini corpus se volunt membra nominari,prauos errores quos temere admiserant detestentur,& agant penitentiam impiag blasphemiarum,cruentorumq factorum. Succumbant pro salute animarum suarum synodalibus que in ciuitate Calcedonensi sunt confirmata decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humane nisi fides vera,& humilitas quieta non peruenit,credant in euangelio,quod confitētur in symbolo,nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim catholica sicut damnat nestoriū qui in vno domino nostro Iesu Christo duas ausus est predicare personas,ita damnat etiam Eutices cum Dioscoro,quod ab vnigenito dei verbo negant in vtero virginis matris veritatem carnis humane susceptā. Si quid autem erga predictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit,quod gloriamvobis p̄stabit eternam. Peto hoc michi clementie vestre litteris indicetis,vt & in vobis boni operis fructum & illis gaudeam misericordiam domini non periisse. Data septimo kalendas Iulii,Opilione viro clarissimo consule.

CEPISTOLA LEONIS PAPE. XL.

A

REQVENTISSIME DILECTIONEM TVAM AD HANC curam & diligentiam meis sum litteris cohortatus,vt de his que circa fidem agun tur,sollicitudinem meam indesinenter instrueres, & cum omnibus occasionibus scribere nō quiescam. Quibusdam tamen scriptis meis idem per filium nostrum Rodanum domesticum filii nostri viri illustrissimi Aspiratii datis, nullum respōsum tue fraternitatis accepi,tanq̄ ratio temporis non habuerit, vt quid post mea scripta sit gestum potueris indicare,& ideo per filium meū Rodanum his litteris saluto,& vt opportunitatem scribendi non negligas,in quo questus sollicitudinis mee reuelatur admoneo. Cum enim in te quandam mei Constantinopolitani habeant portionem,dignum pro cōmuni amicitia est, & pro totius ecclesie dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quid possit de statu fidei me latere. Que ergo per predictos vel ad glorioſissimum principem,vel ad tuam dilectionē scripsi,vt celerri me tradatur effectui opportunis suggestionibus elabora,Et quicqd fuerit(deo auxiliante) dispositū scire me facito,vt perductis in effectū his que rationabiliter ordinata sunt,pax fidei canonumq̄ custodia,& securior vbiq̄ habeatur & fortior,Data septimo kal. Iulii,Opilione viro clarissimo consule.

CEPISTOLA.XLI.
CLEO AD PALESTINOS.

B

SOLLICITVDINI MEE QVAM VNIVERSALI ECCLESIE omnibusq̄ eius filiis debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis vestre animis quiddā offensionis illatū,dum aut imperiti(vt apparet)interpretes,aut maligni,quedam vos aliter intelligere quā a me sunt predicta fecerunt, non valentes in grecum eloquiū apte & proprie latina transferre cum in rebus subtilibus & difficilib9 explicandis,vix sibi etiā in sua lingua disputator quisq̄ sufficiat. Quod tamen apud me eo ꝓfecit,vt dū ea que catholica fides respuit improbitatis,intelligam9 vos veris amiciores esse quam falsis,& id merito refutare,quod ex antique institutione doctrine etiā ipse eutices detestatur. Quāuis enim epistola mea ad sancte memorie flauianum episcopum data,satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat,neq̄ in aliqno aut purgationis aut expositionis indigeat, & alia tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter predicationis mee sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hereticos,qui multos christi populos conturbauerant differendi,& clementissimis principibus,& sancto concilio synodali,& Constantinopolitane ecclesie quid de incarnatione verbi secundum euangelicam apostolicamq̄ doctrinam deberemus sapere ac sentire patefeci,& in nullo a sanctorū patrum confessione discessi,quia vna est vera singularis perfecta inuiolabilis catholica fides, cui nichil addi nec minui potest. Quam Nestorius prius,& nunc Eutices diuersa quidem assertione,sed simili impietate impugnare

conati ſunt, & eccleſie dei duas hereſes ſibimet contrarias inferre tentarunt,vt vterq; a diſcipulis ve-
ritatis merito damnaretur,quia inſanum nimis & ſacrilegū fuit quod varia falſitate ambo ſenſere.
¶Anathematizetur ergo Neſtorius qui beatam virginem Mariam hominis tantūmodo credidit genitricem,vt aliā perſonam carnis,aliam faceret deitatis,nec vnum chriſtum in verbo dei & carne ſentiret,ſed ſeparatim & ſeiunctim alium filiū dei,alium hominis predicaret,cum manente illa incō mutabilis verbi eſſentia,que ei cum patre & ſpirituſancto intēporalis atq; coeterna eſt,ita intra virginea viſcera verbum caro ſit factū,vti vno conceptu,vnoq; partu eadem virgo ſecundum vnionem vtriuſq; ſubſtantie,& ancilla domini eſſet,& mater. Quod etiam Elizabeth(ſicut euangeliſta declarat)intellexit,& dixit. Vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me? Eutices quoq; eodem percellatur anathemate,qui per impios veterum hereticoꝝ volutat⁹ errores,tertiū Apollinatis dogma delegit,vt negata humane carnis atq; anime veritate,totum dominum noſtrum Ieſum chriſtū vnius aſſerat eſſe nature,tanquā verbi deitas ipſa ſe in carnem animāq; conuerterit,& cōcipi ac naſci,nutriri,ac creſcere,crucifigi,ac mori,ſepeliri ac reſurgere,& aſcendere in celum,& in patris dextera,vnde ad iudicondos viuos & mortuos veniet, conſidere eius tantum eſſentie fuerit, que nichil horum in ſe ſine carnis veritate recepit,quoniā natura vnigeniti natura eſt patris,natura eſt ſpirituſſancti, ſimulq; impaſſibilis,ſimul eſt incommutabilis,ſempiterne trinitatis indiuiſa vnitas, & conſubſtantialis equalitas. Vnde ſe ab Apollinaris peruerſitate hereticus iſte deſciſcit,ne conuincatur deitatē paſſibilem ſentire,atq; mortalem,& tamen verbi incarnati,id eſt verbi & carnis vnam audens pronuncia re naturam,nō dubie in Manichei & marchionis tranſit inſaniam,& mediatorem dei & hominum hominem Ieſum chriſtū ſimulatorie credit egiſſe,nec humanū in ipſo corpus ſed fantaſticam corporis ſpeciem oculis apparuiſſe cementiū. Que impietatis mendacia,quoniā olim fides catholica deteſtatur,& talium ſacrilegia concordibus per totum mnndū beatorum patrum ſunt damnata ſentētiis,quicūq; illi ſunt ita obcecati & a lumine veritatis alieni,vt verbo dei a tempore incarnationis humanam,id eſt noſtrā negent ineſſe naturam,oſtendant in quo ſibi chriſtianū nomen vſurpent, & cū euangelio veritatis qua ratione aut deitas eſt orta ſine carne. Si enim negari non poteſt q̄ verbū caro factum eſt & habitauit in nobis,ita negari non poteſt q̄ deus erat in chriſto mundū reconcilians ſibi. Que autem reconciliatio eſſe poteſt qua humano generi ꝓpiciaretur deus,niſi omniū cauſam mediator dei hominūq; ſuſciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, niſi qui in forma ſerui particeps eſſet & noſtri? vt per vnum nouū hominem fieret renouatio vetuſtatis,& mortis vinculū vnius preuaricatione contractū,vnius morte,qui ſolus morti nichil debuit,ſolueretur? Effuſio enim pro iniuſtis ſanguinis iuſti,tā potēs fuit ad priuilegium,tam diues ad precium vt ſi vniuerſitas captiuorum in redemptorē ſuum crederet,nullū tyrannica vincula retinerent,quoniā ſicut Apoſtolus ait,vbi abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia,& cum ſub peccati preiudicio nati poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi,validius factum eſt donum libertatis quam debitum ſeruitutis. Quam itaq; ſibi in huius ſacramenti preſidio ſpem relinquunt,qui in ſaluatoris noſtri corpore negant humane ſubſtantie veritatē? Dicant in quo ſacrificio recōciliati,dicāt quo ſanguine ſint redempti? Quis eſt qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis,aut quod vnquam ſacrificium ſacratius fuit quā quod verus pontifex altari crucis per immolationem ſue carnis impoſuit? Quamuis enim multorum ſanctorum in conſpectu domini precioſa mors fuerit nullius tamen inſontis occiſio,propiciatio fuit mundi. Accepere iuſti,non dederunt coronas,& de fortitudine fidelium exempla nata ſunt pātientie nō dona iuſtitie. Singulares quippe in ſingulis mortes fuere,nec alteri⁹ quiſquam debitum ſuo ſine perſoluit, cum inter filios hominum vnus ſolus dominus noſter Ieſus chriſtus extiterit in quo omnes crucifixi,omnes mortui, omnes ſepulti,omnes ſunt etiam ſuſcitati,de quibus ipſe dicebat,Cum exaltatus fuero omnia traham ad me. Fides etenim vera iuſtificans impios & creans iuſtos ad humanitatis ſue tracta participem in illo exquirit ſalutem,in quo ſolo homo ſe inuenit innocentem,liberum habens per gratiam dei de eius potentia gloriari,qui contra hoſtem ſuperbum in carnis noſtre humilitate congreſſus,his victoriā ſuam tribuit,in quorum corpore triumphauit. Quamuis ergo in vno domino noſtro Ieſu chriſto vero dei atq; hominis filio verbi & carnis vna perſona ſit,& vtraq; eſſentia cōmunes habeat actiones, intelligende tamen ſunt ipſorum operum qualitates,& ſincere fidei contemplatione cernendum eſt ad que prouehatur humilitas infirmitatis,& ad que inclinetur altitudo virtutis. Quid ſit quod caro ſine verbo non agit,& quod ſit quod verbum ſine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec

conciperet

conciperet virgo nec pareret,& ſine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerum nouo ſidere declaratum,& ſine veritate carnis non iuberetur tranſferri in egyptum puer,& ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine verbi potentia non diceret vox patris miſſa de celo hic eſt filius meus dilectus in quo michi complacui,& ſine veritate carnis nō p⁊teſtaretur Ioannes. Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia redintegratio debilium,& viuificatio mortuorum,& ſine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremo ſine verbi potentia non ſe dominus patri profiteretur equalem, ſine veritate carnis non idem diceret patrem eē maiorem,cum catholica fides vtrunq; ſuſcipiat,vtrūq; defendat, que ſecundū proprietatem diuine humaneq; ſubſtantie vnum dei filium & hominem credit & ver⁊bum. Quamuis ergo ab illo initio,quo in vtero virginis verbum caro factum eſt,nichil vnquam inter diuinam humanamq; ſubſtantiam diuiſionis extiterit,vt per omnia incrementa corporea vnius perſone fuerint totius temporis actiones,& ipſa tamen que inſeparabiliter facta ſunt nulla permixtione confundamus,ſed quid cuius forme ſit ex operum qualitate ſentimus,nec diuina enim humanis preiudicant,nec humana diuinis cum ita in idipſum vtraq; concurrant,vt in eis nec proprietas ab⁊ſumatur nec perſona geminetur. Dicant igitur iſti fantaſmatici chriſtiani que ſubſtantia ſaluatoris affixa ſit ligno,que iacuerit in ſepulchro,& reuoluto monumenti lapide que tertia die caro ſurrexit, vel quale corpus Ieſus diſcipulorum viſui clauſis ad eos oſtiis ingreſſus intulerit, cum ad abigen⁊dam cernentium diffidentiam inſpici oculis,digitiſq; tractari, patentes adhuc fixuras clauorum & recens cōpuncti lateris vulnus exigeret. Ac ſi in tanta luce veritatis tenebras ſuas heretica obduratio non relinquit. Oſtendant vnde ſibi ſpem vite polliceantur eterne, ad quam niſi per mediatorem dei & hominum hominem Ieſum chriſtum non poteſt peruenīri. Non eſt enim aliud nomen datum hominibus ſub celo in quo oporteat ſaluos fieri. nec eſt redemptio captiuitatis humane niſi in ſan⁊guine eius qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Qui (ſicut predicat beatus apoſto⁊lus) cum in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo,ſed ſemetipſum exinani⁊uit formam ſerui accipiens,in ſimilitudine hominum factus,& habitu inuentus vt homo. Humi⁊liauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod & deus il⁊lum exaltauit & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtrium & infernorum,& omnis lingua confiteatur quia dominus Ieſus chriſtꝰ in gloria eſt dei patris. Quamuis ergo vnus ſit dominus Ieſus chriſtus,& vere deitatis vereq; humanitatis in ipſo vna prorſus eademq; perſona ſit,neq; huius vnitionis ſolidítas vlla poſſit diuiſione ſe iungi,exaltationem tamen qua illum exaltauit deus & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne no⁊men excellit,ad eam intelligimus pertinere formam,que ditanda erat tante glorificationis augmē⁊to. In forma quippe dei equalis erat filius patri,& inter genitorem atq; vnigenitū nulla erat in eſſentia diſcretio,nulla in maieſtate diuerſitas, nec per incarnationis myſterium aliquid deceſſerat verbo quod ei patris munere redderetur. Forma autem ſerui per quam impaſſibilis deitas ſacramentum magne pietatis impleuit,hūana humilitas eſt & in gloria diuine poteſtatis euecta eſt in tantam vni⁊tatem ab ipſo cōceptu virginis deitate & humanitate cōnexa,vt nec ſine homine diuina, nec ſine deo agerentur humana. Propter quod ſicut dominus maieſtatis dicitur crucifixus,ita qui ex ſempiterni tate equalis eſt deo dicitur exaltatus. Nec intereſt ex qua chriſtus ſubſtantia nominetur, cum inſe⁊parabiliter manente vnitate perſone;idem ſit & totus hominis filius propter carnem,& totus dei fi⁊lius propter vnam cum patre deitatem. Quicquid ergo in tempore accepit chriſtus ſecūdum ho⁊minem accepit, cuique non habuit conferuntur. Nam ſecundum potentiam verbi indifferenter omnia que habet pater,etiam filius habet,& que in forma ſerui a patre accepit,eadem in forma pa⁊tris etiam ipſe donauit,& idem ipſe & diues & pauper, Diues quia in principio erat verbum & ver⁊bum erat apud deum,& deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum,omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nichil. Pauper vero quia verbum caro factum eſt,& habitauit in no⁊bis. Que autem eſt eius exinanitio,queve paupertas,niſi forme ſeruilis acceptio,per quā verbi ma⁊ieſtate velata diſpenſatio humane redemptionis impleta eſt. Nam quia captiuata nr̄e nature reſolui originalia vincula non poterant,& ab hoſtis imperio relaxari niſi exiſteret hō noſtri gn̄is,noſtreq; nature quē veteris debiti p̄iudicia non tenerent, & qui imaculato ſanguie ſuo chyrographū letale diſſolueret, ſicut ab initio erat diuinitus preordinatum, & ꝓphetarum oraculis prenuntiatum,ita eſt in ple⁊nitudine prefiniti temporis factum,vt multis modis ſignificata promiſſio in diu expectatum veni⁊

ret effectum,nec posset esse ambiguum,quod continuis significationibus semper fuerat nuntiatum, Destructis itaq; tot heresibus,que per sanctam deuotionem presidentiū patrum a corpore sunt catholice vnitatis abscise,queq; ideo extorres a Christo esse meruere,quia verbi incarnationē,que singularis est recte credentium salus,fecerunt sibi lapidem offensionis,& petram scādali,miror dilectionem vestram in discernendo veritatis lumine laborare,& cum multis manifestationibus declaratum sit,quam recte & Nestorium & Eutycem cum Dioscoro fides christiana damnauerit, nec christianꝰ possit vocari,qui vel illius,vel horum impietati prebet assensum. Doleo vos euangelice,& apostolice doctrine(vt audio)resultare,exagitando seditionibus,ciuitates,conturbando ecclesias,nec solum iniurias,sed etiam cedes pbris atq; episcopis inferendo vt pre furore & seuitia ꝓpositi vestri,& ꝓfessionis sitis immemores. Vbi est regula mansuetudinis & quietis,vbi longanimitas patientie, vbi tranquillitas pacis,vbi firmamentum dilectionis & tolerantie fortitudo? Que vos ab euangelio christi aut persuasio abduxit? aut persecutio separauit? vel que tanta extitit decipientis astutia? vt obliti prophetarum,& apostolorū,obliti symboli salutaris,& confessionis qua pronunciantes coram multis testibus sacramentū baptismi suscepistis diabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos actum re fuerant vngule,quid seua tormēta,si ad expugnandā fidei vestre integritatem tantum vana hereticorum commēta valuere? Pro fide vos agere creditis,& fidei cōtraitis. Ecclesie nomine armamini, & cōtra ecclesiam dimicatis. Hoc a prophetis,hoc ab euangelistis,hoc ab apostolis didicistis, vt negātes christi carnem, & ipsam verbi essentiam passioni mortiq; subdentes alienam faciatis nostram a suo reparatore naturā,totūq; quod crux intulit,quod lancea vulnerauit,quod sepulchri lapis suscepit & reddidit solū fuisse opus diuine potētie,non etiam humilitatis humane? Propter quam apostolus dicit. Non enim erubesco euangelium. Quoniam nouerat quale christianis obiiceretur opprobriū ab inimicis. Et ideo dominus protestabatur dicens. Qui me confessus fuerit coram hominibus & ego confitebor illum coram patre meo. Hi enim non erunt digni confessione filii & patris quibus nunc caro christi verecundiam facit,probabūtq; se nullam de ligno crucis sumpsisse virtutem, qui cū preferendum frontibus acceperunt,promere labiis erubescunt. Declinate filii ab his diabolicis pfusionibus declinate. Veritatem dei nulla res violat,sed veritas nos nisi in nostra carne nō saluat. Veritas quippe(sicut propheta ait)de terra orta est,& sic verbum Maria concepit,vt vniendā sibi carnem de sua substantia ministraret,nec cum adiectione persone, nec cum euacuatione nature, quoniā qui erat in forma dei,ita accepit formam serui,vt vnus atq; idem in forma vtraq; sit christus inclināte se deo vsq; ad infima hominis,& proficiente homine vsq; ad summa deitatis dicente apostolo. Quorum patres & ex quibus christus secundum carnem,qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶LEO THEODORICO EPISCOPO DE FIDEI PERSEVERANTIA.

¶Epistola.xlii.

¶DILECTISSIMO FRATRI THEODORICO LEO EPISCOPVS.

A EMEANTIBVS AD NOS FRATRIBVS ET CONSACERdotibus nostris quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit agnouimus. Dilectionem tuam superno adiutorio nobiscum tam Nestoriane impietatis quā Euticiane vesanie extitisse victricem. Vnde gloriamur in domino cum propheta cantātes. Adiutorium nostrum in nomine domini,qui fecit celum & terrā. Qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit,sed que nostro prius ministerio definierat,vniuerse fraternitatis irretractabili firmauit assensu,vt vere a se prodisse ostēderit,quod prius a prima omnium sede formatum totius christiani orbis iudicium recepisset, vt in hoc quoq; capite membra concordent. In quo amplior nobis in hac re sit gaudendi materia dum& tanto magis perculit inimicus quanto contra christi ministros seruus insurrexit. Nam ne aliarum sedium ab ea quam ceteris omnium dominus statuit presidere consensus absentatio videretur, aut alia quelibet subrepere posset aduersa suspitio,inuenti prius sunt qui de iudiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli ad dissentiones incitati ab auctore contradictionis ad insana bella prosiliunt, ad maius bonum,malum eius auctore totius bonitatis dispensante prouentum conuertitur.

Dulcius siquidē

Dulcius ſiquidem munera gratie diuine proueniunt quotiens non ſine magnis ſudoribus acquiruntur. Et minus bonum videri ſolet pax continuata per otium, q̃ reddita poſt laborẽ. Ipſa quoq; veritas & clarius reniteſcit,& fortius retinetur dum que fides prius docuerat hec poſtea examinatio confirmaret. Multum deniq; ſacerdotalis officii meritum ſplendeſcit vbi ſic ſummorũ ſeruatur auctoritas,vt in nullo inferiorũ putetur imminuta libertas. Et ad maiorem gloriã proficit finis examinis quãdo ad hoc ſe accipit exercẽdi fiducia,vt vincatur aduerſitas,ne quod per ſe probatur reprobum ſilẽtii preiudicio videatur oppreſſum. Exulta igitur chariſſime frater,in vnico filio victor exulta. Vicit per nos ille cuius carnis veritas negabatur,vicit per nos,& pro nobis ille cui vicimus. Secunda eſt poſt aduentum domini hec orbi feſtiuitas. Redditum ſeculo eſt predone proſtrato incarnationis diuine myſterium,quod humani generis inimicus,quia rebus ipſis auferre non poterat,calũniis obſcurabat. Quinimo ab incredulorum corde perierat immortale myſteriũ, quia nichil ꝑdeſt tanta ſalus incredulis ipſa veritate ſuis dicente diſcipulis. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit,qui autem non crediderit condẽnabitur. Solis iuſtitie iubar,denſis per orientem Neſtorii & eutices nebulis impeditum, pure ab occidente reſplenduit, vbi cõmercium in apoſtolis & doctoribus principaliter collocauit, q̃is nec illic vnq̃ deſuiſſe credendus ſit, quo confeſſores ſibi egregios reſeruauit, Itavt dum denuo conaretur hoſtis antiquus per ſecundi Pharaonis impenitens cor,fidei Abrahe ſemẽ & filios extinguere,deo miſerante langueſcens niſi ſibi nocere nichil poſſit. De quo & illud omnipotens mirabilius egit,quia & quos ſibi conſcios ad iſrahelitici populi ſedes aſciuerat,nõ cum tyrãnidis auctore ſubmerſit,ſed cum ſuo populo congregauit,& ſicut reuera ſe dignum & ſoli ſibi poſſibile fons miſericordie nouerat,victos a nobis nobiſcum fecit eſſe victuros. Nam dum ſolus vere ſit humani generis hoſtis ſpiritus falſitatis,omnes de illo iam triumphare nõ dubium eſt quos ſibi veritas vendicauit. Nunc prorſus illa redemptoris noſtri dicta q̃ ſint diuine auctoritatis appareat,dum contra hoſtes fidei ſic aptãtur,vt de ipſis dubitare dictis non liceat. Vos inquit ex patre diabolo eſtis? Et deſideria patris veſtri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non ſtetit,quia veritas in eo non eſt. Quando loquitur mendacium,ex ſuis propriis loquitur, quia mẽdax eſt & pater eius. Nichil ergo mirandũ eſt ꝙ hi qui in veritate dei noſtre nature mendacium crediderunt,patri ſuo & circa illa concordant,quicquid viſum,quicquid auditum, quicquid deniq; teſte euangelio tactum eſt,atq; palpatũ in vnico dei filio,non eius cuius probatum eſt aſſerentes,ſed coeterne & coeſſentialis patri fuiſſe ſubſtantie,quaſi aut diuinitatis natura,crucis ligno tranſfixa ſit, aut inconuertibilis creſcere per etates,& in ſapientia proficere,ſapientia ſempiterna vel ſpiritu deus, qui ſpiritus eſt ſubinde repleri poterit. In hoc quoq; ſe acerba veſania,ex quo auctore proceſſerit,prodit, quod quãtum in ſe eſt,vniuerſis nocere molita. Nam qui nos perſequẽdo afflixit, ceteros ad conſenſum ſceleris impellendo,deprauauit. Sed nec nos licet in ſingulis fratrib⁹ (quia mẽbra noſtra ſunt) vulneraſſet, a ſpeciali dolore fecit exceptos,quib⁹ noua & inaudita,atq; incredibili audacia inferre cõtra ſuum caput eſt molitus iniuriam. Sed vtinã vel poſt tot peſſima reſipiſcens,non nos etiam de ſuo eterne dãnationis interitu contriſtaret. Quã mẽſuram ſceleris pretermiſit,cui nec hoc ſufficere potuit,ꝙ nec viuis parcẽdo,nec mortuis etiam in ſanguine innocẽtis & catholici ſacerdotis pollutas iampridem abdicata veritate,atq; approbata falſitate,manus intinxit,& cum ſcriptũ ſit, qui odit fratrem ſuum,homicida eſt,ille quod odio iam feciſſet,addictus eſt,impleuit operibus,quaſi nec audiſſet,nec aliud quod dominus ait. Diſcite a me quia mitis ſum,& humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meũ ſuaue eſt,& onus meũ leue eſt. Dignus diabolici predicator erroris egyptius vaſtator inuentus eſt,quia tãquã ſeuiſſimus tyrãnus eccleſie nephãdas blaſphemias per violantem ſeditioſorum turbam,& per cruentas manus militũ,venerandis fratribus imponebat, & cum voce noſtri redẽptoris firmatum ſit vnum eundẽq; homicidii & falſitatis auctorem,ille pariter vtcũq; compleuit,qnaſi non vt caueantur,ſed vt perpetrentur ſcripta ſint,ad perditionis ſue cumulũ trahẽs,que dei filius monuit ad ſalutẽ. Illud quoq; ſurda nimis aure preteriens quod ab eodẽ domino dictum eſt. Ergo quod vidi apud patrẽ meum loquor,& vos ergo quod vidiſtis apud patrẽ veſtrum facitis. Igitur dum ſancte memorie Flauiano vitam p̃ſentis ſeculi moliretur auferre, ſe ſerene vite luce priuauit. Dum vos ab eccleſiis veſtris conaretur expellere,ſe a chriſtianorum collegio ſegregauit. Dum trahit plurimos & impellit ad erroris aſſenſum,multiplici animã ſuam vulnere ſauciauit,ſolus vltra omnes & per omnes,ac pro omnibus reus qui cauſa reatus omnib⁹ fuit. Sed licet his tua fraternitas ſolido cibo firmata indigere minime videatur, tamẽ quod noſtri loci eſt implemus

circa vocem dicētis apostoli. Preter ea que extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omniū ecclesiarum. Quis infirmatur & ego nō infirmor? quis scandalisatur & ego non vror? Hoc p̄ci pue presenti occasione credimus admonēdū frater charissime, vt quotiēscū q̄ diuina gratia ministrā te, illos qui foris sunt fonte doctrine aut submergimus, aut purgamus, In nullo ab illis quas spiritus sancti diuinitas in calcedonēsi concilio protulit fidei regulis recedentes, inter vtrūq̄ hostem nouelle perfidie sermonem nostrum cum omni cautela liberemus. Nō iam (quod absit) tanquā de dubiis disceptantes, sed auctoritate sua que bene definita sunt astruētes, cum & i apostolice sedis epistola vniuersali sancte synodi assensu firmata tanta diuine auctoritatis testimonia nouerimus esse congesta, vt nullus queat vlterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit, cum synodalia gesta vel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus p̄fate littere apostolice sedis etiam tue fraternitatis studio defense sunt, & maxime ad piissimos principes totius cōcilii allocutio, tot sit precedētium patrum testimoniis roborata, vt quāuis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere. Vnde hoc quoq̄ contra hostes ecclesie prouidere condignum est, vt eis nullam calūniandi occasionem (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec vnquā contra Nestorianos aut euticianos agentes alteri eorum videamur terga vertisse, Sed vtrosq̄ Christi hostes equa lance vitemus atq̄ damnemus. Ita vt nos quotiēs audientium quātalibet poscit vtilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atq̄ euidentissime feriamus, ne si a nobis hoc quod obscurius fieri videatur aut tardius putetur inuitum. Quod quāuis prudentiam tuam res ipsa ammonere sufficiat, nunc tamē & experimēta docuerūt. Sed benedictus deus noster cuius inuincibilis veritas ab omni hereseos macula mundū te secundū sedis apostolice iudicium monstrauit. Cui dignā retribuis pro tot laboribus gratiam si talē te qualē probauimus ac probamus, pro vniuersalis ecclesie defensione seruaueris. Nam quod deus omnium calūniosorum fallacias soluit, maximā beatissimi petri curā pro nobis cunctis agnoscim⁹, qui priusquā sue sedis iudicium i fidei diffinitione firmauit, nec circa cuiusquā vestrum qui nobiscum pro catholica fide laboratis personam reprobum videri permisit, quia nec poterat spiritusancto indicante quisq̄ non victor exire, quorū iam vicerat fides. Quod superest exhortamur, vt quia illic nonnullas euticiani ac nestoriani erois reliquias cognouimus remansisse, nunc etiam sedi apostolice collabores. Victoria enim quam deus noster sue donauit ecclesie q̄diu in hoc mundo versamur, licet fiduciam maiorem tribuat, non tamē i totum sollicitudinem perimit, nec vt dormiamus donata est, sed vt suauius laboremus. Vnde i hoc quoq̄ tue vigilantie sollicitudinē volumus adiuuari, vt tua relatione currente, quid apud illos religiōis doctrina dominica proficiat, apostolicā sedē festines instruere quatinus illius religionis sacerdotes i quocūq̄ vsus exegerit adiuuemus. De his vero que i supra dicto concilio illicita contra venerabiles nicenos canones presumptione tentata sunt ad fratrem & coepiscopum nostrum antiochene sedis presulem scripsimus, adiicientes & illud quod nobis propter improbitatem monachorum quorūdam religionis vestre verbo mandasti per vicarios nostros & specialiter statuentes, vt preter domini sacerdotes nullus audeat predicare, seu monach⁹ siue ille sit laicus cuiuslibet scientie nomine glorietur. Quas tamen litteras pro vtilitate vniuersalis ecclesie per predictum fratrem & coepiscopum nostrum, Maximum ad omnium volumus peruenire notitiā, & ob hoc id nolumus earum exemplar adiicere, quia que predicto fratri iniunximus non dubitamus implenda. Et alia manu, deus te incolumē custodiat frater charissime. Data quarto idus iunii opilione viro clarissimo consule.

LEO IVLIANO EPISCOPO.

Epistola. XLIII.

A CHRISTIANISSIMI PRINCIPIS FIDEM SEPE EVIDENTISsimis probauimus documentis, ac de nostro gratias ago qui talem dignatus est rebus humanis cōcedere p̄ sua pietate rectorē, qui fidei causas & reipublice summe vigilantie studio tueretur, hereticorum ausibus semper obsistens, & nichil eorū insanie aduersum catholicam fidem licere permittēs, cuius post deum beneficiis hoc debetur q̄ hierosolymitanus episcop⁹ est recept⁹, & monachos quos perfidia heretice falsitatis inuaserat ad sanitatē augusta auctoritas reuocauit. Mox itaq̄ (vt accepi) epistolas tuas talia cōtinētes, nō solū eadē die, sed p̄pe eadē die responsum reddere maturaui, vt certior de omnibus que

bus que ſcripſeras reddereris,Fratrem proterium Alexandrine vrbis epiſcopum gratulor ſatiſfactio nis plenas de fide ſua ad nos litteras direxiſſe,& manifeſte quidnā teneat indicaſſe, cui me dignam gratiam pro fidei ipſius ſyncerítate neceſſe eſt preſtare, vt honorē i nullo ſue perdat eccleſie,ſedis ſue priuilegia paterne antiquitatis exemplo iuxta canonū illibata iura poſſideat,de p̄ſentis anni paſcha nulla dubitatio eſſe nobis potuit. Sed de futuro quod ſciuimus q̄ Theophilus Alexandrine vrbis epiſcopus nono calēdarum maiarum die,quod nunq̄ ita a tempore dominice reſurrectionis celebra tum eſt,credidit aſcribēdum. Vnde ſollicitius congruit requiri,vt omnis occaſio tollatur erroris. Nā in noſtris annalib⁹ calendarum maiarū die aptiſſime a patribus noſtris & conſtitutus legitur & ce lebrat⁹,Ac ne vel apud nos,vel apud orientales naſcatur ex hac parte diuerſitas,hoc inſtanti⁹ noſtro nomine cum chriſtianiſſimo principe agere tua dignetur dilectio. Quāuis & ipſe clementiſſimus princeps ſe inquiſitione ſollicitiſſima curā hanc egyptiis delegaſſe ſuis epiſcopis dignat⁹ſit indicare. Epiſtolā ſane meā ad Calcedonēſem ſynodum datam preſentib⁹epiſcopis & clericis lectā fuiſſe tuis epiſtolis rettuliſti,Sed vſq̄ ad illud capitulū quo ea que de fide acta ſunt,meus videtur firmaſſe con ſenſus. Vnde miratus ſum q̄ reliqua que ſecuta fuerunt,non pariter in notitiam eorum quibus ſunt lecta prolata ſint,cum maxime omnibus innoteſcere debuiſſet improbum a nobis ambitum no⁄ tatum fuiſſe, & nouis vſurpationibus conſtituta, inuiolata(vt ſemper ſcripſimus)ſeruarētur. Et iam preſbyterum quē aſſeris fuiſſe diſcuſſum gratulamur cognitione habita in omnibus fuiſſe purgatū. Epiſtolam quoq̄ ad chriſtianiſſimū principem noueris me miſiſſe in qua illi gratias egi, quia cu⁄ ram michi ſuam tam pro fidei cauſa q̄ pro ſecuritate reipublice dignatus eſt indicare. Aliam quoq̄ ad nos epiſtolā dedit interueniens pro Anatholio epiſcopo,vt noſtri illi animi gratia p̄beatur, quo⁄ niam correctionē eius promittit,& in omnibs ſatiſfacturum eſſe que ad fidei obſeruātiam pertinēt pollicetur. Data quinto idus Ianuarii Etio,& Studio viris clariſſimis conſulibus.

¶Epiſtola.XLIIII.

¶EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD ANATHOLIVM Epiſcopum per patricium diaconum miſſa.

¶Leo epiſcopus Anatholio epiſcopo.

A

LECTIS DILECTIONIS TVE LITTERIS QVAS PER FI⁄ lium noſtrum patriciū diaconū direxiſti,intellexi tibi ſtudium mee ſollicitu⁄ dinis diſplicere,qua ſecundū dominicā charitatem, quā tibi a nobis impendi experimentis plurimis approbaſti,de cauendis his qui communis fidei aduer ſarii dicerentur ammonui, ne ad negligentiam rectoris referretur ſi quiſq̄ in eccleſia catholica ea predicare preſumeret que hereticorū ſenſibus conuenirent Quodvtrū veraciter fama iactaret dilectionis tue inquirendū iudicio delega ui. Neq̄ in aliquo honorem tuū leſi,cui diſcutiēda ea que ad me erant perlata cōmiſi,vt ſcilicet attic⁹ preſbyter quē talia audere cognouerā niſi perfecta ſe ſatiſfactione purgaſſet,& non ſolum voce here⁄ ticos,ſed etiam propríe manus ſubſcriptione dānaſſet,a cōmunionis gratia eſſet alien⁹. Qui ſcripta mittendo dubie fidei & profeſſionis incerte confirmauit magis q̄ diluit quicquid ad nos de eo fa⁄ ma pertulerat. Cum ſi conſciētiam ſuā voluiſſet probare ſyncerā, non euticen ſibi odioſum fuiſſe,ſed q̄ perfidiam ipſius reprobaret atq̄ dānaret debuerat confiterí,quia aliud ſunt humane etiam inter catholicos ſimultates,aliud diabolici quos fides catholica dānat errores. Et ideo frater chariſſime, in nullo debes de noſtra dilectione dubitare ſi prophete exemplum ſequaris & dicas, Nōne qui ode⁄ rant domine oderā illos,& ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Per omnia enim volo te eſſe certiſſimū q̄ ſicut meam eſtimationē illeſam cupio permanere, ita opto te quoq̄ i omnibus irreprehenſibilem reperiri. Predictus autē vt ab omni ſuſpitione contraria liber appareat,quid i eutícen anathemati⁄ zet ac dānet euidenter oſtēdat,& i damnationē erroris expreſſi, remota omni dubitatione ſubſcri⁄ bat, Ita vt calcedonenſis ſymboli diffinitionē de fide,cui etiā dilectio tua ſubſcribendo conſenſit, & quā apoſtolice ſedis firmauit auctoritas profiteatur ſe per omnia ſeruaturum, adiecta ſubſcriptione propríe manus que in eccleſia chriſtiano populo preſente recitetur,vt pro catholica fide, neq̄ nos ne gligētes,neq̄ ipſa vmbra ſuſpectus habeatur. Qui ſi in eadem prauitate perdurans preceptis ſalu⁄ brib⁹ parere noluerit ſentētiā ſynodi calcedonenſis cuius diffinitionib⁹ reſultat recipiet. Data quin⁄ todecimo Calendas Aprilis gloria Maioriano auguſto conſule.

¶Item eiusdem ad quē supra.
Epistola.XLV.
¶Leo episcopus Anatholio episcopo.

A SI FIRMO INCOMMVTABILIQVE PROPOSITO DILECTIO tua curam gratie communis habuisset,nichil profecto quod vllam anxietatem tibi ingeret extitisset.Non enim sinebat ratio,vt eius charitatem spernerē quā amore pacis & studio reparande catholice fidei inter ipsa episcopatus rudimenta iuuissem,obstans ī ecclesiasticis curis talē habere consortem.vt michi de sanctis precursoribus tuis,nec iohannis specialem copiosamq; doctrinam,nec auctoritatem attici,nec inuictriam Procli,nec fidem beati Flauiani deesse sentirē,& ita studiis tuis vterer,vt nullus auderet vel fidei catholice resultare,vel nicenis venerabilium patrum regulis contraire.Sed cum i iniuriam canonū(vt agnoscis)illa tētata sunt que omnibus ecclesiis scandalum maximū generarent,quid aptius ac modestius facerē q̄ vt te primū vt ab hac intētione discederes,fraterno animo missis litteris admonerē?Ad quas cū non rescriberes ipse a colloquii mei cōsortio separasti.Deniq; inde iam tacui,sed clemētissimo principi custodi fidei frequenti litteraum petitione suggessi,vt pro pace ecclesiarum quā tibi maxime prodesse cognoscis,hec que nunc a dilectione facta sunt implerentur.Cui ineffabiles gratias ago q; secundum eruditionē spiritussancti cuius est virtute plenissimus sacerdotali dignatur studere concordie, sciēs sibi orationes supplicantiū copiosius profuturas,si famuli vnius domini in nullo sint a vera pacis vnitate diuisi.Quod ergo in constantinopolitana ecclesia quedam i officiis clericorum correcta significas,vt & enim presbyterum in gratiam tuam affectationēq; reuocaueris,& Andream archidiaconi actione submoueris,nobis placuisse rescribo,quia estimationem tuam(vt optabā)plurimum erigit atq; cōmendat,& merito post correctionem in obliuionem deducitur quod reprehensioni obnoxium videbatur,cum hereticorum prouectione & sancte memorie Flauini iniuria grauaueris que nunc simul ab omni offensiōe cum tui,vt volui,laude cessarunt,quia in ordinē suum que fuerant turbata redierunt.Andreā sane qui rationabiliter archidiaconi est priuatus officio,& Eufratem qui sancte memorie Flauiani vt comperi improbus extitit accusator,si professionibus plenissime scriptis non minus euticianā heresim q̄ nestorianum execrabile dogma condēnant,quoniam venia est prestanda correctis, presbyteros conserabis,vt sibi remedium catholice fidei sentiant profuisse,electo primitus & probato qui archidiaconi officium possit implere,id est quē nulla vnquā predictarum impietatum fama respererit.Ceteri vero quos par reatus inuoluerat,si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt,suis ordinibus reformentur.His tantū ad officiorum primatum admissis quos ab omni errore liberos fuisse constiterit,Illam autem culpam quā de augenda potestate aliena(vt asseris)adhortatione contraxeras efficacius atq; syncerius tua charitas diluisset,si quod tētari sine tua voluntate non potuit,nō ad sola clericorum consilia transtulisses.Quia sicvt in mala suasione delinquitur, ita & in mala consensione peccatur.Sed gratum michi frater charissime est q; dilectio tua profitetur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit.Sufficit in gratie communis regressum professio dilectionis tue,& attestatio principis christiani,ne cui detur tarda correctio,cui tam venerabilis assertor accessit.Abiiciatur penitus inconcessi iuris qui dissensionem fecerat appetitus.Sufficiant limites quos sanctorū patrum prouidentissima decreta posuerunt,vt quieta sit suis meritis & antiquis priuilegiis dignitas omnium sacerdotum renouetur,& maneat in te domínice charitatis affectio,ad quā dilectionē tuā sepius cohortatus sum cum fratre & coepiscopo nostro Iuliano,qui cōmunem gratiam semper optauit,cuius industria & sollicitudines tue releuabuntur,& fides catholica munietur.Super omnia autē fraterna charitate hortor & moneo,vt ea que ad gloriam vel ad munimē pertinent sacerdotalis officii Nicenorum canonūvniuersalis ecclesie pacem seruantia decreta custodias.Sic enim inter domini sacerdotes inuiolata charitas permanebit,si paribꝰ studiis que sunt a sanctis patribus constituta seruentur. Data quarto calendas Iunii Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

¶EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD IVVENALEM Hierosolymitanum & ceteros episcopos qui in sancta synodo Calcedonensi congregati fuerint directa.

¶Epistola.XLVI.
¶Leo episcopus,Sancte synodo apud Calcedonam habite.

¶Omnem

OMNEM QVIDEM FRATERNITATEM VESTRAM NOSSE non ambigo definitionem ſancte ſynodi que ob confirmationem fidei in calcedonenſi ciuitate celebrata eſt,toto corde me fuiſſe complexũ. Quia nulla ſinebat ratio,vt qui vnitatem catholice fidei dolebã ab hereticis fuiſſe turbatam non exultãter in integrum rediiſſe gauderem.Hoc autem nõ ſolum ab ipſo beatiſſime conſenſionis effectu,ſed etiam ex epiſtolis meis quas poſt reditũ meorum ad conſtantinopolitane vrbis antiſtitẽ dedi potuiſſetis agnoſere,ſi vobis reſponſionẽ ſedis apoſtolice manifeſtare voluiſſet. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur,vtrũ que in ſynodo Calcedonẽſi per vnitatemveſtram de fide ſtatuta ſunt approbẽ.Hoc ad omnes fratres & coepiſcopos noſtros qui predicto concilio interfuerunt ſcripta direxi,que glorioſiſſimus & clemẽtiſſimus princeps (ſicut poposci)in notitiam veſtram mittere pro catholice fidei amore dignabitur,vt & fraterna vniuerſitas & omniũ fidelium corda cognoſcant me non ſolũ per fratres qui vicẽ meam executi ſunt,ſed etiã per approbationem geſtorum ſynodalium propriã vobiſcum iniiſſe ſentẽtiã in ſola videlicet fidei cauſa quod ſepe dicendum eſt, propter quã generale concilium & ex precepto chriſtianorũ principum, & ex conſenſu apoſtolice ſedis placuit congregari,dãnatis hereticis qui ſi cõgrui eẽvoluiſſent,nulla penitus reſideret de vera domini noſtri Ieſu chriſti incarnatione dubitatio.Vnde ſi quis vnq̃ auſus fuerit vel Neſtoriani perfidiam tueri,vel eutícetis ac Dioſcori impium dogma defendere,& a catholicorũ cõmunione reſecetur,nec habeat eius corporis participationem cuius abnegat veritatẽ.De cuſtodiendis quoq; ſanctorum patrum ſtatutis que in ſynodo nicena inuiolabilibus ſunt fixa decretis obſeruãtiam veſtre ſanctitatis ammoneo,vt iura eccleſiarum ſicut ab illis.CCC.XVIII.patrib⁹ diuinitus inſpirata ſunt ordinata permaneant.Nichil alienum improbus ambitus concupiſcat, nec per alterius imminutionem ſuum aliquis querat augmentum.Quãtũlibet enim exortis aſſenſionibus ſe inſtruat vanitatis elatio,& appetitus ſuos conciliorum eſtimet nomine roborãdos,infirmũ atq; irritum erit quicquid a predictorum patrũ canonibus diſcreparit,quorũ regulis apoſtolica ſedes q̃ reuerenter vtatur ſcriptorum meorũ quibus conſtãtinopolitani antiſtitis cõatus repuli, poterit ſanctitas veſtra lectione cognoſcere,me auxiliãte domino noſtro,& catholice fidei & paternarũ traditionum eſſe cuſtodem. Data duodecimo calendas aprilis Opilione viro clariſſimo conſule. A

EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD IVVENALEM Hieroſolymitanum epiſcopum.

Epiſtola.XLVIII.

Leo epiſcopus,Iuuenali epiſcopo Hieroſolymitano.

ACCEPTIS DILECTIONIS TVE LITTERIS QVAS AD me filii noſtri Andreas preſbyter,& Petrus diaconus detulerũt, gauiſus quidem ſum ꝙ ad epiſcopatus tui ſedẽ redire licuiſſet,ſed confluentibus in recordationem omnibus que te per quoſdã exceſſus laborare fecerunt, doluí aduerſitatum tuarũ temetipſum tibi fuiſſe materiã,& reſiſtendi hereticis conſtantiam perdidiſſe, qui eſtimãt non eſſe tibi liberũ vt eos audeas redarguere quos tibi profeſſus ſis in ſuo errore placuiſſe. Beate enim memorie Flauiani cõdẽnatio & impiiſſimi eutícetis receptio quid niſi domini noſtri Ieſu chriſti ſecundũ carnem negatio fuit? quã ipſe grãdi miſericordia ſua fecit reſolui cum deteſtãdum illud epheſine ſynodi iudicium ita ſancta Calcedonẽſis ſynodi auctoritate deſtruxit, vt nullum deprauatorum a remedio correctionis arceret. Vnde quia in tempore indulgentie reſipiſcentiam magis q̃ pertinaciã delegiſti,ita gaudeo te celeſtem expetiſſe medicinã,vt fidei ab hereticis impugnate tãdem poſſis eſſe defenſor. Quãuis enim nulli ſacerdotum liceat neſcire quod p̃dícat. Quoniam qui ignorat ignorabitur,inexcuſabilior tamen eſt omnibus imperitis quilibet hieroſolymis habitans chriſtianus,qui ad cognoſcendam virtutem euangelii non ſolum paginarum eloquiis,ſed ipſorum locorum teſtimoniis eruditur,& quod alibi non licet non credi,ibi non poteſt non videri. Quid laborat intellectus. vbi eſt magiſter aſpectus? Et cur lecta vel audita ſunt dubia vbi ſe vel viſui & tactui tot humane ſalutis ingerunt ſacramenta? Quaſi ad ſingulos quoſque cunctantes dominus adhuc voce corporea vtatur & dicat. Quid turbati eſtis,& quare cogitationes aſcẽdunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes meos,quia ipſe ego ſum. Palpate & videte, quia B

ſpiritus oſſa & carnem non habet ſicut me videtis habere. Vtere ergo frater chariſſime inuictiſſimis catholice fidei documentis,& euangeliſtarum predicationem ſanctorum locorum in quibus degis teſtificatione defende. Apud te eſt Bethleem in qua ſalutifer Dauitice virginis partus illuxit,quem obuolutum pannis inter anguſtias diuerſorii preſepe ſuſcepit. Apud te eſt declarata ab angelis, adorata a magis,& per multorum infantium mortes ab Herode queſita ſaluatoris infantia. Apud te eſt vbi pueritia eius adoleuit, vbi adoleſcentia maturuit, & per omnia incrementa corporea in virum perfectum veri hominis natura profecit,non ſine cibo eruditionis,non ſine ſomno quietis, non ſine fletu miſerationis,nec ſine pauore formidinis. Vnus enim atq; idem eſt qui & in dei forma operatus eſt miracula magna virtutis,& in forma ſerui ſubiit ſeuitiam paſſionis. Hoc tibi ipſa crux indefinenter loquitur,hoc lapis clamat ſepulchri,in quo dominus humana conditione iacuit,& de quo diuina potentia reſurrexit,& cum ad montem oliueti locum aſcenſionis veneraturus accedis,nõne illa vox angelica in tuo reſultat auditu. Qua eleuatione domini ſtupentibus dicitur. Viri galilei quid ſtatis aſpicientes in celum,hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis ſic veniet quẽadmodum vidiſtis eum euntem in celum. Veram igitur chriſti generationem crux vera confirmat, quoniam ipſe in noſtra carne naſcitur,qui in noſtra crucifigitur,que nullo interueniẽte peccato niſi fuiſſet noſtri generis nõ potuiſſet eſſe mortalis. Vt autem repararet omnium vitam,recepit omniũ cauſam,& vim veteris chyrographi,quod ſolus inter omnes non debuit,pro omnibus ſoluẽdo vacuauit, vt ſicut per vnĩ⁹ reatũ omnes facti fuerant peccatores,ita per vnius innocentiam omnes fierent innocentes. Inde in hominẽs manante iuſtitia vbi eſt humana ſuſcepta natura. Nulla enim ratione extra noſtri eſt corporis veritatem de quo euãgeliſta predicationem inchoans dicit. Liber generationis Ieſu chriſti filii Dauid filii Abraham. Et qui ſamaritane mulieri proteſtatur quoniam ſalus ex iudeis eſt, beati Pauli apoſtoli conſonante doctrina cum dicit, Quorum patres & ex quibus chriſtus ſecundum carnem qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Itemq; ad timotheum. Memento inquit Ieſum chriſtũ reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Hec autem charitas quãtis & noui,& veteris teſtamenti auctoritatibus declaretur, pro antiquitate ſacerdotii tui euidenter agnoſcis, cum fides patrum & ſcripta mea ad ſancte memorie Flauianum data quorũ mentionem ipſe feciſti,adiecta vniuerſalis ſynodi confirmatione ſufficiant. Vnde proſpicere oportet dilectionem tuam ne contra redemptionis ac ſpei noſtre ineffabile ſacramentũ vllus obmurmuret. Sed ſi qui ſunt qui adhuc aut ignorantia caligant,aut peruerſitate diſcordant,eorum quotũ in eccleſia dei apoſtolica fuit & eſt clara doctrina auctoritatibus inſtruantur,& de incarnatione verbi dei hec nos credere quod illi credidere cognoſcant,neq; ſe extra corpus Chriſti in quo commortui & conreſuſcitati ſumus ſua obduratione conſtituant, quia nec pietas fidei,nec ratio recipit ſacramenti,vt aut in ſua eſſentia paſſibilis fuerit deitas,aut in noſtre nature ſuſceptione mentita ſit veritas. Particulã dominice crucis cum eulogiis dilectionis veſtre veneranter accepi. Data pridie nonas Septembris Etio & Studio viris clariſſimis conſulibus.

¶Epiſtola rauennii alioũq; epiſcoporum gallorum ad leonem papam fidei eius quam ad orientem direxit laudes dicentium.

¶Epiſtola.XLVIII.

¶Domino vere ſancto merito in Chriſto beatiſſimo & apoſtolico honore venerando pape Leoni, Rauennius,Ruſticus,Veneríus,Conſtantinus,Maximus,Armatarus,Florus,Gauinus,Valerian⁹, Conſtantius,Neſtorius,maximus,Aſclepius. Item Maximus,Vrſus, Ingenulus,Iuſtus, Valerius, Superuentus,Criſaphius, fonteius,Petronius,Hydacius,Etherius,Glalius,Euticius,Fraternus,Vẽturus, Eugenius,Hylarius. Verus,Amandus,Gerontius Proculeianus,Iulianus,Helladius,Amẽtarius,Honoratus,Hepartius,Amenius,Dinatius,Maximus,& Hernãtius,Palladius.

A DErlata ad nos epiſtola beatitudinis veſtre quã ad orientẽ pro catholice fidei aſſertione miſiſtis, optaſſemus & ſtatim apoſtolatui veſtro pro tam immenſo munere gratiarum actionem referre,niſi nobis difficultatem qua in vnum celeriter nõ potuimus conuenire, vel ſpatia quibus a nobis diſparati ſumus longa terrarum ve noſtrarum que in regionibus noſtris,preter conſuetudinem fuit intemperies attuliſſet. Det ergo apoſtolatus veſter noſtre veniam tarditati,que nõ ocio aut diſſimulatione

mulatione, sed de certa necessitate descendit, quecp a nobis etsi celeritatis gratiam abstulit, exultandi tamen materiā auferre non potuit. Exultamus itacp Christiano populo lectis beatitudinis vestre litteris, & omniū instructione patefacta, omnes intra gallias constitutos exultare mox fecimus dolentes pariter pro his nobiscum qui catholice fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderūt. Que apostolatus vestri scripta, ita vt symbolū fidei quisquis redēptionis sacramenta non negligit tabulis cordis ascripsit, & tenaci quo ad confundendos hereticorū errores paratior sit memorie cōmendauit, Multi itacp in ea pariter gaudentes exultantes recognouerunt fidei sue sensum, & ita se semper ex traditione paterna tenuisse, vt vester apostolatus exposuit iure letantur. Nonnulli sollicitiores facti, beatitudinis vestre admonitione percepta, modis omnibus se gratulātur iustructos, datācp sibi occasionē gaudent, qua libere ac fiducialiter suffragante etiā apostolice sedis auctoritate eloquantur & asserit vnusquisqp quod credit. Quis autē apostolatui vestro pro hoc tanto munere quod non solum gallias, sed totū mundū velut quibusdam pretiosissimis gēmis ornauit, dignas estimet gratias posse persoluí? doctrine post deum vestre debet fidelis, vt constanter teneat quod credebat, debet etiā infidelis, vt a perfidia sua agnita veritate discedat, & apostolice institutionis luce perfusus erroris sui tenebras derelinquat, magisqp sequatur & credat quod per os vestrū dominus noster Iesus christus de sacramento incarnationis sue docet, q̄ id teneat quod diabolus humane salutis & veritatis inimicus stillat. Optassemus etiā ad filium vestrū glorioliissimū ac fidelissimū principem super eandem causam litteras dare quibus congratulantes fidei ipsius, hūilitatis quoqp nostre sollicitudinē qua vos in christo sequimur proderemus, nisi ad nos de orientalibus nuntio perlato fieri hoc minime necessariū putaremus. Meritis autē apostolatus vestri pius dominus prestitit, vt heresim iādiu occulte nutritā vestris temporibus proderet. Ad laudē enim sollicitudinis vestre pertinet, quod malorū error latere non potuit ad glorioſe fidei redundat, quod praua persuasio participes, aut nō inuenit, aut inuentos amisit. Respiciat itacp conseruando apostolatū vestrum misericors dominus ecclesiā suam toto orbe diffusam. Vobis enim ita inuigilantibus, & hi qui curam anime sue gerunt sollicitiores in fide redduntur, & hi qui paulo desides sunt, tanto ad sollicitudinē accenduntur exēplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus deo ac domino nostro gratias agere, & pariter supplicare gratulantes, qp tante sanctitatis, tante fidei, tantecp doctrine, apostolice sedi, vnde religionis nostre propicio christo fons & origo manauit antistitem dederit, petentes etiā vt datum concessumqp munus pontificii vestri longissima ad edificationē ecclesiarum suarū etate custodiat. Nos autē et si impares meritis, pari tamen fidei, si quid (quod absit) contra ecclesiam catholicam prophana infestatione tentetur, parati sumus confortante domino cum beatitudine vestra pro veritate fidei animas nostras ponere, & vitam hanc auctori salutis nostre, & largitori eternitatis impendere. Et alia manu. Ora pro me domine beatissime merito & apostolico honore venerande papa. Rusticus episcopus, apostolatum tuum in domino venerande saluto, & vt digneris pro me orare supplex rogo, Venerius. Te dominum in Christo meum reuerentissime saluto, & vt digneris pro me orare supplex rogo, Constantinus episcopus, beatitudinem vestram saluto. Similiter & omnes episcopi supra scripti salutauerunt.

¶ Item ad omnes episcopos Galliarum de damnatione hereticorum.

¶ Epistola. XLIX.

¶ Leo, Rauēnio, Rustico, Venerio, Constātino, Maximo, Armātario, Floro, Samio, Valeriano, Constantio, Nectario, Maximo, Asclipio maximo, Vrso, Ingenulo, Iusto, Valeriano, Superuento, Crisaphio, Fōteio, Petronio, Hydacio, Etherio, Eulalio, Euticeo, Fraterno, Vēturo, Eugenio, Hylario, Vero, Amando, Gerontio proculeiano, Iuliano, Helladio, Armentario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dinantio, Maximinio, Hymātio, & palladio episcopis per Gallias constitutis.

A CEPTASSEMVS QVIDEM FRATERNITATIS VESTRE LITteras eo tempore quo promiseratis accipere, vt profecturis ad orientē fratribus nostris quos ad sanctā synodum vice nostra pro catholice fidei defensione direxim⁹ etiā vestre sententie professio iungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatā nobis intulerint tarditatem, quālibet seras & diu expectatas epistolas per fratrem & coepiscopum nostrum Ingenulum gratanter accepimus, easque cum gaudio recensentes probauimus sicut confidebamus eruditione spirituſſancti celestem in vobis vigere doctrinā, quā in orientalibus ecclesiis versutia hostis antiqui per eos quos sequaces suos reperit falsitas

fatigare conata est,cum catholica fides que nulla sui est parte mutabilis,per ipsas aduersantium exercitationes & validior efficiatur semper & clarior, operante hec gratia dei, vt si qui forte ad hec subtilia inimici iacula declinanda minus erant instructi minusq; sollicíti perceptis veritatis armis fierēt contra impiorum mendacia fortiores. Qz ergo sicut causa poscebat fiduciam nostram quā de vobis habemus in domino fideliter atq; obedienter auxiliis multa exultatione gaudemus & merito nos cognoscimus fratribus & coepiscopis nostris orientalibus intimasse q; secundum euangelicam & apostolicam traditionem de incarnatione domini nostri Iesu Christi vna esset omnium nostrum & indiscreta confessio, neq; vllis eorum disputationibus detineri,vt aliter aliquid de summi & salutiferi sacramenti veritate sapiamus,& ex predicatione sanctorum patrum,& ex auctoritate incommutabilis symboli didicimus & docemus damnatis ab vniuersali ecclesia,& nunc eutice & antea Nestorio,quorum si quis non ferendis impietatibus inherere delegerit ipse se a corpore christiane vnitatis abscidit.Non enim vltra iam cuiquā excusationis refugium de ignorantia & inscientia,vel de intelligentie difficultate conceditur, cum hoc ipso sexcentorum fere fratrum coepiscoporumq; nostrorum synodus congregata nullam artem ratiocinandi,nullum eloquium differendi contra fundamentum fidei inspirare permiserit,quoniam admittētibus per auxilium gratie dei fratribus vicariis nostris,quorum pleniſſima extitit in omni actione deuotio,non solum sacerdotibus Christi, sed etiā principibus & potestatibus christianis cunctisq; clericis,plebibus,ordinibus plene atq; euidenter apparuit,hanc esse vere apostolicam fidem ex diuine pietatis fonte manantem, quā syncerā & ab omni fece totius erroris alienam (sicut accepimus) predicamus,& vniuerso iam mundo consentiente defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus que vel precedens hereticus ausus est inferre vel subsequens,dissimili quidem cōmento, sed impietate compari.Nam sicut nestorius non est toleratus affirmans beatam Mariam hominis tātūmodo fuisse genitricem qui postmodum sit a verbo deitatis susceptus,duabus scilicet naturis ex personis distinctis, vt neq; ipse esset filius hominis qui filius dei,neq; vnus Christ⁹ in vtraq; natura,sed alter sempitern⁹ ex patre,alter tēporalis, ex matre,cum euangelica auctoritas ita verbum predicet carnem factum,vt non duos Christos, nec duos filios,sed in vno domino Iesu Christo & dei & hominis nobis insinuet veritatem,vt vtriusq; substantie,id est saluantis atq; saluate,nec proprietas possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutices damnatū olim sectatus errorē alia prophanitate blasphemans a catholice solidítatis compage resecatus est, quia indoctis quibusdam nimiūq; simplicibus persuadere tentauit, quod verbum dei ita caro sit factum, vt veram carnem deventre virginis non sumpserit,nec nostri illum generis corpus habuisse,sed diuinitatis eius & carnis vna esset natura, vt vnum dominum nostrum Iesum & falsum hominem & deum diceret esse passibilem. Quod nec pietas fidei,nec ratio recipit sacramenti, vt aut in sua natura passibilis fuerit deitas, aut in susceptione humana mentita sit veritas. Que diabolicorum sensuum prodigiosa commenta,sancta nunc synodus humilitatis nostre scriptis auctoritate domini mei beatissimi Petri apostoli, & merito roboratis religiosa vnanimitate consentiens abominādo ab ecclesia dei amputauit. Dioscorum quoq; alexandrinum in sua impietate manentem,ne illa ecclesia que inter ipsa euangelii principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulum in omnibus vtiq; doctrinis sui doctoris magisterio consonantem habuit fundatorem, queq; postea recentioribus a nostra etate temporibus athanasium teophilum,& proxime cyrillū probatissimos presules habuit indignam captiuitatem sub heretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnam misericordiā dei vniuersos diaboli conatus quibus ecclesiā domini cōturbare molitus est,nouerítis esse destructos. Reddite igitur deo gratias fratres chariſſimi dignā gratiarum actionem,& oret nobiscum vestra dilectio,vt fratres nostros quos expectatio nostra desiderat,incolumes q̄ primum rediisse letemur,& de omnibus que domino adiuuante sunt gesta plenius vos possemus instruere. Nam fratrē ingenulū nolumus hac expectatione tardari,cū ob hoc ipsum properatius remeare debuerit, nec diutius vobis esset incognita omniū materia gaudiorum,que volumus per curam dilectionis vestre etiam ad fratres nostros Hispanie episcopos peruenire,vt quod deus operatus est nulli esse possit incognitum. Data Calendas Februarii Herculano viro clarissimo consule.

¶Epistola. L.

¶AD MARTIANVM AVGVSTVM DE PASCHA LEO.

¶Tam multis

TAM MVLTIS DOCVMENTIS PER OMNES CHRISTI A
ecclesias fides vestre pietatis innotuit, vt si quid sollicitudinum pro communi re-
ligione generatur, merito vestrum queratur auxilium. Et quia memor dispen-
sationis michi credite necesse habeo curas meas etiam in ea que sunt futura pre-
mittere, non improbe cupio clementie vestre studiis adiuuari, vt in ea obser-
uantia que certa semper ratione variatur nichil possit erroris incurri. Paschale
etenim festum quo sacramentum salutis humane maxime continetur quamuis in primo sem-
per mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, vt plerumq; sacra-
tissimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerumq; quod non licet, vt non simul omnis
ecclesia q̄ non nisi vnum esse oportet obseruet, Studuereq; sancti patres occasionem huius erroris au
ferre, omnem hanc curam Alexandrino episcopo delegantes, quoniam apud egyptios huius suppu
tationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quā qui annis singulis dies predicte solēnitatis
eueniret, sedi apostolice indicaretur, huius scripti ad longinquiores ecclesias iudiciū generaliter per-
curri, Sed sancte memorie Theophilus alexandrine ecclesie vrbis episcopus cum huius obseruatio-
nis annos centum numero collegisset, septuagesimo sexto paschale festum longe aliter q̄ alii decreue
rant tenēdum esse constituit, a primo Auguste memorie Theodosii senioris consulatu, succedentes
sibi sacre obseruantie ordines ponēs, vt longioris tēporis ratio eius litteris teneretur ascripta, cuius cō
plexionis septuagesimus & quartus est annus, In qua pridie idus Aprilis sanctū pascha celebraui-
mus, sequenti vero anno pridie nonas Aprilis eadem propicio deo erit habenda festiuitas, sicut re-
gulariter centenarie annorum rationis ordo declarat. Sed in anno qui erit septuagesimꝰ sextus pas-
che dies inuenietur ascriptus, quē a passione domini nullius exempli, nullius constitutionis admit-
tit auctoritas. Nam diem octauum Calendarū maiarum ab eo cognoscimus prefinitum, qui anni
limitē antiquitus constitutum excedit, cum alii quintodecimo Calendarum maiarū huic festiuitati
deputauerint diem. Siquidem ab vndecimo Calendarū aprilium vsq; in decimo Calendarū maiarū
legitimū spacium sit prefinitum, Intra quod omniū varietatum necessitas concludatur, vt pascha do
minicum, nec prius possimus habere nec tardius. Q̄ enim in decimum & in nonum Calēdarum
maiarū videtur nonnū quā peruenisse festiuitas, quadam ratione defenditur, Quia etsi dies resurre
ctionis vltra terminum videtur exisse, dies tamen passionis limitem positum non inuenietur egres-
sus. Ad octauum autem Calēdarum maiarum paschalē obseruantiam perducere nimis insolens &
aperta transgressio est. Quia ergo in illa, vt dixi centenaria supputatione Teophili septuagesimus
sextus annus diem pasche contra morem ecclesiasticum statuisse monstratur, & non leuiter delinqui
tur, si in principio sacramenti veritas & vnitas ab vniuersali ecclesia non tenetur. Obsecro clemen-
tiam vestram, vt studium vestrum prestare dignemini, quatinus egyptii vel si qui sunt alii qui certā
huius supputationis videntur habere notitiam, sepulchrū huius sollicitudinis absoluant, vt eum diē
generalis obseruantia dirigat, qui nec paternarum cōstitutionū normam relinquat, nec vltra prefi-
xos terminos euagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consultatione cognouerit, ad meam
iubeat mox notitiā peruenire, vt in diuinis mysteriis nulla dissonantie culpa nascatur. Data sexto-
decimo Calendas Iulii. Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola. LI.

¶ Leo Eudochie auguste de Pascha.

SANCTE MEMORIE TEOPHILVS AD AVGVSTVM B
Teodosium seniorem scribens per centum annos a primo predicti principis
consulatu digessit ordinem festi. Cuius instructionis septuagesimus quartus
nunc annus euoluitur Opilione consule pridie Idus aprilis celebrata est sacra
solēnitas, vnde sequenti anno pridie nonas aprilis eadem festiuitas rationabi-
liter consequitur. Sed annus qui erat septuagesimus sextus memorati episco-
pi annotationem habere cognoscitur, que a totius antiquitatis exemplo, & ab
omni auctoritate patrum discordat. Siquidem in octauum calēdarum maiorum dominicū pascha
transtulerit, prefinitos antiquitatis limites nimis audenter excedens, cum die quintodecimo calēda-
rum maiarū paschalem solēnitatem (sicut constituere alii) potuerit annotare. Vnde quia non me-
diocris michi sollicitudo generatur, ne apud egyptios hec persuasio probaretur, ad christianissi-

mum & clementissimũ principem scripta direximus, quibus causam scrupuli diligenter exposui, & supplicíter postulaui. vt operam suam quẽadmodum consueuit religionis cultui dignanter impendat, vt eos qui huius supputationis perfectam videntur habere notitiam, in vnum iubeat cõuenire, & diligenter inquirere ne forte hec diffinitio teneatur, & hic excessus qui prioribus videtur repugnare temporibus nostre conniuẽtie vel negligẽtie deputetur, & fiat in nostris diebus quod nũq̃ ante presumptum est. Quia vero oportet fraternitatẽ tuam cure istius mecum esse participem, & ne quid tale accidat precauere, crebrio religiosissimo & fidelissimo principi dignare suggerere vt indissimulanter iubeat egyptios admonere, ne in summe festiuitatis die, aut dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Quicquid autem de hac re diligẽtius inuestigare sollicitudo vestra potuerit cito ad notitiam meã gloriosissimus imperator iubeat peruenire, quia & ad ipsius, & ad omniũ salutẽ pertinet, vt dei cultus nullo errore ledatur. Data sexto decimo Calendas Iulii opilione clarissimo consule.

¶EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD LEONEM AVGVSTVM.

¶Epistola. LII.

¶Leo episcopus, Leoni augusto.

A MVLTO GAVDIO MENS MEA EXVLTAT IN DOMINO, & magna michi est ratio gloriandi, cum clemẽtie vestre excellentissimã fidem augeri per omnia donis gratie celestis agnosco, & per incremẽta diligentie deuotionẽ in vobis animi sacerdotalis experior. Nã in vestre pietatis alloquiis non dubie patet q̃ per vos in totius ecclesie salute spiritussanctus operetur, & quãtũ vniuersorũ fideliũ precibus sit optandũ, vt in omnẽ gloriam vestrum extendatur imperiũ, qui supra curã rerum temporaliũ religiose prouidentie famulatum diuinis & eternis dispositionibus perseueranter impenditis, vt scilicet catholica fides que humanũ genus sola viuificat, sola sanctificat, in vna confessione permaneat, & dissensiões que de terrenarũ opinionũ varietate nascuntur, a soliditate illius petre supra quã ciuitas dei edificatur abigantur. Hec autẽ dei munera ita diuinitus demũ nobis cõferentur, si de his que p̃stita sunt nõ inueniamur ingrati, & tãquã nulla sint que adepti sumus cõtraria potius expectem⁹. Nã que patefacta sunt querere, que perfecta sunt retractare, & que sunt diffinita cõuellere q̃d aliud est q̃ de adeptis gratiã non referre, & ad interdicte arboris cibũ improbos appetitus mortifere cupiditatis extẽdere? Vnde qa ad pacẽ vniuersalis ecclesie, & ad custodiã catholice fidei cura dignamini sollicitiore respicere, euidẽter agnoscitis q̃ magis hereticorũ audetur insidiis, vt inter eutices dioscoriq̃s discipulos & eũ quẽ apostolica sedes direxerit diligentior tãquã nihil fuerit ante definitum tractatus habeatur, & quod totius mundi catholici sacerdotes sancta calcedonẽsi synodo probant gaudẽtq̃s firmatũ, in iniuriam etiam sacratissimi concilii niceni efficiatur infirmũ. Quod enim nostris tẽporibus apud calcedonã de domini nostri Iesu christi incarnatione firmatũ est, hoc etiã apud Niceã mystícus ille patrũ numerus definiuit, ne catholicorũ confessio, aut vnigenitũ dei filiũ in aliquo crederet patri imparẽ, aut eundẽ cum factus est filius hominis non verã carnis nostre atq̃s anime habuisse naturã. Detestãdũ ergo nobis est perseuerãterq̃s vitandũ quod fraus heretica nititur obtinere, nec in aliquã disceptationem pie & plene definita reuocanda sunt, ne ad arbitriũ dãnatorũ ipsi de his videamur ambigere, que manifestũ est per omnia prophetícis & euangelícis & apostolícis auctoritatibus consonare. Vñ si qui sunt qui ab his que celitus sunt constituta dissentiunt, suis opinionibus relinquantur, & ab vnitate ecclesie cum ea quã elegere peruersitate discedant. Nam nullomodo fieri potest, vt qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis cõmunione socientur, Iactent se in sui eloquii vanitate, & de argumentationũ suarum versutia que inimica est fidei glorientur, nobis placet apostolícis obedire preceptis dicentibus. Videte ne quis vos decipiat per philosophiã & inanẽ seductionem hominum. Nã secundũ eundẽ apostolũ si que destruxi hec edifico, preuaricatorẽ me constituo, & eis me vltionũ conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beate memorie principis martiani, sed etiã ego mea consensione firmaui. Quia sicut sancte veraciterq̃s dixistis perfectio incremẽtum, & adiectionem plenitudo non recipit. Vnde cum sciã te venerabilis princeps synceríssimo veritatis lumine imbutum in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfecto iudicio a prauis recta discernere, & a refutandis amplectenda diuidere, obsecro ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum

dam,cum hec mea cautio non ſolum vniuerſali eccleſie conſulat, ſed etiam tue glorie famuletur, ne ſub imperii tui tempore,& hereticorum aucta videatur improbitas,& catholicorum perturbata ſecuritas,Quāuis ergo multum per omnia de pietatis veſtre corde confidam,& per inhabitantem in vobis ſpiritum dei ſatis vos inſtructum eſſe perſpiciam,ne fidei veſtre vllus poſſit error illudere, preceptioni tamen veſtre in eo adnitar obedire,vt aliquos de featribus meis dirigam, qui apud vos preſentie mee inſtar exhibeant,& que ſit apoſtolice fidei regula licet(vt dixi) vobis bene ſit nota demonſtrent patefacientes in omnibus & probantes non eſſe omnino inter catholicos computandos qui definitionemvenerabilis ſynodi nicene,vel ſancti calcedonenſis concilii regulas non ſequuntur, cum vtrorumq; ſancta decreta ex euangelico & apoſtolico ſit manifeſtum fonte prodire,& quicquid non eſt de irrigatione Chriſti poculi eſſe viperei. Prenoſcat igitur pietas veſtra venerabilis imperator hos quos ſpondeo dirigendos non ad confligendum cum hoſtibus fidei,nec ad certandum contra illos a ſede apoſtolica profecturos,quia de rebus & apud niceam & apud calcedonam (ſicut deo placuit)definitis,nullum audemus inire tractatum, tanquā dubia vel infirma ſint que tanta per ſpiritum ſanctum fixit auctoritas. Inſtructioni autem paruulorum noſtrorum qui poſt lactis alimoniam cibo deſiderant ſolidiore ſatiari, miniſterii noſtri preſidium non negamus. Et ſicut ſimpliciores non ſpernimus,ita a rebellibus hereticis abſtinemus,memores precepti domini dicentis. Nolite dare ſanctum canibus, neq; miſeritis margaritas veſtras ante porcos. Nimis quippe indignum,nimiſq; iniuſtum eſt eos ad libertatem diſceptationis admitti,quos ſignificat ſpiritusſanctus per prophetam dicēs.Filii alieni mentiti ſunt michi. Qui etiam ſi euangelio non reſiſterent de illis tamen ſe eſſe monſtrarent,de quibus ſcriptum eſt. Deum ſe profitentur ſcire,factis autem negant.Clamante adhuc iuſti Abel ſanguine aduerſum impium Chain,qui increpatus a domino non requieuit ad penitendum ſed exarſit ad cedem, cuius vindictam ſic domini iudicio volumus reſeruari, vt improbus,& parricida crudelis in ſeipſum recidat,& noſtra non teneat,neq; ſancte eccleſie Alexandrine lamentabilem captiuitatem patiamini vlterius prolongari, cui oportet fidei veſtre iuſtitieq; preſidio ſuam reſtitui libertatem,& per omnes egypti vrbes dignitas patrum & ius ſacerdotale reparetur. Data vndecimo Calendas Aprilis. Calippio Maioriano Auguſto conſulibus.

¶ITEM AD LEONEM AVGVSTVM.
¶Epiſtola.LIII.

¶INCIPIVNT CAPITVLA.

i ¶De blaſphemiis Neſtorii & Euticetis eorumq; digno Anathemate.
ii ¶Q; in vna domini Ieſu perſona gemina ſit deitatis & humananitatis aſſerenda natura.
iii ¶De capitulis fidei ex ſanctorum patrum libris collectis.

¶Explicita ſunt Capitula.

¶Incipit Epiſtola.
¶Leo epiſcopus,Leoni Auguſto.

Capitulum primum.

PROMISISSE ME MEMINI VENERABILIS IMPERATOR A in cauſa fidei de qua clementiam tuam noui pie eſſe ſollicitam pleniorem humilitatis mee dirigendum eſſe, ſermonem, quē nunc auxiliante domino fidei occaſione perſoluo,vt ſancto pietatis tue ſtudio vtilis(quātum arbitror)deeſſe non poſſit inſtructio.Quāuis enim ſciam clementiam tuam humanis inſtitutionibus non egere, & ſynceriſſimā de abundantia ſpirituſſancti hauſiſſe doctrinam,officii tamen mei eſt & patefacere quod intelligis, & predicare quod credis,vt ignis ille quē dominus veniens miſit in terram motu crebre meditationis agitatus ſic concaleſcat vt ferueat,& ſic inflāmetur vt luceat. Magnas enim caligines Euticiana hereſis orientis partibus inferre molita eſt,& ab illa luce que ſicut euangeliū loquitur lucet,in tenebris,& tenebre eam nō comprehenderuntimperitorum oculos tentauit auertere. Cumque ipſa in ſuam reciderit ce-

citatem,nunc in discipulis recrudescit quod in actore defecit. Non longo nãq; temporis interuallo catholica fides que est singularis & vera,cui nichil addi nec minui potest,a duobus est hostibus appetita, quorum prior Nestorius, Eutices secundus emersit,qui ecclesie dei duas hereses sibimet cõtrarias inferre voluerunt,vt vterq; a predicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis & sacrilegium fuit quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius qui beatam virginem Mariam non dei sed hominis tãtũmodo credidit genitricẽ esse,vt aliam personã carnis,aliam faceret deitatis,nec vnum christũ in verbo dei & carne sentiret,sed separatim atq; seiunctim alterum filium dei, alterum hominis predicaret,cum manente illa incõmutabilis verbi essentia que ei cum patre & spiritusancto intemporalis atq; coeterna est ita intra virginea viscera verbũ caro sit factum,vt per id quod ineffabile est sacramentũ vno conceptu vnoq; partu secundũ veritatem vtriusq; nature ea virgo & ancilla domini esset & mater. Quod etiam Elisabet(sicut Lucas euãgelista declarat)intellexit & dixit. Vnde hoc mihi,vtveniat mater domini mei ad me? Eutices quoq; eodem percellatur Anathemate, qui per impios veterum hereticorum volutatus errores tertium apollinaris dogma delegit, vt negata humane carnis atq; anime veritate totum dominũ nostrum Iesum christum vnius asserat esse natutre,tãq; verbi deitas ipsa se in carnem conuerterit,& concipi ac nasci nutriri & crescere,crucifigi ac mori sepeliri ac resurgere,& ascendere in celum,& in patris dextera,vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet considere,diuine tantum essentie fuerit,que nichil horum in se sine carnis recipit veritate,quoniam natura vnigeniti natura est patris, natura est spiritusancti. Simulq; impassibilis simul est incõmutabilis sempiterne trinitatis idiuisa vnitas & cõsubstantialis equalitas. Vnde si apollinaris peruersitate euticianus quisq; descisit ne cõuincatur deitatẽ passibilem sentire atq; mortalem,& tamen verbi incarnati,id est verbi & carnis vnam audet pronũciare naturam,manifeste in Valentini,& Manichei transit insaniam,& mediatorẽ dei & hominum hominem Iesum christũ simulatorie credit omnia egisse,nec humanũ in ipso corpus, sed fantasmaticam corporis speciem oculis apparuisse cernentiũ. Que impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur,& aliarum assertionũ sacrilegia concordibus per totum mundũ beatorum patrum dudum sunt dãnata sententiis,nõ dubium est eam vos fidem predicare atq; defendere quam sancta synodus nicena confirmauit dicens. Credimus in vnũ deum patrẽ omnipotentẽ visibiliũ & inuisibiliũ factorẽ,& vnum dominũ Iesum christum filiũ dei natum de patre vnigenitum hoc est in substantia patris. Deum de deo,lumen de lumine,deũ verum de deo vero, natũ non factum vnius substantie cum patre(quod Greci dicunt omousion)per quẽ omnia facta sunt siue que in celo siue que in terra. Qui ꝓpter nos & propter nostram salutẽ descendit de celo,incarnatus est,& homo factus,passus est,& resurrexit tertia die,ascendit ad celos venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctũ. In qua professione hoc euidentissime continetur quod etiã nos de domini incarnatione confitemur,& credimus qui ad salutẽ humani generis reformandã verã carnẽ nostre fragilitatis non de celo secum detulit,sed in vtero virginis matris assumpsit.

Capitulum secundum.

A ¶Quicumq; ergo sunt ita obcecati & alumine veritatis alieni vt verbo dei a tempore incarnationis humnae carnis denegent veritatem, ostendant in quo sibi christianum nomen vsurpent, Et cum euangelio veritatis qua ratione concordent,si beate virginis partu aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest euangelista dicente ꝙ verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ita negari non potest beato Paulo apostolo predicante ꝙ deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Que autem reconciliatio esse posset qua humano generi propiciaretur deus nisi omnium causam mediator dei hominumq; susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret nisi qui in forma dei equalis est patri, in forma serui particeps esset & nostri, vt mortis vinculum vnius preuaricatione contractum,vnius morte(qui solus morti nichil debuit)solueretur? Effusio enim pro iniuistis sanguinis iusti tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pricium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nulla diaboli vincula retinerent, quoniam sicut apostolus ait, vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia. Et cum sub peccati preiudicio nati potestatem acceperunt ad iusitiam renascendi,validius factum est donum libertatis q̃ debitum seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacramenti presidio spem relinquunt qui in saluatore nostro negant humani corporis veritatem. Dicant quo sacrificio reconciliati,dicant quo sanguine sint redempti? Quis est (vt apostolus ait)qui tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationem

bis oblationem & hostiam deo in odorē suauitatis? Aut quod vnq̄ sacrificium sacratius fuit q̄ quod verus & eternus pontifex altari crucis per immolationem sue carnis imposuit? Q̄uis enim multorum sanctorum in conspectu domini preciosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederūt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientie, nō dona iustitie. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquā debitum suo fine persoluit, cum inter filios hominum vnus solus dñs noster Iesus christus, qui vere erat agn⁹ immaculatus extiterit, In quo omnes crucifixi, oēs mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati, De quibus ipse dicebat, Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Fides enim vestra iustificans impios & creans iustos ad humanitatis sue tractā pticipem in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens per gratiam dei de potentia eius gloriari qui cōtra hostem humani generis in carnis nostre humilitate congressus his victoriā suam tribuit in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno domino Iesu christo vero dei atq̄ hominis filio verbi & carnis vna persona sit que inseparabiliter atq̄ indiuise cōmunes habeat actiones intelligende tamen sunt ipsorū operum qualitates, & syncere fidei contemplatione cernendū est ad que ꝓuehatur humilitas carnis, & ad que inclinetur altitudo diuinitatis. Quid sit quod caro sine verbo non agit, quid sit quod verbū sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec cōciperet virgo nec pareret, & sine verbi veritate carnis obuoluta pānis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice declaratum, & sine veritate carnis non iuberetur in egyptū trāsferri puer & ab Herodis psecutione abduci. Sine verbi potentia nō diceret vox patris missa de celo, hic est filius meus dilectus in quo michi bene cōplacui, ipsum audite. Et sine veritate carnis non ꝓtestaretur Ioānes, Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potētia non fieret redintegratio debiliū, & viuificatio mortuorū, & sine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dñs patri profiteretur equalem, & sine veritate carnis non idem diceret patrē esse maiorem, cum catholica fides vtrūq̄ suscipiat, vtrunq̄ defendat que secundū confessionem beati apostoli Petri vnum christū dei viui filium & hominem credit & verbum. Quāuis itaq̄ ab illo initio quo in vtero virginis verbū caro factum est nichil vnquā inter vtrūq̄ formam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea vnius psone fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen que inseparabiliter facta sunt nulla cōmixtione confundimus, sed quid cuius forme sit ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocrite qui cecis mentibus lumen nolūt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dominus maiestatis christus affixus sit? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto monumenti lapide que tertio die caro resurrexit? & in qua post resurrectionem suā non credentes quosdam discipulos arguebat, & hesitationem cūctantium confutabat cum diceret. Palpate & videt, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Et apostolo Thome, Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus sed fidelis. Quā ta manifestatione corporis sui iam hereticorum mendacia destruebat, vt vniuersa ecclesia christi imbuenda doctrinis hoc non sibi dubitaret credendum quod apostoli susceperant predicandum. Ac si in tanta luce veritatis tenebras suas heretica obduratio non relinquit, ostendat vnde sibi spem vite polliceantur eterne, ad quem nisi per mediatorem dei & hominum hominem Iesum christum non potest peruenirī. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus non est aliud nomen datum hominib⁹ sub celo in quo oporteat nos saluos fierī, nec redemptio captiuitatis humane nisi in sanguine eius qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, & qui sicut predicat beatus apostolus Paulus, cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, Humiliauit semetipsum factus obediens vsq̄ ad mortem, mortem autem crucis, Propter quod & deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur celestiū terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris. Cū ergo vnus sit dominus Iesus christus & vere deitatis vereq̄ humanitatis in ipso vna prorsus eademq̄ persona sit, exaltationem tamen qua illū sicut doctor gentiū dicit, exaltauit deus & donauit illi nomen quod est super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formā que dilatanda erat tante glorificationis augmento.

¶ In forma quippe dei equalis erat filius patri, & inter genitorem atq̄ vnigenitum nulla in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysteriū aliquid, decesserat verbo quod

ei patris munere redderetur. Forma autem ſeruí per quam impaſſibílis deitas ſacramẽtum magne pietatís ímpleuit, humana humílitas eſt que ín gloríam díuíne poteſtatís euecta eſt, ín tantam vnitatem ab ípſo cõceptu vírginís deítate & humanitate conſerta, vt nec ſíne homíne díuína, nec ſíne deo agerentur humana. Propter quod ſícut dominus maieſtatís dícítur crucífixus, ita qui ex ſempiternítate equalís eſt deo, dícítur exaltatus, quía ínſeparabíliter manẽte vnítate perſone, vnus atq; ídem eſt, & totus dei fílius propter vnam cum patre deítatẽ. Quicquid enim in tempore accepit Chriſtus ſecundum hominem accepit, cuí que non habuít cõferrentur. Nam ſecundũ potentiam deítatís índifferenter omnía que habet pater etíam fílius habet, & que ín forma ſeruí a patre accepít, eadem ín forma dei etíam ípſe donauít.

¶ Secundum formam enim dei ípſe & pater vnum ſunt, ſecundũ formam autem ſeruí non venít facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem eíus quí míſít eum.

¶ Secũdum formam dei ſícut pater habet vítã in ſemetípſo, ſic dedít & fílío vítã habere ín ſemetípſo,

¶ Scdm formã ſeruí tríſtís eſt aía eíus vſq; ad mortẽ, & ídem ípſe eſt ſícut ait apl's & díues & pauper,

¶ Díues, quía euangeliſta dícente. In príncípío erat verbum & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat ín príncípío apud deũ, omnia per ípſum facta ſunt, & ſine ípſo factũ eſt nichíl.

¶ Pauper vero, quía propter nos verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobís. Que autem eſt eíus exínanítío, queve paupertas? níſí forme ſeruílís acceptío? per quam verbí maieſtate velata díſpenſatío humane redemptíonís ímpleta eſt. Nam quía captíuitatís noſtre reſolui orígínalía víncla non poterant níſí exíſteret homo noſtrí generís noſtreq; nature, quem peccatí preíudícía non tenerẽt, & qui ímmaculato ſanguíne ſuo chyrographum letale dílueret, ſícut ab ínítío erat díuínítus preordínatum ita eſt in plenítudíne prefíníti temporís factum, vt multís modís ſígnificata promíſſío in díu expectatum veníat effectũ. Nec poſſet eſſe ambíguum quod cõtínuís teſtíficatíonibus ſemper fuerat nũtíatum. In magno autem ſacrílegío ſe verſarí hereticorum manífeſtat ímpíetas, cum ſub ſpecie deítatís honorande humane carnís ín chríſto denegãt veritatem, & religíoſe eſtímant credí ſí dícatur ín ſaluatore noſtro. Verum non eſſe quod ſaluat cum ita ſecundũ promíſſíonem omnía ſecula precurrentem, mundus ſít deo reconcíliatus ín chríſto, vt níſí verbum dígnaretur caro fierí, nulla poſſít caro ſaluarí. Omne enim ſacramentum fídeí chríſtíane magno (vt heretící volunt) decoloratur obſcuro, ſí lux veritatís ſub mẽdacío putatur latuíſſe fantaſmatís. Non ergo quíſquã ſíbí erubeſcendum exíſtímet chríſtíanus de noſtrí ín chríſtí corpore veritate, quía omnes apoſtolí apoſtolorumq; díſcípulí & preclarí eccleſíarum quíq; doctores qui ad martyríí coronam, vel confeſſíonís meruere gloríam peruenírе, ín huíus fídeí lumíne ſplenduere conſonís vbíq; ſententíís íntonantes, quod ín domíno Ieſu chríſto deítatís & carnís vna ſít confítenda perſona. Qua autem rationís ſímílítudíne, qua díuínorum voluminum portíone heretica ímpíetas ſe exíſtímat adíuuarí, que veritatẽ, negat corporís chríſtí, cũ hanc non lex teſtíficarí, non prophetía precínere, non euangeliſta docere, nõ ípe deſtíterít chríſtus oſtendere? Querãt per omnem ſerıem ſcripturarum quo tenebras ſuas fugíant, ín quo verum lumen obſcurent. Et per omnía ſecula ita veritatem ínuenient choruſcantem, vt magnum hoc & mírabíle ſacramentum ab ínítío vídeant creditum quod eſt ín fíne completũ. De quo cum ſanctarum lítterarum nulla pars ſileat, ſufficít quedam conſona veritatís ſígna patuíſſe, quíbus dílígentía fídeí ſplendídíſſíma latítudíne dírígatur, & ſyncera íntellígentíe luce perſpícíat quod ín fílío deí quí ſe ínceſſabílíter fílíum hominís & hominem profítetur non ſít chríſtíanís erubeſcendum, ſed conſtantíſſíme gloríandum. Vt autẽ pietas tua cũ venerabílíum patrũ p̃dícatíonibus nos concordarí cognoſcat, alíquantas eorum ſentẽtías huíc credídí ſubíícíendas eſſe ſermoní. Quibus ſí dígneris attẽdere reperíes nos aliud nos predícare reperies, quam quod ſancti patres noſtrí toto orbe docuere, nec quẽquam ab íllís níſí ſolos ímpíos heretícos díſcrepare. His igítur glorioſíſſíme & venerabílís ímperator quanta potuí breuitate perſtrictís, cũ ínſpírata tibí díuínítus fíde etíam noſtrã predícatíonẽ vníam eſſe cognoſce, nec ín alíquo nos ab euangelica apoſtolicaq; doctrína, vel a catholíce profeſſíonís ſymbolo díſcrepare, quoníã ſícut docet beatus apoſtolus Paul9 magnũ eſt píetatís ſacramentum qđ manífeſtatũ eſt ín carne, íuſtífícatũ eſt ſpíritu, apparuít angelís, predícatũ eſt gentibus, creditũ eſt ín mundo, aſſumptũ eſt ín gloría. Quíd ígítur tue vtílíus eſt ſaluti, quíd tue cõgruentíus poteſtatí, q̃ vt paci eccleſíarum dn̄í tua conſtítutíone ꝓſpícías, & in omnibus tibí ſubdítís deí dona defendas, ne q̃ vlla ratione patíarís per ínuídíam díaboli míníſtros ípſíus in cuíuſq; ſeuíre pníciem, vt qui ín hoc ſancto tẽporalí emínes regno ínetternũ merearís regnare cum chríſto.

¶ Epíſtola

EPISTOLA LIII. LEONIS PAPE.

SANCTI HYLARII PICTAVENSIS EPISCOPI ET CONA
fessoris in libro secundo inter cetera. Vnum igitur hoc est immobile fundamē
tum,vna hec felix fidei petra petri ore confessa. Tu es inquit christus filius dei
viui,tanta in se argumenta sustinens veritatis,quāte peruersitatum questiones
infidelitatis calūnia mouebuntur. Iam in ceteris dispensatio voluntatis pater⸗
ne sit,virgo,partus,& corpus,post que crux,mors,inferi,sal⁹ nostra est. Huma⸗
ni enim generis causa dei filius nat⁹ ex virgine est,& spiritu sancto ipso sibi in
hac operatione famulante,& sua dei videlicet inumbrante virtute corporis sibi initia conseuit,& exor
dia carnis instituit,vt homo factus ex virgine naturā in se carnis exciperet,per que huius ammixtio
nis societas sanctificatum in eo vniuersi generis humani corpus existeret, vt quemadmodū omnes
in se per id quod corporeum se esse voluit conderentur,ita rursum in omnes ipse per id quod ei⁹ est
inuisibile referretur. Dei igitur imago inuisibilis pudorem humani exordii non recusauit,& per cō
ceptionem partum vagitū & cunas omnes nature nostre contumelias transcucurrit. Quid tandem
dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a deo originis vn⁹ vnigenitus deus in corpusculi hu
mani formam sancte virginis vtero insertus accrescit. Qui omnia continet,& intra quem & per quē
cūcta sunt,humani partus lege profertur,& ad cuius vocem archangeli atq; angeli tremunt, celū &
terra & omnia huius mūdi resoluūtur elementa vagitu infantie auditur. Qui inuisibilis & incōpre⸗
hensibilis est non visu,sensu,tactuq; moderandus,cunis est obuolutus. Hec si quis indigna deo reco
lit,tanto se maioris beneficii obnoxium confitebitur,quanto minus hec dei conuenerint maiestati.
Nam ille eguit homo effici,per quem homo factus est,sed nos eguimus vt deus caro fieret & habita
ret in nobis,id est assumptione carnis vnius interna vniuerse carnis incoleret. Humilitas ei⁹ nostra
nobilitas est,contumelia eius noster honor est. Quod ille deus in carne consistens,hoc nos vicissim
in domini carne renouati. Item eiusdem in libro nono inter cetera. Nescit plane vitam suam nescit q̄
christum Iesum vt verum deum ita & verū hominem ignorat,& eiusdem periculi res est Christum
Iesum vel spiritum deum vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me co
ram hominibus confitebor & ego coram patre meo qui est in celis. Qui autem negauerit me corā
hominibus,negabo & ego eum coram patre meo qui est in celis. Hoc verbum caro factum loque⸗
batur,& homo Iesus christus dominus maiestatis docebat,mediator ipse in se ad salutem ecclesie cō
stitutus,& ipso illo inter deum & homines mediatoris sacramento vtrūq; vnus existens,dum ipse ex
vnitis in idipsum nature vtriusq; res eadem est,ita tamen vt neutro careret in vtroq; ne forte de⁹ esse
homo nascendo desineret,& homo rursus deus manendo non esset,Hec vtiq; humane beatitudinis
fides vera est deum & hominē predicare,verbum & carnem confiteri, neq; deum nescire quod & ho
mo sit,neq; carmē ignorare quod verbū sit. Item eiusdem in eodē libro inter cetera. Natus igitur vni
genitus deus ex virgine homo & secundū plenitudinem temporū in semetipso profectur⁹ in deum
hominē,hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit,vt se filium dei credi doceret, & homi
nis filium predicari ammoneret,locutus & gerens homo vniuersa que dei sunt,loquēs deinde & ge⁹⸗
rens deus vniuersa que hominis sunt,Ita tamen vt ipso illo vtriusq; generis sermone nunquam nisi
cū significatione & hominis locutus & dei sit. Item alio loco in eodē libro inter cetera. Hinc itaq; fal⁹⸗
lēdi simplices atq; ignorātes hereticis occasio est vt que ab eo secundū hominem dicta sunt, dicta eē
secundum nature diuine infirmitatē mentiantur,& quia vnus atq; idē est loquēs omnia que loqui⁹⸗
tur de semetipso omnia eum locutum esse contēdant,Ne sane negamus totum illum qui eius manet
nature sue esse sermonem. Sed si Iesus christus & homo & deus,& neq; cū homo tum primū deus,
neq; tū cum & homo tū non etiam & deus,neq; post hoiem in deo non totus homo totus deus, vnū
atq; idē necesse dictorum sacramētū eius esse quod generis,& cum in eo secundū tēpus discernis ho⁹⸗
minem a deo,dei tum atq; hominis discerne sermonem. Et cum deū atq; hominem in tempore cō⁹⸗
fiteberis,dei atq; hominis in tempore dicta diiudica. Cum vero ex homine & deo rursum toti⁹ ho
minis totius iam dei tempus intellīgis. si quid illud ad demonstrationem eius temporis dictum est
tempori coaptato que dicta sunt,vt cū aliud sit ante hominem deus,aliud sit homo & deus, aliud sit
post hominē & deum totus homo & totus deus nō confundas temporibus & generibus dispensatio
nis sacramentum,cum pro qualitate generū ac naturarum,aliū ei in sacramento hominis necesse est

ſermonem fuiſſe non nato,alium adhuc morituro,alium iam eterno. Noſtri igitur cauſa hec omnia Ieſus chriſtus manens & corporis noſtri homo natus ſecundū cōſuetudinem nature noſtre locutus eſt,non tñ omittens nature ſue eſſe quod deus eſt.Nā tametipſi in partu,& paſſione,& morte,nature noſtre res peregerit,res tñ ipſas omnes virtute nature ſue geſſit. Et reliqua. Item alio loco in eodē libro inter cetera. Vides ne ita deū & hominē predicari vt mors homini,deo vero carnis exercitatio deputetur? Non tñ vt alius ſit q mortuus eſt, & alius ſit per quem mortuus reſurgit. Spoliata enim carne chriſtus eſt mortuus & rurſum chriſtum a mortuis excitans idē chriſtus eſt carne ſe expolians. Naturam dei in virtute reſurrectiōis intellige,diſpenſationē hominis in morte cognoſce. Et cū ſint vtraq; ſuis geſta naturis,vnū tamen chriſtū Ieſum eum memēto eſſe qui vtrūq; eſt. Item poſt pauca. Hec igitur demōſtranda a me paucis fuerūt,vt vtriuſq; nature perſonā tractari in domino Ieſu chriſto meminiſſemus,quia manēs in forma dei formā ſerui ſuſcepit. Item ſancti Athanaſii Alexandrine eccleſie epiſcopi & cōfeſſoris ad Epictetum corinthiorū epiſcopū. Quomodo autē vel dubitare auſi ſunt qui dicūtur chriſtiani,ſi dñs qui ex Maria virgine proceſſit filius quidē ſubſtantia & natura dei eſt quod ſecūdum carnē ex ſemine Dauid eſt & carne ſancte Marie? Itē ſancti Ambroſii epi & cōfeſſoris Mediolanenſis eccleſie,quod miſit ad imperatorē gratianum in libro ſecundo de fide inter cetera. Vnde illud quod lectū eſt dominū maieſtatis crucifixum eſſe,nō quaſi in maieſtate crucifixum putemus. Sed quia idem deus,idē homo,per diuinitatem de⁹, per ſuſceptionem carnis homo chriſtus Ieſus dominus maieſtatis dicitur crucifixus,quia cōſors,vtriuſq; nature id eſt humane atq; diuine in natura hominis ſubiit paſſionem,vt indiſcrete & dominus maieſtatis dicatur eſſe qui paſſus eſt,& filius hominis ſicuti ſcriptum eſt qui deſcendit de celo. Item alio loco in eodem libro inter cetera. Sileant igitur inanes de ſermonibus queſtiones quia regnum dei (ſicut ſcriptum eſt) nō in perſuaſione verbi eſt,ſed oſtenſione virtutis. Seruemus diſtinctionē diuinitatis & carnis,vnus in vtroq; loquitur dei filius,quia in eodem vtraq; natura eſt,& ſi idem loquitur, non vno ſemper loquitur modo. Intēde mecum nunc gloriā dei,nunc hominis paſſiones. Quaſi deus loquitur que ſunt diuina, quia verbum eſt,quaſi homo dicit que ſunt humana quia in ea ſubſtātia loquebatur . Item eiuſdē in libro de incarnatione domini cōtra apollinariſtas. Sed dum hos redarguimus emergunt alii qui carnem dñi dicant & diuinitatem vni⁹ nature. Que tantū ſacrilegiū inferna vomuere? Iam tollerabiliores ſunt Arriani,quorum per iſtos perfidie robur adoleſcit,vt maiore cōtentione aſſerant patrem & filium & ſpiritūſanctum vnius non eſſe ſubſtantie,quia iſti diuinitatem domini & carnem ſubſtātie vnius dicere tentauere. Item infra. Et hi michi frequenter Niceni concilii tractatum ſe tenere cōmemorant,ſed in illo tractatu patres noſtri non carnem ſed dei verbū vnius ſubſtātie cum patre eſſe dixere. Et verbum quidem ex paterna proceſſiſſe ſubſtantia,carnem autem ex virgine eſſe confeſſi ſunt. Quomodo igitur Niceni concilii nomen obtenditur & noua inducūtur que nunquam noſtri ſenſere maiores? Et reliqua. Item eiuſdē ad Sabinum epiſcopum inter cetera. Vnde pulchre apoſtolus eiuſdē verbi repetitione vſus eſt dicens de dño Ieſu chriſto. Cū in forma dei eſſet non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo,ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiēs. Quid eſt in forma dei niſi in plenitudine deitatis in illa perfectionis diuine expreſſione? Ergo cum eſſet in plenitudine diuinitatis,exinaniuit ſe & accepit plenitudinem nature & pfectionis humane. Sicut deo nichil decrat, ita nec homini conſummationis vt eſſet perfectus in vtraq; forma. Vnde & Dauid dicit, Speciosus forma pre filiis hominum. Concluditur apollinariſta,nec quo ſe vertat habet,ſuis clauditur retibus . Ipſe enim dixit formam ſerui accepit nō ſeruus locutus eſt. Iterum ergo interrogo, Quid eſt in forma dei? Reſpondit in natura dei. Sunt enim (ait apoſtolus) qui nō ſunt natura dii . Quero quid ſit formam ſerui accipiēs ſine dubio perfectionem nature & conditionis vt dixi humane vt eſſet in hominum ſimilitudine. Et pulchre non carnis ſed hominum dixit ſimilitudinem, quia in carne eadē eſt. Sed quia ſine peccato erat ſolus,omnis autē homo in peccato,in ſpecie hominis videbatur. Vnde & propheta ait. Et homo eſt & quis cognoſcit eum? homo ſecundū carnem,ſed vltra hominem diuina operatio. Deniq; cum leproſum tangeret homo videbatur,ſed vltra hominem cum mundaret. Et cum lazarū mortuū fleret,mortuum quaſi homo flebat, ſed ſupra hominem erat cum mortuum vinctū iubebat pedibus exire. Hō videbatur cum pēderet in cruce,ſed ſupra hominē cū reſeratis tumulis mortuos ſuſcitaret. Sancti Auguſtini epi Iponenſis eccleſie ad dardanū inter cetera. Noli itaq; dubitare ibi nunc eſſe hominē chriſtum vnde vēturus eſt,memoriterq; recole,& fideliter tene chriſtiana cōfeſſionem quoniā reſurrexit a mortuis,aſcendit in celū ſedet ad dexteram patris,nec aliunde

quā inde

quam inde ad iudicandos venturus est viuos & mortuos. Et sic veturus illa angelicā voce testante quemadmodū est ire visus in celum,id est in eadem forma carnis atq; substantia cui profecto imortalitatē dedit,naturam non abstulit. Item eiusdem in Epistola ad Volusianum inter cetera. Nunc vero ita inter deum & homines mediator apparuit & in vnitate persone copulans vtrāq; naturam, vt solita sublimaret insolitis,& insolita solitis temperaret. Item eiusdē in expositione euangelii secundū Ioannem inter cetera. Quid igitur heretice cum christus sit deus & homo loquitur vt homo & calūniaris deo? Ille in se naturam cōmendat humanam,tu in illo audes deformare diuinam. Et iterum infra. Agnoscamus geminam substātiam christi,diuinā scilicet qua equalis est patri,hnmanam qua minor est patre. Vtrūq; autem simul non duo sed vnus Christus,ne sit quaternitas non trinitas deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro,sic vnus est deus ,christus, & homo, ac per hoc christus est deus anima rationalis & caro. Christum in his omnibus, christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus,sed in forma dei. Quis est sub pontio Pylato crucifixus? Christus Iesus,sed in forma serui. Item eiusdem cuius supra. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus,sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hec omnia non duo vel tres,sed vnus est Christus. Ideo ergo dicit,si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem,quoniam nature humane gratulandū est,eo quod sic assumpta est a verbo vnigenito vt immortalis cōstitueretur in celo,atq; ita fieret terra sublimis,vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Sancti Ioannis constantinopolitani episcopi & confessoris in homelia de cruce & latrone,Sed cur cum cruce veniat videam?,scilicet vt hi qui eum crucifixere,sue sentiant dementie celitatem,ideo impudentie eorum signū portatur. Ideo propheta ait. Tūc lamentabuntur omnes tribus terre videntes accusatorem agnoscentes peccatum. Et quid mirū si crucē portans aduenier,quo modo & vulnera corporis ipsa demōstrat. Tunc enim(inquit)videbunt quem cōfixere,Et sicut post resurrectionē Thome voluit diffidentiā confutare,& illi clauorū loca mōstrauit,& lateris vulnera declarauit,& dixit,mitte manū tuam & vide quoniam spūs carnem & ossa nō habet sicut me vides habere, Sic & tunc ostendens vulnera crucēq; demonstrabit,vt ostendat illū se esse qui fuerat crucifixus. Itē eiusdem in homelia de ascensione dni. Nam sicut duobus iurgio se paratis vnus in medio posit? altercantium litem discordiamq; dissoluit,ita & christus nobis fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & nos contēnebamus iratum,& clementem dominum declinabamus,& se medium christus ingessit, & sociauit vtrāq; naturam,& nobis quod imminebat supplicium ipse sustinuit, Itē eiusdem in eadē homelia inter cetera,Christus igitur nostre nature primitias obtulit patri,& oblatum donum mirat? est pater. Quod tanta dignitas offerebat,& quod offerebatur nulla macula fedabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum,& sue sedis fecit esse participem,& quod plus est ad partē sue dextere collocauit. Cognoscamus quis ille est qui audiuit,Sede ad dexteram meam que natura est cui dixit,esto mee particeps sedis,illa natura que audiuit,terra es & in terram ibis. Item eiusdem in eadem homelia inter cetera. Quo sermone vtar,quo verbo dicam reperire non possum. Natura fragilis,natura contepta,& omnibus monstrata deterior omnia vicit,omnia superauit,omnib? hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli diu vota desyderata ceperunt,hodie archangeli quod multo tēpore cupiebant inspicere valuerunt,naturam nīam in sede dominica immortali fulgentem gloria peruiderunt. Sancti theophili epi Alexandrini de epistola paschali quam per egyptum destinauit. Cui? rei testis est ille qui loquitur. Omnes declinauere simul inutiles facti sunt. Et prophete christi auxilium deprecantes,domine inclina celos tuos & descende, Non vt mutaret loca in quo omnia sunt,sed vt propter salutem nostram carnem humane fragilitatis assumeret,Paulo apostolo eadem concinente, Cum esset diues pro nobis pauper factus est, vt nos illius paupertate ditaremur,venitq; in terras, & de virginali vtero,quem sanctificauit egressus homo,interpretationem nominis sui Emanuel id est nobiscum deus,dispensatione confirmans,mirum in modum cepit esse quod nos sumus, & non desiit esse quod erat. Sic assumens naturam nostramvt quod erat ipse non perderet. Q̄quam enim Ioannes scribat verbum caro factum est id est aliis verbis deus homo factus est, verbum tamen nō est versum in carnem,quia nunquam deus esse cessauit. Ad quem & spiritussanctus loquitur. Tu autem idem ipse es, Et pater de celo contestatur,& dicit,tu es filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Vt & homo factus nostra confessione permanere dicatur, quod fuit priusquam homo fieret Paulo nobiscum eadem predicante, Iesus christus heri & hodie idem ipse & ineternum,

In eō enim quod ait ipſe,oſtendit eum priſtinā non mutaſſe naturā, nec diuinitatis ſue imminuiſſe diuitias,quia propter nos pauper effectus plenam ſimilitudinem noſtre conditionis aſſumpſerat. Itē eiuſdem in alia epiſtola paſchali cōtra Origenem inter cetera. Vnus filius patris noſtri mediator, nec qualitatem eius amiſit,nec a noſtro conſortio ſeparatus eſt,Inuiſibilis deus & viſibilis homo, forma ſerui abſconditus & dominus glorie confeſſione credentium comprobatus. Neqꝫ enim priuauit eum pater nature ſue nomine poſtquā pro nobis homo & pauper effectus eſt,nec in Iordane fluuio baptizatum altero appellauit vocabulo,ſed filium vnigenitum,tu es filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. Nec ſimilitudo noſtra in diuinitatis eſt mutata naturā,nec diuinitas in noſtre nature verſa eſt ſimilitudinem. Sancti Gregorii epiſcopi nazāzeni in homelia de epyphania inter cetera. Cum ergo proceſſiſſet ex virgine deus in ea quam aſſumpſerat humana natura,vnum e duobus ſibi inuicem contrariis exiſtens carne & ſpiritu aliud in deum aſſumitur,aliud deitatis gratiam preſtat. Item infra. Miſſus eſt quidē ſed vt homo,duplex enim erat in eo natura. Inde denicꝫ & laborauit ex itinere,inde & eſuriit,& ſitiuit,& contriſtatus eſt,& fleuit humani corporis lege. Sancti baſilii epiſcopi capadocis. Cū ergo quedam in chriſto ita videmus humana vt nichil a cōmuni mortalium fragilitate diſtare videantur,quedam ita diuina que nulli alii niſi illi ineffabili nature cōueniant deitatis,heret humani intellectus anguſtia,& tāte ammirationis ſtupore perculſa quo declinet,quid teneat,quo ſe vertat ignorat. Si hominē putet deuicto mortis regno cū ſpoliis redeuntē a mortuis cernit. Propter quod cū omni metu & reuerētia contemplādū eſt vt in vno eodemqꝫ ita vtriuſqꝫ nature veritas demōſtretur,vt neqꝫ aliquid indignū & indecens de diuina illa & ineffabili ſuſtātia ſentiatur,neqꝫ rurſum que geſta ſunt falſis illuſa imaginibus eſtimentur. Sancti Cyrilli epiſcopi Alexādrini. Homo nominatus eſt cū ſit natura deꝰ dei patris verbum,quoniam ſimiliter vt nos ſanguini cōmunicauit & carni. Si enim in terris apparuit non amittēs id quod erat,ſed aſſumens humanitatis naturam in ſua ratione perfectam. Item eiuſdem in libro qui dicitur colia. Vnus igitur eſt & ante incarnationē deus verus,& qui in diuinitate manſit in qua erat,eſt, & erit. Nō diſcernendū igitur vnū dominū Ieſum chriſtum in hoiem ſeorſum,& ſeorſum in deum,ſed vnū eūdemqꝫ Ieſum chriſtum eſſe dicimus,non ignorātes differentias naturarum,ſed eas inconfuſas inter ſe ſeruantes. Item cuius ſupra. Dicituꝛqꝫ nam tanquā aliud in alio inhabitare id eſt diuina natura in humanitate nō perpeſſa commixtionem vt eſſet quod non erat, Quicquid enim in alio habitare dicitur non ipſum fit tale quale eſt id in quo habitat,ſed aliud in alio magis intelligitur. At vero in verbi perſona,& humanitatis nobis ſolam differentiam deſignat diuerſitas naturarum. Vnus enim ex vtroqꝫ intelligitur chriſtus. Ergo in confuſione vt ante dixi ſeruata inhabitaſſe ait verbum in nobis. Scit enim vnum eſſe filium vnigenitum carnem factum & hominem. Item cuius ſupra ad Neſtorium.

A Ait igitur ſancta & magna ſynodus ipſum qui eſt ex deo patre natus naturaliter filium vnigenitum deum verum de deo vero, lumen de lumine, Per quem & cum quo omnia fecerit pater hunc deſcendiſſe incarnatum eſſe,& hominem factum, paſſum eſſe,reſurrexiſſe tertia die, & aſcendiſſe rurſus ad celos. Hec nos ſequi verba debemus,his nos conuenit obtemperare dogmatibus,cō ſyderantes quid ſit incarnatum eſſe & hominem factum dei verbum. Non enim dicimus quod dei natura conuerſa vel immutata facta ſit caro,nec quod in totum hominem qui eſt ex anima & corpore tranſformata ſit,ſed illud magis quod carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit verbum,& ſubſtantialiter ineffabiliter & irreprehenſibiliter factus ſit homo,& nuncupatus ſit etiam filius hominis,non nuda tantummodo voluntate,ſed nec aſſumptione ſola perſone,ſed quod diuerſe quidem nature,in vnum conuenerint, vnus tamen ex ambabus chriſtus & filius, non euacuata aut ſublata diuerſitate naturarum per coniunctionem,ſed quia ſimul in nobis effecerunt vnum dominū & chriſtum & filium, id eſt diuinitas & humanitas per archanam illam ineffabilemqꝫ copulationis adunationem. Itaqꝫ is qui ante ſecula omnia eſt natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus. Non quia diuina ipſius natura de ſacra virgine ſumpſit exordium, nec quod propter ſeipſam opus habuit, ſecundo naſci poſt illam natiuitatem quam habebat ex patre. Eſt enim ineptum & ſtultum hoc dicere, quod is qui ante omnia ſecula eſt conſempiternus patri ſecunde generationis eguerit vt eſſe inciperet. Sed quia propter nos & noſtram ſalutem naturam filii copulauit humanam & proceſſit ex muliere,idcirco dicitur natus eſſe carnaliter. Neqꝫ enim prius natus eſt homo cōmunis de ſancta virgine,& tūc demum habitauit in eo verbū,ſed in ipſa vulua vtero qꝫ virginali ſecū carnē cōiūxit & ſuſtinuit gnationem carnalem carnis ſue natiuitatem ſuam faciens.

Sic illum

Sic illū dicimus & passum esse & resurrexisse,nō quia deus verbum in sua natura passus sit,aut clauo rū trāsfixiones,aut alia vulnera,deus nāq incorporalis extra passionē est,sed quia corp9 illud q ipsius ꝓprīū factū est, passum est, ideo hec omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpo re quod patiebatur deus qui pati non poterat. Simili modo & mortē ipsius intelligimus. Immortale eni & in corruptibile est naturaliter & vita & viuificans dei verbū. Sed quia corpus ipsius proprium gratia dei iuxta Pauli vocē pro omnibus mortē gustauit,idcirco ipse dicitur mortē passus esse pro nobis,nō q in se mortē esset expertus quantū ad ipsius naturam pertinet. Insania est eni hoc vel sentire vel dicere. Sed q(vt supra diximus)caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carnis ipsius rursus resurrectionē diximus,nō quia incorruptionē ceciderit quod absit,sed quia eius surrexit corpus. Ita christū & dominum vnū confitemur,non tanquā hoiem cū verbo coadorantes,ne diuisionis quedam species inducatur,sed vnū iam & eūdē adorantes,quia nō est alienū averbo corpus suū,cū quo ip si etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus,sed vno cū carne per vnitatem. Q ui si talem copulationem factam per substantiā aut quasi passibilem aut quasi parum decorā noluerimus accipere in id incidimus vt duos filios esse dicam9. Necesse.n. discernere & dicere hoiem separatim fuisse sola filii persona honoratū,& rursumverbū quod est ex deo & noie & veritate filiū dei, sed discernere in duos filios nō debemus vnū dnm Iesum xp̄m, Neq.n. id adiuuat rectā fidei rationem,licet nonnulli nescio quā phibeant diuisionem personarū. Non dixit eni scriptura verbū dei personā hominis sibi assumpsisse,sed carnem factum esse. Id autē est ostendere dei verbum similiter ad nos participationē habuisse carnis & sanguinis,& corpus nostrū proprie suum fecisse,& hominem ex muliere processisse,non abiecta nec deposita deitate aut generatione illa quā habebat ex patre,sed mā sisse etiam in assumptione carnis dominum quod erat. Hoc vbiq recte fidei ratio protestatur,in tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitauere sanctam virginem dicere theotocon,non q verbi natura deitasq in sancta virgine sumpsit exordiū,sed q ex ea natū sit sacrū illud corpus animatū anima rationali,cui substantialiter adunatū dei verbum carnaliter natum esse dicitur.

EPISTOLA DECRETALIS LEONIS PAPE AD ANASTASIVM EPISCOPVM THESSALONICENSEM. Epistola.quinquagesima.iiii.

SVANTA FRATERNITATI TVE A BEATISSIMO PA A
tre apostolo sint cōmissa,& qualia etiā nostro tibi fauore sint credita,si vera ratione perspiceres,& iusto examine ponderares,multum possemus de iniuncta tibi sollicitudinis deuotione gaudere. Quoniā sicut predecessores mei predecessoribus tuis,ita etiam ego dilectioni tue priorū secutus exemplū vices mei moderaminis delegaui,vt curam quam vniuersis ecclesiis principaliter ex diuina institutione debemus imitator nostre mansuetudinis adiuuares,& lōginquis ab apostolica sede prouinciis presentiam quodāmodo nostre visitationis impēderes,quia de cōtinenti oportunoq profectu,prōptum tibi esset agnoscere quid vel in quibus reb9 vel studio cōponeres vel nostro iudicio reseruares. Nam cū maiora negocia & difficiliores causarum exitus liberū tibi esset sub nostre sententie expectatione suspendere,nec ratio nec necessitas fuit in id quod mensurā tuā excederet deuiā di. Abundant eni apud te monimentorū scripta nostrorū,quibus te de omniū actionū tēperātia frequenter instruximus,vt cōmendatas tibi ecclesias per exhortationē charitatis ad salubritatē obedientia prouocares. Q uia etsi plerumq existunt inter negligētes vel desides fratres que oporteat maiore austeritate curari,sic tn est adhibenda correctio vt semp sit salua dilectio. Vñ & beatus apostolus Paulus ad ecclesiasticū regimen Timotheū imbuens dicit. Seniorem ne increpaueris,sed obsecra vt patrē iuuenes vt fratres,anus vt matres,iuuenculas vt sorores in omni castitate, Q ue moderatio si quibuscūq inferioribus mēbris ex apostolica institutione debetur,quāto magis fratribus & coep̄is sine offensione reddenda est? Vt licet nōnunquā accidant que in sacerdotalibus sint reprehendenda personis, plus tn erga corrigenda se agat beniuolentia q̄ seuerītas,plus cohortatio q̄ cōmotio,plus charitasq̄ protestas. Sed hi qui que.sua sūt querūt,nō que Iesu Christi,facile ab hac lege discernūtur,& dū domina ri magis q̄ cōsulere subditis querunt placet honor ,inflat superbia,& quod prouisum est ad concordiam tendit ad noxā. Q uod vt necesse habeamus ita dicere nō de paruo animi dolore ꝓcedit. Meip sum eni quodāmodo in culpa sentio,cū te a traditis tibi regulis in modico deuiasse cognosco. Q ui si tue estimationis parū diligēs eras mee saltē fame parcere debuisti, ne que tuo,tantū facta sunt animo

nostro viderentur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaq; ad tuos missa maiores apostolice sedis presulū scripta decurrat, & vel a me vel a predecessorib⁹ meis inueniat ordinatum quod a te cognoui esse presumptū. Venit nāq; ad nos cum epīs prouincie sue frater noster Atticus veteris ephiri Metropolitanus antistes, & de indignissima astrictione quā pertulit lachrymabili actione conquestus est coram astantibus diaconibus tuis, qui querelis flebilibus nihil contra referendo, ea que nobis ingerebantur fide non carere monstrabant, Legebatur quoq; in litteris tuis quas idem diaconi detulere, q̄ frater Atticus Thessalonicā veniisset, q̄q; cōsensum suū etiā scripture professione signasset, vt de illo non aliud a nobis intelligi posset, q̄ proprii arbitrii & spontane deuotionis fuisse q̄ venerat, q̄q; chartulam de obedientie sponsione conscripserat. In cuius tamen chartule mentione tignū prodebatur iniurie. Non eni necessariū fuerat vt obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso iam voluntarii aduentus probabat officio. Vnde deplorationibus supradictis, hec verba epistole tue testimoniū pretulere. Et per hoc q̄ nō est tacitū nudatū est illud quod silentio fuerat adopertum, adhibitam scilicet illyrici prefecturā & sublimissimā inter mundanos apices potestatem in exhibitionem insontis antistitis incitatā, vt missa executione terribili que omnia sibi officia publica ad effectū preceptionis adiungeret a sacris ecclesie abditis nullo vel falso insimulatus crimine extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam egritudinis obstantis hyemis darentur inducie, sed iter asperū & periculis plenū per inuias cautes agere cogeret. Quod tanti laboris tātiq; discriminis fuit vt ex his qui ep̄m comitati sunt quidā defecisse dicantur. Multū stupeo frater charissime, sed & plurimū doleo, q̄ in eum de quo nihil amplius indicaueras q̄ q̄ euocatus adesse differret, & excusationē infirmitatis obtenderet tam attrociter & tam vehemēter potueris cōmoueri, presertim cū etsi tale aliquid mereretur, expectādū tibi fuerat quid ad tua cōsulta rescriberet. Sed vt vides bene de moribus meis estimasti, & quā ciuilia pro conseruanda sacerdotali cōcordia responsurus essem, verissime preuidisti, & ideo motus tuos exequi sine dilatione properasti, ne cū moderationis nostre aliud disponentis scripta sumpsisses, faciendi id quod factū est licentiam nō haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat, & metropolitanū ep̄m noui apud te criminis pondus vrgebat? Quod quidē alienū ab illo etiā tu nihil ei obiiciendo confirmas. Sed etiā si quid intolerandūq; gessisset, nostra erat expectanda censura, vt nihil prius ipse decerneres q̄ quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tue credidimus caritati vt in partē sis vocatus sollicitudinis, non plenitudinem potestatis Vnde sicut multum nos ea que a te pie sunt curata letificant, ita nimium ea que perperam sunt gesta contristant. Et necesse est post multarum experimenta causarum sollicitius prospici & diligentius precaueri, quatenus per spiritum caritatis & pacis omnis materia scandalorum de ecclesiis domini (quas tibi commendauimus) auferatur, preeminente quidem in illis prouinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius vsurpationis excessu. Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu dei conditos & totius mundi reuerentia consecratos, metropolitanos singularum prouinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis cura pretenditur, ius tradite sibi antiquitus dignitatis intemeratū habere decernimus, ita vt a regulis prestitutis nulla aut negligentia, aut presumptione discedant.

A ¶ In ciuitatibus, quarum rectores obierint, desubstituendis episcopis hec forma seruetur, vt qui ordinandus est, etiam si bone vite habeat testimonium non laicus, non neophitus, nec secunde coniugis maritus, aut qui vnam quidem habeat vel habuerit, sed quam sibi viduam copularit. Sacerdotum eni tam excellens est electio vt hec que in aliis ecclesie membris non vocantur in culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati & procreationi liberorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfecte continentie puritatem, nec subdiaconibus carnale connubium conceditur, vt qui habent sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus capite est, dignum est custodiri, quanto magis in primo aut secundo vel tertio seruandum est. ne aut Leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur, qui se a voluptate vxoria necdum frenasse detegitur.

B ¶ Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnib⁹ preponatur, quem cleri plebisq; consensus concorditer postulauerit. Ita vt si in aliam forte personam partiū se vota diuiserint, metropolitani iudicio, is alteri preferatur, qui maioribus & studiis iuuatur, & meritis. Tantum vt nullus inuitis & nō petētib⁹ ordinetur, ne ciuitas ep̄m non optatū, aut cōtemnat, aut oderit, vt fiat minus religiosa q̄ cōuenit, cui non licuerit habere quē voluit. De persona autem consecrandi episcopi, & de cleri plebisq;

biſq; conſenſu metropolitanus eps ad fraternitatē tuā referat,quodq; in prouincia bene placuit,ſcire te faciat,vt ordinationē rite celebrādā tua quoq; firmet auctoritas. Que rectis diſpoſitionibus nichil more aut difficultatis debet afferre,ne gregibus domini diu deſit cura paſtorum.

¶Metropolitano vero defuncto,cum in loco eius alius fuerit ſubrogandus,prouinciales epiſcopi ad A
ciuitatem metropolitanam conuenire debebunt,vt omnium clericorum atq; omnium ciuium volun
tate diſcuſſa,ex preſbyteris eiuſdem eccleſie,vel ex diaconibus optimus eligatur,de cuius nomine ad
tuam notitiam prouinciales referant ſacerdotes,impleturi vota poſcentium,ſi quod ipſis placuit,tibi
quoq; placuiſſe cognouerint. Sicut enim iuſtas electiones nullis dilationibus volumus fatigari,ita ni
chil permittimus te ignorante preſumi.

¶De cōciliis autē epiſcopalibus nō aliud indicam⁹q; ſancti patres ſalubriter ordinarūt,vt ſcilicet bini B
cōuentus per annos ſingulos habeantur,in quibus de oibus querelis que inter diuerſos eccleſie ordi
nes naſci aſſolent iudicetur. Et ſi forte inter ipſos qui preſunt de maioribus (quod abſit) peccatis,
cauſa naſcatur,que prouiciali nequeat examine diffiniri, fraternitatē tuam de totius negotii qualitate
metropolitanus curabit inſtruere,& ſi corā poſitis partibus,nec tuo fuerit res ſopita iudicio ad noſtrā
cognitionē quicquid illud eſt tranſferatur. ¶Si quis epiſcopus mediocritate ciuitatis ſue deſpecta ad C
miniſtrationē loci celebrioris ambierit,& ad maiorē ſe plebem quacunq; occaſione tranſtulerit,a cathe
dra quidem pellatur aliena,ſed carebit & propria,vt nec illis preſideat quos per auaritiā cōcupiuit,nec
illis quos per ſuperbiam ſpreuit,ſuis igitur terminis contētus ſit quiſq;,nec ſupra menſuram iuris ſui
affectet augeri. ¶Alienum clericum inuito epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat,& nemo ſollicitet,ni D
ſi forte ex placito charitatis id inter dantem accipientemq; conuenerit. Nā grauis iniurie reus eſt qui
de fratris eccleſia id quod eſt vtilius aut pretioſius, audet vel allicere,vel tenere. Itaq; ſi intra prouinciā
res agatur tranſfugam clericum ad ſuam eccleſiam metropolitanus redire compellat. Si autem longi⁹
proceſſit,tui precepti auctoritate reuocabitur,vt nec cupiditati,nec ambitioni occaſio relinquatur.

¶In euocandis autē ad te epīs,moderatiſſimū te eſſe volumus,ne per maioris diligentie ſpeciē,fra E
ternis videaris gloriari iniuriis. Vnde ſi cauſa aliqua maior extiterit,ob quā neceſſariū ſit fraternū ad
uocare cōuentū,binos de ſingulis prouinciis epōs,quos metropolitani crediderint eſſe mittendos ad
fraternitatē tuā venire ſufficiat. Ita vt in preſtituto tēpore nō vltra quindecim dies quo cōuenerint,re
tardentur. Si autē in eo quod cū fratribus tractandū,diffiniendūq; crediderit diuerſa eorum fuerit a
tua voluntate ſententia, ad nos oia ſub geſtorum teſtificatione referantur,vt remotis ambiguitatibus
quod deo placeat decernatur. Ad hunc enī finē,omnē affectū noſtrum curamq; dirigimus,vt quod
ad vnitatem concordie,& quod ad cuſtodiā pertinet diſcipline,nulla diſſenſione violetur,nulla deſi
dia negligatur. Et te igitur frater chariſſime,& eos fratres noſtros qui de tuis offenduntur exceſſibus
cum tamen non ſimilis ſit omniū materia querelarū,hortor & moneo,vt que pie ſunt ordinata,ſalubri
terq; diſpoſita,nulla concertatione turbentur. Nemo quod ſuum eſt querat,ſed quod alteri⁹,ſicut apo
ſtolus ait. Vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat in bono ad edificationē, Nec enim poterit verita
tis noſtre firma eſſe compago,niſi nos ad inſeparabilem ſolidꝭtatē vinculū charitatis aſtrinxerit, quia
ſicut in vno corpore multa membra habemus,omnia autem mēbra nō eundem actū habent,ita mul
ti vnum corpus ſumus in chriſto,ſinguli autem alter alterius membra. Hec connexio totius quidem
corporis vnanimitatem requirit,ſed precipue exigit concordiam ſacerdotum. Quibus cum digni
tas ſit cōmunis,non eſt tamen ordo generalis,quoniam & inter beatiſſimos apoſtolos in ſimilitudine
honoris fuit quedam diſcretio poteſtatis, & cum oim par eſſet electio,vni tamen datum eſt,vt ceteris
preemineret,de qua forma epiſcoporū quoq; eſt orta diſtinctio,& magna diſpoſitiōe prouiſum eſt
ne omnes ſibi omnia vendicarent,ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli,quorum inter fratres habe
retur prima ſententia,& rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti,ſollicitudinem ſuſciperēt am
pliorē, per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis eccleſie cura confluereꝭ,& nihl vnq; a ſuo capite diſſi
deret. Qui ergo quibuſdā ſcit ſe eſſe prepoſitū,non moleſte ferat aliquē ſibi eſſe prelatū,ſed obedientiā
quā exigit.etiā ipſe dependat, & ſicut non vult grauis oneris ſarcinam ferre.ita nō audeat alii impor
tabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri dicentis,diſcite a me quia
mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiē animabus veſtris. Iugum enī meū ſuaue eſt,& onus
meū leue eſt. Quod quomodo experiemur,niſi & illud i obſeruantiā veniat quod idē dominus ait,
Qui maior eſt veſtrū erit miniſter veſter,qui autē ſe exltat hūiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

¶Leo Septimo epiſcopo Altino. Epiſtola quinquageſima quinta.

A ECTIS TVE FRATERNITATIS LITTERIS VIGOREM fidei tue quam olim noueramus agnouimus,congratulantes tibi quod ad cu/ stodiã gregum christi paſtoralẽ curãvigilanter exequeris,ne lupi qui ſub ſpecie ouium ſubtrahunt beſtiarum ſeuitia ſimplices quoſq; dilacerent,non ſolum ip ſi nulla correctione proficiant ſed etiam ea que ſunt ſana corrumpant queſtio/ ne que viperea poſſit obtinere fallacia. Ad metropolitanum ep̃m prouincie ve/ netie ſcripta dixerimus quibus ad ſtatus ſui periculũ cognoſcerent pertinere, ſi quiſq̃ de pelagianorum & ſceleſtianorũ conſortio veniens in cõmunione catholica ſine profeſſione le gitime ſatisfactionis habeatur. Saluberrimum eni eſt & ſpiritualis medicine vtilitate pleniſſimum,vt ſiue preſbyteri,ſiue diaconi,ſiue alii cuiuſlibet ordinis clerici qui ſe correctos videri volunt,errorẽ ſuũ & ipſos erroris auctores damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur,vt ſenſib9 prauis & dudum perem/ ptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio,ne vllũ mẽbrum eccleſie taliũ poſſit ſocietate violari,cũ per oia illis profeſſio propria ceperit obuiare,circa quos etiam illam canonũ cõſtitutionẽ precipimus cuſtodiri, ne ab hiis eccleſiis ad quas proprie pertinẽt ſinantur abſcedere,& pro ſuo arbitrio ad loca ſibi non de putata tranſire. Quod recte non permittitur inculpatis,multo minus debeat licere ſuſpectis. Proin/ de dilectio tua cuius deuotione gaudemus,iungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris,& cum ſu/ pradicto metropolitano det operã,vt circunſpecte velociter ipleãtur ea que ad totius eccleſie incolumi/ tatẽ & laudabiliter ſunt geſta,& ſalubriter ordinata. Epiſtola quinquageſimaſexta.

¶ITEM EIVSDEM AD EVNDEM.

B  ELATIONEM FRATRIS ET COEPISCOPI NOSTRI SEP/ timi,que i ſubditis habetur,agnouim9 quoſdã preſbyteros,diacones,ac diuerſi ordi nis clericos,quos Pelagiana,vel Sceleſtiana hereſis habuerit implicatos,ita in viam prouinciã ad cõmunionem catholicam peruenisſe,vt nulla ab eis dãnatio proprii exigeretur erroris,vt paſtoralibus excubiis ,nimium dormitantibus,lupus ouium p ellibus tectus in ouile dominicum non depoſitis beſtialibus animis introiret. Et per auctoritatem canonũ decretorũq; noſtrorũ,ne inſontibus quidẽ cõceditur vſurparet,vt relictis ec/ cleſiis in quibus clericatũ aut acceperat,aut receperant. iſtabilitate ſua per diuerſa circũferanť,amantes ſemp errare,& nunq̃ in fundameto apoſtolico pmanere. Quoniã q; nullo diſcuſſi examine, nullo ſũt preiudicio ſue ꝓfeſſionis obſtricti,hũc maxime fructũ,vt ſub velamento cõionis plures domos adeãt & per falſi nois ſcietiã,multorũ corda corrũpant,Quodq; vtiq; efficere nõ poſſet,ſi eccleſiarũ preſules neceſſariã diligẽtiã in taliũ receptione ſeruarẽt nec cuiq̃ eorũ euagari licuiſſet. Ne ergo vlterius audea/ tur,neve per quorũdã negligentiã introducta pernicies ad euerſionẽ multarũ tendat aiarũ,hac noſtri auctoritate precepti induſtrie tue fraternitatis indicim9. vt congregata apudvos ſynodo ꝓuincialiũ ſa cerdotũ,oẽs ſiue p̃ſbyteri,ſiue diaconi,ſiue cuiuſq; ordinis clerici,qui de Pelagianorũ,Sceleſtianorũq; cõſortio in communionẽ ſui catholicam imprudẽtia ſunt precepti vt non prius ad damnationem co arctarentur erroris,nũc ſaltẽ poſteaq̃ hipocriſis eorũ ex quadã parte detegit,adverã correctionẽ que et ipſis prodeſſe,& nullis poſſit nocere cogantur,damnẽt apertis ꝓfeſſionibus ſui ſuꝓbi erroris auctores,& quicquid in doctrina eorum vniuerſalis eccleſia ex horruit, deteſtentur,oiaq; decreta ſynoda/ lia que ad exciſionem hereſeos apoſtolice ſedis confirmauit auctoritas amplecti ſe,& in onmib9 appro bare plenis & apertis. ac propria manu ſubſcriptis ꝓteſtationib9 eloquantur .Nihil in verbis eorũ ob/ ſcurũ,nihil inueniat̃ ambiguũ. Quoniã nouimus hanc iſtorũ eſſe verſutiã,vt quacunq; particula do gmatis execrandi,qua ſe a damnatorũ ſocietate diſcreuerint,nihil ſibi ſenſuum ſuorum eſtiment eſſe non ſaluum. Cumq; omnes diffinitiones ſuas ad tantam facilitatem improbare ſe ſimulent,atq; de/ ponere,hoc ſibi tota arte fallendi,niſi intelligatur excipiunt,vt gratia dei ſecũdũ merita dari accipien/ tium ſentiatur. Que niſi gratis datur,non eſt gratia,ſed merces,retributioq; meritorũ,dicente beato apoſtolo. Gratia ſalui facti eſtis per fidẽ,hoc nõ exvobis,ſed dei donũ eſt. Nõ ex operibus,ne forte qs extollatur,ipſius eni ſumus figmẽtũ creati in chriſto Ieſu in operib9 que p̃parauit de9,vt in illis ambu lemus. Omnis itaq; bonorũ operũ deuotio diuina preparatio eſt,nec ꝓpria quiſquã iuſtificatur vir/ tute,quoniã gratia vnicuiq; principium iuſtitie & bonoruum fons,atq; origo meritorum eſt. Sed ab iſtis ideo per naturalem induſtriã dicitur peruenirí,vt que ad gratiam proprio clara ſit ſtudio,nul lo videatur pcti originalis vulnere ſauciata. Ideo etiã paruulos dicũt,ſi ſine baptiſmo hinc de ſcẽo exie rint nõ poſſe damnari,neq; reos in peccato Ade teneri,ſed ad regnũ dei vel advitã eternam ſine vlla cũ ctatione venire,cum Apoſtolus dicat per vnum hoiem peccatum intrauit in mundũ,& per peccatũ

mors,& ita in oēs hoies pertranſiit, ꝓpter quod & ipſi paruuli baptizātur. Quāuis i illo vno poſſint intelligi plura peccata,ſi vnū ipſum in ſua quaſi mēbra ſingula diuidatur. Nā & ſuperbia eſt illic, quia in ſua homo potius eſſe q̄ in dei poteſtate dilexit,& ſacrilegiū,quia deo non credidit,& homicidium, quia ſe precipitauit in mortem,& fornicatio ſpiritualis,quia integritas mētis humane ſerpētina ſuaſione corrupta eſt,& furtū,quia prohibitus vſurpatus eſt cibus,& auaritia,quia plus q̄ ſufficere illi debuit appetiuit,& ſi quid aliud in hoc vno admiſſo diligenti conſideratione poterit inueniri. Parentū quoq̄ peccatis paruulos obligari non ſolū primorū hoim,ſed etiā ſuorū de quibus ipſi nati ſunt,non improbabiliter dicitur. Illa quippe ſententia reddā peccata patrū in filios,tenet eos vtiq̄ anteq̄ per regenerationē ad teſtamentū nouum incipiāt pertinere,quod teſtamentū prophetabatur,cū diceretur per Ezechielem,nō accepturos filios peccata patrū ſuorū,nec vlterius futuram in Iſrael parabolā illam,patres manducauerūt vuā acerbam,& dentes filiorū obſtupeſcunt. Ideo eni quiſq̄ renaſcitur,vt ſoluatur in eo quicquid peccati eſt cū quo naſcitur. Nā peccata que male agendo poſtea cōmittuntur,poſſunt & penitendo ſanari,ſicut etiā poſt baptiſmū fieri videmus. Ac per hoc non eſt inſtituta regeneratio,niſi quia vitioſa eſt generatio,vſq̄ adeo,vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat,In iniquitatibus conceptus ſum,& in peccatis mater me in vtero aluit. Neq̄ hic dixit iniquitate, vel in peccato, cū hoc recte dici poſſet,ſed iiquitates & peccata dicere maluit, quia & in illo vno quod in oēs hoies pertranſiuit,atq̄ tam magnū eſt,vt eo mutaretur,& cōuerteretur in neceſſitatem mortis humana natura, ſicut ſupra diſſerui,reperiuntur plura peccata & alia parētum,que nō poſſunt mutare naturā,reatu tñ obligant filios,niſi gratuita gratia,& mia diuina ſubueniat. A paruulo enim recens nato,vſq̄ ad decrepitū ſenem quamlibet corporis etatem gerant,ſicut nullus prohibendus eſt a baptiſmo,ita null⁹ eſt qui non peccato moriatur in baptiſmo,Sed paruuli originali,maiores autē etiam his omnib⁹ motiūtur peccatis quecunq̄ maleviuendo addidere ad illud quod naſcendo traxere. Cauendū ergo dilectioni tue eſt magnaq̄ diligentia prouidendū,ne per hmōi homines extincta dudū ſcandala ſuſcitentur, & de exciſo olim dogmate aliquid in prouincia eiuſdē mali germen oriatur,quod non ſolū in radicibus ſuis crekat,ſed etiā ſancte eccleſie ſoboles veneno ſui odoris inficiat,qui correctos ſe videri volunt ab omni ſuſpitione ſe purgent & obediendo nobis probent ſe eſſe noſtros. Quorum ſi quiſq̄ ſalubribus preceptis ſatisfacere detrectarit,ſiue ille clericus ſiue ſit laicus,ab eccleſie ſocietate pellatur,ne perditor anime ſue ſaluti inſidietur aliene. Illā quoq̄ partē eccleſiaſtice diſciplīne qua olim a ſanctis patribus & a nobis ſepe decretum eſt vt nec in preſbyteratus gradu,nec in diaconatus ordine,nec in ſubſequenti officio clericorū ab eccleſia cuiq̄ tranſire ſit liberū,vt i integrū reuoces āmonem⁹,Et vnuſquiſq̄ nō ambitione illectus,non cupiditate ſeductus,nō perſuaſione hominū deprauat⁹,ibiubi ordinat⁹ eſt perſeueret. Ita vt ſi quis ſua querens non que Ieſu chriſti ad eccleſiam ſuā redire neglexerit,& ab honoris priuilegio,& a cōmunionis vinculo habeatur extraneus,Non autem dubitet dilectio tua nos ſi(vt non arbitramur)neglecta fuerint que pro cuſtodia canonū & pro fidei integritate decernimus,vehementius cōmouendos,quia inferiorū ordinū culpe ad nullos magis referende ſunt q̄ad deſides negligenteſq̄ rectores,qui multā ſepe nutriunt peſtilentiā. dū auſteriorē diſſimulant adhibere medicinā.

LEO VNIVERSIS EPISCOPIS PER CAMPANIAM SANNIVM PICENIVM Epiſtola quinquageſima ſeptima.

MAGNA INDIGNATIONE COMMOVEOR ET MVLTO DOlore cōtriſtor,q̄ quoſdam ex vobis comperi eſſe apoſtolice traditionis oblitos,& ſtudio ſui erroris intentos,vt preter paſche teſtū cui ſola penthecoſtes ſolēnitas cōparatur,audeant ſibimet non aliqua humane infirmitatis neceſſitate cogēte,ſed ſola indiſciplinati arbitrii libertate,ius baptiſmatis vendicare,& in natalibus martyrū quorū finis aliter honorandus eſt q̄ dies dñice paſſionis,regenerationis celebrare myſteria,ac ſine vllis ſpiritualiū eruditionib⁹ preparationū,ita rudibus & iperitis tradere ſacramentū ,vt circa renouandos nihil doctrina eccleſiaſtica nihil in exorciſmis impoſitio manuū,nihil ipſa ieiunia quibus vet⁹ homo deſtruit operent,neq̄ in tanto myſterio ſalutis humane nulla ei⁹ diei habeatur exceptio,quo ipſū donū eſt cōditū renaſcētib⁹. Ammonemus igitur & nō ſine piculo ſtat⁹ eorū quihec faciūt ꝓteſtamur,vt ab hac p̄ſumptiōe ceſſetur,& ſūmā hāc potētiſſimāq̄ dei gratiā nō niſi in paſchali & pēthecoſtes die deſiderātib⁹ & credētib⁹ cōferatis,manēte quolibet tpe grauiū neceſſitatū ac piculorū cōſideratiōe ſcdm quā oporteat ſubueniri,ne cōditiōe mortali coarctata infirmitas neceſſaria liberatio

ne fraudetur,cũ seruata(sicut prelocuti sumus)duarũ tantũmodo festiuitatũ reuerentia,propter multa pericula sit cauendum,ne cuiq̃ aut indesperata egritudine,aut in hostilitatis incursu,aut in timore naufragii per sacerdotes domini regeneratio denegetur.Si quis vero post interdictum in eadem fuerit vsurpatione detectus,dignã pertinacie sue incidet vltionẽ,quoniã ostendit se turpe potius lucrum q̃ religionis cultũ esse sectatum.Illam etiã contra apostolicã regulam presumptionem,quam nuper agnoui a quibusdam illicita vsurpatione cõmittti,modis omnibus constituo submoueri.De penitentia videlicet que a fidelibus postulatur,ne de singulorum genere libellis scripta professio publice recitetur,cũ reatus conscientiarũ sufficiat solis sacerdotibus indicare confessione secreta.Q̃uis enĩ plenitudo fidei videatur esse laudabilis que propter dei timorẽ apud homines erubescere non veretur,tamen quia non omniũ huismodi sunt peccata vt ea penitentiam poscunt non timeãt publicare,remoueatur improbabilis consuetudo,ne multi a penitẽtie remediis arceantur,dum aut erubescunt aut metuũt inimicis suis sua facta referare,quibus pñt legũ cõstitutiones percelli,Sufficit enĩ illa cõfessio que primũ deo offert,tũc etiã sacerdoti pro delictis penitẽtiũ p̃cator accedit.Tũc enim demũ plures ad penitẽtiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

¶Epistola Beati Leonis pape episcopis per Campaniam & Picenum vel Tusciam & per vniuersas prouincias cõstitutis. Epistola quinquagesima octaua.

¶Incipiunt capitula.

i ¶Vt nullus episcopus seruum alterius ad officium clericatus promoueat.

ii ¶Vt quicunq; ad sacerdotium vel viduarum mariti,vel habẽtes numerosa coniugia promoti fuerint ab ecclesiasticis officiis arceantur.

iii ¶Quod vsuras non solum clerici exigere non debeant sed nec laici.

iiii ¶Vt clericus nec suo nec alieno nomine fenus exerceat.

v ¶Vt si quis sacerdotum contra interdicta fecerit a suo submoueatur officio.

Explicita capitula.

¶Leo episcopus vrbis Rome vniuersis episcopis per campaniam & Picenum vel tusciam,& per vniuersas prouincias costitutis in domino salutem.

A VT NOBIS GRATVLATIONEM FACIT ECCLESIARVM status salubri dispositione cõpositus,Ita non leui nos merore contristat quotiens aliqua cõtra statuta canonum ecclesiasticãq; disciplinã presumpta vel cõmissa cognoscimus,que si non qua debem⁹ vigilãtia resecemus illi qui nos speculatores esse voluit excusare non possumus,permittentes syncerum corpus ecclesie quod ab omni purum macula custodire debemus ambientium improba contagione fedari,cum ipsa sibi membrorũ per dissimilationem compagonõ cõgruat.Admittuntur passim ad ordinem sacrum quibus nulla nataliũ nulla morũ dignitas suffragratur, & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt ad fastigium sacerdotii tanquam seruilitas honorem capiat prouehuntur, & probari deo se posse creditur, qui domino suo nec dum probare se potuit. Duplex itaq; in hac parte reatus est quod & sacrum mysterium talis consortii vilitate polluitur, & dominorum quantum ad illicite vsurpationis temeritatem pertinet iura soluuntur, Ab his itaq; fratres charissimi omnes vestre prouincie abstineant sacerdotes,& non tantum ab his, sed ab illis etiam qui ab originali aut alicui conditioni obligati sunt volumus temperari,nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit,qui aliquid sibi in eis vendicant potestatis.Debet enim esse immunis ab aliis qui diuine militie fuerit aggregãdus,vt a castris dñicis quibus nomẽ eius ascribitur nullis necessitatis vinculis abstrahatur. Capitulum secundum.

B ¶Qualis vero cum vnicuiq; constiterit natalium honestas & morum esse debeat sacri altaris mysterio sociandus & Apostolo nos docente & diuina preceptione didicim⁹ & canonum regulis,a quibus plerosq; fratrum declinasse & penitus deuiasse reperimus.Nam constat ad sacerdotiũ perucnisse viduarum maritos quosdam etiam quibus fuerint numerosa coniugia,& cum omni licentia vite liberioris,ad sacrũ ordinem passim patefactis obicibus fuisse permissos,contra illam beati Apostoli vocẽ qua talibns exclamat dicens.Vnius vxoris virum,contra illud antique legis preceptum quo dicitur & cauetur. Sacerdos virginẽ vxorẽ accipiat non viduã nõ repudiatã.Hos ergo quicunq; tales admissi sunt ab ecclesiasticis officiis,& a sacerdotali nomine,apostolice sedis auctoritate iubemus arceri.Nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vendicare,cuius capaces per hoc quod illis obstiterat,non fuerunt.

Huius

Huius diſcuſſionis curam nobis ſpecialiter vendicantes,vt ſi qua forſitan de his commiſſa ſunt,corri/
gantur,ne liceat vltra committi,& ne excuſatio de ignoratione naſcatur,q̄q̄ ignorare nunquam licue/
rit ſacerdotem quod canonum fuerit regulis definitum.Hec ergo ad prouintias veſtras per Innocen
tium Legitimum,& Segetium fratres & coepiſcopos noſtros ſcripta direximus,vt que male pullulaſ
ſe noſcuntur,radicitus euellantur,& meſſem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructū
vberem que ſunt ſyncera preſtabunt,ſi ea que natam ſegetem enecare conſueuerunt, diligētius ampu
tentur.

Capitulum tertium.

℄Nec hoc quoq; pretereundum duximus quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exer/ A
cere pecuniam,& fenore velle diteſcere.Q uod nos non dicam in eos qui ſunt in clericali officio con/
ſtituti,ſed in laicos cadere,qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acrius in eos
qui fuerint comprobati decernimus,vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Capitulum quartum.

℄Illud etiam duximus premonendum,vt ſicut non ſuo,ita nec alieno noīe aliqs clericorum exercen/ B
dum fenus attentet. Indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere. F enus autem hoc
ſolum aſpicere & exercere debemus,vt quod hic miſericorditer tribuimus,a domino qui multipliciter
& imperpetuum menſura retribuet,recipere valeamus.

Capitulum quintum.

℄Hoc itaq; ammonitio noſtra denuntiat,q; ſi quis fratrum contra hec conſtituta venerit, vel venire C
tentauerit,& prohibita fuerit auſus admittere,a ſuo ſe nouerit officio ſubmouēdum , nec communio/
nis noſtre futurum eſſe conſortem qui ſocius eſſe noluit diſcipline.Ne quid vero ſit quod pretermiſ/
ſum a nobis forte credatur , omnia decretalia conſtituta tam beate recordationis Innocentii q̄ omniū
deceſſorum noſtrorum que de eccleſiaſticis ordinationibus canonum ordinata ſunt diſciplinis,ita ve/
ſtram dilectionem cuſtodire debere mandamus,vt ſi quis illa contempſerit,veniam ſibi deinceps no/
uerit denegari.Data ſexto Idus Octobris.Maximo vero & Paterio viris clariſſimis conſulibus.

℄LEO NICETE EPISCOPO AQVILEIENSI.

℄Epiſtola quinquageſimanona.

EGRESSVS AD NOS FILIVS MEVS A DEO D
datus diacon⁹ ſedis noſtre dilectionem tuam popoſciſſe memorauit,vt de his
a nobis auctoritatem apoſtolice ſedis acciperes,que quidem magnam difficul/
tatem diiudicationis videntur afferre,ſed pro inſpectione temporalium neceſſi
tatum adhibenda curatio eſt,vt vulnera que hoſtilitatis aduerſitate illata ſunt re
ligionis maxime ratione ſanentur . Cum ergo per bellicam cladem & per gra/
uiſſimos hoſtilitatis incurſus, ita quedam dicatis diuiſa eſſe coniugia vt abdu/
ctis in captiuitatem viris femine eorum remanſerint deſtitute, que viros ꝓprios aut interemptos pu
tarint,aut nunq̄ a dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum coniugium ſolitudine cogente
tranſierint,cunq; nunc ſtatu rerum auxiliante domino in meliora conuerſo nonnulli eorum qui puta
bantur periiſſe remeauerint, merito charitas tua videtur ambigere quid de mulieribus que aliis iun/
cte ſunt viris a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus ſcriptum q; a deo iungitur mulier viro , &
iterum preceptum agnouimus vt quod deus iunxit homo non ſeparet,neceſſe eſt vt legitimarum fe/
dera nuptiarum reintegranda credamus,& remotis malis que hoſtilitas intulit vnicuiq; hoc quod le/
gitime habuit reformetur. Omniq; ſtudio procurandum eſt vt recipiat vnuſquiſq; quod propriū eſt
Nec tamen culpabilis iudicetur,& tanq̄ alieni iuris peruaſor , qui perſonam eius mariti qui iam non
eſſe eſtimabatur aſſumpſit. Sic enim multa que ad eos qui in captiuitatem ducti ſunt pertinebant in
ius alienum tranſire potuerunt,& tamen plenum iuſtitie eſt vt hiſdem reuerſis propria reformentur.
Q uod ſi in mancipiis vel in agris,aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus rite ſeruatur, quātomagis
in coniugiorum reintegratione faciendum eſt, vt quod bellica neceſſitate turbatum eſt pacis remedio
reformetur? Et ideo ſi qui poſt longam captiuitatem reuerſi,ita in dilectione ſuarum coniugum per/
ſeuerant,vt eas cupiant in ſuum redire conſortium,omittendum eſt & inculpabile iudicandum quod
neceſſitas intulit,& reſtituendum quod fides poſcit. Si autem alique mulieres ita poſteriorum virorū

amore ſunt capte vt malint his coherere q̃ in legitimum redire conſortium merito ſunt notande,ita vt etiam eccleſiaſtica communione priuentur, quia inexcuſabiliter contaminationem criminis elegerũt, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe quod iuſta remiſſio potuit expiare. Redeãt ergo in ſuum ſtatum voluntaria reintegratione coniugia,neq; vllo modo ad opprobrium male voluntatis trahatur quod conditio neceſſitatis extorſit.quia ſicut he mulieres que reuerti ad viros ſuos nolũt impie habende ſunt,ita ille que in affectũ initum ex deo redeunt merito ſunt laudande iudicio. De his autem Chriſtianis qui inter eos a quibus fuerant captiuati immolaticiis cibis aſſerũtur eſſe polluti,cõſultationi charitatis tue hoc etiam reſpõdendum eſſe credimus vt penitentie ſatiſfactione purgentur. Que non tam temporis longitudine q̃ cordis compunctione penſanda eſt,& ſiue hoc terror extorſerit,ſiue fames ſuaſerit,non dubitetur abolendum,cum huiuſmodi cibus pro metu, aut indigentia non pro religionis veneratione ſit ſumptus. His vero de quibus dilectio tua ſimiliter nos credidit conſulẽdos qui ad iterandum baptiſmum vel metu coacti ſunt vel errore traducti, & nunc ſe contra catholice fidei ſacramentum egiſſe cognoſcunt,ea cuſtodienda eſt ratio, qua in ſocietatem noſtram non niſi per penitentie remedium,& per impoſitionem epiſcopalis manus communionis recipiant vnitatem,tẽporis penitudinis habita moderatione tuo conſtituente iudicio prout conuerſorum animos perſpexeris eſſe deuotos,pariter etiam habens ſenilis etatis intuitum, & periculorum quorũq; aut egritudinis reſpiciens neceſſitates,in quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur vt dum adhuc penitet de ſalute ipſius deſperetur,oportet ei per ſacerdotalem ſollicitudinem communionis gratia ſubueniri. Nam hi qui baptiſmum ab hereticis acceperunt cum baptiſati antea non fuiſſent, ſola inuocatione ſpiritus ſancti per impoſitionem manuum cõfirmandi ſunt,quia formam tantum baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſere. Et hanc regulam vt ſciatis ſeruandam omnibus eccleſiis predicamus,vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur. dicente apoſtolo,vnus dominus,vna fides vnum baptiſma,cuius ablutio nulla iteratione tentanda eſt,ſed (vt diximus) ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, vt qđ ab hereticis nemo accipit a catholicis ſacerdotibus conſequatur. Hanc autem epiſtolam noſtram quã ad conſultationem tue fraternitatis emiſimus,ad omnes fratres comprouinciales epiſcopos facies peruenire,vt omnium obſeruantie data proſit auctoritas.

¶ EPISTOLA LEONIS PAPE AD IVLIANVM EPISCOPVM AQVILEIENSEM.

¶ Epiſtola ſexageſima.

¶ Leo epiſcopus Iuliano epiſcopo Aquileienſi.

A LECTIS FRATERNITATIS TVE LITTERIS VIgorem fidei tue quem olim noueramus agnouimus, congratulantes q̃ ad cuſtodiam gregum Chriſti paſtoralem curam vigilanter exequeris, ne Lupi qui ſub ſpecie ouium ſubintrant beſtiali ſeuitia ſimplices quoſque dilacerent, & nõ ſolum ipſi nulla correctione proficiant,ſed etiam ea que ſunt ſana corrumpant. Quod ne viperea poſſit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam. inſinuantes ad anime periculum pertinere, ſi quiſquam de his qui a nobis in hereticorum ſectam delapſus,& ſe vtcunq; heretice communionis contagione maculauit,reſipiſcens in communione catholica ſine promotione legitime ſatiſfactionis habeatur. Saluberrimum enim & ſpirituali medicine vtilitate pleniſſimum eſt,vt ſiue preſbyteri,ſiue diaconi,aut cuiuſlibet ordinis clerici,qui ſe correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem,quam iampridem amiſerant, rurſum reuerti ambiunt prius errores ſuos, & ipſos auctores errorum damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur,vt ſenſibus prauis etiam peremptis, nulla ſperandi ſuperſit occaſio, ne vllum membrum talium poſſit ſocietate violari,cum per omnia illis profeſſio propria ceperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum conſtitutionem precipimus cuſtodiri, vt in magno habeant beneficio,ſi adempta ſibi omnino ſpe promotionis, in quo inueniuntur ordine ſtabilitate perpetua maneant, ſi tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non leuem apud deum noxam incurrit,qui de talibus ad ſacros promouendos ordines iudicarit. Quod ſi cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere ſuſpectis. Proinde dilectio tua cuius deuotione gaudemus iungat

ad totius

curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & det operam, vt circunſpecte atque velociter impleantur que ad totius eccl'ie incolumitatē,& laudabiliter ſuggeſta ſunt,& ſalubriter ordinata. Non aūt debiliter dilectio tua nos,ſi (quod non arbitramur) neglecta fuerint,que pro cuſtodia canonum,& pro fidei integritate decernimus,vehementius commouendos,quia inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende ſunt,q̄ ad deſides,negligentesq; rectores,qui multam ſepe nutriunt peſtilentiā dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam. Data Pridie Calendas Iulii Alipio & Ardabure conſulibus.

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD DORVM BENEVENTANVM EPISCOPVM.

¶Epiſtola ſexageſimaprima.

¶Dilectiſſimo fratri Doro. Leo Epiſcopus.

IVDICIVM QVOD DE TE SPERABAMVS DO A lemus eſſe fruſtratum,quando ea te commiſiſſe perſpicimus que omnem eccleſiaſtice ſanctionis regulam culpabili nouitate fedarent, cum pleniſſime noueris quāta ſollicitudine per omnes domini eccleſias paternorum velimus canonum precepta ſeruare,& hanc maxime curam ad ſacerdotes vniuerſarum plebium pertinere,vt ſanctarum conſtitutionum regule nullis corrūpātur exceſſibus. Vnde miramur te quem auctoritatum apoſtolice ſedis obſeruantiſſimum eſſe conueniebat,tam negligenter ac potius inſolenter egiſſe, vt traditarum tibi legum non cuſtos ſed tranſgreſſor exiſteres. Libello etenim Pauli preſbyteri tui qui in ſubditis habētur cognouimus apud te nouo ambitu fedoq; colluuio preſbyterii ordinē fuiſſe turbatū,ita vt vnius feſtina,& imatura q̄uectio q̄dā eorū deiectio facta ſit qđ etas cōmēdabat,& nulla culpa minuebat. Quod ſi ābietis intentio,aut imperita ſauentium ſtudia id quod nunq̄ habuit conſuetudo poſcebant,vt incipiens emeritis,& nouellus preferretur antiquis, tue fuerat induſtrie atq; doctrine vt iniuſte petentium deſideria rationabili auctoritate cohiberes,ne quem in ſacerdotali propere prouehebas honore ad iniuriam eorum quibus ſociebatur inciperet. Miror qui ſi fieret dum in illo non humilitatis virtus ſed elationis vicium roboraretur. Neq; enim ignorabas dixiſſe dominum q; qui ſe humiliat exaltabit, qui vero ſe exaltat humiliabitur. Eundemq; dixiſſe vos autem queritis de puſillo creſcere,& de honore maiores eſſe. Vtrumq; enim inordinatum,vtrunq; prepoſterum eſt,& omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorū menſura vacuatur,ſi tantum quis has ſequitur dignitates quantum adulationis obtinuit. vt cupiditas eminendi non ſolum ſuperbiētem minuat ſed etiam conniuentem. Si vero (vt aſſeritur) primi ſeundiq; preſbyteri circa epicarpiū ſibimet preponendum, tam huic aſſentatio fuit vt illum cum ſui dedecore poſcerent honorari. Nec hoc quidem illis proprio ſe iudicio deiicientibus tribui debuit qđ volebant. cui tam miſere voluntati te dignius fuerat obuiare q̄ cedere. Deformis autem & ignaua ſubiectio bene ſibi conſciis & non irritam tacientibus gratiam dei preiudicare non potuit, vt primat⁹ ſuos quocunq; commercio in alterutrum tranſferentes ſubſequentium ſuorum minuerent dignitatem, & quia vltimum ſibi antepoſuerant ceteris preeminerent. Predicti igitur preſbyteri qui indignos ſe honoris ſui ordine ſunt profeſſi licet priuari etiam ſacerdotio mererentur, tamen vt eis pro apoſtolice ſedis pietate parcatur,vltimi inter omnes eccleſie preſbyteros habeantur. Et vt iudicii ſui ſententiam ferant,inferiores etiam illo erunt quem propria ſententia ſibimet pretulere,ceteris omnibus preſbyteris in eo ordine permanentibus quem vnicuiq; ordinationis ſue tempus aſcripſit. Nec quiſquam preter predictos duos imminute dignitatis patiatur iniuriam, ſed in eorum ſtatum tātummodo hoc recurrat opprobrium qui nouello & immature ordinato inferiores fieri elegere,vt illam euangelicam ſentētiam ad ſe ſentiant pertinere qua dicitur quo iudicio iudicaueritis iudicabitur de vobis,& qua menſura menſi fueritis eadem remetietur vobis. Paulus vero preſbyter ordinem ſuū de quo laudabili firmitate nō ceſſit obtineat. Necvlterius aliquid in cuiuſquā p̄ſumatur iniuriā,ita vt dilectio tua quā nō immerito tota facti huius pulſat iuidia hoc ſaltem remedio curare ſe ꝓperet, vt ſine diſſimulatiōe hec que decernimus tradantur effectui,ne ſi iterato ad nos imploratio iuſta confugerit,neceſſe ſit ſeuerius cōmoueri cū his que male ſunt facta correctis malim⁹ reintegrare diſciplinā q̄ augere vindictā. Executionem vero p̄ceptionū noſtrarū fratri & coepiſcopo nro Iulio cōmiſiſſe nos noueris,vt oia illi quēadmodum cōſtituimus roborentur. Data Idus Martii Poſtumiano viro clariſſimo conſule.

LEO VNIVERSIS EPISCOPIS PER SICILIAM CONSTITVTIS.

Epistola sexagesimasecunda.

ADIVINIS PRECEPTIS ET APOSTOLICIS MO-
nitis incitamur, vt pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, aut si quid vsquam reprehensioni inueniatur obnoxium celeri sollicitudine, aut ab ignorantie imperitia, aut a presumptionis vsurpatione reuocemus. Monen te enim dominice vocis imperio quo beatissimus apostolus Petrus trina repe-
titione mystice sanctionis imbuitur, vt Christi oues qui Christum diligit pas-
cat, ipsius sedis cui per abundantiam diuine gratie presumus reuerentia cohor-
tamur vt periculum desidie quantum possumus declinemus, ne professio summi apostoli qui se amatorem domini esse testatus est non inueniatur in nobis. Quia negligens totiens commendatum gre-
gem conuincitur suum non amare pastorem. Cum ergo michi de charitatis vestre actibus fraterna actione sollicito certis indiciis innotuerit, vos in eo quod inter sacramenta ecclesie principale est, ab apo-
stolice institutionis consuetudine discrepare, ita vt baptismi sacramentum numerosius in die epipha-
nie q̄ Pascali tempore celebratis, miror vos vel precessores vestros tam irrationabilem nouitatem vsur-
pare potuisse, vt confuso temporis vtriusq; mysterio nullam esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus a magis, & diem quo resurrexit a mortuis. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere si vnde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius obseruantie sume-
retis, & beati Petri apostoli sedes que vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiastice magistra rationis. A cuius vos regulis recessisse minus posset equanimiter tolerari, si aliqua commonitionis no-
stre pagina precessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, mansuetudo seruanda est. Et li-
cet vix ferenda sit sacerdotalis excusatio que pretendat inscientiam, maluimus tamen & censuram ne-
cessariam temperare, & ratione vos apertissime veritatis instruere. Semperquidem in eterno Consi-
lio dei mansit humani generis incommutabiliter preordinata reparatio, sed ordo rerum per Iesum Christum dominum nostrum temporaliter gerendarum incarnatione verbi sumpsit exordium. Vn-
de aliud tempus est quo annuntiante angelo beata Maria fecundandam se per spiritumsanctum cre-
didit & concepit, aliud quo salua integritate virginea puer editus, exultante gaudio celestium mini-
strorum pastoribus indicatur, aliud q̄ infans circumciditur, aliud quod hostia pro eo regularis offer-
tur, aliud quo tres magi claritate noui syderis incitati in Bethleem ab oriente perueniunt, & adora-
tum paruulum mystica munerum oblatione venerantur. Nec idem sunt dies quibus impio Heredi ordinata diuinitus in Egyptum translatione subtractus est, vel quibus ab Egypto in Galileam per-
secutore mortuo reuocatus est. Inter has autem dispensationum varietates accedunt augmenta corpo-
rea, crescit dominus (sicut euangelista testatur) profectibus etatis & gratie. Per dies Pasche in tem-
plum cum parentibus venit, & cum abesset societate redeuntium sedens cum senioribus & inter am-
mirantes magistros inuenitur, rationemq; remansionis sue reddens quid est inquit quod me quere-
batis? Nesciebatis q̄ in his que patris mei sunt oportet me esse? Significans eius se esse filium cuius es-
set & templum. Iam vero cum in annis maioribus apertius declarandus baptismum precursoris sui Iohannis expetiit quid deitatis eius remansit ambiguum quando spiritussanctus in columbe specie super eum descendit, & mansit audita de celis patris voce dicentis, Tu es filius meus dilectus in te be-
ne complacui? Que omnia ideo quanta potuimus breuitate prestrinximus, vt notum sit dilectioni vestre vniuersos dies Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus & in cunctis eius actionibus sa-
cramentorum mysteria choruscasse, sed aliter signis denunciari, aliter rebus impleri, nec quecunq; nu-
merātur in operibus saluatoris, ad tempus pertinuere baptismatis. Nam si etiam illa que post beati Io-
hannis lauacrum ab eo gesta cognouimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continua-
tis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia spiritus sapientie & intelle-
ctus ita apostolos & totius ecclesie erudiuit magistros, vt in Christiana obseruantia nichil inordina-
tum, nichil pateretur esse confusum, discernende erant cause solemnitatum, & in omnibus constitutis patrum principiumq; nostrorum rationabilis seruanda discretio. Quia non aliter vnus grex, & vn⁹ pastor sumus nisi quemadmodum apostolus docet idipsum dicamus omnes. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Quamuis ergo & illa que ad humilitatem, & que ad gloriam

pertinent

pertinent Christi in vnam percurrant eandemq; personam,totumq; quicquid in illo, & virtutis diuine est,& infirmitatis humane ad nostre reparationis tendat effectum,proprietamen in morte crucifixi,& in resurrectione mortui potentia baptismatis nouam creaturam condit ex veteri,vt in renascẽtibus,& mors Christi operetur,& vita dicẽte beato apostolo Paulo,an ignoratis quia quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius baptizati sumus? Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris,ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erimus . Et cetera que latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis deputauit,vt appareret ex huius doctrine spiritu regenerandis filiis hominum,& in dei filiis adoptãdis illum diem esse,illud tempus electum,in quo per similitudinem mysterii ea queruntur membris que in ipso capite sunt gesta congruere,dum baptismatis regula mors interuenit interfectioni peccati,& sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis lauatio insurgẽtis ad instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrande generaliter gratie eum esse legitimum diem,in quo orta est,& virtus muneris,& species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimũ valet quod ipse dominus Iesus Christus postea q̃ resurrexit a mortuis discipulis suis in quibus omnes ecclesiarum presules docebantur,& formam & potestatem tradidit baptizandi dicens. Euntes ergo nũc docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spirituſsancti . De quo vtiq; eos etiam ante passionem potuisset instruere,nisi proprie voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur sane huic obseruantie etiam Penthecostes ex aduentu spirituſsancti consecrata solennitas,que de paschalis festi pendet articulo,& cum ad alios dies alia festa pertineãt, hec semper ad eundem qui resurrectione domini est insignis occurrit , porrigens quodammodo auxiliantis gratie manum,vt hi quos a die Pasche aut molestia infirmitatis,aut longinquitas itineris,aut nauigationis difficultas intercluſit inuitos , aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii sui effectum dono spirituſsancti consequantur . Ipse enim vnigenitus dei in fide credentium , & in virtute operum nullam inter se & spiritumsanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura dicens,ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis vt vobiscum sit ineternum,spiritum veritatis. Et iterum. Paracletus autem spiritus quem mittet pater in nomie meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vniuersa quecũq; dixi vobis. Et Iterum. Cum venerit ille spiritus veritatis,ille diriget vos in omnem veritatem . Cum itaque veritas Christus est,& spiritus veritatis spirituſsanctus,nomenq; paracleti vtriq; proprium,non dissimile est festum vbi vnum est sacramentum. Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere , sed ex apostolica auctoritate seruare , satis idoneo probamus exemplo sequentes beatum apostolum Petrum qui in eo die quo omnem credentium numerum promissus spirituſsancti repleuit aduentus trium millium populum sua predicatione conuersum , lauacro baptismatis consecrauit , quod sancta Scriptura que apostolorum actus continet fideli historia docet dicens . His auditis compuncti sunt corde , & dixere ad Petrum , & ad reliquos apostolos, quid faciemus viri fratres ? Petrus vero ait ad illos , penitentiam inquit agite , & baptizetur vnuſquiſque in nomine Iesu Christi in remedium peccatorum , & accipietis donum spirituſsancti , vobis enim repromissio est , & filiis vestris , & omnibus qui longe sunt quoscunque aduocauerit Dominus deus noster . Aliis etiam verbis testificatus exhortabatur eos dicens. Saluamini a generatione ista prauа . Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt, & apposite sunt in illa die anime circiter tria millia . Vnde quia manifestiſsime patet baptizandis in ecclesia electis hec duo tempora (de quibus locuti sumus) esse legitima,dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruantie miſceatis,Quia etsi sunt alia quoq; festa quibus multa in honorem dei reuerentia debeatur , principalis tamen & maximi sacramenti custodienda nobis est mystice rationis exceptio, non interdicta licentia qua in baptismo tribuendo quolibet tpe periclitantibus subuenitur. Ita enim ad has duas festiuitates connexas sibimet atq; cognatas incolumium,& in pacis securitate degentium libera vota differimus vt in mortis periculo,in obsidionis discrimine , in persecutionis anguſtiis, in timore naufragii , nullo tempore hoc vere salutis remedium cuiquam denegemus. Si quis autem epiphanie festiuitatem que in suo ordine debito honore veneranda est ob hoc estimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam dicunt quod in eadem die ad baptismum dominus sancti Iohannis accesserit,sciat illius baptismi aliam gratiam , aliam fuisse rationem,nec ad eandem pertinuisse virtutem,qua per spiritum sanctũ renascunt̃,de quibus dicitur,q non ex sanguine,neq; ex voluptate carnis,neq; ex voluptate vi-

ri,ſed ex deo nati ſunt. Dominus enim nullius indigens remiſſione peccati, nec querens remedium renaſcendi,ſic voluit baptizari,ſicut voluit circuncidi,hoſtiamq; pro ſe mundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (ſicut apoſtolus ait) fieret & ſub lege quam non venerat ſoluere,ſed adimplere,& implendo finire,ſicut beatus apoſtolus predicat dicens. Finis autem legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramentum, quia in omnibus primatum tenens ſe docuit eſſe principium. Et tunc regenerationis potentiam ſanxit quando de latere ipſius fluxerũt ſanguis redemptionis,& aqua baptiſmatis. Sicut ergo vetus teſtamentum teſtificatio fuit noui,& lex per Moyſem data eſt,gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt,ſic diuerſa ſacrificia vnam hoſtiam preformare & multorum agnorum occiſio illius immolatione finita eſt, de quo dicitur. Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Sic & Iohannes non Chriſtus ſed Chriſti preuius,non ſponſus ſed ſponſi amicus, fuit adeo fidelis & non ſua querens ſed que Ieſu Chriſti,vt ſe profiteretur ad ſoluenda calciamenta pedum eius indignũ,quoniam ipſe quidem baptizaret in aqua in penitentiam, ille baptizaturus eſſet in ſpiritu ſancto & igni,qui duplici poteſtate & vitam redderet,& peccata conſumeret. His itaq; fratres tot tantiſq; exiſtentibus documẽtis quibus omni ambiguitate ſubmota euidenter agnoſcitis,in baptizandis electis qui ſecundum apoſtolicam regulam & exorciſmis ſcrutandi & ieiuniis ſanctificandi,& frequentibus ſunt predicationibus imbuendi, duo tantum tempora id eſt Paſcha & Penthecoſtem eſſe ſeruanda. Hoc veſtre indicimus charitati, vt apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatis exceſſu. Quia multum poſt hec eſſe non poterit, ſi quiſquam apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Quare illud primitus pro cuſtodia concordiſſime vnitatis exigimus vt quia ſalubertime a ſanctis patribus conſtitutum eſt binos in annis epiſcoporum debere eſſe conuẽtus,terni ſemper ex vobis ad diem tertium Calendarum Octobrium Romam fraterno concilio ſociã di occurrant,& indiſſimulanter a vobis hec conſuetudo ſeruetur. Quoniam adiuuante gratia dei facilius poterit prouideri vt in eccleſiis Chriſti nulla ſcandala,nulli naſcantur errores,cum coram beatiſſimo apoſtolo Petro ſemper in communione tractatum fuerit,vt omnia inſtituta canonumq; decreta apud omnes domini ſacerdotes inuiolata permaneant. Hec autem que vobis inſpirante domino inſinuanda credidimus,per fratres & coepiſcopos noſtros Bachillum atq; Paſchaſium ad veſtram volumus notitiam peruenire. Quibus referentibus agnoſcamus q̃ reuerenter a vobis apoſtolice ſedis inſtituta ſeruentur.

¶ ITEM EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD OMNES EPISCOPOS IN ITALIAM.

¶ Epiſtola ſexageſimatertia.

¶ Leo vniuerſis epiſcopis per Italie prouintias conſtitutis in domino ſalutem.

A N CONSORTIVM VOS NOSTRE SOLLICITVdinis dilectiſſimi fratres aduocamus,vt vigilantia paſtorali nequid diabolice licere poſſit aſtutie commiſſis vobis gregibus diligentius cõſulatis,ne is qui domini miſericordia reuelante per noſtram curam a noſtris ouibus morbus abiicitur,necdum vobis premonitis & adhuc quid agatur ignaris,per veſtras ſe diſpergat eccleſias,& ſuarum furtim cuniculos inueniat latebrarum, vt quod a nobis in vrbe extinguitur,tenebroſis apud vos radicibus ſeminetur. Plurimos impietatis manichee ſequaces doctores in vrbe inueſtigatio noſtra repperit,vigilantia diuulgauit,auctoritas & cenſura coercuit,quos potuimus emendare correximus & vt damnarent Manicheum cum predicationibus & diſcipulis ſuis,publica in eccleſia confeſſione & manus ſue ſubſcriptione compulimus,& ita de voragine impietatis ſue confeſſos penitentiam concedendo leuauimus. Aliquanti vero qui ita ſe demerſerant,vt nullum his auxiliantis poſſet auxilium ſubuenire ſubditi legibus ſecundum chriſtianorum principum conſtituta,ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati. Et omnia que tam in ſcripturis q̃ in occultis traditionibus ſuis habent prophana vel turpia, vt noſſet populus qd refugeret aut vitaret,oculis chriſtiane plebis certa manifeſtatione probauimus,adeo vt ipſe qui eorũ dicebatur epiſcopus a nobis tentus proderet flagitioſa in ſuis my-

in suis mysteriis que teneret, sicut gestorum vos series potest edocere, ad instructionem enim vestrā etiam ista direximus, quibus lectis omnia que a nobis deprehensa sunt nosse poteritis. Et quia aliquantos de his quos ne absoluerentur arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per accolitum nostrum, vt effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur & cautius, nec vbi manichee peruersitatis homines plebes vestras facultatem ledendi & huius sacrilegii possint inuenire doctores. Aliter enim nobis cōmissos regere nō possum⁹, nisi hos qui sunt perditores & perditi zelo fidei dominice persequamur, & a sanis mentibus ne pestis latius diuulgetur seueritate qua possumus abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, nec vbi occultandi se reperiant facultatem. Vt enim habebit adeo ingens remunerationis premium qui diligētius quod ad salutem cōmisse sibi plebis proficiat fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentie se non poterit excusare, quicunq; plebem suam contra sacrilege persuasionis auctores noluerit custodire Data tertio Calendas Februarii. Theodosio.xviii. & Aluino viris clarissimis consulibus.

¶LEO NEONIE EPISCOPO RAVENNATI DE HIS QVI REDEVNTES DE CAPTIVITATE INCERTVM HABENT VTRVM ANTE CAPTIVITATEM BAPTISMA CONSECVTI SVNT.

¶Epistola.lxiiii.

FREQVENTER QVIDEM IN DIVERSARVM AMBIguo questionum titubantia fratrum corda spiritu dei instituente solidauimus, respōsionis formam vel ex sanctarū scripturarū disciplinis, vel ex patrum regulis colligētes. Sz nup i synodo nouū & inauditū ātea gen⁹ cōsultatiōis exortū ē. Nā quorūdā fratrū suggestiōe comperimus aliquos captiuorum ad sedes suas libertatemq; redeūtes, q scilicet in captiuitatem illa etate peruenerint que nulli⁹ rei firmā potuerit habere notitiam, remediū qdē implorare baptismi. Sed vtrū eiusdē mysterii ante sacramenta pceperint, infantie inscientia nō posse reminisci, & ideo sub hoc latētis recordatiōis incerto animas suas in discrimen adduci dū sub specie cautiōis negatur his gr̄a, que ideo non impenditur, quia putatur impensa. Cum itaq; tribuere talibus dn̄ici sacramenta mysterii nō immerito quorūdam fratrū formido dubitaret, in synodali (vt diximus) cetu formā huiuscemodi cōsultationis accepimus. Quā diligētius discuti, & ꝓ vniuscuiusq; sensu sollicita voluimus rōne tractari, ꝙ ad veritatē adhibita cogitatione multorū certius peruenire possemus. Eadē ergo que in sensum nr̄m diuina inspiratione venere, frequens etiam fratrum firmauit assensio. Imprimis itaq; prouidere debemus ne dum speciem quandam cautionis tenemus, dānum regenerādarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspicationibus suis deditus vt verum esse definiat quod omni manifestatione cessante ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaq; baptizatū se nec ille recordetur qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit qd̄ nesciat, cōsecratum nichil est in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte conscientie sue nec ille reus sit qui cōsecratur, nec ille qui cōsecrat. Scimus quidem inexpiabile esse facimus quotiēs iuxta hereticorū dānata a sanctis patribus instituta cogit̄ aliqs lauacrū qd̄ regenerādis semel tributū est, bis subire apl̄ica reclamāte doctrina, que nobis vnā predicat in trinitate deitatē, vnā in fide cōfessionē, vnū in baptismate sacramētū. Sed in hoc nichil sil̄e formidatur, quoniā nō pōt in iteratiōis crimen deuenire, qd̄ factū esse oīno nescitur. Atq; ideo quotiēs ꝑsona talis inciderit sollicita primū examinatiōe discutite, & lōgo tp̄e, nisi forte sup̄mus finis imineat idagate vtrū nemo sit penitus q testimonio suo iurare possit ignorātiā nesciētis. Et cū cōstiterit hūc q baptismatis indiget sacramēto, sola inaniter suspitiōe ꝓhiberi, accedat intrepidus ad cōsequēdā gr̄am, cui⁹ in se nullū scit eē vestigiū. Nec vereamur huic salutis ianuā apire quā nūq̄ docet̄ igressus. ꝙ si ab hereticis baptizatū quēpiā fuisse cōstiterit, erga hūc nullaten⁹ sacramētū regn̄ationis itere t̄, sed hoc tantū quod ibi defuit cōferat̄, vt per ep̄alem manus impositionē virtutē sancti sp̄ūs cōseq̄tur. Quā rē frater charissime ideo gn̄aliter ad oīm vestrum volumus peruenire notitiā, ne dū plus iusto metuit̄ misericordia dei saluari cupiētibus deneget̄. Data nono Calēdas Nouēbris, cōsulatu Martiani augusti.

¶ EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE AD APHRICANOS EPISCOPOS.

¶ Epistola sexagesima quinta.

¶ Leo vniuersis episcopis per Aphricam constitutis in domino salutem.

A QVM IN ORDINATIONIBVS SACERDOTVM QVEDAM apud vos illicite vsurpata crebrior fama narraret rō pietatis exegit,vt pro sollicitudine quam vniuerse ecclesie ex diuina institutione dependimus,rerum fidem studeremus agnoscere,vicem cure nostre proficiscenti a nobis fratri & consacerdoti nostro Potentio iniungentes, qui secundum scripta que per ipsum ad vos direximus de episcopis quorum culpabilis ferebatur electio,quid veritas haberet iquireret nobisq; omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem plenissime notitie nostre cuncta reserauit,& sub quibus qualibusq; rectoribus quedam Christi plebes in partibus prouintie cesariensis habeatur, syncera nobis relatione patefecit, necessarium fuit vt dolorem cordis nostri quo pro dominicorum gregum periculis estuamus datis ad vos litteris promeremus. Mirantes tantum apud vos per occasionem tēporis impacati aut ambientium presumptionem,aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibusq;,& longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium,& gubernatio ecclesie crederetur. Non est hoc consulere populis,sed nocere,nec prestare regimen,sed augere discrimen. Integritas enim presidentium salus est subditorum,& vbi est incolumitas obedientie ibi sana est forma doctrine Principatus autem quem aut seditio extorsit,aut ambitus occupauit,etiam si moribus atq; actib⁹ nō offendit,ipsius tamen initii sui est pernitiosus exemplo,& difficile est,vt bono peragantur exitu q̄ malo sunt inchoata principio. Quod si in qbuslibet ecclesie gradibus prouidenter scienterq; curandum est vt in domini domo nichil sit in ordinatū nichilq; preposterum, quātomagis elaborādum est,vt in electione eius qui super omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familie dñi status & ordo nutabit si quod sequitur in corpore non inueniatur in capite. Vbi est beati Pauli apostoli per spiritum dei emissa preceptio, qua in persona Thimotei omnium sacerdotum Christi numerus erudit̄, & peride vnicuiq; nostrum dicitur Manus cito nemini imposueris,neq; cōmunicaueris peccatis alienis? Quid est cito manus imponere nisi ante etatem maturitatis,ante tempus examinis,ante meritū laboris,ante experientiam discipline,sacerdotalem honorem tribuere non probatis? & quid est cōicare peccatis alienis,nisi talem effici ordinantem qualis ille est qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum,qui rectum sectatur in eligendo sacerdote iudicium,ita graui semet ipsum afficit damno qui ad sue dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum est quod institutis generalibus continetur,nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit de preuaricatione collatus,dicente enim apostolo. Vt inter electionis regulas is episcopus ordinetur quem vnius vxoris virum fuisse,aut esse constiterit. Tam sacra semper habita est ista preceptio,vt etiam de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligatur seruanda conditio, ne forte illa priusquā in matrimoniū eius veniret qui aliam non habuisset vxorem,alterius viri esset experta coniugium. Quis ergo dissimulare audeat quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam? Cum huic magno venerandoq; mysterio ne legis quidem statuta defuerint, quibus euidēter est definitū vt virgine sacerdos accipiat,& alterius thorum nesciat coniugis que vxor est futura pontificis? Iam tūc enī in sacerdotib⁹ figurabatur christi & ecclesie spūale cōiugiū,vt quoniā vir caput est mulieris. discat spōsa verbi nō aliū virū nosse ex̄pm q̄ eā vnā q̄ legit,vnā diligit,& aliā p̄ter ip̄az suo cōsortio nō adiūgit. Si ergo etiā in veteri testamēto hec sacerdotaliū cōiugiorū forma seruata est, quāto magis subreuelata iam gratia constituti apostolicis debemus seruire p̄ceptis,vt quōlibet q̄s bōis morib⁹ preditus,& sanctis operibus inueniatur ornatus,nequaq̄ tamen vel ad diaconii gradum,vel ad presbyterii honorem vel ad episcopatus culmen ascendat,si aut ipsum non vnius vxoris virum, aut vxorem eius nō vnius viri fuisse claruerit. Monente vero apostolo atq; dicēte,& hi aut probentur primum,& sic ministrent, quid aliud intelligendum putemus nisi vt in his prouectionibus non solum matrimoniorum priuilegia,sed etiam laborum merita cogitemus,ne aut a baptismo rudibus,aut a seculari actu repente conuersis officium pastorale credatur,cum omnis gradus militie christiane de incrementis profectuū debeat estimari,an possint cuiq̄ maiora committi? Merito sanctorum patrum venerabites sanctiones cū de sacerdotum electione loquerentur eos demum idoneos sacris administrationibus censuere quorū omnis etas a puerilibus exordiis vsq; ad prouectiores annos per discipline ecclesiastice stipendia cucurrisset,vt vnicuiq; testimonium prior vita preberet,nec posset de eius prouectione dubitari cui pro laboribus

laboribus multis,pro moribus castis,pro actibus strennuis, celsioris loci premium deberetur. Si enim ad honorem mūdi sine suffragio temporis,sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solent quos probitatis documenta non adiuuant,q̄ diligens, & q̄ prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum,& celestium dignitatum,ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violentur,& his ecclesia dñi regenda credatur qui legitimarum institutionum nescii,& totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum,sed a summis volunt habere principium? cū valde iniquū sit & absurdū vt imperiti magistris,noui antiquis,& rudes preferantur emeritis. In domo quidē magna necesse est (sicut apostolus ait) vasa diuersa sint,quedā aurea,argentea,quedam vero lignea,& fictilia, sed horum ministerium pro materie qualitate discernitur,nec qui est precioſorum,idem vsus est vilium. Nam inordinata sunt omnia si fictilia aureis,& lignea preferantur argenteis. Sicut autem in ligneis & fictilibus eorum omnium species figuratur qui nullis adhuc virtutibus nitent, ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarātur qui per longum eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti,aurum probatum & argentum purum esse meruere. Quibus si merces pro deuotione non redditur,omnis ecclesiastica disciplina resoluitur,omnis ordo turbatur,dum in ecclesia qui nullum subiere ministerium peruerso eligentium iudicio debitum obtinēt principatum . Cum ergo inter vos tantum valuerint,aut studia popularium,aut ambitus superborum,vt non solum laicos, sed etiam secundarum vxorum viros,aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale proue-ctos,nōne aptissime exigunt cause,vt ecclesie in quibus ista commissa sunt, iudicio seueriore purgentur,& non solum in tales presules,sed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur? Sed circunstant nos hinc mansuetudo clementie,hinc censura iustitie? Et quia vniuerse vie domini misericordia,& veritas,cogimur secundum sedis apostolice pietatem ita nostram temperare sententiam,vt trutinato pondere delictorum,que constat non vnius esse mensure, quedam definiamus vtcumq; tolerāda,quedam vero penitus amputanda. Eos enim qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt,nec apostolica,nec legalis auctoritas sacerdotum obtinere permittit,& multo magis illum si fuerit vestro iudicio cōfutatus, qui sicut ad nos relatum est duarum simul est maritus vxorum,vel illum qui a prima vxore dimissus alteram duxisse perhibetur. Ceteros vero quorum proue-ctio hoc tantum reprehensionis incurrit,quod ex laicis ad officiū episcopale delecti sunt, neq; ex hoc quod vxores habeant possunt esse culpabiles,susceptum sacerdotium tenere permittimus,non preiudicantes apostolice sedis statutis,nec precessorum nostrorum nostrisq; decretis quibus salubriter statutum est,ne primum vel secundum,aut tertium in ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet sufftagiis fultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat,quod enim vtrunq; patimur esse veniale multum postmodum esse non poterit,si quisquam omnino id quod interdicimus vsurpare presumpserit,quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi,nec quod potuit aliqua ratione concedi,fas erit amplius impune committi. Donatum autem salicinensem ex Nouatiano cum sua (vt comperimus) plebe conuersum,ita dominico volumus gregi presidere, vt libellum fidei sue ad nos meminerit dirigendum,quod & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoq; ex laico licet reprehensibiliter ordinatū, tamen si donatista iam non est,& ab spiritu schismatice prauitatis alienus, ab episcopali quā quoquomodo adeptus ē nō repellimus dignitate, ita vt & ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet. De Aggaro & Tyberiano quorū a ceteris q ex laicis ordiati sunt in hoc causa diuersa est q̄ eorū ordinationi atroces tumultus,& seue seditiones memorātur esse famulate, vestro iudicio cuncta commisimus,vt relata habiti apud vos examinis fide quid de supradictis statuendum sit, scire possimus. Ille autem famule dei que integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia si se incontaminatis non audeant comparare virginibus . Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur,& potuerit corruptione carnis mens inuita non polluī, minus tamen eisdem oberit si quod potuerint animo non amittere doleant se vel corpore perdidisse . Cum itaq; de omnibus fere que fratris nostri Potentii relatio continebat plenissime dilectionem vestrā per Dauid fratrem & coepiscopum nostrum,qui & sacerdotii merito nobis est probatus, & moribus videatis instructam. Superest fratres , vt concordi obedientia salubres susciptatis hortatus , & nichil per contentionem agentes,sed ad omne studium deuotionis vnanimes diuinis,& apostolicis constitutionibus pareatis,& in nullo patiamini pia canonum decreta violari . Que enim nunc certarum remi-

simus consideratione causarum antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus iusta post hec vltione plectamus.

LEO PAPA DE PRIVILEGIO EPISCOPORVM SIVE PRESBYTERORVM AD VNIVERSOS GERMANIE ATQVE GALLIE ECCLESIARVM EPISCOPOS.

Epistola sexagesimasexta.

Leo Romane ecclesie & apostolice Sedis episcopus, vniuersis Germaniarum atque Galliarum regionum episcopis salutem.

A CVM IN DEI NOMINE IN ROMANA ECCLESIA SYNOdum episcoporum siue ceterorum consacerdotum christiq; fidelium coadunatum habuissemus, & de ordinationibus illicitis super quibus crebrior ad nos illarum partium commeantium sermo peruenerat, atq; de aliis necessariis ecclesiasticis negociis tractantes sacrosq; Canones relegẽtes solerter egissemus, a multis lachrymabili vultu relatum est nobis q; quidam Germaniarum ac Galliarũ vrbium episcopi frequenter coepiscopos qui iuxta canones Neocesarienses, siue secũdum aliorum decreta patrum iidem sunt qui & presbyteri vel presbyteros destinarent, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum id precepisse viros ecclesiastice disciplineignaros quod est canonice regule cõtrarium, & statim a seculari militia in sacerdotale ministerium delegatos atq; promotos. Ergo ne vltra talis a vobis licentia vsurpetur communi sententia statuendum oportuit scientes quia sicut coepiscopo vel presbytero illicita consecratio est altaris ita & constitutio. In diuinis enim litteris precipiẽte domino solus Moyses in tabernaculo dei erexit altare, solus ipe vnxit, q; vtiq; summus sacerdos dei erat sicut scriptũ est de eo. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ideoq; id quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt, omnino decretũ est vt coepiscopi vel presbyteri qui filiorũ Aaron gestant figuram arripere non presumãt. Nam quamuis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quadã tamen auctoritate veteris legis, quedam noue etiam ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyterorum & diaconorum, aut virginũ consecratio, sicut cõstitutio altaris ac benedictio vel vnctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis vel conuersis, vel ex heresi paracletum spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hec enim omnia illicita sunt coepiscopis, qui ad exemplum & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris qui eandem gestant figuram. Quoniam quãquam consecrationem habeãt, pontificatus tamen apicem non habent. Que omnia solis debere summis põtificibus auctoritate canonum precipitur, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neq; coram episcopo licet presbyteris in baptisterium introire, nec presente antistite infantem tingere, aut signare, nec penitentem sine preceptione episcopi sui reconciliare, nec eo presente nisi illo iubente sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere vel benedicere aut salutare, nec plebem vtiq; exhortari, in eos specialius & propensius commouẽdi qui in episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, & quos refutare debuerant consecrarint. Vnde si qui epi talẽ cõsecrauerit sacerdotem qualem non liceat, etiam si aliquo modo damnũ proprii honoris euaserint, ordinationis tamen ius vlterius non habebunt, nec ei sacramento interesse quod neglecto diuino iudicio immerito prestitere. Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem inter omnia volumus canonum statuta seruari. Cum vbi minores sunt plebes minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficiat. Episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat presidere, ne quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta vetuere vinculis, & possessionibus vel obscuris & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigiũ, & honor cui debent excellentiora cõmitti, ipse sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua dioceſi restitutus eps factum esse causatus est, & rationabiliter postulauit, vt episcopi eorũ locorũ in quibus non

debuerant

debuerant ordinari humana conditione decesserint,loca ipsa ad ius eius antistitis redigantur.Cuius ante fuerant ante priora. Et inutile est vt sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate & superflua multiplicatione minuatur . De his autem que in sacro virginitatis proposito constitute barbaricam pertulere violentiam,& integritatem pudoris non animo,sed corpore perdidere,ea nobis seruanda videtur moderatio,vt neq; in viduarum deiiciantur gradum,nec in sacrarum & perseuerantium virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus virginalibus perseuerant & castimonie soliditatem mente custodiunt sacramẽtorũ nõ est negando cõmunio,quia iniustum est eas in eo argui, vel notari,quod nõ voluntas admisit,sed vis hostilis eripuit. Causam quoq; Lupicini episcopi illic iubemus audiri.Cui multum & sepius postulanti communionem hac ratione reddidimus, quoniam ad nostrum iudicium prouocasset immerito eum pendente negocio a cõione videbamus fuisse suspẽsum . Adiectum etiam illud est quod huic temere superordinatus esse cognoscitur , qui non debuit ordinari anteq̃ Lupicinus in presenti positus,aut confutatus, aut certe confessus iuste posset subiacere sententie,vt vacantem locum quẽadmodum disciplina ecclesiastica exigit is qui consecrabatur excipe-ret.Siue vero alie emerserint cause que ad statum ecclesiarum,& ad concordiam pertineant sacerdotũ illic sub timore domini volumus ventilentur , & de componendis atq; cõpositis oibus ad nos relatio plena mittatur , vt ea que iuxta ecclesiasticum morem iuste & rõnabiliter fuerint definita mea quoq; sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti.

ITEM EIVSDEM EPISTOLA AD EPISCOPOS PER VIENNENSEM PROVINTIAM CONSTITVTOS.

Epistola.lxvii.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Viennensem prouintiam constitutis,Leo.

DIVINE CVLTVM RELIGIONIS QVEM IN OMNES gentes oẽsq; nationes dei voluit gratia chorusare, ita dns nr Iesus xps humani generis saluator instituit,vt veritas que antea legis & pphetarũ pconio cõtinebatur,p aplicã tubã in salutẽ vniuersitatis exiret,sicut scriptũ est. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ,& in fines orbis terre verba eorum. Sed huius muneris sacramẽtũ ita dns ad oĩm apostolorum officium pertinere voluit vt in beatissimo Petro apostolorũ oĩm summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus oẽ diffunderet,vt exortem se mysterii intelligeret esse diuini,q ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuidue vnitatis assumptum id quod ipse erat voluit dominari,dicendo tu es Petrus,& super hanc petram edificabo ecclesiam meam,vt eterni edificatio templi mirabili munere gratie dei in Petri soliditate cõsisteret. Hac ecclesiam suam firmitate corroborans vt illam,nec humana temeritas posset appetere,nec porte contra illam inferi prevalerent. Verum hanc Petre istius sacratissimam firmitatem deo (vt diximus) edificante constructam nimis impia vult presumptione violare quisquis eius potestatem tentat infringere,fauendo cupiditatibus suis & id q̃ accepit a veteribus non sequendo,cum nulli se subditũ legi,nullis institutionis domínice credit regulis contineri,a vestro nostroq; per noue vsurpationis ambitum more desciscens psumendo illicita & que custodire debuit negligendo. Verum hec nos deo (vt credimus) aspirãte seruata circa vos nostre charitatis gratia quã sanctitati vestre apostolica semper sedes,vt meministis,impendit,nitimur consilio maturiore corrigere,& vestrarum ecclesiarum statum cõmunicato vobiscum labore cõponere nõ noua instituentes sed vetera renouantes, vt in status consuetudine que nobis a nostris patribus est tradita perduremus,& de nostro per boni operis ministerium remotis perturbationum scandalis pla ceamus. Nobiscũ itaq; vestra fraternitas recognoscat apostolicã sedem pro sui reuerentia a vẽ etiã ꝓuitie sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam,& pro diuersarum (quemadmodũ vetus consuetudo poscebat) appellatiõe causarũ,aut retracta aut cõfirmata fuisse iudicia,adeo vt seruata vnitate spũs in vinculo pacis cõmeantibus hincinde fris qđ sancte agebat ꝓpetue ꝓficeret charitati. Quã solliciitudo nra nõ sua querens sed q̃ sunt xpi dignitatẽ diuinitus datã nec ecclesiis, nec ecclesiarũ sacerdotib⁹ arrogabat. Sz hũc tramitẽ semp iter maiores nros & bn tẽtũ & salubriter cõstitutũ Hylarius ecclesiarũ statũ & cõcordiã sacerdotũ nouis psũptiõib⁹ turbatur⁹ excessit,iterũ sue vos cupiẽs subdere po-

teſtati,vt ſe beato apoſtolo Petro non patiatur eſſe ſubiectum, ordinationes ſibi omnium per Gallias eccleſiarum vendicans,& debitam metropolitanis ſacerdotibus in ſuum ius tranſferēs dignitatē,ipſi⁹ quoq; beatiſſimi Petri reuerentiam verbis arrogantioribus minuendo,cui cū pre ceteris ſoluendi, & ligandi tradita ſit poteſtas,paſcēdarum tamen ouium cura ſpecialius mādata eſt. Cui quiſquis principatū eſtimat denegādū,illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbie ſue ſemetipſum in inferna demergit. Que igitur apud nos in cauſa Celedonii epiſcopi geſta confecta ſint & que Hylarius dixerit dum cum eodem preſente ſupradicto epiſcopo audiretur,inditus chartis rerum ordo demōſtrat. Vbi poſtquā Hylarius rationabile quod in ſanctorum concilio ſacerdotum poſſet reſpondere non habuit,ad ea ſe occulta cordis ipſius tranſtulerunt,que nullus laicorum dicere,nullus ſacerdotum poſſet audire. Doluimus fateor fratres,& hunc eius meritis timorem medelis patientie noſtre curare tentauimus. Nolebamus enim ea illi exacerbare vulnera que ſue animē inſolentibus ſubinde ſermōibus infligebat,& quem ſuſceperam⁹vt fratrē,delinire magis ip̄m q̄is ip̄e ſuis reſponſionibus iuitaret,quā cōtriſtare interlocutionib⁹nitebamur. Abſolutus eſt Celedonius epiſcopus quoniam ſe iniuſte ſacerdotio fuiſſe deiectum manifeſta teſtium reſponſione ipſo etiam p̄ ſente mōſtrauerat,ita vt quod Hylarius nobiſcum reſidens poſſet opponere non haberet. Remotum eſt ergo iudicium quod prolatum in hac ſententia legebatur,q̄ tanq̄ vidue maritus ſacerdotium tenere non poſſet. Quod nos quidem ſeruantes legalia conſtituta ſollicitius voluimus cuſtodiri non ſolum circa ſacerdotes,ſed circa clericos quoq; minoris officii,ne ad ſacram militiam hi permittantur accedere q̄bus ſit tale coniugium,vel contra apoſtolicam diſciplinam non vnius tantum vxoris viri fuiſſe monſtrentur. Sed ſicut eos quod factum ſuum non poteſt excuſare aut non amittendos, aut ſi fuerint decernimus remouendos,ita quibus hoc falſum obiicitur, ab ea neceſſe eſt examinatione purgemus,& ſuum officiū p̄dere nō ſinamus,Manſiſſet nāq; in illū ꝓlata ſnia ſi obiectorū veritas extitiſſet. Redditus itaq; eſt eccl̄ie ſue,& huic quā amittere nō debuit dignitati coep̄s nr̄ Celedoni⁹, ſicut geſtorū ſeries,& poſt decurſam cognitionē ſnia q̄ a nobis eſt ꝓlata teſtat̄. Huic negocio ſic finito fratris, & coep̄i noſtri ꝓiecti q̄rela ſucceſſit. Cuius ad nos l̄re lachrymabiles & dolēde deſup ordinato ſibi epiſcopo ſunt directe. Epiſtola quoq; ingeſta eſt ciuiū ipſius & numeroſa ſubſcriptione ſingulorū firmata, inuidioſiſſimis cōtra Hylariū plena querimoniis,q̄d ꝓiecto ep̄o ſuo egrotare liberū nō fuiſſet,eiuſq; ſacerdotiū in aliū p̄ter ſuā notitiā eſſe trāſlatū,& tanq̄ in vacuā poſſeſſionē ab Hylario peruerſore heredē viuētis inductū. Quid hic fraternitas veſtra ſentiat cupemus audire, q̄q̄ de vīis animis nr̄a non debeat ſnia dubitare,cū fratrē in lectulo cōſtitutū nō tā infirmitate corpis aggrauari,q̄ alio videatis dolore torq̄ri. que ſpes illi de vita relinq̄tur,cui de ſacerdotio ſuo dū illi aliter ſubſtituit̄ irroga t̄ deſpatio⁹ appet ergo q̄ mitis ſit corde Hylari⁹q obeſſe p̄ſumptioni ſue fraterne mortis credidit tarditatē. Quā tū eni in ſe fuit illi ſubtraxit lucē,abſtulit vitā,q hunc dolorē in locū eius alterū ſubrogādo, ne ad ſalutē illi recurſus eſſet,iniecit. Eſto vt breuis fratri euenerit humane cōditionis cōſueta migratio,q̄d ſibi Hylarius querit in aliena ꝓuintia,& id q̄d nullus deceſſorū ipſius aut Patrocl⁹ habuerit cur vſurpat, cū & ip̄m q̄d Patroclo a ſede ap̄lica tp̄aliter videbat̄ eſſe cōceſſum poſtmodū ſit ſnia meliore ſublatū? Expectarētur certe vota ciuiū,teſtimonia populorū,quererēt̄ honoratorū arbitriū,electio clericorum,que in ſacerdotū ſolent ordinationibus ab his qui norunt patrum regulas cuſtodiri, vt apoſtolice auctoritatis norma in omnibus ſeruaretur,qua precipitur vt ſacerdos eccleſie prefuturus non ſolum atteſtatione fidelium,ſed etiam eorum qui foris ſunt teſtimonio muniatur,neq; vllius ſcandali relinquatur occaſio,cum per pacem & deo placitam concordiam conſonis omnium ſtudiis, qui doctor pacis futurus eſt ordinatur. Sed inſperatus neſcientibus ſuperuenit & improuiſus abſceſſit curſu,vt didicimus celeri itinera multa conficiens,& per longinquas prouintias tanta immaturitate diſcurrens vt videat̄ gloriam de ſcurrili velocitate potius q̄ ſacerdotali moderatione captaſſe. Hec enim directarum ad nos ciuiū verba ſunt l̄rarū. Ante abſceſſit q̄ eū veniſſe noſſem⁹. Non eſt hoc redire ſed fugere, nec ſalubritatem impēdere diligētie paſtoralis,ſed vim inferre latronis & furis dicēte domino. Qui non intrat per ianuam in curtem ouium,ſed aſcendit aliunde,hic fur & latro eſt. Non ergo Hylarius tā ſtuduit epiſcopum conſecrare q̄ eum potius qui egrotabat occidere,& ipſum quē ſuperpoſuit male ordinādo decipere. Nos tñ q̄d vobis credimus deo iudice placiturū,in cōe cunctis fratribus cōſulētes,& male ordinatū ſubmoueri & ep̄m & proiectum in ſuo ſacerdotio permanere debere decreuimus. Ad ſtatuentes vt ſi quiſq̄ fratrū noſtrorū in quacūq; ꝓuincia deceſſerit,is ſibi ordinationē vendicet ſacerdotis,quē illius ꝓuincie Metropolitanū eſſe cōſtiterit,qa (vt videmus) cauſe trāſacte ſūt in q̄bus enim multa ſunt

que preter

que preter rationē ecclesiasticam videātur esse commissa,& iusti iudicii debeant expectare censuram. Sed nos diutius hic non possumus immorari,cum ad alia que nobiscum vestra sanctitate conferenda sunt prouocemur. Militaris manus,vt didicimus,per prouincias sequitur sacerdotem,& armatis presumptione suffultum ad inuadendas famulatus ecclesias que proprios amiserint. Trahuntur ordinandi ante hoc officium his quibus preficiendi sunt ciuitatibus ignorati. Vt enim notus qui fuerit probatus per pacem petitur,ita per vim necesse est qui ignotus adducitur imponatur. Obtestor & obsecro,& sub dei vos inuocatione conuenio,prohibere fratres talia,& omnem dissensionis materiam de vestris prouinciis remouere. Certe nos ante deum absoluimus,qui vos ne permittatis vltra hec fieri conuenimus. Per pacem & quietem sacerdotes,qui futuri sunt postulētur. Teneatur subscriptio clericorum,honoratorum testimonium,ordinis consensus & plebis. Qui prefuturus est omnib⁹ ab omnibus eligatur. Ordinationem sibi(vt ante iam diximus)singuli metropolitani suarum prouinciarū cum hiis qui ceteros sacerdotii antiquitate preueniunt,restituto sibi iure defendant. Alienum ius alter sibi non audeat vendicare. Suis limitibus suis terminis, sit vnusquisq; contentus. Et priuilegium sibi deibtum in alium transferre se nosse nouerit non licere,Quod si quis negligens apostolicas sanctiones plus gratie tribuens personali sui honoris desertor esse voluerit priuilegium suum in alium tansferre posse se credens,non is cui cesserit,sed is qui intra prouinciam antiquitate episcopali ceteros preuenit sacerdotes ordinandi sibi vēdicet potestatē,nō que passim,sed die legitimo celebretur. Nec sibi constare status sui nouerit firmitatem, qui non die sabbati vespere quod lucescit in primam sabbati vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Solum eni maiores nostri resurrectionis dn̄ice diem honore dignum iudicauere,vt sacerdotes qui sumūtur hoc die potissimum tribuantur. Suis vna queq; prouincia sit contenta consiliis,necvltra Hylarius audeat conuentus indicere synodales,& sacerdotum domini iudicia se interserendo turbare,qui non tantum nouerit se ab alieno iure depulsum,sed etiam viennensis prouincie quam male vsurpauerat potestate priuatum. Dignum est enim fratres antiquitatis statuta reparari,cum is qui sibi ordinationem prouintie indebite vendicabat,talis in presenti etiā probatus fuerit vt cum ipse frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret,sue tantum ciuitatis illi sacerdotiū pro sedis apostolice pietate preceptio nostra seruauerit. Nō ergo sit illi ordinationi non ordini. qui meriti sui conscius cum quereretur ad accusandum turpi fuga se credidit subtrahendum ex oris apostolice communionis, cuius particeps esse non meruit, deo (vt credimus)hoc agente,qui illū opinātibus nobis & ad iudicia nr̄a pertraxit,& inter examinationes habitas,ne communionis nostre consors fieret vt abscederet latenter effecit. nulli Christianorum facile cōmunio, deneget̄,nec ad idignātis fiat hoc arbitriū sacerdotis quod in magni reatus vltionē inuitus & dolens quodammodo debet animus vindicantis. Cognouimus enim pro commissis & leuibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, & animam pro qua Christi sanguis effusus est,irrogatione tam seui supplicii sauciatam & inermem quodammodo exutamq; omni munimine diabolicis incursibus,vt facile caperetur obiectam. Certe si quādo causa talis emerserit, vt pro cōmissi criminis qualitate aliquem iuste faciat communione priuari,is tantum pene subdēdus est quem reatus inuoluit,nec particeps esse supplicii,qui consors non docetur cōmissi. Sed quid mirum eum i laicos talē existere qui soleat sacerdotū dānatione gaudere,Vn̄ quia nostra longe alia videtur intentio,nā omnium ecclesiarum statum & concordiam custodiri cupimus sacerdotum,ad vnitatem vos vinculo charitatis hortantes, obtestamur, & affectione congrua commonemus,vt ea que a nobis deo inspirante & beatissimo Petro apl̄o discussis probatisq; nūc omnibus causis decreta sunt,pro vestra pace, & dignitate seruetis,certi non tam nostro honori proficere ꝙ talia statuisse cognoscimur. Non enim nobis ordinationes vestrarum prouinciarum defendimus quod potest forsitan ad deprauādos vestre sanctitatis animos Hylarius pro suo more mentiri,sed per vestram sollicitudinem vindicamus nequid vlterius liceat nouitati,nec presumptori locus vltra iam pateat priuilegia nostra cassandi. Nostre enim gratulationi hoc solum crescere profitemur si apostolice sedis diligentia apud vos illibata seruetur,& per sacerdotalis discipline custodiam ori vestro perire quod suum est pro nouis vsurpationibus non sinamus. Et quoniam honoranda est semper antiquitas,fratrem & coepiscopum nostrum Leontium probabilem sacerdotē,hac(si vobis placet)dignitate volumus decorari, vt preter eius consensum alterius prouincie non indicatur a vestra sanctitate concilium,& a vobis omnibus,quemadmodum vetustas eius & probitas exigit,honoretur metropolitanis priulegii sui dignitate seruata. Aequum est enim nec vlli de fratribus fieri videtur iniuria si his qui vetustate precedunt,pro etatis sue merito

in ſuis prouinciis a ſacerdotibus ceteris deferatur. Deus vos incolumes cuſtodiat fratres mei.

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD RAVENNIVM ARELATENSEM ARCHIEPICOPVN. Epſtola.lxviii.

Domino fratri Rauennio, Leo.

PROVECTIONEM DILECTIONIS TVE QVE SVMMI ſacerdotii adepta eſt dignitatē ita nobis placere cognoſce,vt non ſolum tibi de honoris augmento,ſed etiam arelatenſi eccleſie cui te dominus prepoſuit gaudeamus. Ad omniū enim fidelium decus atq; vtilitatem redundat cūtalis habetur antiſtes,cuius plurimi & adiuuentur preſidio,& incitentur exemplo. Vnde quia nō ignoras quid de ſyncerítate animi tui ſecundum preſentem notitiā ſenſerimus iuſtiſſime nos agnoſcitis exigere,vt quod preſumimus hoc probemus frater chariſſime. Modeſtie igitur tue non auctoritas cōſtantiā ſed menſuetudo cōmendet,iuſtitiam lenitas temperet,patientia contineat libertatem,& declinata ſuperbia cui proximū eſt,vt decidat ametur humilitas,cui ſemper debetur vt creſcat,Eccleſiaſticarum legum non ignara eſt delectio tua,vt intra earum regulas atq; menſuras omnia poteſtatis tue iura cōtineas,Iuſto tamen dicitur lex nō eſſe poſita,quia normam preceptionis implet iudicio voluntatis,cum verus recti amor in ſemetipſo habet & apoſtolicas auctoritates & canonicas ſanctiones. Quarum deuotus ſectator & diligens executor in eorum proculdubio conſortio gloriaberis qui de creditorū ſibi profectibus talentorum audire meruerunt. Euge ſerue bone & fidelis quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam,intra in gaudium domini tui. Vt autem fiduciam dilectionis erga te noſtre habere non dubites,ſepius nos de proceſſu actuum tuorum facias certiores,quoniā iudicii noſtri memores cupimus ſemper de tuis profectibus in domino gloriari,deus te incolumen cuſtodiat frater chariſſime.

¶LEO THEODORO EPISCOPO FOROIVLIENSI.

Epiſtola ſexageſima nona.

SOllicitudinis quidē tue is ordo eſſe debuerat,vt cū Metropolitano tuo primitus de eo quod querendū videbatur eſſe conferres,ac ſi id quod ignorabat dilectio tua etiā ipſe neſciret,inſtrui vos pariter poſceretis,quia in cauſis que ad generalem obſeruantiam pertinent omnium domini ſacerdotū ſine primatibus oportet inquiri. Sed vt quoquomodo inſtruatur ambiguitas conſulentis,quid de penitentium ſtatu eccleſiaſtica habeat regula non tacebo,Multiplex miſericordia dei ita lapſibus ſubuenit humanis vt non ſolum per baptiſmi gratiam ſed etiam per penitentie medicinam ſpes vite reparetur eterne,& qui regenerationis donū violaſſet proprio ſe iudicio condemnantes ad remiſſionem criminum peruenirent,ſic diuine bonitatis preſidiis ordinatis vt indulgentia dei niſi ſupplicatione ſacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim dei & hominum homo chriſtus Ieſus hanc prepoſitis eccleſie tradidit poteſtatem, vt & confitentibus actionem penitentie darent,& ſalubri ſatiſfactione purgatos communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtiq; operi ipſe ſaluator interuenit nec vnq̄ ab his abeſt que miniſtris ſuis exequenda commiſit dicens. Ecce ego vobiſcū ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi,vt ſiquid per ſeruitutem noſtram bono ordine & gratulando impletur effectu,non ambigamus per ſpiritum ſanctū fuiſſe donatum. Si autem aliquis eorū p quibus domino ſupplicamus quocunq; interceptus obſtaculo a munere indulgētie preſentis exciderit& priuſq̄ ad conſtituta remedia perueniret,temporalem vitam humana cōditione finierit,quod manens in corpore non receperit cōſequi exutus carne nō poterit. Nec neceſſe eſt nobis eorū qui ſic obierint merita actuſq; diſcutere ,cū dns deus noſter cuius iudicia nequeunt comprehendi , quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit ſue iuſtitie reſeruauerit,Ita poteſtatem ſuam timeri volens vt hic terror omnibus proſit,&quod quibuſdā tepidis aut negligentibus accidit,nemo non metuat,multum eni vtile ac neceſſarium eſt vt peccatorum reatus ante vltimū diē ſacerdotali ſupplicatione ſoluatur. His autē qui in tempore neceſſitatis & in periculi vrgentis inſtantia preſidiū penitentie & mox reconciliationis implorant,nec ſatiſfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda,quia mie dei nec menſuras poſſumus ponere nec tēpora definire apud quem nullas patitur venire moras conuerſio,dicente ſpiritu dei per prophetam. Cū conuerſus inge-

mueris tunc ſaluus eris,Et alibi. Dic tu iiquitates tuas vt iuſtificeris,Et iterum.Quia apud dñm mia eſt,& copioſa apud eũ redemptio. In diſpenſandis itaq; dei donis nõ debemus eſſe difficiles,nec accuſantiũ ſe lachrymas gemituſq; negligere,cũ ipſam penitẽtiã ex dei credam⁹ inſpiratiõe conceptã,dicente Apoſtolo,Ne forte det illis deus penitentiã vt reſipiſcant a diaboli laqueis a quo capti tenentur, ad ipſius volũtatẽ. Vnde oportet vnũquemq; chriſtianũ cõſcientie ſue habere iudiciũ,ne conuerti ad dñm de die in diem differat,nec ſatiſfactionis ſibi tẽpus in fine vite ſue conſtituat quẽ periculoſe ignorantia humana cõcludit,vt ad paucarũ horarũ ſe reſeruet incertũ & cum poſſit plenıore, ſatiſfactiõe indulgentiam promereri,illius temporis anguſtias eligat quo vix inueniat ſpaciũ vel confeſſio penitentis vel reconciliatio ſacerdotis. Verũ (vt dixi) etiam taliũ neceſſitati ita auxiliandũ eſt,vt nec actio illis penitentie nec cõmunionis gratia denegetur,ſi eam etiã amiſſo vocis officio per iudiciũ integri ſenſus querere cõprobẽtur,qđ ſi aliqua in egritudine ita fuerint aggrauati,vt quod pauloante poſcebant, ſub preſentia ſacerdotis ſignificare non valeant ,teſtimonia eis fideliũ circunſtantiũ prodeſſe debebũt vt ſimul & penitentie & reconciliationis beneficiũ conſequantur,ſeruata tamen regula canonũ paternorũ circa eorum perſonas qui in deum a fide diſcedẽdo peccarũt. Hec autẽ frater que ad interrogationẽ dilectionis tue ideo reſpõdi ne aliquid contrariũ ſub ignorantie excuſatione gereretur in metropolitani tui notitiã facies peruenire,vt ſi qui forte ſunt fratrum qui de his antea putauerant ambigendum,per ipſum de omnibus que ad te ſcripta ſunt inſtruantur.

ITEM EIVSDEM EPISTOLA AD RVSTICVM NARBONENSEM EPISCOPVM

Epiſtola ſeptuageſima.

Leo epiſcopus,Ruſtico Narbonenſi epiſcopo.

A

EPISTOLAS FRATERNITATIS TVE QVAS HERMES archidiacon⁹ tuus detulit libenter accepi,diuerſarũ quidẽ cauſarũ cõnexione multiplices,ſed non ita patientie oneroſas vt aliquid earũ per incurrentes vndiq; ſollicitudines fuerit pretermiſſum,Vnde totius ſermonis tui allegatione cõperta & geſtis que in eẽporũ honoratorũq; examine confecta ſunt recenſitis,Sauiniano & Leoni preſbyteris actiõis ſue intellexim⁹ fiduciã defuiſſe,nec eis iuſtã ſupereſſe querimoniã qui ſe ab ichoatis diſceptationib⁹ ſponte ſubduxerint. Circa quos quã formam quãue menſuram debeas tenere iuſticie tuo relinquo moderamini. Suadẽs tamen charitatis hortatu vt ſanandis egris ſpiritualem adhibere debeas medicinam & dicente ſcriptura,noli eſſe nimium iuſtus mitius agas cum eis qui impudicitie zelo videntur modum exceſſiſſe vindicte,ne diabolus qui decepit adulteros de adulterii exultet vltoribus . Miror autẽ dilectionẽ tuam in tantum ſcandalorum quacũq; occaſione naſcentiũ aduerſitate turbari,vt vacationẽ ab epiſcopatus laboribus optare te dicas,& male in ſilẽtio atq; ocio vitã degere,q̃ in his que tibi cõmiſſa ſunt ꝓmanere. Dicente vero dño,Beatus qui ꝓſeuerauerit vſq; in finẽ,vnde beata erit ꝓſeuerãtia niſi de virtute patientie? Nã ſecundũ apoſtolicã predicationẽ oĩs qui voluerit pie viuere in chriſto Ieſu perſecutionẽ patietur. Que non in eo tantũ cõputanda q̃ contra chriſtianã pietatẽ aut ferro,aut ignibus agitur,aut quibuſcunq; ſuppliciis,cum perſecutionum ſeuitiam ſuppleant & diſſimilitudines morũ,& cõtumacie inobedientia,& malignarum tela linguarũ,quibus conflictationibus cũ oia ſemp eccleſie mẽbra pulſentur,& nulla piorum portio hic a tentatione ſit libera, ita vt periculis nec ocia careant , nec labores, quis inter fluctus maris naues dirgit ſi gubernator abſcedat? Quis ab inſidiis luporum oues cuſtodiet,ſi paſtoris cura non vigilet? Quis denicq; latronibus obſiſtet & furibus ſi ſpecularorẽ in cõſpectu explorationis locatũ,ab intentione ſollicitudinis amor quietis abducat? Permanẽdũ ergo in opere eſt credito & in labore ſuſcepto . Conſtanter tenenda eſt iuſtitia , & benigne preſtanda clementia,Odio habeantur peccata non homines. Nunc corripiantur timidi,nunc tolerentur infirmi & quod in peccatis ſeuerius caſtigare neceſſe eſt,non ſeuientis plectatur animo ſed medentis. At ſi vehementior tribulatio incubuerit,non ita expaueſcamus quaſi illi aduerſitati propriis ſit viribus reſiſtendũ,cum & cõſilium noſtrũ & fortitudo ſit chriſt⁹ vt ſine quo nihil poſſumus per ipſum cuncta poſſimus. quia cõfirmãs ꝓdicatores euãgelii,& ſacramẽtorũ miniſtros Ecce ego iquit vobiſcũ ſũ vſq; ad cõſũmationẽ ſeculi. Et iterũ. Hec iquit locut⁹ ſũ vobis vt i me pacẽ habeatis,In mũdo aũt tribulationẽ habebitis. Sed bonoaio eſtote,quia ego vici mũdũ. que pollicitatiões quia ſine dubitatione manifeſte ſũt,nullis debem⁹ ſcãdalis infirmari ne electioni dei videamur ingrati,cui⁹ tam potentia ſunt adiutoria q̃ vera ꝓmiſſa. De conſultationibus autem dilectionis tue quas ſeparatim conſcriptas archidiaconus tuus detulit,

quid ſentiendum ſit inter preſentes opportunius quereretur ſi nobis tui conſpectus copia proueniret. Nam cum quedã interrogationes modũ diligentie videantur excedere,intelligo eas colloquiis aptiores eſſe q̃ ſcriptis. Quia ſicut quedam ſunt que nulla poſſunt traditione cõuelli,ita multa ſunt que aut pro cõſideratiõe etatum,aut pro neceſſitudine rerum oporteat temperari,illa ſemper conditione ſeruata,vt in his que vel dubia fuerint aut obſcura,id nouerimus ſequendum,quod ne preceptis euangelicis contrarium,ne decretis ſanctorum patrum inueniatur aduerſum.

¶ Incipiunt ad inquiſitionem eiuſdem epiſcopi ſubiecta reſponſoſa. I. Quod non habeãtur epiſcopi quos nec clerus elegit,nec populus exquiſiuit,nec prouinciales epiſcopi conſecrarunt.

A NVlla ratio ſinit vt inter epiſcopos habeantur qui nec a clericis ſunt electi,nec a plebibus expeti,nec a prouincialibus epiſcopis cum metropolitani iudicio cõſecrati. Vnde cum ſepe queſtio de male accepto honore naſcatur quis ambigat nequaq̃ iſtis eſſe tribuendum quod non doceatur fuiſſe collatum? Si qui autem clerici ab iſtis pleudo epiſcopis in eis eccleſiis ordinati ſunt que ad ꝓprios epiſcopos pertinebant & ordinatio eorum conſenſu & iudicio preſidentium facta eſt poteſt rata haberi,ita vt in ipſis eccleſiis perſeuerent. Aliter autem vana eſt habenda ordinatio que nec loco fundata eſt,nec auctore munita.

¶ Quod preſbyteri aut diaconi ſi in aliquo crimine dilapſi fuerint,non poſſunt per manus impoſitionem penitendi remedium conſequi.

B LIcenum eſt a conſuetudine eccleſiaſtica vt qui preſbyteralẽ honorem aut diaconi gradum fuerint conſecuti hi qui pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant penitendi,quod ſine apoſtolica traditione deſcendit ſecundum quod ſcriptum eſt, Sacerdos ſi peccauerit quis orabit pro eo. Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam dei priuata eſt expectanda ſeceſſio vbi illis ſatiſfactio digna ſit etiam fructuoſa.

¶ Quod diaconus ſicut epiſcopus & preſbyter ceſſare debet ab opere coniugali non tamen repudiare coniugia.

C EX continentie eadẽ eſt miniſtris altaris que epiſcopis atq̃ preſbyteris. Qui cum eſſent laici ſiue lectores,licite & vxores ducere & filios procreare potuerunt. Sed cum ad predictos peruenerint gradus cepit eis non licere quod licuit, Vndevt de carnali fiat ſpirituale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores & quaſi non habeant ſic habere,quod & ſalua ſit charitas coniugiorum,& ceſſent opera nuptiarum.

¶ Quod aliud ſit vxor,aliud concubina,nec erret quiſq̃ ſi filiam ſuam in matrimonium concubinam habenti tradiderit.

D WOn omnis mulier iuncta viro vxor eſt viri, quia nec omnis filius heres eſt patris. Nuptiarũ autem federa inter ingenuos ſunt legitima & inter equales,multo prius hoc ipſum domino conſtituente q̃ initium Romani iuris extiterit. Itaq̃ aliud vxor,aliud concubina,ſicut aliud ancilla aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandarũ harũ perſonarum diſcretionẽ teſtimonium ponit ex geneſi vbi dicitur Abrahe Eiice ancillam & filium eius. Nõ enim heres erit filius ancille cum filio libere, Vnde ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit vt preter ſeruum coniunctionem haberent in ſe chriſti & eccleſie ſacramentum,dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua non docetur nuptiale fuiſſe myſterium. Igitur cuiuſlibet loci clericus ſi filiam ſuã viro habenti concubinam in matrimoniũ dederit,nõ ita accipiendũ eſt quaſi de coniugato eã dederit,niſi forte illa mulier ingenua facta & dotata legitime & publicis nuptiis honeſtata videat, Paterno arbitrio viris iuncte carent culpa ſi mulieres que a viris habebantur in matrimonio non fuerunt,quia aliud eſt nupta aliud concubina.

¶ Quod non ſit coniugii duplicatio quando ancilla reiecta aſſumitur vxor.

F ANcillam a thoro abiicere & vxorẽ certe ingenuitatis accipere,nõ duplicatio cõiugii,ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda eſt taliũ negligentia,ſed non penitus diſcutienda, vt crebris cohortationibus icitati quod neceſſarie expetierũt fideliter & exequantur. Nemo eni deſperandus eſt dum in corpore conſtituitur, Quia nonnunq̃ quod diffidentia etatis differtur,conſilio maturiore perficitur.

F ¶ De communione priuatis & vita defunctis.

IOrum cauſa dei iudicio reſeruanda eſt in cuius manu fuit vt taliũ obitus vſq̃ ad cõmunionis remedium differretur. Nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.

De his qui penitentiam agere differunt.

DIssimulatio hec potest non de contemptu esse remedii,sed de modo grauius delinquen/ A
id,vt penitentia que dilata est cum studiosius petita fuerit non negetur, vt quoquomodo ad
indulgentie medicinam anima vulnerata perueniat.

¶Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam poscit etiam a multis licitis abstinere.

ELiud quidem est debita iuste reposcere,aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed B
illicitorum veniam postulantem oportet multis etiam licitis abstinere dicente Apostolo.
Omnia licent,sed non omnia expediunt.Vnde si penitens habet causam quam negligere
non debeat,melius exigit ecclesiasticum q̄ forense iudicium.

¶Quod penitenti nulla lucra negociationis exercere conueniat.

VAlitas lucri negotiātem aut excusat aut arguit,quia est honestus questus,& turpis.Veruta C
men penitenti melius est dispendia pati ,quam periculis negociationis obstringi,quia diffi
cile est inter ementis vendentisq; commercium non interuenire peccatum.

¶Quod ad militiam secularem post penitentiam redire non debeat.

COntrarium est omnino ecclesiasticis regulis post penitentie actionem redire ad militiam D
secularem,cum Apostolus dicat.Nemo militans deo implicat se negociis secularibus,vnde
non est liber laqueis qui se militie mundane voluerit implicare.

¶Quod adolescens se vrgente quocunq; periculo penitentiam gessit,& non se contineat ab
vxoris amplexu potest remedium sustinere.

IN adolescentia constitutus se vrgente aut metu,aut captiuitatis periculo penitentiam gessit, E
& postea timens lapsum incontinētie iuuenis copulam vxoris elegit ne crimen fornicatio/
nis incurreret,rem videtur feciſſe venialē si preter coniugem nullam omnino cognouerit. In
quo tamen non regulam constituimus,sed quid sit tolerabilius estimamus.Nam secundum veram
cognitionē nihil magis ei congruit qui penitentiā gessit quā castitas perseuerans & mētis& corporis.

¶Quod si quis propositum monachi deseruerit publica sit satisfactione purgandus.

PRopositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deseri non nō potest absq; F
peccato. Quod enim quis vouit deo debet & reddere,Vnde qui relicta singularitatis pro
fessione ad militiam,vel ad nuptias deuolutus est,publice penitentie satisfactione purgan
dus est,quia etsi innocens militia,& honestum potest esse coniugium,electionem melio/
rum deseruisse transgressio est.

¶Quod puelle que non coacte,sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt
delinquunt cum nupserint,& si nondum fuerint consecrate.

DVelle que non coacte parentum imperio,sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atq; G
habitum susceperunt, si postea nuptias eliguntpreuaricantur,& si consecratio non accessit,cu
ius vtiq; non fraudarentur munere si in proposito permanerent.

¶De his quibus dubium est,vtrum baptisma receperint, necesse est vt renascantur.

SI nulla existāt iudicia inter p̄pinquos aut familiares,nulla inter clericos atq; vicinos,quib⁹ hi H
de quibus queritur baptizati fuissent doceantur, agendum est vt renascantur, ne manifeste
pereant.In quibus quod non ostenditur gestum,ratio non sinit vt videatur iteratum. Qui
autē possunt reminisci q̄ ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis possent recordari an quod eorū
parentibus dabatur acceperint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria alienum est,conferendum eis vi/
detur quod collatū esse nescitur. Quia nō temeritas intruenit presūptionis,vbi est diligētia pietatis.

¶Quod eos qui se baptisatos agnoscūt,sed i qua fide nesciūt p̄ man⁹ impositionē suscipi cōueniat.

SI autē de quibus scripsisti nō se baptizatos nesciunt,sed cui⁹ fidei fuerint qui eos baptizauere se ne I
scire p̄fitentur,quolibet modo formā baptismatis acceperint baptizandi nō sunt,sed per manus im
positionē iuocata virtute spirituſſancti quā ab hereticis accipere nō potuerūt catholicis copulādi sunt

¶De his qui conuiuiis gentilium & escis immolatitiis vsi sunt.

SI conuiuio solo gentiliū & escis immolatitiis vsi sunt possunt ieiuniis & manus impositione K
purgari vt deinceps ab ydolaticis abstinentes,sacramentorum christi possint esse participes.
Si autem idola adorauere aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt,ad cōmunionem eos
nisi per penitentiam publicam non oportet admitti.

¶Leo Tornulo episcopo Austorigensi. Epistola septuagesima prima.

A VAM LAVDABILITER PRO CATHOLICE FIDEI VE
ritate mouearis, & q̃ ſollicite dñico gregi deuotionẽ officii paſtoralis impẽdas
tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tue ſcripta demonſtrant, quibus
letície noſtre inſinuare curaſti, qualis in regionibus veſtris de antiquis peſtilen
tie reliquiis eoror ac morbus exarſerit. Nã & epiſtole ſermo & cõmonitorii ſe
ries & libelli tui textus demonſtrat, priſcillianiſtarum fetidiſſimam apud vos
recaluiſſe ſentinam, Nichil eſt enim ſordiũ in quorũq; ſenſibus impiorũ quod
in hoc dogma nõ cõfluxerit, quoniã de omniũ terrenarũ opinionum luto multiplicem ſibi fecem cõ
miſcuerunt, vt ſoli totũ biberent quicquid alii ex parte guſtaſſent. Deniq; ſi vniuerſe hereſes que ante
Priſcilliani tempus exorte ſunt diligentiús retractentur, nullus pene inuenietur error de quo non
traxerit impietas iſta contagium, que non cõmenta eorum receperit falſitas qui ab euangelico xp̃i ſub
chriſti nomine deuiauerunt tenebris etiam paganitatis immerſi, vt per magicarum artium propha
na ſecreta & mathematicorum vana mendacia religionis fidem, morũq; rationem in poteſtate demo
num & effectu ſyderum collocarent. Quod ſi credi liceat & doceri, nec virtutibus premium, nec vi
ciis pena debetur, omniaq; nõ ſolum humanarum legum ſed etiam diuinarũ conſtitutionum decre
ta ſoluentur, quia neq; de bonis neq; de malis actibus vllum poterit eſſe iudicium, ſi in vtramq; par
tem fatalis neceſſitas motũ mentis impellit, & quicquid ab hominibus agitur non eſt hominum, ſed
aſtrorum. Ad hãc inſaniam pertinet prodigioſa illa totius humani corporis per duodecim celi ſigna
diſtinctio, vt diuerſis partibus diuerſe preſideãt poteſtates, & creatura quam deus ad ymaginem ſuã
fecit in tanta ſit obligatione ſyderum in quanta eſt connexione menbrorum, merito patres noſtri ſub
quorũ temporibus hereſis hec nephanda prorupit per totum mundum inſtanter egere vt impius fu
ror ab vniuerſa eccleſia pelleretur. Quando etiam principes mũdi ita hanc ſacrilegam amentiã deteſta
ti ſunt vt auctorem eius ac pleroſq; diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent, videbant eni om
nem curam honeſtatis auferri, oẽm coniugiorum copulam ſolui, ſimulq; diuinum ius humanumq;
ſubuerti, ſi huiuſmodi hominib⁹ vſq̃ viuere cum tali profeſſione licuiſſet. Et profuit diu iſta diſtrictio
eccleſiaſtice lenitatis, que etſi ſacerdotali contenta iudicio cruẽtas refugit vltiones, ſeueris tamen chriſtia
norum principum conſtitutionibus adiuuatur, dum ad ſpiritale nõnunq̃ recurrunt remedium qui
timẽt corporale ſupplicíũ. Ex quo autem multas prouincias hoſtilis occupauit irruptio, & executio
nem legum tempeſtates interdixere bellorum ex quo inter ſacerdotes dei difficiles commeatus, & ra
ri ceperunt eſſe conuentus, inuenit ad publicam perturbationem ſecreta perfidia libertatẽ, & ad mul
tarum mentium ſubuerſionẽ his malis eſt incitata quibus debuit eſſe correcta. Que vero illic aut quã
ta pars plebium peſtis huius aliena eſt vbi (ſicut charitas tua indicat) letali morbo etiam quorundam
ſacerdotum corda corrupta ſunt, & per quos opprimenda falſitas, & defendenda veritas fuerat per ip
ſos doctrine Priſcíliani euangelium ſubditur chriſti, vt ad prophanos ſenſus pietate ſanctorũ volumi
num deprauata, ſub nominibus prophetarum & Apoſtolorum nõ hoc predicetur quod ſpirituſſan
ctus docuit, ſed quod diaboli miniſter inſeruit. Quia ergo dilectio tue fidei quantũ potuit diligentia
damnatas olim opiniones decem & ſeptem capitulis comprehendit, nos quoq; ſtrictim omnia retra
ctemur, ne aliquid harum blaſphemiarum aut tolerabile videatur aut dubium.

Cpitulm primum.

B ¶Primo itaq; capitulo demonſtratur q̃ impie ſentiãt de trinitate diuina, qui & patris & filii & ſpiri
tuſſancti vnam atq; eandẽ aſſerunt eſſe perſonã tanq̃ idẽ deus nũc pater nũc filius nũc ſpirituſſanct⁹
nominetur, nec alius ſit qui genuit, alius qui genitus eſt, alius qui de vtroq; pceſſit, ſed ſingularis vni
tas in trib⁹ quidã vocabulis ſed nõ trib⁹ ſit accipienda perſonis. Quod blaſphemie genus de Sabellii
opiniõe ſũpſerũt, cuius diſcipuli etiã pr̃i paſſioni merito nũcupantur, quia ſi ipſe eſt filius qui & pater
crux filii patris eſt paſſio, & quicquid in forma ſerui filius patri obediendo ſuſtinuit, totum in ſe pater
ipſe ſuſcepit. Quod catholice fidei ſine ambiguitate contrarium eſt, que trinitatẽ vnitatis ſic cmou
ſion confitetur, vt patrem & filiũ & ſpiritũ ſanctum ſine confuſione indiuiſos, ſine tempore ſempiter
nos, ſine differentia credat equales, quia vnitatem in trinitate non ex eadem perſona ſed eadem im
plent eſſentia.

Capitulum ſecundum.

C ¶In ſecundo capitulo oſtenditur ineptum vanumq; commentum de proceſſionibus quarundam
virtutũ ex deo quas habere ceperit, & quas eſſentia ſua ipſe preceſſerit, In quo Arrianorũ ſuffragantur
errori dicẽtiũq; pater filio prior ſit, quia fuerit aliquãdo ſine filio, & tũc pr̃ eſſe ceperit qñ filiũ genuerit.

Sed ſicut

Sed ſicut illos catholica eccleſia deteſtatur, ita & iſtos qui putant vnquam deo id quod eiuſdem eſt eſſentie defuiſſe. Quem ſicut mutabilem ita proficientem dicere nefas eſt. Quam enim mutatur quod minuitur, tam mutatur etiam quod augetur.

Capitulum tertium.

¶ Tertii vero capituli ſermo deſignat quod iidem impii aſſerãt, ideo vnigenitũ dici filium dei quia ſolus ſit natus ex virgine. Quod vtiq; nõ auderent dicere niſi Pauli ſamoſateni & Fotini virus hauſiſſent, qui dixere dominum noſtrũ Ieſum chriſtum antequã naſceretur ex virgine Maria nõ fuiſſe. Si autem iſti aliud de ſuo ſenſu intelligi volunt atq; principiũ de matre dant chriſto, aſſerant neceſſe eſt nõ vnum eſſe filium dei, ſed alios quoq; ex ſummo patre progenitos, quorum hic vnus ſit nat⁹ ex femina, & hic ob hoc appellatur vnigenitus, quia hãc naſcendi cõditionem alius filiorum dei nemo ſuſceperit. Quoquo verſum igitur ſe contulerint, in magne tendunt impietatis abruptum ſi chriſtũ deum vel ex matre volunt habere principium, vel patris dei vnigenitum diffitentur, cum & de matre is natus ſit qui erat deus verbũ, & de patre nemo ſit genitus preter verbum. A

Capitulum quartum.

¶ Quarto aũt capitulo continetur quod natalem chriſti quem ſecundũ ſuſceptionem veri hominis catholica eccleſia veneratur, quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, nõ vere iſti honorent, ſed honorare ſe ſimulent, ieiunãtes eodem die ſicut & die dominico, qui eſt dies reſurrectionis chriſti, quod vtiq; ideo faciunt quia chriſtum dominum in vera hominis natura natũ eſſe nõ credũt, ſed per quandam illuſionem oſtentata videri volunt que vera nõ fuerint, ſequentes dogma Cerdonis atq; Marcionis, & cognatis ſuis Manicheis per omnia cõcordantes. Qui ſicut in noſtro examine detecti atq; cõuicti ſunt dominicum diem quem nobis ſaluatoris noſtri reſurrectio cõſecrauit, exigũt in merore ieiunii, ſoli (vt ꝓditum eſt) reuerentie hanc continentiam deuouentes, vt per omnia ſint a noſtre fidei vnitate diſcordes, & dies qui a nobis cum letitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum eſt vt inimici crucis chriſti & reſurrectionis talem accipiant ſententiam qualem elegere doctrinam. B

Capitulum quintum.

¶ Quinto autem capitulo refertur quod animam hominis diuine aſſerant eſſe ſubſtantie, nec a natura creatoris ſui cõditionis noſtre diſtare naturam. Quã impietatem ex philoſophorum quorundam & manicheorum opinione manantem catholica fides damnat, ſciens nullam tam ſublimem tãq; precipuam eſſe facturam cui deus ipſe natura ſit. Quod enim de ſeipſo eſt, id eſt quod ipſe, Nec id aliud eſt quam filius & ſpiritusſanctus. Preter hanc autem ſumme trinitatis vnam conſubſtantialem & ſempiternam atq; incõmutabilem deitatem, nichil omnium creaturarum eſt quod non in exordio ſui ex nichilo creatum ſit. Non autem quicquid inter creaturas eminet deus eſt, nec ſi quid magnum eſt atq; mirabile hoc eſt quod ille qui facit mirabilia magna ſolus. Nemo hominum veritas, nemo iuſtitia eſt. Sed multi participes ſunt veritatis & ſapientie atq; iuſtitie. Solus autem deus nullius participationis dignus eſt. De quo quicquid digne vtcũq; ſentitur, nõ qualitas eſt ſed eſſentia. Incõmutabili enim nichil accedit, nichil deperit, quia eſſe illi quod eſt ſempiternum ſemper eſt proprium. Vnde in ſe manens innouat omnia, & nichil accipit quod ipſe non dedit. Nimium igitur ſuperbi, nimiumq; ſunt ceci, qui cũ dicant humanam animam diuinam eſſe ſubſtantiam, non intelligunt nichil ſe aliud dicere quam deum eſſe mutabilem, & ipſum perpeti quicquid poteſt nature ei⁹ inferri. C

Capitulum ſextum.

¶ Sexta annotatio indicat eos dicere quod diabolus nũquam fuerit bonus, nec natura eius opificiũ dei ſit, ſed eum ex Chao & tenebris emerſiſſe, quia ſcilicet nullum ſui habeat auctorẽ, ſed omnis mali ipſe ſit principiũ atq; ſubſtantia, cum fides vera que eſt catholica omnium creaturarum, ſiue ſpiritualiũ, ſiue corporalium, bonã confiteatur ſubſtantiam, & mali nullã eſſe naturã, quia de⁹ qui vniuerſitatis eſt conditor nichil nõ bonũ fecit. Vnde & diabolus bonus eſſet ſi in eo qđ factus eſt ꝓmaneret. Sed quia naturali excellentia male vſus eſt, & in veritate non ſtetit, non in contrariam tranſiit ſubſtantiam, ſed a ſummo bono cui debuit adherere deſciuit, ſicut ipſi qui talia aſſerũt a veris in falſa proruunt, & naturam in eo arguunt in quo ſponte deliquũt, ac ꝑ ſua volũtaria peruerſitate damnãtur. Q đ vtiq; in ipſis malũ erit & ipm malũ non erit ſubſtantia ſed pena ſubſtantie. D

Capitulum ſeptimum.

¶ Septimo loco ſequitur quod nuptias dãnant & ꝓcreationem naſcentium perhorreſcunt. In quo ſi

cut pene in omnibus cum manicheorum prophanitate cõcordant,Ideo sicut ipsorum mores pro-
bant coniugalem copulã detestantes,quia nõ est illic libertas turpitudinis vbi pudor matrimonii ser
uatur& sobolis. Capitulum octauum.

A ¶Octauum eorũ est plasmationem humanorum corporũ diaboli dicere esse figmentum, & semi-
na cõceptionum opere demonũ in mulieris veteris figurari. Propterea resurrectionem carnis nõ esse
credendã,quia concreatio corporis nõ sit congruens anime dignitati. Que falsitas sine dubio opus
diaboli est & talia ꝓdigia opinionũ figmenta sunt demonũ, qui nõ in feminarum vẽtribus formãt
homines,sed in hereticorũ cordibus tales fabricantur errores. Quod immũdissimum virus de Ma
nichee impietatis specialiter fonte ꝓcedens,olim fides catholica deprehendit atq; dãnauit.

Capitulum nonum.

B ¶Nona aũt annotatio manifestat quod filios ꝓmissionis ex mulieribus quidẽ natos,sed ex spiritu-
sancto dicant esse cõceptos,ne illa soboles que de carnis semine nascitur ad dei cõditionem pertinere
videatur. Quod catholice fidei repugnãs atq; cõtrarium est,que omnem hominem & corporis ani
meq; substantiã a conditore vniuersitatis formari atq; animari intra materna viscera cõfitetur,manẽ
te quidem illo peccati mortalitatisq; cõtagio quod in prolẽ a primo parente transcurrit,sed regene-
rationis sacramento subueniente quo ex spiritusancto ꝓmissionis filii renascuntur,nõ in vtero carnis
sed in virtute baptismatis. Vnde & Dauid ꝙ vtiq; erat ꝓmissionis filius dicit ad deum. Manꝰ tue
fecerunt me & plasmauerunt me. Et ad Hieremiam dominꝰ ait Priusquã te formarem in vtero no
ui te,& in vulua matris tue sanctificaui te.

Capitulum decimum.

C ¶Decimo aũt capitulo referuntur asserere animas que humanis corporibus inserũtur fuisse in cor-
pore,& in celesti habitatione peccasse,atq; a sublimibus ad inferiora dilapsas in diuerse qualitatis pri
cipes incidisse,& per aerias ac sydereas potestates,alias duriores,alias mitiores corporibus esse inclu-
sas a sorte diuersa & conditione dissimili vt quicqd in hac vita varie & inequaliter prouenit ex prece
dentibus causis videatur accidere. Quã impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt,
sed omnes eos catholica fides a corpore sue vnitatis abscidit constanter predicãs atq; veraciter quod
anime hominũ priusquã suis inspirarentur corporibus nõ fuere,nec ab vllo incorporantur nisi ab opi
fice deo,qui & ipsarum est creator & corporũ. Et quia per primi hominis preuaricationem tota hu-
mani generis propago vitiata sit neminẽ posse a cõditione veteris hominis liberari,nisi per sacramẽ-
tum baptismatis christi,in quo nulla est discretio renatorum. Dicente apostolo. Quicunq; enim in
christo baptizati estis christum induistis. Non est Iudeus neq; grecus,nõ est seruus neq; liber, non
est masculus neq; femina,omnes enim vnũ estis in christo iesu. Quid enim agunt cursus syderum,
quid figmenta fatorum,quid mundanarum rerũ mobilis status,inquieta diuersitas? Ecce tot impa-
res gratia dei facit equales,qui inter quoslibet vite huius labores si fideles permanent miseri esse non
possunt,apostolicum illud in tentatione dicẽtes. Quis nos separabit a charitate christi? tribulatio an
angustia,an persecutio,an fames,an nuditas,an periculũ,an gladius? Sicut scriptum est,quia propter
te morte afficimur tota die,estimati sumꝰ vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus in eo ꝙ
nos dilexit. Et ideo ecclesia que corpus est christi nichil de mundi inequalitatibus metuit que nichil
de bonis corporalibus cõcupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum grauari, que patientia tribulatio
num nouit augeri. Capitulum vndecimum.

D ¶Vndecima ipsorũ blasphemia est,qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinantur
astringi,ꝑ quam amentiã necesse est vt omnibus paganorum erroribus implicati & fauentia sibi (vt
putãt) sydera colere,& aduersantia studeãt mitigare, Verũ ista sectantibus nullus in ecclesia catholica
locus est,quoniã qui se talibus persuasionibus dedit,a christi corpore totus abscessit.

Capitulum duodecimum.

E ¶Duodecimum inter hec illud est quod sub aliis potestatibus partes ãnime,sub aliis corporis mẽ-
bra describũt & qualitates interiorum presulum in patriarcharum nominibus statuunt,quibus edi-
uerso signa syderea quorum virtuti corpora subiiciantur opponunt. Et in his omnibus inextricabili
se errore prepediunt,nõ audientes dicentem aplm. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam
& inanem fallaciam secundum traditionem hominum,secundũ elementa mundi & nõ sedm christũ
quia in ipso inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter,& estis in illo repleti qui est caput omnis
principatus & potestatis. Et iterum. Nemo vos seducat volens in humilitate& religione angelorum

que non

que non vidit ambulans,frustra inflatus sensu carnis sue,non tenens caput,ex quo totum corp⁹ per nexum & coniunctiones submínistratum & coniūctum crescit in augmentum dei,Quid ergo op⁹ est in cor admittere quod lex nō docuit,quod prophetia non cecinit, quod euangelii veritas nō predicauit,quod apostolica doctrina nō tradidit? Sed hec operta sunt eorum mentibus de qūibus apostolus dicit. Erit enim tempus cum sanā doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desyderia coacerua bunt sibi magistros prurientes auribus,& a veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem cō uertentur. Nichil itaqꝫ nobiscum cōmune habeant qui talia audent vel docere,vel credere,& quibusli bet modis nittuntur astruere quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit,atqꝫ ita omne sacramentum incarnationis christi resoluunt. Quia indignum fuit integrum hominem suscipi si indignum erat integrum liberari.

Capitulum decimumtertium.

¶ Tertiodecimo loco positum est eosdem dicere, quod omne corpus scripturarum canonicarum A
sub patriarcharum nominibus accipiendum sit,quia ille duodecim virtutes que reformationem hominis interioris operantur,in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi,vt in eam substantiam de qua ꝓdiit reformetur. Sed hanc impiā vanitatem despectui habet christiana sapientia que nouit vere deitatis inuiolabilem & inconuertibilem esse naturam, animam autem siue in corpore viuentem siue a corpore separatam multis passionibus subiacere. Que vtiqꝫ si diuine esset essentie nichil aduersi posset incidere. Et ideo incorporaliter aliud creator est, aliud creatura. Ille enim semper idem est,& nulla varietate mutatur,hec autem mutabilis est etiam non mutata,quia vt nō mutetur datum poterit habere non proprium.

Capitulum decimumquartum.

¶ Sub quartodecimo vero capitulo de statu corporis sentire dicuntur quod sub potestate syderū atB
qꝫ signorum pro terrena qualitate teneatur,& ideo multa in sanctis libris que ad exteriorem hominem pertineant reperiri,vt in ipsis scripturis inter diuinam terrenamqꝫ naturam quedam sibi repugnet aduersitas,& aliud sit quod sibi vendicent anime presules, & aliud quod corporis conditores. Que fabule ideo differuntur,vt & aīe diuine affirmētur esse substantie & caro credatur male eē nature quoniā & ipsum mundum cū elementis suis non opus dei boni sed conditionem mali profitētur auctoris,atqꝫ vt hec mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene diuina eloquia sensuum nefandorum immissione violarunt.

Capitulum decimumquintum.

¶ De qua re quintidecimi capituli sermo cōqueritur & presumptionem diabolicam merito detesC
statur,quia & nos istud vera cum testimoniorum relatione comperimus,& multos corruptissimos eorum codices qui canonici titulantur inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodā melle prelinirent,ne vsquequaqꝫ sentirentur insuauia que essent futura mortifera. Curandum ergo est & sacerdotali diligentia maxime prouidendum vt falsati codices & a syncera veritate discordes in nullo vsu lectionis habeantur. Apocriphe autem scripture que sub nominibus apostolorum multarum habent seminariū falsitatum nō solum intercidende, sed etiam penitus auferende sunt atqꝫ ignibus cōcremande. Qꝫuis enim sint in illis quedā que videantur speciē habere pietatis,nunquam tamen vacua sunt venenis,& per fabulaꝝ illecebras hoc latenter operātur vt mirabilium narratione seductos,laqueis cuiuscūqꝫ erroris inuoluant. Vnde si quis episcoporum vel apocripha haberi per domos non ꝓhibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices permiserit legere,qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti hereticum se nouerit iudicandum. Quoniā qui aliū ab errore nō reuocat seipsum errare demonstrat.

Capitulum decimumsextum.

¶ Postremo autem capitulo hoc prodidit iusta querimonia quod Dicticinii tractus quos secundū D
Priscilliani dogma cōscripsit a multis cum veneratione legerentur,cum si aliquid memorie Dicticinio tribuendum putant reparationem eius magis debeāt amare quā lapsum. Nō ergo Dicticiniū sed priscillianū legunt,& illud ꝓbant quod errans docuit,nō quod correct⁹ elegit. Sed nemo hoc ipsum ē ꝓsumat, nec inter catholicos censeatur,quisqꝫs vtitur scripturis,non ab ecclesia sollummō catholica, sed a suo auctore dānatis. Nō sit peruersis liberū simulare qđ fingunt,nec sub velamine nominis christiani, decretorū imperialiū statuta declinent,Ideo enim ad ecclesiam cathōlicā cum tanta cordis diuersitate cōueniūt,vt & quos pōssunt suos faciāt,& legū seueritatē dum se nros mentiunt effugiant,

Faciunt hoc Priſcillianiſte,faciũt hoc Manichei,quorũ cum iſtis tam federata ſunt corda,vt ſolis no-
minibus diſcreti,ſacrilegiis autem ſuis inueniantur vniti.Quia &ſi vetus teſtamentum quod iſti ſe
ſuſcipere ſimulant,Manichei refutant,ad vnum tamen finem vtrorumq; tendit intentio,cum iſti re-
cipiendo corrumpunt,illi abdicando impugnant.Inexecrabilibus autem myſteriis eorum,que quã-
to immundiora ſunt,tanto diligentius occultantur,vnum prorſus neſas eſt,vna eſt obſcenitas,& ſimi
lis turpitudo.Quam ſi eloquii erubeſcimus ſollicitiſſimis tamen inquiſitionibus iudicata,& Mani
cheorum qui comprehenſi ſunt confeſſionibus detecta,ad publicam fecimus peruenire notitiam,ne
vllo modo poſſit dubium videri,quod in iudicio noſtro cui non ſolum frequentiſſima preſentia ſa-
cerdotum,ſed etiam illuſtrium virorũ dignitas,& pars quedam ſenatus ac plebis interfuit,ipſorum
qui omne facinus perpetrarant,ore reſeratum eſt, ſicut ea que ad dilectionem tuam nunc direxim9
geſta demonſtrant.Quod autem de Manicheorum fediſſimo ſcelere,hoc etiam de Priſcillianiſta-
rum inceſtiſſima conſuetudine olim cõpertum,multumq; vulgatũ eſt. Qui enim per omnia ſunt
impietate ſenſuum pares,non poſſunt in ſacris ſuis eſſe diſſimiles.Decurſis itaq; omnibus que libel
li ſeries comprehendit,& a quibus commonitorii forma non diſcrepet,ſufficienter(vt opinor)oſten-
dimus,quid de his que ad nos fraternitas tua retulit,cenſeamus,& quam non ſit ferendum ſi tam p
phanis erroribus etiam quorundam ſacerdotum corda conſentiũt,vel vt mitius dixerim,nõ reſiſtũt,
qua conſcientia honorem ſibi debitum vendicant,qui pro animabus ſibi creditis non laborant?Be-
ſtie irruunt,& ouium ſepta non claudũt,fures inſidiantur,& excubias non pretendũt Morbi crebre
ſcunt,& remedia nulla conficiunt.Cum autem etiam illud addunt,vt his qui ſollicitus agunt,conſen
tire detrectent,& impietates olim toto orbe damnatas ſubſcriptionibus ſuis ſe anathematizare diſſi
mulent,quid de ſe intelligi volunt,niſi quod de numero fratrum non ſunt,ſed de parte hoſtium?

Capitulum decimumſeptimum.

A ¶In eo vero quod *extrema* familiaris epiſtole tue parte poſuiſti,miror cuiuſquam catholici intelli-
gentiam laborare,tanquam incertum ſit,an deſcendente ad inferna Chriſto,caro eius requieuerit in
ſepulchro.Que ſicut vere & mortua eſt & ſepulta,ita vere eſt die tertia reſuſcitata.Hoc enim ipſe do
minus denuntiauerat,dicẽs ad iudeos.Soluite templum hoc,& in triduo reſuſcitabo illud. Vbi euan
geliſta ſubiungit,hoc aũt dicebat de templo corporis ſui.Cuius rei veritatem etiam Dauid prophe-
ta predixerat loquens ſub perſona domini ſaluatoris dicens. Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
Quoniam non derelinques animam meam in inferno,nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionẽ.
Quibus vtiq; verbis manifeſtum eſt q caro domini & vere ſepulta requieuit,& corruptionem non
ſubiit,quia celeriter viuificata reditu anime reſurrexit,Quod non credere ſatis impiũ eſt, & ad Ma
nichei Priſcillaniq; doctrinam pertinere non dubium eſt,qui ſacrilego ſenſu, ita ſe chriſtum ſimulãt
confiteri,vt incarnationis & mortis & reſurrectionis auferant veritatẽ.Habeatur ergo inter vos epa-
le cõcilium,& ad eum locum qui omnibus opportunus ſit,vicinarum prouinciarum conueniant ſa-
cerdotes,vt ſecundum ea que ad tua conſulta reſpondim9 pleniſſimo exquiratur examine,an ſint ali-
qui inter epiſcopos,qui huius hereſeos contagio polluantur a cõmunione ſine dubio ſeparandi,ſi ne
fandiſſimam ſectam per omnium ſenſuum prauitates damnare noluerint.Nulla enim ratione tole-
randum eſt,vt qui predicande fidei ſuſcepit officium,is contra euangelium Chriſti, contra apoſto-
licam doctrinã,contra vniuerſalis eccleſie ſymbolum audeat diſputare. Quales illic erunt diſcipuli,
vbi tales docebũt magiſtri?Que illic religio populi?que ſalus plebis?vbi contra humanã ſocietatem
pudoris ſciſſi verecũdia tollitur,cõiugiorum federa auferuntur propagatio generationis inhibetur,
carnis natura damnatur,contra verũ aũt dei cultum trinitas deitatis negatur,perſonarum ꝓprietas
confunditur,anima hominis diuina eſſentia predicatur,& eadem ad diaboli arbitrium carne cõclu-
ditur,dei filius per id quod ex virgine ortus,non per id quod ex patre natus eſt,vnigenitus predica-
tur,idemq; nec vera dei proles,nec verus filius virginis aſſeritur,vt per falſam paſſionẽ,mortemq; nõ
verã mendax etiam reſurrectio reſumpte de ſepulchro carnis habeatur.Fruſtra aũt vtuntur catholi-
co nomine,qui iſtis impietatibus non reſiſtunt,Poſſunt hec credere,qui poſſunt talia patienter au-
dire.Dedim9 itaq; litteras ad fratres & coeꝑos noſtros Terragonenſes,Carthaginẽſes,Luſitanos,at
q; Gallicos,eiſq; concilium ſynodi generalis indiximus,Ad tue dilectionis ſollicitudinem pertine-
bit,vt noſtre ordinationis auctoritas,ad predictarum prouinciarũ epiſcopos deferatur. Si autem ali
quid(quod abſit)obſtiterit,quo minus poſſit celebrari gñale concilium gallicie ſaltem in vno conue-
niant ſacerdotes,quibus congregatis fratres noſtri Hydacius & Ceponius imminebunt coniuncta

cum eis

cum eis instantia tua quatenus de prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus afferatur.

¶Epistola.lxxii. Aurelii Carthaginensis episcopi ad omnes episcopos per Bizanzenam & Arzignitanam prouinciam constitutos de dānatione pelagii atq; Celestii hereticorum. Dilectissimis ac desyderabilibus & consacerdotibus Primiano Gaiano,& alii Gaiano,Ianuario & Victorino,ceteris per tractum prouincie Bizanzene & Arzignitane constitutis Aurelius episcopus.

SVPER CELESTII ET PELAGII DAMNATIONE eorūq; dogmatibus participem sanctam dilectionem vestram in plenario concilio fuisse cognoui dilectissimi & desyderabiles fratres,Sed quoniā pro honore dei in cuius manu cor regis est constitutum glorioſissimorum principum christianorum fidē rectam & catholicam custodietium accessit auctoritas, quā per humilitatem meam vniuersis episcopis meis volui intimare. Idcirco honorabilem fraternitatem vestrā missis exemplaribus instruere curaui,ne in aliqua parte prouincie supradictorum serpentina persuasio ab vniuersali ecclesia totius orbis exclusa fortasse surrepat. Ob hoc ergo tam necessaria constitutio principum christianorū charitatē vestram latere non debuit,& ad me ab eis date littere quarum simul exemplaribus lectis(quemadmodum subscribere vnusquisq; vestrum debeat)dilectio vestra cognoscet,siue quorū synodalibus gestis subscriptio iam tenetur,siue qui non potuistis eidem plenario totius africe interesse concilio,quod cum in supra dictorum hereticorum dānatione omnium vestrum fuerit integrata subscriptio,nichil omnino vnde illis dissimulationis vel negligentie,vel occultate forsitan prauitatis,aliqua videatur merito reman sisse suspitio,Alia manu.Opto fratres bene viuatis mei memores.Data kalen.Augusti Carthagine Monaxio & Pluita consulibus. A

¶Excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hereticum,& alia de libellis eiusdem,que in Palestina sibi obiecta damnare compulsus est.

QVOD AD HIERVSALEM NOLENTEM COLLIGI FILIOS suos dominus clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos qui filios ecclesie colligi nolunt. Nec saltem post iudicium,quod de ipso Pelagio in Palestina factum est, corriguntur,de quo damnatus exisset,nisi obiecta sibi contra gratiā dei dicta,que obscurare non potuit,ipse dānasset. Preter illa que quomodo potuit,ausus est qualicunq; ratione defendere. Obiecta sunt quedam,que nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset ipse anathema factus fuisset. B

¶Dogma Pelagii heretici.

CVM DICERET ADAM MORTALEM FACTVM, QVI SIue peccasset,siue non peccasset,moriturus esset, & quod peccatum ipsius ipsum solum leserit, non genus humanum, & quod infantes nuper nati in illo statu sunt in quo Adam fuit ante preuaricationem,& quod neq; per mortē, vel preuaricationem Ade omne genus moriatur,neq; per resurrectionem Christi oē genus hominum resurgat. Infantes enim si non baptizentur habere vitam eternam,& diuites baptizatos,nisi omnibus abrenuntiet,si quid boni visi sunt facere,non reportare illos,nec eos habere posse regnum dei,& gratiam dei,atq; adiutorium,non ad singulos actus dari,sed in libero arbitrio esse,vel in lege atq; doctrina,& dei gratiam secundum merita nostra dari,& filios dei non posse vocari,nisi omnimodo absq; peccato fuerint effecti,& non esse liberum arbitrium,si dei eget auxilio,quoniam in propria voluntate habet vnusquisq; facere aliquid,aut non facere,& victoriam nostram non esse ex dei adiutorio,sed ex libero arbitrio,& quod penitentib⁹ venia nō detur secundum gratiam & misericordiam dei, sed secundum meritum & laborem eorū qui per penitentiam,digni fuerint misericordia.Hec omnia Pelagius sic anathematizauit. Quod satis gesta ipsa testantur,vt nichil ad ea quoquomodo defendenda disputationis attulerit,vnde fit cō sequens,vt quisquis secutor illius fuerit episcopalis auctoritate iudicii,& ipsi⁹ Pelagii confessione, hec tenere debeat,que semper tenuit catholica ecclesia. C

¶Dogma catholicorum.

A QVOD ADAM NISI PECCASSET, MORITVRVS NON FVISset. Secundo q̄ peccatum eius non ipsum solum leserit, sed & genus humanum. Tertio q̄ infantes nuper nati nō sunt in illo statu in quo Adam fuit ante preuaricationem. Quarto vt ad ipsos etiam pertineat, q̄d breuiter ait apostolus. Per vnū hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam oēs moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabūtur. Vnde fit, vt infantes nō baptizati non solum regnū celorum, verūetiam vitam eternā habere non possunt. Quinto vt cōfiteatur diuites baptizatos etiam si diuitiis suis non careant, & sint tales quales ad Thimotheum describit apostolus dicens. Precipe diuitibus huius seculi nō superbe sapere, neq̄ sperare in incerto diuitiarum suarū, sed in deum viuum, qui prestat nobis abundāter ad fruendum, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thezaurisent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehēdāt veram vitam, non eos regno dei posse priuari. Sexto, vt confiteatur gratiam dei, & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamq̄ nō secundum merita nostra, vt vera sit gratia, id est gratis data p eius misericordiam qui dixit. Miserebor cui miseratus fuero, & misericordiam prestabo, cui misericors fuero. Septimo, vt filios dei fateatur illos posse vocari, qui quotidie dicunt, dimitte nobis debita nostra, quod vtiq̄ veraciter non dicerent, si essent omnino absq̄ peccato. Octauo, vt fateatur esse liberum arbitrium, etiam si diuino indiget adiutorio. Nono, vt fateatur quando contra tētationes cōcupiscentiasq̄ illicitas dimicam⁹, quāuis illic habeamus & propriam volūtatem, non tamen ex illa, sed ex dei misericordia nostram salutem, quia nō aliter verum erit, quod apostolus ait. Non volētis, neq̄ currentis, sed vt saluemur miserentis est dei. Decimo, vt fateatur secundū gratiam & misericordiam dei veniam petentibus dari, non secundum meritum eorum, quandoquidem ipsam penitentiā donum dei dixit apostolus, vbi ait de quibusdā. Ne forte det illis deus penitentiam. Hec omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus. Si quis in auctoritatē catholicā, & ipsius Pelagii expressa ecclesia cōstitucis gestis verba cōsentit, neq̄ enim illa que his sunt contraria, veraciter anathematizata esse credendum est, nisi hec quibus sunt contraria fide & corde teneantur, & aperta confessione promātur.

¶Epistola Leonis pape ad Rusticum rauennium Venerium & ceteros episcopos galliarū.

¶Epistola. LXXIII.

B IMPLETIS PER MISERICORDIAM DEI COMMVNIBVS votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere cōsortiū. Nam fratres mei qui vice mea orientali synodo presederūt, que vota retulere significo confirmata catholica fide, & glorificato apostolice predicationis triūpho. Q̄d etiam hi qui ad deuiādum vel seducti fuerant vel impulsi, recepta veritatis luce letantur. Siquidem omnes domini sacerdotes in vna sententia sancto spiritu docente consensere, & de sacramento dominice incarnationis in qua multorum intelligentia caligabat. Ita tenebre erroris ablate sunt vt in vno domino nīo vero dei & hominis filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores qui indignos se dei gratia iudicantes correctionis vti remediis noluere, qualis sit lata sententia exemplaria que misimus edocebunt, vt agnoscat vestra dilectio fratres charissimi in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & vindicta retributa est obduratis, & pax ipensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat fratres charissimi.

¶Eiusdem ad Iulianum episcopum.

¶Epistola. LXXIIII.

C LITTERE DILECTIONIS TVE QVE MICHI NVPER sunt reddite quam spirituali catholice fidei vigeas amore demonstrant, & multum gaudere me faciunt quod in eadem sententia pia corda cōcurrunt vt secūdum doctrinam spiritussancti impleatur in nobis quod apostolus ait. Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri iesu christi vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sentētia, cuius vnitatis nimium se Eutices fecit extraneum, si in sua peruersitate veterascit, nec adhuc quibus vinculis a domino sit obligatus intelligit. Et quanquam sacerdotem domini reperiendum putat qui eius

qui eius imperitie amentieq; consentiat,diu apud nos incertū fuit quid in ipso catholicis displiceret, & cum fratris nostris Flauiani nullas litteras sumeremus,ipse autem scriptis suis Nestorianam here/ sim repullulare quereretur,nō plene potuimus discere vnde procederet,vel quo tenderet tam dolosa causatio.Sed postea q̄ gestorū ad nos episcopalium documenta perlata sunt,omnia illa que fallaciū querelarū velanime tegebantur q̄ essent detestanda patuerunt. Et quia clementissimus imperator pro beniuolentia ac pietate animi sui de statu huius qui ante honorabilis videbatur diligentius vo luit iudicari,atq; ob hoc indicendū credidit episcopale concilīū, per fratres nostros Iulianū episco/ pum & Renatū presbyterū,sed & filium meū diaconū Hylariū,& quos ex latere meovice mea misi ad fratrē nostrum Flauianū sufficiētia pro qualitate cause scripta direxi, quibus & vestra dilectio & ecclesia vniuersa cognoscat de antiqua & singulari fide quā indoctus impugnator incessit quid di/ uinitus traditū teneamus,& quid incōmutabiliter predicemus.Quia tamē nō debemus partes mi serationis omittere,congrua moderatione credidim⁹ sanciendū, vt si condēnatus presbyter plena sa tisfactione corrigitur,sententia qua obstrictus est relaxetur.Si vero in eodem insipientie sue luto ia/ cere delegerit,statuta permaneant,& cum eis habeat sortem quorū est secutus errorem. Data Idus Iunii Astutio & Protogene consulibus.

¶Item ad Flauianum constantinopolitanum. Epistola.LXXV.

Litteras tue dilectionis accepi,cum gestis que apud vos fidei questione cōfecta sunt. Et quia clemētissimus imperator pro ecclesie pace sollicitius synodum voluit congregari quāuis euidenter appareat rem de qua agitur nequaq̄ synodali indigere tractatu, tamē frater charissime subsecutos esse significo quos in hac re placuit destinare.Nec necessariū fuit nunc amplius scribi,cum propitio de his que cause credidimus cōuenire, per ea que ipsi porta/ bunt scripta,sis plenius instruendus. Data quintodecimo Caledas Iulii Asturio & Protogene cōsu. A

¶Item eiusdem ad Theodosium Augustum. Epistola.LXXVI.

Cceptis clementie vestre litteris,& multum vniuersali ecclesie gaudendum esse prospexi, q̄ christianā fidē qua diuinitas honoratur & colitur in nullo dissimilē,in nullo vult esse discor/ dem.Quid enim rebus humanis ad exorādam misericordiā dei efficaci⁹ suffragetur,q̄ si vna gratiarum actio,& vnius confessionis sacrificium maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo & sacerdotum & cunctorum fidelium ita demū erit plena deuotio,si in his que pervnicū dei filium deum verbum pro nostra redemptione sunt gesta, nichil aliud sentiatur,q̄ quod ipse predicari de se iussit & credi.Vnde q̄uis ad diem concilii episcopalis quē pietas vestra cōstituit occurrere me ratio nulla permittat,cum nec aliqua ex hoc exempla precesserint,& tēporalis necessitas me non patiatur deserere ciuitatē,p̄sertim cū tam euidēs fidei causa sit vt rationabilibus causis ab indicenda synodo fuisset abstinēdum,tamē inquātum dominus iuuare dignatur meū studium cōmodaui, vt clemē/ tie vestre statutis aliquatinus pareatur,ordinatis hinc fratribus meis qui amputandis scandalis pro cause equitate sufficiāt,quiq; presentie mee impleant vicem, quia non talis questio orta est vnde aut possit aut debeat dubitari.Data duodecimo Calēdas Iulii Asturio & protogene consulibus. B

¶Eiusdem ad Flauianum episcopum. Epistola.LXXVII.

Profectis iam nostris quos ad vos in fidei causa direximus per filiū nostrū Basilium dia/ conum scripta tue dilectionis accepimus,quibus merito parū de negotio cōmunis sollici tudinis indidisses,quoniā & gesta ante delata de omnibus nos sufficienter instruxerant, & ad familiarē interrogationem idoneus erat sermo predicti,per quē nunc alloquia red/ dentes,dilectionē tuā per dei gratiā,in qua fidimus,cohortamur vtentes verbis apostolicis atq; di/ cētes.In nullo terreamini ab aduersariis,que est illis causa perditiōis,vobis autē salutis.Quid enim tam exitiabile q̄ negata veritate incarnationis Christi omnē spem salutis humane velle dissoluere, & apostolo contrarie dicenti manifeste. Magnum est pietatis sacramētū quod manifestatum est in carne.Quid tam glorioſum q̄ contra inimicos natiuitatis & crucis Christi pro fide euāgelica dimi care? De cuius purissimo lumine inuictaq; virtute datis iam ad tuā dilectionem litteris,quid in no stro esset corde patefecimus,ne de illis que secundum doctrinā catholicā didicimus & docemus,ali/ quid inter nos videri possit ambiguum.Quia vero tā valida & tā clara sunt testimonia veritatis,vt nimis cecus nimisq; obduratus habendus sit qui ad choruscationem lucis atq; rationis non confe/ stim se a tenebris falsitatis excusserit, ad curādā imperitorum insaniā etiā patientie volumus adhi/ bere medicinā,vt paternas increpationes hi qui in senectute carnis siue mente sunt paruuli, discant C

obedire maioribus,ac si depoſita imperitie ſue vanitate reſipiſcunt,omnique errore dānato fidem ve
ram ſingularēq; ſuſcipiūt,miſericordia eiſdē epiſcopalis beniuolētie non negetur, manſuro iudicio
qđ p̄ceſſit,ſi impietas merito condēnata in ſua prauitate perſtiterit.Data decimo Calendas Auguſti
Aſturio & Protogene conſulibus.

¶Iterum ad eundem Conſtantinopolitanum epiſcopum. Epiſtola.lxxviii.

A AVget ſollicitudinem noſtram taciturnitas tua, qui iamdiu nulla dilectionis tue ſcripta ſuſce
pimus,cum nos curarū tuarū participes pro fidei defenſione ſolliciti frequenter per occaſio
nes idoneas ad dilectionem tuā litteras miſerimus, vt adhortationū noſtrarum conſola
tionibus te iuuaremus,vt aduerſariorū ſtimulis pro fidei defenſione non cederes, cū laboris tui par
ticipes nos probares. Olim ad fraternitatē tuam noſtros credimus peruenisſe,per quos plenius ſcri
ptis,mādatiſq; noſtris inſtructum te eſſe retines,& Baſiliū ad te(vt volueras)ipſi remiſimus. Nunc
ne aliqua pretermiſſum occaſione te crederes,per filiū noſtrum honorabilem & amabilem nobis vi
rum Eſitium hanc paginam dedimus,vt tota celeritate ad ſcripta noſtra reſpondeas,noſq; ſubinde
de tuis actibus,noſtrorūq;,& de totius cauſe abſolutione facias certiores, vt ſollicitudinem quā nunc
pro fidei defenſione gerimus,proſperioribus nuntiis molliamus. Data tertio Idus Auguſti,Aſtu
rio & Protogene coſulibus.

¶Leo,& ſancta ſynodus que in vrbe conuenit,clero, honoratis,& plebi conſtantinopolitane.
Epiſtola.lxxix.

B IN notitiam noſtrā que Epheſi contra opinionem omniū ſunt acta perlatis, magno ani
mum noſtrū fatemur merore confuſum,nec tātum licuiſſe iniquitati facile potuiſſe cre
dere,niſi filius noſter Hilarius diaconus,qui a nobis vice noſtra cum aliis, vt intereſſet ſy
nodo,miſſus fuerat,fugiens reuertiſſet, declinās iniuſte particeps eſſe ſententie. Quippe
quum vox illic a noſtris cōtradictionis emiſſa ſit quā Alexandrinus antiſtes qui totum ſolus potē
tie ſue vendicauit audire contempſit,in conſortium ſue voluntatis inuitos protrahens ſacerdotes, vt
per vim coacti ſubſcriberent qui nullam dānationis cauſam idonee reperiſſent.Sed hos auſus pio &
chriſtianiſſimo principi cōfidimus minime placituros, Nunc quia eccleſiam veſtrā hac ratione co
gnouimus diſſipatam,conſolandos adhortādoſq; vos eſſe credimus noſtris epiſtolis,vt pro catholi
ce fidei defenſione perfidorum nequitie reſiſtatis.Nolumus enim dilectionem veſtram hoc merore
percelli,cum maior gloria veſtra ſit ſubſecutura conſtantiā ſi a ꝓbabili ſacerdote veſtro nulle minevos
nulla formido diuulſerit. Quiſquis enim incolumi atq; ſuperſtite Flauiano epiſcopoveſtro ſacerdo
tium eius fuerit auſus inuadere,nunq; in communione noſtra habebitur,nec inter epiſcopos poterit
numerari. Nos enim ſicut Neſtoriū in ſua peruerſitate anathematizauimus, Ita eos qui veritatē car
nis noſtre in domino Ieſu Chriſto denegant,pari execratione dānamus. State igitur in ſpiritu ca
tholice veritatis & apoſtolicam cohortationem minniſterio veſtri oris accipite,quia vobis donatum
eſt pro Chriſto non ſolum,vt in eum credatis,ſed etiam vt pro illo patiamini. Nolite arbitrari dile
ctiſſimi q; ſancte eccleſie ſue deſit aut defutura ſit diuina protectio. Splendeſcit enim fidei puritas
cum ab ea ſordes ſeparantur errorum. Vnde iterum iterūq; vos ante conſpectum domini obteſta
mur pariter & monemus,vt a fide in qua fundati eſtis,& in qua chriſtianiſſimū principem nouim⁹
permanere,non inſidiis,non cuiuſquā perſuaſionibus moueamini,ſed in perſonā epiſcopi veſtri illū
in cordis oculis habeatis,pro quo idem omnia pati que fuerint illata non metuit,cuius per omnia
imitatores vos eſſe cupimus,vt commune cum ipſo premium fidei habere poſſitis. Data Idus octo
bris Aſturio & Protogene conſulibus.

¶Item Leo papa ad Anaſtatium epiſcopum Theſſalonicenſem,
Epiſtola.lxxx.

C QVANTVM RELATIONE HYLARII DIACONI NOSTRI
cognouimus magnum facinus Alexandrino epiſcopo auctore vel executore cō
miſſum eſt,vt dum in fratrem noſtrū Flauianū veteres emulationes & odia pri
uata deſeuiunt,nec innocētie probatiſſimi ſacerdotis,nec chriſtiane fidei parcere
tur. Vnde multum dilectioni tue congratulamur q; te ad illam ſynodū ire cupi
entē opportunis obſtaculis man⁹ diuina obtinuit. Ne abſtētur⁹ ꝓculdubio a tāto
ſcelere indignis iniuriis ſubiaceres,& furori ipio militib⁹ q̄tū didicim⁹ armiſq; ſuffulto cōtraire nō
poſſes. Quia

posses. Quia ergo prupit i apertũ perfidia que latebat,& i nefandissimã eresim vni⁹imperitissimi senis assecle trãsierunt, tẽpus probationis nostre debemus agnoscere, & ostra impetus aduersantiũ munitionibus celestibus treti incõmutabilis animi constantiã preparare Scimus frater chariſſime quia sacramẽto magne pietatis sue aderit diuina protectio. Si quid igitur fraternitati tue de impiis cõstitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter ac monemus, ne vi in dãnationẽ fratris insontis, vel in receptione nefarii dogmatis consensum tui cordis immiscea; Maior est enim qui in nobis est, q̃ qui aduersus nos. Annitere potius quãtũ te ipse nature noste susceptor & glorificator adiuuerit, vt omniũ fratrũ nostrorũ corda cõfirmes. Nobis enim ab euãgelio generationis & mortis ac resurrectionis domini nostri Iesu Christi nullatenus recedẽtibus, diffinitissimũ est in nostre cõmunionis numero non futuros eos qui conãtur antiqua catholice fidei fundamenta conuellere. Data tertio Idus Octobris Asturio & Protogene consulibus.

¶ Item eiusdem ad Theodosium Augustum. Epistola.lxxxi.

A

ERO INTEGRITATE FIDEI CATHOLICE CHRISTIANIS simum principem conuenit esse sollicitum, & hoc indefessis precibus diuinã misericordiam posco, vt cordi vestro id quod est veritatis inspiret, neq; falli vos i aliquo humanarũ calliditatũ emulatiõe patiatur. A me autẽ atq; ab oĩb⁹ catholicis sacerdotibus que angelice fidei pietas defendat, satis plene ac lucide litteris meis quas clementiã vestram iãdudum per famulum vestrum Epiphaniũ tribunũ qui pro hac causa missus est arbitror accepisse. Ratum est nec ambigi potest hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere quod etiam venerandi patres quondã apud Niceã congregati secundũ fidem symboli credẽdum & confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim venerabilis imperator sicut Nestorii dogma peruersum merito Anathematizauimus, ita iuste etiã horũ impietatem qui veritatem carnis nostre negant a domino Iesu Christo susceptã esse dãnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostre dignetur annuere, vt intra Italiam haberi iubeatis episcopale concilium, cito (auxiliante deo) poterunt omnia scandala que i perturbationẽ totius ecclesie sunt cõmota resecari, vt per vniuersum regnum vestrum catholice fidei integritate seruata, & pacem christianã manere, & vestram apud deũ crescere gloriam gaudeamus. Data octauo Calendas Iunias Asturio & Protogene consulibus.

¶ Eiusdem ad flauianum Cõstantinopolitanum episcopum.

¶ Epistola.lxxxii.

B

OVe & quãta dilectio tua pro catholice fidei defensione patiatur, per diaconũ qui ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licet magnificemus deum qui te gratie sue virtute cõfortat, necesse est tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur, & ipsa totius ecclesie fundamenta quatiuntur. Quia vero prouidentia dei semper suis necessariũ prestat auxilium, scire debet fraternitas tua nos pro cõmuni causa nichil eorũ que agẽda sunt preterire, vt primitus ad ea que vniuersitati fideliũ prosint, peruenire mereamur. Sin est vt fortiter interim dilectio tua toleret, que sibi ad eternã gloriam non dubitat profutura. Perlator sane breuis hui⁹ epistole fidei sermone poterit enarrare quicquid illud est, ad quod adiuuante domino, studio fidei & charitatis intendimus. Data tertio Calẽdas octobris, Asturio & Protogene consulibus.

¶ Cuius superior ad Iulianum episcopum. Epistola.lxxxiii.

C

NOtis que apud Ephesum vnius hominis pẽsumptiõe sunt gesta, magno quidẽ dolore affecti sumus, de his que impie turioseq; cõmissa sunt, sed ad dominum nostrũ animos dirigentes, multã fiduciam ab ipsa quã sequimur veritate concipimus, non omittentes omnia agere, que auxiliante dei gratia credimus profutura. Tenẽdum ergo nobis est quod tenemus, & seuiente vnius turbinis procella serenissima fidei est amplectenda tranquillitas donec radios suos veritas per vniuersa diffundat, & caliginem infidelitatis consumat. Que autem dispositа sunt per latoris sermonẽ agnosces, Data tertio Idus Octobris, Asturio & Protogene consulibus.

¶ Leo ad faustum & ceteros Archimandritas Constantinopolis.

Epistola.lxxxiiii.

¶Leo & sancta syndus que in vrbe Roma conuenit, Fausto, Martino, Petro, & Magno, & Helie presbyteris & Archimādritis Constantinopolitanis, Dilectissimis filiis, in domino, Salutem.

A QVAMVIS EAQVE AD CONSTANTINOPOLITANAM ECCLEsiam scripsimus, sollicitudinem deuotionis vestre latere non possunt, tamen etiam specialibus dilectionem vstrā litteris cohortādam esse credidimus, vt memores sancte professionis vestre que proprie in fide & charitate consistit, omnia scandala que contra pacē ecclesie orta sunt, a vestris cordibus repellatis, beati apostoli sententiā pia mente retinentes. Si quis vobis euāgelizauerit preter id quod accepistis, anathema sit, custodientes vnitatē cū fratre nostro Flauiano episcopo, quē ad tempus domin⁹ permisit impiorum factione tētari, vt probatum sibi sacerdotē suum perseuerātie merito faceret clariorem. He autem perturbationes, necesse est auxiliante dei gratia celeriter destruātur, & omne quod reprobum est ab ecclesie puritate, que nec maculā nec rugam recipit, respuatur, maxime cū ab insana imperitia in hoc vsq; preruptum sit, vt contra sacramentū salutis humane incarnatiōis domini nostri Iesu Christi veritas denegetur, atq; antique fidei predicator atq; defensor, quia non acquierit blasphemiis, quas olim sancti patres nostri in multis hereticis dānauere, subiiciatur iniuriis, In quo vtiq; omnium domini sacerdotum reuerentia ceditur, & vniuersa corporis Christi membra pulsantur. Sed quia gloriosum nobis est quicquid nos pati deus voluerit, pro veritate tolerare, in consortium vos patientie paternis exhortationibus aduocamus, vt per dilectionem vestrā, omnibus deo seruientibus, que scripsimus innotescāt, & inimicis euangelii resistentes, nec pastoris vestri dilectionem, nec vnitatem catholice fidei deseratis. Quoniam ea que in Epheso nuper contra iustitiam vel canonum disciplinam per vnius hominis impudentiā gesta sunt, nulla catholice fidei ratio rata esse permittit, Data octauo Idus Octobris, Asturio & Protegene cōsuli.

¶Item leonis ad Martinum presbyterum.

Epistola, lxxxv.

B GRATIAS AGIMVS DEO, ET MVLTAM FIDVCIAM PIE exultationis accepimus, cum dilectionem tuam & catholicam fraternitatē, ita spiritu fidei vigere cognoscim⁹, vt cordibus vestris nichil infirmitatis heretica possit inferre tētatio, ad quā diuinitus destruendā, nec defuit (vt scitis) sollicitudo nostra, nec deerit, donec omnipotētis dextera omnia diaboli arma cōfringat. Cui ob hoc aliquid audere permittitur, vt a fidelibus Christi gloria maiore vincatur. Si quid autem difficultatum interuenit aut morarum, cū equanimitate tolerādum est, quoniā vbi veritas est magistra, nunq̄ desunt diuina solatia fratres charissimi. Quāuis ergo magna locorū interualla nos diuidant, vnitate tamē fidei vobiscum sumus, & toto corde Iesum Christū dominū nostrum verum deum & verum hominē confitentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cū de vestre professiōis concordia gloriamur, tantū vt sit auxiliante domino constantia perseuerans, dicente apostolo. Vobis enim datum est pro Christo non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Ad quā fortitudinem sanctarū mentiū roborandam, fratres nostros atq; legatos, quos pro apostolice fidei libertate direximus, & quos dudum apud vos esse cōfidimus, plurimū credimus profuturos, cum totius actionis nostre didiceritis affectum, & curam vestrā atq; consilium operi iunxeritis, de qua re non necesse est nunc latius scribere, cum iam per supradictos sufficientes epistolas miserimus, quib⁹ abundantissime omnis catholica fraternitas instruatur, diuine erit virtutis & gratie, vt dei filius qui naturam humani generis suam fecit, amplius q̄ videmus, aut sapimus, magnum pietatis sue asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudauit, sed rectis cordib⁹ non potuit. Data Idus Septembris Valentiniano & auennio consulibus.

¶Eiusdem ad Martianum augustum. Epistola, lxxxvi.

C LItteras pietatis vestre accepisse me gaudeo, & ad significationē totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermones vestri vos faciant integritate securos. Quātas itaq; clementie vestre gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex beneficiis vestris, que ecclesie cōtulistis, agnoscite, non ambigentes qualem illum retributorem in omnibus habeatis, pro cuius estis tam pia religione sollicitus, & qui vos (vt res ipsa demonstrat) ad hoc vt fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, elegit, Hec a me nunc breuiter per fratris mei Anatholii clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus que ad curam meam pro statu

ecclesiarum

eccleſiarum & concordia pertinent domini ſacerdotum,per legatos noſtros ſcripta direximus.Da/
ta idus Aprilis,Adelphio conſule.

¶Cuius ſupra ad Iulianum epiſcopum. Epiſtola.lxxxvii.

LITTERAS FRATERNITATIS TVE PER FILIOS NO/ A
ſtros Conſtãtinopolitanos clericos nũtias tue ſalutis accepi, quibus te magnis tribulationibus grauatum fuiſſe ſignificas,cum vtiq; nõ defuerit materia ſolli citudini & laboribus,que inter procaces catholice fidei aduerſarios inherẽtem veritati animũ fatigarent,idq;,vt ſcribis,fuerit animovt per occaſionem neceſ/ ſitatis & nobis te & patrie preſentares.Quod vero futurũ ſperauerã,vt aper/ tius omniũ hereticorum ambages tuo ore cognoſcerẽ. Sed gratias deo ꝙ ita incolumitas tua & eccleſie cauſa profecit,vt liberum tibi fuerit apud eos interim degere quorum no bis probabilis cõſenſus innotuit, ſicut & fratris Anatholii ſcripta profitentur,& geſta que apud ip/ ſum corã noſtris ſunt confecta demõſtrant fratribus remeantibus. Ergo predictis ſalutationibusvi/ ciſſitudinem reddo,& vt contra falſitatis aſtutias perſeuerãtem diligentiã teneas fidenter exhortor, cum tibi ad hoc & tuus animus & noſtra auctoritas ſuffragetur. Quoniam licet de multis melio/ ra indicata ſunt ꝙ ſcilicet doleant ſe deceptos, & dãnata perfidia cum authoribus ſuis gratiam no/ ſtre cõmunionis expoſcant, quod nos adeo libenter accepimus reddituri, his hanc quã deſiderant cõmunionẽ cum promiſſa cõpleuerint,quoſdã perſiſtere in ſua obduratione cognouim9,quos opor tet diſtrictius comprimi,ſi nequeunt benignitate ſanari. Ad quã rem noſtros poſt diem venerabi/ lem dirigemus,qui tecũ participato conſilio ea que a nobis conſtituta fuerint exequãtur. Data idus Aprilis Adelfio viro clariſſimo conſule.

¶Leo ad pulcherrimam Auguſtam. Epiſtola.lxxxviii.

RELIGIOSAM PIETATIS VESTRE SOLLICITVDINEM B
qua vniuerſo mundo deo inſpirante conſulitis,crebrioribus alloquiis incitare pſu mo,vt operum veſtrorum perfectum neceſſaria perfectio ſubſequatur, ac ſicut de ſtatu Conſtãtinopolitane eccleſie gratulamur,cuius & ſacerdos & populus catho/ lice puritatis fidem iam tenere cognoſcitur,ita etiam aliorũ concors nobiſcũ ſit de verbi incarnatione confeſſio. Vnde quod facturum me aliis litteris indicaueram Lucenſem epiſcopum,& Baſilii preſbyterũ fratres meos dirigere preparaui,qui diſpoſitiones me/ as fratris mei Anatholii deuotione ſociata ſecundum eas quas acceperunt regulas exequãtur. Sicut enim predicti epiſcopi ſcriptis,& clericorum eius ſuggeſtione patefactum eſt,multa ſunt que indul gentius ſunt curanda,multa que iuſtius cohercenda, vt in cauſa tante perturbationis, nec diſtrictio nimis ſit aſpera,nec remiſſio parum cauta,quum aliud ſatiſfacientibus,aliud pertinacibus debeatur. Offertur ergo pietati veſtre digna materia,que placitam domino curã ſancti cordis exerceat, & pce dentium meritorũ coronas etiam de preſentis erroris abolitione multiplicet.Sicut enim Neſtoria/ na impietas,ita & Euticiana blaſphemia ab omnium eſt catholicorum eliminanda conſortio.Quia tam impium eſt cõſubſtantialem & cõſempiternum patri filii deitatẽ etiam ex vterovirginis matris partu editam negare corporeo,q̃ vnam in dei filio poſt incarnationis ſacramẽtum affirmare naturã, vt ſcilicet aut humanitas eius refutetur,aut deitas,cum vnione vtriuſq; eſſentie,nec altera ſit in alter/ utram verſa,nec aſſumpta in aſſumente finita.Sed & verbi incõmutabilitas,& carnis atq; animeve ritas maneant inſeparabiliter in vnitate perſone, quod qui teſtificante lege, credentibus patriarchis, annuẽtibus ꝓphetis,pdicante euangelio,docentibus apoſtolis,& toto mundo confitente nõ credunt extra ſacramentum corporis Chriſti,extra vnitatem ſunt nominis Chriſtiani. Quorum ſicut rui/ nam dolemus,ita perfidiam deteſtamur. Vt autem circa taliũ perſonas ſyncerũ ſeruetur vbiq; iudi cium,& aliud correctis,& aliud pertinacibus repẽdatur,veſtra pietas noſtros qui ab apoſtolica ſede ſunt miſſi fouere dignetur,eorũq; omnes quas iniunximus adiuuet actiones, quo citius ac facilius auxiliante domino que ad veſtram gloriam,& ad totius eccleſie pacem ꝓficiant exequãtur.De Eu/ tice autem totius ſcandali & prauitatis auctore,hoc clementia veſtra pcipiat,vt ab eo loco qui Con/ ſtantinopolitane vrbi nimis vicinus eſt,longius tranſferatur,ne frequentioribus ſolatiis eorum quos ad impietatẽ ſuam traxit,vtatur.Monaſterio quoq; ipſius cui pernicioſe indigneq; preſedit, catholi cum abbatem iubete ꝓponi,qui illam ſeruorum dei congregationem, & a prauo dogmate liberare,

& institutis veritatis possit imbuere. Data idus Iunii Adelphio viro clarissimo consule.

Item eiusdem ad Anatholium episcopum.

Epistola.lxxxix.

A AD declinãdam erroris maculã,qua nõnullos aut Nestoriana impietas,aut Euticiana labesactauit insania,laudabilem curam filii nostri Basilius & Iohãnes presbyteri sue estimationis habuerunt,vt inter pugnãtia dogmata falsitatis,vera catholice fidei pace gauderent. Siquidem longinquo peregrinationis labore susceptο,sensum cordis sui in apostolica sede patefecere,damnãtes vtrãq; heresim,quarum supra fecimus mentionẽ,& de incarnatione domini nostri Iesu christi non aliud recipientes q̃ quod instruente sancto spiritu & didicimus & docemus. Per hos ergo frater charissime cum testimonio nostro ad propria reuertẽtes,dilectioni tue nostra scripta direximus, fidenter orantes,vt qui gratia apostolice cõmunionis ornantur etiam tuo fauore per omnia se gaudeant adiuuari. Data decimotertio Calendas Iulii Adelphio viro clarissimo consule.

Cuius supra ad Martianum Augustum.

Epistola.xc.

B REdebamus clemẽtiam vestram id desiderio nostro posse prestare, vt presenti necessitate respecta differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodum iubere/tis,vt vocatis de cunctis prouinciis sacerdotibus vere posset esse vniuersale concilĩ. Sed quia vos amore catholice fidei congregationem nunc fieri voluistis,ne deuoto obuiare viderer arbitrio,fratrem & coepiscopũ meũ Paschasium de eadem prouincia que videtur esse securior euocatum qui vicẽ presentie mee possit implere direxi, Bonifacio fratre nostro & comprelbytero sociato,& his quos antea miseramus adiunctis, consortem illis fratrẽ quoq; meum Iulianũ addentes episcopum,Quos ea moderatiõe vniuersa domino auxiliante credimus esse gesturos,vt quecũq; in querelã perturbationẽq; veneruut ad vnitatem pacis & fidei compressa omni dissensione reuocentur,nec vllum in aliquorum cordibus sacerdotum,vel Nestoriane,vel Euticiane impietatis vestigium relinquatur, quoniã catholica fides quã instruente nos spiritu dei per sanctos patres a beatis apostolis didicimus & docemus neutrũ subrepere permittat errorem. Si quid ergo morborũ si quid est vulnerũ,quod syncera possit correctione curari,vt adveram sanitatem reuocetur,optamus. Que nunc vtiq; non erãt dubia,nec cuiusquã simplicitati deinceps nocitura,si nullis se excusationibus voluerit obumbrare,cum absolutionem peccati non obtineat,nisi vera confessio. Quia vero quidam de fratribus(quod sine dolore non dicimus) contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam, predictum fratrem & coepiscopum meum vice mea synodo conuenit presidere,certus q; absq; odio & gratia ibidem ab his quibus hoc cõmissimus laboretur,vt cũ solius heretice impietatis excidio in omnibus ecclesiis dei veritas regnet & charitas. Data sexto Calendas Iulii,Adelphio viro clarissimo consule.

Cuius supra ad Pulcherrimam Augustam.

Epistola.xci.

C QVamuis nullas nunc litteras tue pietatis acceperim, scribente tamen gloriossissimo principe,non aliter dignatione ipsius sum gauisus,q̃ si michi etiam tue serenitatis redderentur alloquia. Vnde cõsuetudinem me debitã mei officii oportuit custodire,per quã significarẽ clementie vestre absolute me gaudere,& incessabilibus a deo precibus postulare,vt vos & Romane reipublice & catholice ecclesie in omni prosperitate conseruet. De vigore autem fidei vestre quo indesinenter domino sacrificium laudis offertis quãtas deo gratias agam enarrare non valeo,quoniam principib9 temporis nostri non solum potentiam regiam,sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim frare meo Iuliano episcopo,peruenerunt ad nos in exemplaribus perceptionum vestrarum saluberrime sanctiones quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere & docẽdo punire,vt si eos ad penitẽtiã miseratio diuina cõuerterit,multis lachrymis & a nefandis cedibus & ab hereticorum blasphemiis diluantur. Quod vero piissimus imperator ad omnes episcopos qui calchedonensi synodo interfuere,voluit me scripta dirigere,quibus que illic de fidei sunt regula definita firmarẽ,libenter impleui,ne fallax cuiusq̃ simulatio sententiam meam haberi vellet incertam,cum per Constantinopolitanum episcopum cui letitiam meam largiter indicaui, in omniũ potuerit notitiam peruenire quod scripsperam,nisi maluisset meum gaudium tacere q̃ repulsam sui

ambitus

ambitus publicare,fratri& coepiſcopo meo Iuliano cui ſollicitudinem meam in cauſam fidei dele/
gaui,rogo vt eam fiduciam prebere dignemini qua pietati veſtre poſſit que vniuerſali eccleſie ſint p
futura ſuggerere.Data duodecimo Calendas Aprilis Opilione viro clariſſimo conſule.

¶Epiſtola Leonis pape ad maximum Antioche/
num epiſcopum.CII.

QVANTVM DILECTIONI TVE PLACEAT COMMVNIS A
fidei ſacratiſſimavnitas & pacis eccleſiaſtice tranquilla concordia, litterarū tua/
rum textus oſtendit, quas ad nos filii noſtri Marinianus preſbyter, & Olim/
pius diaconus detulere,eo nobis gratiores quod per ipſas alloquia alterna mi/
ſcemus,& magis magiſq; innoteſcere gratiam dei, qua fit vt per totum mun/
dum de manifeſto catholice veritatis lumine gaudeatur.Q uāuis(quod mul/
tum dolemus)quidam adhuc ſicut ſermo indicat nunciorū, tenebras ſuas dili
gant,& cum vbiq; diei ſplendor exortus ſit etiā nunc cecitatis ſue delectētur obſcuro,& perdita fide
ſolo & vacuo remanſerint nomine chriſtiani,non habentes intelligentiam qua errorē ab errore diſcer
nant,& blaſphemiam Neſtorii ab Euticis impietate diſtinguant. Nec enim ideo excuſabilis videri
aliqua eorum falſitas poteſt,quia ipſi ſunt in ſua peruerſitate contrarii,Nam cum Neſtorium Eutice
tis diſcipuli deteſtentur, & Euticen anathematizent Neſtorii ſectatores, catholicorum iudicio pars
vtraq; damnatur, & ambe ſimul hereſes a corpore eccleſie reſecantur, quia neutra falſitas nobiſcum
poteſt habere concordiam.Nec intereſt quo ſacrilegio ab incarnationis domínice veritate diſcordēt,
dum id quod prauiſſime ſentiunt,nec auctoritas euangelii,nec ratio recipiat ſacramēti. Et ideo fra/
ter chariſſime oportet dilectionem tuam toto corde perſpicere cuius eccleſie gubernaculis te domi/
nus voluerit preſidere,& eius meminiſſe doctrine,quā precipuus apoſtolorum omniū beatiſſimus
Petrus per totum mundum quidem vniformi predicatione,ſed ſpeciali magiſterio in antiochena &
Romana vrbe fundauit,vt illum in ſue glorificationis domicilio preeminētem, ea intelligas repoſce
re inſtituta que tradidit ſicut ab ipſa quā confeſſus eſt veritate ſuſcepit.Neq; vllo modo ſinas in oriē
talibus eccleſiis maximeq; in his quas antiochene ſedi ſacratiſſimorum patrum niceni canones de/
putare ab improbis hereticis euāgelio reſultari,& vel Neſtorii vel Eutícetis a quoquā dogma defen
di.Q uoniam (ſicut dixi) catholice fidei petra,cuius cognomen beatus apoſtolus Petrus ſumpſit, a
domino nullum recipit ab vtraq; impietate veſtigium,ſed euidenter atq; perſpicue & Neſtoriū ana
thematizat,qui verbi carniſq; naturam in beatevirginis coniunctione ſeiungens,vnūq; Chriſtum
in duos diuidēs,aliam deitatis,& aliam humanitatis voluit eſſe perſonam, cum omnino vnus idēq;
ſit,qui & ſecundum ſempiternam deitatem de patre eſt natus ſine tempore,& de matre natus in tē/
pore,Et euticen ſimiliter execratur qui in domino Ieſu Chriſto veritatem humane carnis euacuans
ipſum verbum in carnem aſſerit tranſformatum, vt naſci,nutriri,proficere,pati,mori atq; ſepeliri, &
die tertio ſuſcitari,ſolius fuerit deitatis,que ſeruilis forme non veritatem ſuſceperit,ſed figuram. Sū/
ma itaq; vigilantia cautum te eſſe conuenit ne quid ſibi heretica prauitas audeat vendicare,cum te
deceat his ſacerdotali auctoritate reſiſtere,noſq; ſepius de profectu eccleſiarum tuis relationibus
quid agatur inſtruere. Dignum eſt enim te apoſtolice ſedis in hac ſollicitudine conſortem & ad au
gendam fiduciam priuilegia tertie ſedis agnoſcere,in nullo cuiuſquā ambitione minuantur, quia tā
ta apud me eſt Nicenorum canonum reuerentia,vt ea que ſunt a ſanctis patribus conſtituta, nec
permiſerim,nec patiaraliqua nouitate violari. Et ſi enim diuerſa nonnunquā ſunt merita preſulum
tamen iura permanent ſedium quibus poſſunt emuli perturbationem aliquā fortaſſis inferre non
tamen poſſunt minuere dignitatē.Vnde cum aliquid pro Antiochene eccleſie priuilegiis dilectio
tua agēdum eſſe crediderit propriis litteris ſtudeat explicare,& vt nos conſultationi tue abſolute &
congrue reſpondere poſſimus. Nunc autē ad omnia generaliter pronunciare ſufficiat quod ſi quid
a quoq; contra Nicenorum canonum ſtatuta in quacūq; ſynodo vel tētatum eſt vel ad tempus vide
tur exortum,nichil preiudicii poteſt inuiolabilibus inferre decretis,& facililius erit quarūlibet con/
ſenſionum pactum diſſolui q; p̄dictorum canonū regulas ex vlla parte corrumpi. Subrepēdi enim
occaſiones nō p̄termittit ambitio,& quotiēs ob incurrētes cauſas generalis cōgregatio facta fuerit ſa/
cerdotū,difficile eſt vt cupiditas improborū non aliquid ſupra mēſurā ſuam moliatur appetere.Si/
cut etiam de epheſina ſynodo que impium Neſtorium cum dogmate ſuo pertulit, Iuuenalis epi/
ſcopus ad obtinendum paleſtine prouincie principatum credidit ſe poſſe ſufficere,& inſolentes au/

ſus per commentitia ſcripta firmare,quod ſancte memorie Cyrillus Alexandrinus epiſcopus me/rito perhorreſcēs ſcriptis ſuis michi quid predicta cupiditas auſa ſit indicauit,& ſollicita prece mul/tum popoſcit,vt nulla illicitis conatibus preberetur aſſenſio.Nam cuius epiſtole ad nos exemplaria direxiſti ſancte memorie Cyrilli eam in noſtro ſcrinio requiſitam nos autēticam noueris reperiſſe, hoc tamen proprium diffinitionis mee eſt,vt quantumlibet numerus ſacerdotum amplior aliquid per quorūdam ſurreptionem decernat quod illis trecentorum decem & octo conſtitutionibus inue niatur aduerſum,id iuſtitie conſideratione caſſetur, quoniam vniuerſe pacis tranquillitas non aliter poterit cuſtodiri,niſi ſua canonibus reuerentia intemerata ſeruetur.Si quid ſane ab his fratribus qđ ad ſanctam ſynodum vice mea niſi preter id quod ad cauſam fidei pertinebat geſtum eſſe perhibe/tur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apoſtolica ſede ſunt directi, vt excuſſis hereſibus catholice eſſent fidei defenſores.Quicquid enim preter ſpeciales cauſas ſynodalium conci liorum ad examē epiſcopale defertur,poteſt aliquā diiudicandi habere rationem,ſi nichil de eo eſt a ſanctis patribus apud Niceam diffinitum. Nam quod ab illorū regulis conſtitutioneq; diſcordat, apoſtolice ſedis nunquā obtinebit conſenſum.Quanta vero hoc diligentia cuſtodiatur,a nobis exē plaribus eius epiſtole quam ad Conſtantinopolitanum epiſcopum refrenantes ipſius cupiditatem direximus inſtrueris,quā in omnium fratrum & ſacerdotum noſtrorum facias notitiam peruenī/re, vt nouerint pacem eccleſiaſticam per concordiam deo placitam debere ſeruari. Illud quoq; dile/ctionem tuam conuenit precauere,vt preter eos qui ſunt domini ſacerdotes,nullus ſibi ius docendi, &p̄dicandi audeat vendicare,ſiue ſit ille monachus,ſiue ſit laicus,qui alicuius ſcientie nomine glorie tur. Quia etſi optandum eſt, vt omnes eccleſie filii que recta & ſana ſunt ſapiant, non tamen per/mittendum eſt, vt quiſquā extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus gradum ſibi predicatoris aſſu/mat,cū in eccleſia dei omnia ordinata eſſe conueniat,vt in vno Chriſti corpore & excellētiora mem/bra ſuum officium impleant,& inferiora ſuperioribus non reſultent. Data tertio Idus Iunii,Opilio ne viro clariſſimo conſule.

¶Cuius ſupra ad Leonem Auguſtum. Epiſtola.XCII.

AFFICIIS QVE AD GRATVLATIONEM IMPERII VE/ſtri pertinent perſolutis, etiam hanc paginam neceſſarie ſupplicationis adieci, qua catholice fidei diuinitus preparatum fauoris veſtri poſco preſidium.Nam talia in Alexandrina eccleſia perpetrata fratris & coepiſcopi mei Anatholii re/latione cognoui,vt omnis Chriſtiana religio ſentiat ſe impeti,atq; violari, niſi vniuerſali fidei veſtra deuotione proſpiciatur,& memorate eccleſie que antea ca tholicis fuit clara doctoribus reddatur Chriſtiana libertas,vt ceſſantibus here/ticorum impugnationibus, euangelica doctrina que illic ante Dioſcorum viguit, vnita cum totius eccleſie pace reparetur. Quod opus virtutibus veſtris gloriaq; cōueniens, celerem & deo placitum habebit effectum, ſi apud ſanctam calcedonenſem ſynodum de domini Chriſti incarnatione fir/mata nulla permiſeritis retractatione pulſari.Quia in illo concilio per ſpiritum ſanctū congregato tam plenis atq; perfectis diffinitionibus cuncta firmata ſunt,vt nichil ei regule que ex diuina inſpi/ratione prolata eſt,aut addi poſſit,aut minui.Hoc autem etiam apud clementie veſtre ſcientiam nō ambigimus eſſe perſpicuū,ſiquidem vt multorum ante relatione comperimus,molitiones heretico rum que contra predicte ſynodi auctoritatem conabantur aſſurgere, nichil ex hoc permiſeritis au/dere.Vnde quod negādum illis ſponte vidiſtis glorioſum vobis eſt vniuerſali eccleſie me ſuſpican/te concedere,& incommutabiliter perpetueq; preſtare, vt que ſecundum euangeliū Chriſti & predi cationis euangelice veritatem omnibus retro ſeculis,vna fide vnaq; intelligentia roborata ſunt,nulla vlterius poſſint actione conuelli.Prout ergo miſericordia dei conſilio ſpiritus ſui mentem veſtre pie tatis inſtruxerit, ſancte primitus Alexandrine eccleſie pacis reparationi conſulite, & per catholicos ſacerdotes talem prouideri iubete pontificem in quo & in actuum probitate,& in fidei perfectione nichil poſſit reprehenſibile reperiri,vt omnibus rite compoſitis eadem vtiq; ſeruetur predicatio veri tatis.Data quinto idus Iunii,Conſtante & Rufo conſulibus.

¶Eiuſdem ad Leonem Auguſtum. Epiſtola.XCIII.

¶Licet ꝓxime

LICET PROXIME AD CLEMENTIAM VESTRAM GE A
mina ſcripta direxerim,quorū vnum debitum ſalutatiōis impleret, aliud pro ſtatu eccleſie ſupplicaret, tamē occaſione que deo prouidente ſe prebuit iterari vtrumq; conuenit. Secundū ergo fiduciam illam quā ex dei inſpiratione vniuerſali eccleſie preſtitiſtis ante cuiuſquā preces conſtituēdo quod maxime ab omnibus fuerat expetēdum,non deſinimus gratias agere,& prouidētiam dei in fidei veſtre feruore benedicere,qui ſancto & catholico ſpiritu, ſicut fratris & coepiſcopi mei anatholii ſermone cognoui. Ita hereticorum impudentie reſtitiſtis,vt profiteremini totius mundi pacem calchedonenſis ſynodi vos eſſe cuſtodē. Quod cum ex veſtre fidei ſententia ſa luberrime diffinitum ſit,quāto ſtudioſius vniuerſali eccleſie eſt conferēdum,vt trāquillitas fidei chriſtiane etiam veſtro proſit imperio,nec improbitas heretica in aliquo ſuo molimine glorietur. Cuius pertinax inſidioſa contentio illico conquieſcet ſi imperiali poteſtate frenetur. Data Calendas ſeptē bris. Conſtantio & Rufo conſulibus.

¶Item eiuſdem ad eundem.
Epiſtola.XCIIII.

LITTERAS CLEMENTIE TVE PLENAS VIRTVTE FIDEI ET B
lumine veritatis veneranter accepi,quibus cuperē etiam in eo quod preſentiam meam pietas veſtra neceſſarium exiſtimat obedire,vt maiori fructu conſpectum veſtri ſplendoris aſſequerer,ſed magis id vobis arbitror placiturum quod eligendum ratio demōſtra uit. Nam cum ſancto ſpiritualiq; ſtudio vniuerſam pacē eccleſie muniatis, nichilq; ſit conuenienti⁹ fidei defendende,q̄ his que per omnia inſtruente ſpiritu ſancto irreprehenſibiliter diffinita ſunt inherere,ipſi bene videbimur ſtatuta cōuellere,& auctoritates quas eccleſia vniuerſalis amplexa eſt ad arbitrium heretice petitionis infringere,atq; ita nullum colligendis eccleſiis modū ponere,ſed data licentia debellandi dilatare magis q̄ ſopire certamina. Vnde quia poſt illas epheſine ſynodi impietates quibus Dioſcori ſcelere fides catholica reūtata peruerſitas Euticiana ſuſcepta eſt,nichil ad confirmationē fidei chriſtiane vtilius potuit ordinari,q̄ vt predicti facinus ſancta ſynodus calchedonēſis aboleret,& tanta illic haberetur celeſtis cura doctrine, vt nichil cuiuſquā opinione reſideret quod a predicationibus vel propheticis vel apoſtolicis diſſonaret, ea ſcilicet moderatiōe ſeruata,vt rebellibus tātum ac pertinacibus ab eccleſie vnitate reiectis,nulli correcto venia negaretur,quid probabili⁹, quid religioſius poterit pietas veſtra decernere q̄ vt que nō tam humanis q̄ diuinis ſunt ſtatuta decretis,nullus vltra ſinatur impetere,ne vere digni ſint dei munus amittere qui de veritate ipſius auſi fuerint dubitare? Cum ergo vniuerſalis eccleſia per illius principalis petre edificationem facta ſit petra,& primus apoſtolorum beatiſſimus Petrus voce domini audierit, Tu es petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meā, Quis eſt niſi aut antichriſtus,aut diabolus qui pulſare audeat inexpugnabilem veritatem,qui in malicia ſua inconuertibilis perſeuerās per vaſa ire & ſue apta fallacie falſo diligentie nomine dum veritatem ſe mentitur inquirere,mendacia deſiderat ſeminare, atq; contemnenda,& vitanda merito ſibi incontinēs furor & impietas ceca preſcripſit,vt diabolico inſtructu quod in ſanctam Alexandrinam ſeuit eccleſiam,quales eſſent qui calchedonenſem ſynodum retractari cupiunt diſceretur,in qua nullo modo accedere potuit,vt a vobis contra ſanctam Nicenam ſynodum ſentiretur,quod heretici mentiuntur,qūi ſe fidem Niceni concilii tenere confingunt, in quo ſancti & venerabiles patres noſtri contra Arrium congregati,non carnem domini,ſed deitatem filii Homouſion patri eſſe firmauere? In calchedonenſi autem concilio aduerſum Euticiana impietatem definitum eſt,de ſubſtantia virginis matris dominum Ieſum Chriſtum ſumpſiſſe noſtri corporis veritatem. Apud chriſtianiſſimum principem igitur & inter chriſti predicatores digno honore numerandum vtor catholice fidei libertate,& ad conſortium te apoſtolorū ac prophetarum ſecurus exhortor,vt conſtanter deſpicias ac repellas eos qui ſe Chriſtiano nomine priuauere,nec patiaris impios parricidas ſacrilega ſimulatione de fide agere,quos conſtat a fide deuiare. Cum enim clementiam tuā dominus tanta ſacramenti ſui illuminatione ditauerit,debes incūctāter aduertere regiam poteſtatē tibi nō ſolū ad mundi regimē,ſed maxime ad eccleſie p̄ſidiū eſſe collatā, vt auſus ne fatios cōprimēdo,& que bene ſunt ſtatuta defendas,& veram pacem his que ſunt turbata reſtituas, depellendo ſcilicet peruaſores iuris alieni, & antique fidei ſedem Alexandrine eccleſie reforman

do,vt correctionibus tuis dei iracundia mitigata,regie antea ciuitati non retribuat que admissa sunt sed remittat.Constitue ante oculos cordis tui venerabilis imperator omnes qui per totum orbem sunt domini sacerdotes pro ea tibi fide in qua totius mundi est redemptio supplicare,in qua re specialius ambiunt qui apostolice fidei sectatores Alexandrine ecclesie presedere, agentes apud pietatē tuam ne hereticos homines & merito pro sua peruersitate damnatos, vti sua persuasione patiamini, cum siue impietatem errorum aspicias,siue opus perpetrati furoris attendas,nō solum ad sacerdotii honorem admitti nequeāt,sed ab ipso Christiano nomine merantur abscindi. Nam quod exorata pietatis vestre venia dixerim,quodam contagio splendorem vestre serenitatis obfuscant, cum sacrilegi patricide id audeant petere,quod nec innocentes liceat obtinere.Oblate sunt pietati vestre preces, quarum exempla vestris litteris subdidistis,sed in his que catholicorum sunt deplorantium subscriptio continetur,&quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorū, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem quas orthodoxo principi heretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto confuse vnitatis vocabulo,ideo certū nomen retrahitur,ne non solum paucitas personarū,sed etiam meritū detegatur. Latere enim sibi vtile estimat eorū quātitas,quorū est qualitas iudicata,nec incongrue cuius loci homines sunt,profiteri metuunt,qui meruere damnari.In vna ergo catholicorum supplicatione cōtinetur,in alia hereticorum cōmenta panduntur. Hic sacerdotum domini,& totius Christiani populi,ac monasteriorū defletur euersio,ibi immaniū scelerum cōtinuatio demōstratur,vt quod non licuit audiri,liceat dilatari.Nōne perspicuū est quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obuiare,ne Alexandrina ecclesia que semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum.Manifestū quippe est per crudelissimā insanissimāq; seuitiam, omne illic celestiū sacramentorum lumen extinctū.Intercepta est sacrificii oblatio,defecit chrismatis sanctificatio,& parricidalibus manib⁹ impiorum omnia se subtraxere mysteria.Nec vllo modo ambigi potest, quid de his decernēdum sit,qui post nefanda sacrilegia,post sanguinē probatissimi sacerdotis effusum,& cō cremati corporis cinerem in contumeliā aeris celiq; dispersum audēt sibi ius peruase dignitatis expetere,& apostolice doctrine inuiolabilem fidē ad concilia prouocare.Magnū ergo vobis est, vt diademati vestro de manu domini etiam fidei addatur corona,& de hostibus ecclesie triūphetis, quia si laudabile vobis est aduersarum gentium arma cōterere,quanta erit gloria ab insanissimo tyranno alexandrinā ecclesiam,in cuius contritione omnium Christianorum est iniuria liberare? Vt autem littere mee pietati tue colloquiū quasi presentis exhibeant,quicquid de cōmuni fide fueram suggesturus,scriptis prosequentibus insinuādum esse perspexi,ac ne hui⁹ epistole pagina in nimiam lōgitudinem tenderetur,aliis litteris que assertioni catholice fidei congruūt comprehendi,vt licet ea que a sede apostolica sunt predicata sufficerēt,insidias tamen hereticorum,etiam hec que sunt adiecta reserarent.Sacerdotalem nāq; & apostolicum tue pietatis animum etiam hoc malū ad iustitiamvltionis debet accedere,quod Constantinopolitane ecclesie puritatem pestilenter obscurat,in qua inueniuntur quidam hereticorū clerici sensui consonātes,& intra ipa catholicorūviscera,assertionib⁹ suis hereticorum adiuuantes. In quibus deturbādis frater meus Anatholius cū nimis benigne parcit, segnior inuenitur. Dignamini pro fide vestra etiam ecclesie istam prestare medicinā,vt tales non solū ab ordine clericatus,sed etiam ab vrbis habitatione pellantur, ne vlterius sanctus dei populus peruersorum hominum contagio polluatur.Cultores autem pietatis tue Iulianum episcopum, & Eutitiū presbyterum mea petitione commendo,vt suggestiones eorum pro catholice defensione fidei placide digneris audire, quia vere sunt eiusmodi, vt fidei vestre possint per omniavtiles inueniri. Data Calēdas nouembris,Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus.

Epistola.XCV.

¶Item Leo papa ad Pulcherrimam Augustam.

AVANTVM SIBI FIDVCIE DE FIDE VESTRE CLEMENtie ecclesia dei debeat pollicerī,multis probauim⁹ sepe documentis,dum sicut spiritusancto docente didicistis, illi per omnia potestatem vestram subiicitis, cuius munere & protectione regnatis.Vnde quia contra integritatem fidei Christiane dissensionem quādam in Constantinopolitana ecclesia Eutice auctore generatam fratris & coepiscopi mei relatione cognoui,vt totius cause speciem synodalium gestorum textus ostenderet,digtū glorie vestre est,vt error qui de imperitia magis q̄ de versutia natus est

tus eſt auferatur, priuſquã vllas vires de conſenſu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat. Nam quãtum Neſtorius a veritate excidit,dum dominum Ieſum Chriſtum de matre virgine hominem ſolum aſſerit natum, tantum etiam hic a catholico tramite deuiauit, qui de eadem virgine editum non noſtre credidit eſſe nature,vt q̃ formam ſerui geſſit,q̃ noſtri ſimilis fuit atq; conformis, quedam noſtre carnis fuerit ymago,non veritas. Nichil autem prodeſt dominum noſtrum beate Marie virginis filium hominem dicere,ſi non illius generis atq; ſeminis homo creditur,cuius in ipo euangelii exordio predicatur. Vndemultum doleo,multũq; contriſtor,q̃ hic qui ante de humilitatis propoſito laudabilis videbatur,contra vnicam ſpem noſtram, patrũq; noſtrorum, vana & nimis peruerſa audet aſtruere,qui cum videret inſipientie ſue ſenſum catholicis auribus diſplicere,reuocare ſe a ſua opinione debuerat,ne ita eccleſie preſules commoueret,vt ſententiam damnationis excipere ret. Quã vtiq; ſi in ſuo ſenſu voluerit permanere,nullus poterit relaxare. Sedis enim apoſtolice moderatio hanc temperantiam ſeruat,vt & ſeuerius agat cum obduratis,& veniam cupiat preſtare correctis. Quia ergo michi multa fiducia eſt de pietatis veſtre ſynceriſſima fide obſecro clementiã veſtram,vt ſicut ſancto ſtudio tuo catholica predicatio ſemper adiuta eſt, ita nũc quoq; eiuſdẽ libertati faueas. Non enim portiũcula aliqua fidei noſtre que min⁹ lucide ſit clara pulſatur. Sed hoc imperita reſultatio audet inceſſere,quod dominus in eccleſia ſua neminem voluit ignorare, Et ideo proveſtre pietatis conſuetudine elaborare dignemini, vt contra ſingulare ſacramentum ſalutis humane, quod blaſphema inſipientia protulit, ab omnium animis repellatur, ac ſi ipſe qui in hac tentatione incidit reſipiſcat,ita vt quod male ſenſerat propria voce & ſubſcriptione condemnet, communio illi ſui ordinis reformetur. Quod etiam fratri & coepiſopo meo Fauiano me clementia veſtra cognoſcat,& his quos miſimus delegaſſe,vt venia cõcedatur,ſi error aboletur. Ne autem piiſſimi principis diſpoſitioni que epiſcopale concilium voluit congregari noſtra videretur preſentia defuiſſe,fratres meos Iulianũ epiſcopum,Renatum preſbyterum, & filium meum Hylarium diaconum miſi, qui vicem preſentie mee implere ſufficerent. Sed ei qui in errore eſt melius conſuletur, ſi ibi vbi deſiſpuit ibidem reſipiſcat,& vbi damnationem meruit,illic indulgentiam cõſequatur. Data idus Iunii Aſturio & protogene viris clariſſimis conſulibus.

¶Epiſtola beati Leonis pape ad epiſcopos Galliarum & Hiſpaniarum de paſcha. XCVI.

¶Dilectiſſimis fratribus vniuerſis epiſcopis catholicis per Galliam & Hyſpaniam conſtitutis Leo.

CVM IN OMNIBVS DIVINORVM PRECEPTORVM REgulis exequendis,ſacerdotalem obſeruantiam oporteat eſſe concordem, maxime nobis & principaliter prouidendum eſt,ne in paſchalis feſti dievel ignorantia vel preſumptio peccatum diuerſitatis incurrat. Vnde quia tempus ſacratiſſime ſolẽnitatis ita diſpoſitos habet limites ſuos,vt ſalutare ſacramentum nunc citius nunc tardius oporteat celebrari,non deſinit apoſtolice ſedis ſollicitudo,pſpicere,ne deuotio eccleſiaſtica aliquo turbetur incerto. Cum igitur in quibuſdam aſcriptionibus patrum futurum proxime paſcha domini ab aliis in diem quintumdecimũ Calendas Maii,ab aliis in diem octauum Calendarum eatũdem inueniretur aſcriptum,tãtum me diuerſitas iſta permouit, vt clementiſſimo principi Marciano euram de hac re animi mei panderem, vt precipiente ipſo ab his qui habent huius ſupputationis peritiam. Diligentius illi diſcuſſa ratione quereretur quo die poſſet veneranda ſolẽnitas rectiꝰ celebrari. Quo reſcribẽte octauo Calẽdas Maii definitus eſt dies. Quia ergo ſtudio vnitatis & pacis malui orientalium definitioni acquieſcere, q̃ in tante feſtiuitatis obſeruantia diffidere,nouerit fraternitas veſtra die octaua Calendarum Maiarũ ab omnibus reſurrectionem dominicam celebrandam, & hoc ipſum per vos aliis eſſe fratribus intimandum,vt diuine pacis conſortio ſicut vna fide iungimur,ita vna ſolẽnitate feriemur. A

¶Epiſtola beati Leonis pape ad epiſcopos & preſbyteros intra Thraciam prouinciam coſtitutos.XCVII.

¶Dominis fratribus merito beatissimis in Christo venerabilibus,Samartioni,Carathoni,Desiderio,episcopis & presbyteris omnium ecclesiarum que sunt intra prouinciam Thraciam constitute,Leo,victorius,Eustatius episcopi.

A TAnta seculi potestates circa sacerdotalem ordinem reuentia preualuere,etiam hi quos sub imperiali nomine terris diuina potentia preesse precepit,vt ius distringendorum negociorum episcopis sanctis iuxta diualia constituta permiserint. Quod cum & iuris antiqui formulis & illatis frequentius sit & legibus confirmatum,presertí tempore a plerisq; inuenimus fuisse calcatum. Nam pretermisso sacerdotali iudicio passim ad examen seculare transiere,Quocirca nobis visum est vt hanc & sacre legis & nostri ordinis contumeliam & ad presens vlciscereturplena districtio,& obseruandam formulam constitueret in futurum. Censemus itaq; vt quicunq; pretermisso sacerdote ecclesie sue ad disceptationem venerit secularium, sacris liminibus expulsus a celesti arceatur altario. Neq; vllus post hanc diffinitionem qui communi sedit arbitrio quicquã sibi vltra prescriptum vendicare nitatur. Ita fieri,vt hi qui ante errauere congrua emendatione se corrigant,& qui sub obseruatione clericali celesti probatur seruire officio,ex clero abiiciendum,si pretermisso sacerdotum iudicio secularam adierit potestatem. Quod ideo singulos vniuersosq; volumus agnoscere,vt quod pleno iustitie & iuris ordine constitutum est,effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negociis sortiatur. Sane si clericus laicum pulset,prius se audiri ab episcopis poscat,tum si petitioni sue laicum viderit obuiare ex permissu episcopi sui in seculi moderatores disceptatione confligat. Leo episcopus scribit. Victorius episcopus scribit. Eustatius episcopus scribit.

¶Finis epistolarum Leonis pape.

¶INCIPIVNT DECRETA HYLARII PAPE.

i ¶Vt canones nicení vel apostolice sedis decreta custodiantur.

ii ¶Vt bigami aut vidue,aut corrupte mariti ad ecclesiasticos gradus non accedant.

iii ¶Vt penitentes aut insciì litterarum siue defectu mẽbrorum, aut decisione aliquid minus habentes ad superiorem ordinem non veniant.

iiii ¶Vt ea que illicite episcopus vel decessor eius ordinauit ab eo qui super est emendentur.

v ¶Vt nullus episcop⁹ sibi eligat successorẽ.

INCIPIVNT REGVLE HYLARII PAPE.

Capitulum primum.

B ¶ELAVIO BASILICO, ET HERMINEICO VIRIS CLARISsimis consulibus sub die.xvi.Kalendarũ Decẽbrium.In basilica sancte Marie residentevenerabili papa Hylario vna cum episcopis numero quinquaginta, Residentibus etiam vniuersis presbyteris,astantibus quoq; diaconibus. Hylarius episcopus ecclesie catholice vrbis Rome synodo presidens dixit. Quoniam religiosus sancto spiritu cõgregante conuentus hortatur,vt quedam que pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt,cura diligẽtiore tractemus. Si placet fratres ea que ad ordinationis tenorem pertinent,iuxta diuine legis precepta, & nicenorũ canonũ constituta. Iuuante domino in omne euum mãsura solidemus, vt nulli fas sit sine status sui periculo vel diuinas constitutiones,vel apostolice sedis decreta temerare,quia nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia talium transgressionũ culpa respiciet,si in causis dei desides fuerimus inuẽti,quia meminimus quod timere debemus qualiter comminetur negligentie sacerdotum. Siquidẽ reatu maiore delinquit qui potiori honore fruitur,& grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum.

Capitulum secundum.

¶Cauendum

¶Cauendum ergo imprimis ne ad sacratos grādus sicut gestis prioribus ante scriptum est quisq̄ qui vxorem virginem non duxit aspiret. Repellendi sunt etiam quicūq; in secunde vxoris nuptias contra apostolica precepta conuenerunt. A

Capitulum tertium.

¶Vt penitentes vel insciī litterarum,aut aliqua membrorum defectu damna perpessi, vel hi qui ex penitentibus sunt ad sacros ordines aspirare non audeant,Quisq; talium consecrator extiterit factū suum ipse dissoluet, B

Capitulum quartum.

¶Sed & quodcūq; quis cōmisit illicite aut a decessoribus suis inuenit admissum sed proprium periculū vult vitare dānabit.Nos enim in nullo volum⁹ seueritatem vltionis exercere,sed qui in causis dei vel contumacia vel in aliquo decessu deliquerit,aut ipse quod proprius predecessor eius fecit,abolere noluerit in se quicquid in alio nō resecauerit inueniet.Quod vt deinceps possit tenacius custodiri(si placet sententias omnes,& subscriptiones proprias commodate)vt synodali iudicio aditus claudatur illicitis,Ab vniuersis episcopis, & p̄sbyteris acclamatū est.Exaudi christe Hilario vita.Dictū est sexies.Hoc confirmamus & docemus,dictum est octies.Hec tenenda sunt,hec seruanda sunt, dictum est quinquies.Doctrine vestre gratias agimus,dictum est quindecies, Ista in perpetuum seruentur rogamus,dictum est quindecies.Ista per sanctum petrū vt in perpetuum seruentur optam⁹, dictum est octies,Hec presumptio nunquam fiat,dictum est decies. Qui hec violauerit in se inueniet.Et facto silentio Hylarius ep̄s dixit. C

Capitulum quintum.

¶Preterea fratres noua & inaudita,sicut ad nos missis de Hyspaniis epistolis sub certa relatione p̄uenit in quibusdam locis peruersitatū semina subinde nascuntur.Deniq; nōnulli episcopatum quī nō nisi meritis precedentibus datur nō diuinū munus,sed hereditarium putant esse compendiū. Et credunt sicut res caducas atq; mortales. Ita sacerdotum velut legatario aut testamentario iure posse dimitti.Nam pleriq; sacerdotes.& in mortis cōfinio constituti in locum suū feruntur alios designatis nominibus subrogare,vt .s. non legitima expectatur electio,sed defuncti gratificatio, p̄ populi habeatur assensu.Quod quā graue sit existimate.Atq; ideo si placet etiam hāc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus(ne quod turpe dictu est)homini quisquam putet deberi quod dei est.Vt autem quod ad nos perlatum est,ad vestram etiam possit peruenire notitiā.Hyspanorum fratrū & coepiscoporum nostrorum scripta legantur.Paulus notarius recitauit. Et statutum est,ne quid vltra huiusmodi a sacerdotibus presumatur. D

¶Incipiunt capitula.

i ¶Vt nullus sine consensu episcopi metropolitani episcopus ordinetur.

ii ¶Vt nullus episcoporum relicta ꝓpria ecclesia ad aliam transeat.

iii ¶Vt Hireneus remotus ab Artimonienſi ad ꝓpria reuertatur.

iiii ¶De remouendis episcopis qui illicite ordinati sunt,& ne in vna ecclesia duo episcopi habeantur.

v ¶De damnatione Hirenei si ad suam ecclesiam non reuertitur.

¶Finiunt capitula.

¶EPISTOLA EIVSDEM HYLARII PAPE AD TARRACONENSES EPISCOPOS.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS ASCANIO ET VNIVERSIS E
epis Tarraconensis prouincie Hylarius episcopus. Postquā litteras vestre dilectionis accepimus,quibus presumptiones Siluani ep̄i Calagurensium ecclesie retundi petistis,& rursum Barcinonensiū queritis nimis illicita vota firmari Honoratorū & possessorū,Tyriasonensium,Castanensiū,Calagurtanorū,Virigēsium, Tricien siumciuitatis cū scriptionibus diuersorū litteras nobis cōstat ingestas,p̄ quas id qd de Siluano querela vīa deprompserat excusabant, Sed reprehēsione iustissima eorū pariter allegatio nō carebat,quia preter conscientiā metropolitani fratris & coep̄i nostri Ascanii nōnullis ciuitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Vnde quoniā quicqd ab alterutra p̄te est indicatū omni videmus puersitate cōfusum temporū necessitate p̄specta.Hac ratione decernim⁹ adveniam pertinere quod gestum est,Vt nichil deinceps cōtra p̄cepta beati apli,nichil cōtra nicenorum canonū constituta tentetur.

Capitulum primum.

A HOc autem primum iuxta eorūdem patrum regulas volumus custodiri, vt nullus preter notiā tiam atq; consensum fratris Ascanii metropolitani aliquatenus consecretur antistes, quia hoc vetus ordo tenuit, Hoc trecentorū decem & octo sanctorum patrum definiuit auctoritas, cui quisqs obuias tetenderit manus, eorum se cōsortio fatetur indignū quorum preceptionibus resultat.

Capitulum secundum.

B ¶In quorum cōtumeliam superbo spiritu etiam pars illa contemnitur que veretur, ne quis relicta ecclesia sua ad alteram transire presumat. Quod nimis improbe conniuentibus, & vt doleatur graūuius vobis asserentibus Hyreneus episcopus conatur admittere. Quod nostra auctoritate roborare cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione ꝓbatis accendi, lectis ergo in conuentu fratrum, quos natalis mei festiuitas congregarat litteris vestris que de ordinandis episcopis secundū statuta canonum vel predecessorum meorum decreta fuerit probata sententia gestorum que pariter direximus tenore discetis.

Capitulum tertium.

C ¶Vnde remoto ab ecclesia Barcinonensi atq; ad suam remisso Hyreneo epō sedatis per sacerdotalē modestiam voluntatibus que per ignorantiā ecclesiasticarum legū desyderant, Quod nō licet obtinere talē protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te precipue frater Ascani oporteat eligere & deceat cōsecrare, ne si aliter forte factū fuerit, nō sine obiurgatiōe maxime tui nominis retundat nostra preceptio, quod in iniuriam dei a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum didicerim⁹ admissum. Nec ēpalis honor hereditarium ius putetur, qđ nobis soladei nīi benignitate confertur.

Capitulum quartum.

D ¶Ordinatos nūc ergo episcopos, qui licet dum te ignorante prouecti sunt cum suis auctoribꝰ meruerint sub moueri hac ratione firmamus, si nec vidue maritus fuerit quisquā, nec in secunde coniugio nuptias, ac vota cōuenerit, sicut & legalia constituta p̄cipiunt dicendo. Sacerdos vxorem virginē accipiat non viduam, nō repudiatam, secundū quod etiam beatus apostolus magister gentiū de his qui fieri desyderant sacerdotes ꝓpria institutione non tacuit dicens, vnius vxoris virum, cuius tenore sane ita informati esse debetis fratres charissimi. Vt inter cetera que cauēda sunt hec studeatis p̄cipue custodiri que cognoscitis ante vniuersa mandari, In quibus etiam perspiciendū est, ne duo simul sint vnius ecclesie sacerdotes, aut litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorū, aut etiam ex penitentibus aliquis ad sacrū ministerium prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, vt cum his parere cupitis voluntatem dei nostri que nos peccare prohibet deseratis, Cuius indignatio ex hoc grauius commouetur, quia benignitas eius dū fiūt illicita per eos qui sunt interpretes placationis offenditur.

Capitulum quintum.

E ¶Vt autem omnia secundum hec que scripsimus corrigantur presentes litteras Traiano subdiacono nostro veniente direximus. Quod si Hyrenus episcopo ad ecclesiam suam deposito improbitatis ambitu redire neglexerit, quod ei nō iudicio, sed humanitate p̄stabitur remouendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat.

¶Item epistola Hylarii ad Ascanium de his que sunt scripta superius,

F DILECTISSIMO FRATRI ASCANIO HYLARIVS EPISCOpus, Diuine circa nos gratie memores esse debem⁹ qui nos p dignationis sue misericordiā ob hoc ad fastigium sacerdotale ꝓuexit, vt mandatis ipsi⁹ inherentes & in quadā sacerdotii eius specula cōstituti prohibeamus illicita & sequenda doceam⁹. Vnde directis per Traianū subdiaconum nostrū litteris admonem⁹, vt que male sunt facta corrigātur. Et miramur admodum dilectionem tuā Barcinonensiū petitiones nō solū nulla auctoritate retulisse, verūetiam directis ad nos līis consummationem prauī desyderii postulasse adhibendo in epistolarum prohemio concilii mentionē, tanquā culpe minuerentur excessus, per multitudinem imperitorum cum etiam sub significatione vnusquisq; sui nominis tecū pariter retulisset & subscriptiones ꝓprias factas singuli cōmodassent dilectionē tn̄ tuam rei de qua displicet summa tāgebat, quia ꝓ loco & honore tibi debito ceteri sacerdotes docēdi fuerāt nō sequendi. Vnde sicut in gn̄alibus līis indicaui Hirene⁹ ad ꝓpriā reuertatur ecclesiē & Barcinonēsib⁹ de suo clero protinus consecretur antistes, cui tamen statuta canonum, & apostolica precepta concordent.

Et licet

Et licet hi qui propter notitiam atq; consensum tue dilectionis ordinati sunt sacerdotes,cum suis debuerint auctoribus submoueri,ne quid tamen in tanta necessitate decernam⁹ austerum eos qui episcopi facti sunt,ita volumus permanere,si apostolicis preceptionibus & statutis sanctorum patrum nō reperiantur obnoxii,ac deinceps nichil quod contra disciplinam ecclesiasticā veniat,sicut hacten⁹ factum est perpetretur,tue sollicitudinis est frater charissime,debitam tibi auctoritatem tueri & illicitis non modo non prebere assensum,sed etiam cuncta què contra regulā facta reppereris cohercere, atq; ante omnia que sola vnitate decernimus Hireneum ad ecclesiam suam redire cōpelle. Ad quā sponte potius redire debebit,si a sacerdotali consortio meruit separari,nec vnus ecclesie duo esse permittantur antistites quod opportunius supradicti subdiaconi fieri delegamus, instantia quam etiā pro conseruanda ecclesie disciplina cōmeare ad Hyspanias dispositionis nostre fecit auctoritas,De⁹ autem incolumem te custodiat frater charissime.

¶Epistola Hylarii pape, ad Leontium Veranium,Victurum episcopos.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS VERANO, LEONTIO, VI/ A
cturio episcopis Hylarius papa,Mouemur ratione iustitie,que licet ab omni/bus qui recta sapiunt, debeat custodiri,cum precipue domini sacerdotibus nō est temere negligenda,quorum ceteros informari cōuenit institutis.Frater igitur & coepiscopus noster ingenuus Ebredunensis Alpiū Maritimarū prouincie Metropolitani semper honore subnixus in preiudiciū suum , sicut adnexa declarauit quedā nos petēte fratre & coepiscopo nostro Auxamio statuisse cō/memorat,que vniuersis in hac eadem causa defensionibus contrairent.Si quidem relationibus in nostro iudicio recensitis,quas frater & coepiscopus noster Veranus ad sancte memorie decessorem meū cum ceteris prouincie sacerdotibus misit,& apostolice sedis, que tunc directa fuerat patefacta, respōsione manifestatum est,nichil postea debuisse tentari,nec ad iniuriā synodalium regularum quicquā per obreptionem,que proxime facta est,oportere cōstitui. Nam licet ex hoc etiam quod a nobis est elicitum censeatur infirmū,quia ex ipsō insinuatum est,exequi voluisse qui meruit,tamē ne odio vel gratia moueamur,que in causarum disceptationibus esse nō debet,ita vestre charitati cognitionē adnexe querimonie delegamus,vt nichil aduersum venerandos canones,nichil contra sancte memo/rie decessoris mei iudicium valeat quicquid obreptū nobis esse constiterit. Nolumus namq; fratres charissimi ecclesiarum priuilegia,que semper sunt seruanda cōfundi,nec in alterius prouincia sacer/dotis alterum ius habere permittimus,quia per hoc non minus in sanctarū traditionum delinqui/tur sanctiones,quā in iniuriam ipsi⁹ domini prosilitur,cuius expectatio fructus nostri ministerii nō in latitudine regionū,sed in acquisitione ponitur animarum.Habeat itaq; pontificiū frater & coepiscopus noster ingenuus prouincie sue,de,cuius dudum ab apostolica sede est illicita cessione culpat⁹, & custoditis omnibus,que super ecclesiis Ceruelenēsis ciuitatis,vel castelli Nicensis,sicut diximus sancte memorie decessoris mei difiniuit auctoritas,nichil ecclesiarū iuri noceat,quod in alterū memo/ratorum a predicto fratre ad excludendam cupiditatem,quemadmodum ꝓhibuit ambitionis alie/ne proxime est episcopus cōsecratus,sed statute correctionis forma permaneat, vt ad vnius antistitis predicta loca regimen reuertantur,que in duos diuidi nō decuit sacerdotes. Domin⁹ vos incolumes custodiat dilectissimi fratres.

¶Epistola Tarraconensium episcoporum ad Hylarium papam.

BEATISSIMO ET APOSTOLICA REVERENTIA A NOBIS B
in christo colendo pape Hylario,Ascanius & vniuersi episcopi Tarraconēsis ꝓuincie,Quoniā curam apostolatus vester ꝓuinciarum suarum sacerdotibus gerat fi/lio nostro illustri Vincentio duce prouincie nr̄e referente cognouimus. Cuius im/pulsu votū nostrum in ausu scribendi prona deuotione surrexit. Ergo ꝓuinciales lr̄ario sermone debita corone vr̄e obsequia deferentes,his quesumus vt dignatione qua ceteros etiam humilitatem vestram in orationibus vr̄is,in mente habere dignemini beatissime & apostolica reuerētia in xp̄o a nobis colēde pater,Illud specialius deprecantes,vt factum nr̄m quod

tam voto pene oēs prouincie quā exemplo vetustatis in notitiam nostrā defertur perpensis assertio
nibus nostris roborare dignemini, Et cum legerent ab vniuersis episcopis & presbyteris exclamatū
est. Exaudi christe,Hylario vita,dictum est decies,Hec presumptio nunquam fiat,dictum est sexies
Que dei sunt ab homine dari nō possunt,dictum est sexies,Per dominum Petrum rogamus vt in
perpetuum seruentur,dictum est sexies,Hec vt reseruentur rogamus.

A ¶Hylarius episcopus dixit,lege.Paulus notarius recitauit,Episcopus varohiensium ciuitatis,San
ctus Nundinarius sortem expleuit cōditionis humane,Hic episcopo venerabili fratri nostro Hyre
neo quē ipse antea in diocesi sua nobis volētibus cōstituerat, relinquens ei quod potuit habere pau
pertas supreme volūtatis arbitrio in locum suū,vt substitueretur optauit, Sed defuncti iudicium in
eius meritū non vacillat,Et cum legeret Probus episcopus e consessu surgens dixit,Illud licuit, Hoc
nō licuit,Successores de⁹ dat auctoritate vestra resistite huic rei per apostolatum vestrum.

B ¶Hylarius ep̄s dixit.Percurre quod ceperas,Paulus notari⁹ recitauit.Si quidem ois clerus& plebs
eiusdē ciuitatis & optimi & plurimi ꝓuinciales, vt idē eius locū obseruaret a nobis sperauerunt dato
cōsensu.Nos cogitātes defuncti iudiciū & probātes eius vitā,& eorū nobilitatem atq; multitudinē
q petebant simul & vtilitatē eccl'ie memorate optimū duxim⁹,vt tāto sacerdoti q ad diuina migraue
rat,nō minoris meriti substitueretur antistes,p̄sertim cū eccl'a illius municipii in qua ante fuerat ordi
natus semp huius ciuitatis eccl'ie fuisse diocesis cōstet,Ergo supplicite p̄camur apl'atum vīm,vt hu
militatis nostre qđ iuste a nobis videtur factū vīa auctoritate firmetis ādudū sane questi fueramus
līis vestris de p̄sumptione Saluini ep̄i,& miramur qđ nulla apl'atus vestri reipōsa suscepim⁹.Nūc hec
eadē suggerētes petim⁹,vt qđ sup̄ his rebus obseruādū sit aplicis sermonib⁹,nos dignemini informa
re. Et ne forsitan p negligentiā portitoris.aut p longinqui itineris difficultatē humilitatis nr̄e ad vos
scripta nō potuerint ex hoc negocio p̄uenire,etiā suggestionem nostrā maluimus iterare. Et subscri
ptio.Ora p̄ nobis.Sanctum apostolatum vestrū iugi euo diuina cōseruet eternitas nobis omnibus
&[eccl'esie sue domine vere noster apostolice papa.

¶Epistola episcoporum Tarraconensium ad Hylarium papam.

C DOMINO BEATISSIMO ET APOSTOLICA REVERENTIA A NO
bis in xp̄o colendo pape Hylario.Ascani⁹ & vniuersi ep̄i tarraconēsis ꝓuincie, Etiā si nul
la dictaret necessitas eccl'iastice disciplīne,expetendū reuera nobis fuerat illud priuilegiū se
dis vr̄e,quo susceptis regni clauibus post resurrectionē saluatoris p̄ totum orbē beatissimi
Petri singularis p̄dicatio vniuersoꝝ illuminatione ꝓspexit,Cui⁹ vicarii principatus sicut eminet,ita
metuēdus est ab oibus & amand⁹.Proinde nos deū in nobis primitus adorātes,cui sine querela ser
uitis,ad ūdē recurrim⁹ apostolico ore laudatam,inde respōsa querētes vnū nichil errore,nichil p̄sum
ptione,sed pōtificali totū deliberatione p̄cipitur. Cū hec ita se habeāt,est tn̄ inter nos falsus frater.cu
ius p̄sumptionē sicut diuti⁹ tacere nō licuit,ita & loqui futuri iudicii necessitas impauit,Siluan⁹ qui
dam ep̄s calagurre in vltima p̄te vr̄e ꝓuincie cōstitut⁹ diuinationes sibi indebitas vsurpādo,humili
tatem nostrā ad hoc vsq; p̄duxit.Vt cōtra eius vanissimā supstitionem sedis vr̄e vnicū remediū flagi
temus,Hic nāq; iam ante.vii.aut.viii,ampli⁹ annos postponēs patrū regulas,& vīa instituta despi
ciēs nullis petentibus populis ep̄m ordinauit.Cuius p̄properū factum existimātes fraterna & pacifi
ca posse ammonitiōe sanari p̄fecit in peius.Deniq; cū cōtra vetustatem canonū contra synodi cōsti
tuta alterius fratris nr̄i pbr̄i spiritu tantū p̄sumptionis accēsus,in eodē loco q̄ illi fuerat destinatus cui
inuito & repugnāti imposuerat man⁹,& qui nr̄o iam cetui fuerat aggregat⁹ ep̄m fecit.Hinc factum
est vt de ei⁹ miserrima temeritate ad nos cesarauguste vrbis ep̄s frater noster vniuersa referret,cui⁹
diligētia & sollicitudo admodū ꝓspexerat,si in aliquo ꝓfuisset.Siquidē cunctis i vicinia positis ep̄is
ne se schismatico adiūgerēt frequētissime cōtradixit,Sed obstinatione dānabili totū qđ erat illicitū,&
qđ nobis pudor est dicere nō erubuit ille sol⁹ cōmittere,Proinde q̄a his p̄sumptioni⁹ que vnitatem
diuidūt,que schisma faciūt velociter debet occurri,quesum⁹ sedē vestrā,vt qđ super hac p̄te obseruare
velitis apl'icis affatib⁹ instruamur,quatin⁹ fraternitate collecta,patis in mediū venerādis synodi cō
stitutis,cōtra rebellionis spiritū vīa auctoritate subnixi,qđ oporteat & de ordinatione,& de ordina
to fieri intelligere(deo iuuāte)possim⁹, Erit ꝓfecto vester triūphus apl'atus vīi tpibus,si quod sancti
Petri cathredra obtinet catholica audiat eccl'ia,si nouella zizaniorū semina fuerint extirpata . Et sub
scriptio.Orantem p̄ nobis sanctū apl'atum vestrū iugi euo diuina conseruet eternitas.

D ¶Vt hec emēdentur rogamus,dictū est.vi.Vt hec recidātur rogam⁹,dictū est.vii.Vt disciplina ser
uetur rogamus,

uetur rogam⁹,dictū.v.Vt canones custodiant rogam⁹,dictū,vii.Vt in p̄sumptionibus vindicetur rogamus,dictū,vii.Ordinatio aplica illibata seruetur,dictū.vii.Exaudi xp̄e,Hylario vita,dictū,v, Dign⁹ papa,dignus doctor,dictū est.viii.Vt antiquitas seruetur rogam⁹,dictū.vii. Vt disciplina seruetur rogamus. ¶Hylarius ep̄s dixit.Acceptis que recitata sunt de oibus, Nunc fratres spēcia- A
les snias deo vobis inspirāte depromite,Maximius ep̄s eccl'ie taurītanis dixit. In custodiēdis oibus que ad sacras ordinationes p̄tinent disciplinis,melius snie mee p̄fessione denūtio,nichil a me vnquā eorū que p̄hibita sunt esse faciēda,De reliquis cēseo,vt q̄squis talia fecerit,aut detecta in eccl'iis resecare noluerit,nouerit se graues cās aplice in sedis iudicio redditurū.In quo illi necesse erit subire sniam Ingenuus ep̄s ebredunēsis,dixit,Michi quoq; eadē de oibus p̄tibus sentētia est,qua me ipse cōstringo,ne qd a me vnq̄ de his que sunt interdicta tentētur,quia noui statū & p̄fessionem meā. De ceteris etiā censeo,vt quisqs transgressor extiterit,sciat se eccl'iastice regule laqueis innodari & reatū apostolice sedis incurrere,Paulus ep̄s aque viue dixit,Ego quoq; me simili me lege constringo.Et de ceteris q transgressores fuerint p̄iter censeo,nec eis sine p̄iculo sui quicq̄ tale tentare liceat,qd merito debeat vindicari,Primus ep̄s eccl'ie atellane dixit,Hoc & ego cēseo esse obseruādū,Palladius ep̄s eccl'esie salpine dixit.Nichil me cōtra disciplinā eccl'esiasticā vel statuta sc̄tōrū canonū factum esse polliceor. Tyberius ep̄s eccl'ie sabinēsis dixit,Profiteor me statuta sedis aplice in oibus custodire. Et si in eccl'esia mea clericorū aliquē contra p̄cepta sc̄tōrum canonū deprehēdero aut mulierem dixisse,aut duas habere vxores,ab eccl'iastico officio separe. Ab vniuersis dictū est ep̄is.Sentētias fratrū oēs sequimur oēs cōfirmam⁹ & obseruādas esse decernim⁹. Exaudi xp̄e,Hylario vita,dictū vi.Q ue male admissa sunt p te corrigātur,dictū.viii.Q d non licet nō fiat,dictū.viii.Hylarius ep̄s eccl'esie vtbis rome syno do p̄sidens dixit.Q uoniā p̄sentis definitionis,formā que scdm sanctorū statuta est sniam,in omniū eccl'esiarū notitiam p̄uenire decreuimus,ne cuiquā p̄ sui possit ignoratione licere,qd non licet edere, gesta notariorum sollicitudo curabit.

¶INCIPIVNT DECRETA SIMPLICII PAPE AD ZENONEM SPA- lensem episcopum de commissa vice apostolice sedis.

DILECTISSIMO FRATRI ZENONIS IMPLICIVS,PLVRIMO B
trū relatu cōperimus dilectionē tuā feruore & spūs sanctitate eccl'esie gubernatorē existere,vt naufragii detrimēta deo auctore nō sentiat,Talib⁹ iccirco gloriātes iudiciis congruū duximus,vicaria sedis nr̄e te auctoritate fulciri,cui⁹ vigore munit⁹ aplice institutionis decreta vel sc̄tōrum terminos patrū nullomō transcēdi p̄mittas quoniā digna honoris remuneratione cumuland⁹ est p̄quem in his regionibus diuinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat frater charissime.

¶Epistola Simplicii pape ad Ioannem rauennatem episcopum.

SImplicius ep̄s Ioāni ep̄o rauennati. Si qs esset intuit⁹ eccl'esiastice disciplīne,vel si qd apud C
te sacerdotalis modestie teneretur nunq̄ plectibiles p̄petrarētur excessus,a q̄bus si nullo te paternarū regularū poteras cōtinere p̄cepto,saltim sc̄tē memorie p̄decessoris tui fueras reuocādus exēplo.Q ui cū faciendo pb̄m min⁹ deliquisset inuitū,sensera tñ dignū p̄ tali vsurpatione iudiciū,Vbi ista didicisti,que in fratrē & coep̄m nostrū Gregor. nō electiōe,sed inuidia p̄petrasti,quē inexcusabili violētia p̄trahi ad te passus es atq; vexari,vt ei honorē tantū nō p̄ animi tranquillitatē,sed p̄ amentiā sicut dicēdū est irrogares? Neq; enim talia potuissent fieri sanitate cōsilii,nolum⁹ exaggerare qd gestū est,ne cogamur iudicare qd dignū est,Nā priuilegium meretur amittere, qui p̄missa sibi abutitur p̄tate.Sed vna nos ratio facit eē snie mollioris,q̄ maluimus te fratre & coep̄o nr̄o p̄iecto referēte cognoscere,nō nostris l̄ris p̄pter opprobriū publicare.Nā scandalū cuius auctor agnoscēris, ita moderatio nr̄a cōpescuit,vt frater & coep̄s meus Grego.quē non p̄uectū cōstat esse sed pulsum, nullam cām,sicut petiit tecū habiturus mucirēsem gubernet eccl'esiā,& contuberuiū spiritale qd sortiri nō oportebat inuitū nō recusset amplecti.Cui si qd negocii forsitā emerserit nostrū ex eo vel contra eū petatur examen Necessitatibus etiā quas faciēte te cōpellitur sustinere,hac definitione cōsulemus,vt refuso p̄dio qd ante annū sibi datū esse cōmemorat,atq; ad eccl'esiā rauēnatē reuerso possess.o in Bononiēsi.xxx.solidorū,reddit⁹ liberorū sine dubitatione tradatur in diē.s.vite eius,saluo p̄prietatis iure rauēnatis eccl'esie ad quā post predicti obitū reuertetur. Q d si nō fuerit nostris partiū constitutis,qd post transgressionē maneat cōtumacē ipse p̄pendis.Denūtiamus aūt q; si post hac quicq̄ tale p̄sumptis & aliquē,seu ep̄m,seu pb̄m,seu diaconū inuitum facere forte crediderīs ordinationes tibi rauēnatis eccl'esie vel emiliēsis noueris auferēdas.Data.iii.ka.Iu.Seueriano viro clarissimo con.

¶Epistola Simplicii pape,ad Florentium,Equitium,& Seuerum epiſcopos.

A SImplicius epſ,Florētio,Equitio,& Seuero epis. Relatio nos veſtre dilectionis inſtruxit,& geſtoꝝ ſerie intimauit,Gaudenſiū auſunienſis eccl̄ie ſacerdotem cōtra ſtatuta canonū,ac nr̄a p̄cepta ordinationes illicitas ꝓpetraſſe,quarū illi totā penitus auferri p̄cipimus ptātem. Scripſimus eni ad Seuerum fratrē & coep̄m noſtrū,vt ſi neceſſe fuerit ipſe in ſupradicta eccleſia cōſideratis patrū regulis hoc fungatur officio quo ille abuſus eſſe conuictus eſt,ita vt hi qui illicite ab eo ſunt ꝓuecti ab eccleſiaſti-cis miniſteriis ſint remoti,Simul etiam de redditibus eccleſie vel oblatione fideliū quid deceat neſciēti nichil licere pmittat,ſed ſola ei ex his quarta portio remittatur,Due eccleſiaſticis fabricis,& erogationi pegrinorū & pauperum ꝓfuture ab ouagio pb̄ro ſub piculo ſui ordinis miniſtrentur, vltima inter ſe clericis ꝓ ſingulorū meritis diuidatur,At vero miniſteria eccleſie que alienata cōperimus repa-rare p̄ſumptor p̄dicti fratris cōpellatur inſtātia,cui etiā in hoc ſpecialiter p̄cipimus imminere, vt tres illas portiones quas p triennium dicitur ſibi tantūmodo vindicaſſe reſtituat,Data. xiii. kalen. decēbrium poſt cōſulatū Leonis auguſti.

¶SIMPLICIVS ACATIO.

B DIlectiſſimo fratri Acatio,Simplicius. Cogitationū ferias nō habem⁹, nec enim q̄eſcere nos cauſa pmittit,quā ſi relinquam⁹ xp̄o dn̄o noſtro cuius intereſt inexcuſabiles ſumus, Et mirū eſt dilectionē tuam tot emēſis tp̄ibus & tot opportunitatib⁹ inde veniētibus nichil nos de Alexandrina eccleſia,que tā grauiter quatitur inſtruere voluiſſe,cū monere te,nec icrepatio nr̄a deſtiterit vt participata ſollicitudine lr̄as meas apud chriſtianiſſimū principem p̄ſentibus tue dilectionis ꝓſequereris a loquiis,& inſtituti veteris memor in orthodoxorū defenſionē nobiſcū ſicut ſemp incūberes,ne quiſquā noſtrū xp̄iana plebe pereūtereatū deditionis incurrat. Vnde hortamur dilectionē tuā vt oppor tune atq̄ importūe piis auribus inſinuare nō deſinat,quatin⁹ Alexādrine eccleſie pax optata reddatur,& celeriter vigilantie tue ꝓuentus inducatur. Data. viii. idus no. Seuerino cō. directa p reſtitutū.

¶Reſcriptum Acatii ad Simplicium vrbis Rome archiepiſcopum.

C DOmino ſc̄tō patri archiep̄o Simplicio acatius,Sollicitudinem oim eccleſiarum ſc̄dm apoſtolū circūferentes nos indeſineter hortamini,q̄uis ſp̄ote vigilātes ac p̄currentes,ſed vos diuino zelo ſollicitos demōſtratis ſtatū alexādrine eccl̄ie certi⁹ requirētes,vt ꝓ paternis canonib⁹ ſuſcipiatis labore p̄iiſſimo ſtillātes ſudore ꝓ his ſicut ſemper eſt approbatū,ſed xp̄s de⁹ noſter q diligētibus ſe in bonum cooperatur,nr̄is cogitationibus inſidēs & vnā nobis in his mentē atq̄ eandē gloriam eſſe cognoſcēs oēm victoriam ipſe p̄fecit,cōſortes nos cum tranquilliſſimo principe faciēs. Et Timotheum quidem deceſſorē ſpirantē ꝓcellas & eccleſiaſticā tranquillitatem ſicut apparuit cōturbantē vite ſubtraxit humane dicēs ei, Tace & obmuteſce,Petrū quoq̄ qui ab alexādria more ſimilis procelle ſurrexerat,diſſipauit,atq̄ in eternā fugā ſancto ſpiritu fl̄āte cōuertit,vnū ex his qui olim fuerant dānati, Sicut enim in nr̄is archiuis vel conciliis inuētū eſt & de noſtris ſcriniis ſi dignamini requirere poteritis agnoſcere que de eodē ſubſecuta ab alexādrino ep̄o ad Romā alterutrū ſint relata, Qui Petrus noctis exiſtēs filiꝰ,& operū diei lucētium alienus apparēs oīno tenebras ad latrociniū congruas pagēdum earū cooperator inueniēs,media nocte adhuc iacente cadauere illiꝰ q paternos canones ſubuerterat inſepulto ſubripuit in ſedē ſicut ipſe arbitratus eſt vno & ſolo p̄ſente & eo q conſors illius inſiſtebat inſanie,q nuſq̄ penitꝰ oīno poſtea cōparuit. Timotheus aūt qui Dauidice māſuetudinis exēplo ſubditur,& vſq̄ in finē patiens atq̄ ptāti ꝓprie reſtitutus a xp̄o ꝓprie ſedis honore letatur, & ſpiritualiū filiorū voces accipiēs gratiā curationis expectat,multiplicato in ſe honore a xp̄o principe ſacerdotū ꝓpter quē & tolerātie coronā ſibimet relīgauit. Attētiꝰ igitur oret vr̄a beatitudo ꝓ chriſtianiſſimo impatore & ꝓ nobis ipſis. Vniuerſam fraternitatē que vobiſcū eſt in xp̄o,ego & qui mecū ſunt ſalutamus,& alia manu,In domino ora ꝓ nobis iuſtiſſime pater.

INCIPIVNT DECRETA FELICIS PAPE AD SICVLOS EPISCOPOS.

¶INCIPIVNT CAPITVLA

i ¶De his q̄ batizati doluerunt,& poſtea penitere noluerunt.

ii ¶De preſbyteris vel diaconib⁹ qui in lapſu hereticorū ſe baptiſmati dederunt.

iii ¶De his q ſe rebaptizādos impie dederūt.

iiii ¶De his q ꝓ ignorātiā etatis rebaptizati ſūt

v ¶De his qui ab hereticis baptizati,aut rebaptizati ſunt,vt ad eccleſiaſticam militiam non perueniant.

vi ¶De penitē. vt ab aliis ep̄is nō ſuſcipiātur.

¶Flauio

FLAVIO BOETIO VIRIS CLARISSIMIS CONSVLIBVS A
sub die.iii.Iduum Martiarum,in Basilica constantiniani,residente venerabi-
li viro papa Felice vna cum .xl. episcopis considentibus vniuersis presbyteris,
astantibus etiam diaconibus Felix episcopus ecclesie catholice vrbis Rome syno
do presidens dixit.Cōmunis dolor & generalis est gemitus quod intra Africā
rebaptizatos etiam episcopos presbyteros diaconosq; cognouimus.Que res si
ne dubio ad nostre quoq; peruenit Normam sanctitatis,de quo quid obserua-
ri debeat,ordinare nos conuenit.Proinde vt manifesta sit super hoc nostra sententia, que nobis sunt vi
sa recitentur Anastasius diaconus recitauit.

Dlectissimis in xpō Iesu fratribus vniuersis episcopis per diuersas prouintias cōstitutis.Qualis B
in Africanis regionibus astutia diaboli seuierit in Populum Christianum, atq; id multiplici-
deceptione proruperit,vt non modo vulgus incautum,sed ipsos in mortis profunda demerserit sacer
dotes,nullus orbis nō gemuit,nulla terra nescivit. Vnde in grandi merore positi dissimulare nō pos-
sumus,pereūtium atq; a nobis exigendarum discrimen animarum. Quapropter competens adhi-
benda talibus medicina vulneribus,ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nichil prosit
Sed segnius tracta pernities reatu non legitime curationis inuoluat pariter sautios & medentes.

Capitulum primum.

IN PRIMIS ITAQVE VENIENTIS AD VOS ET REME C
dium postulantis sollicite discutienda est professio,& persona decepti,vt mede-
la possit congruens exhiberi. Et qui satisfacturus deo per penitētiam se rebapti
zatum legitime doluerit,vtrum adhoc facinus concurrerit an impulsus accesserit
requiratur sciens quod se decipiat ipse qui fallit,nichilq; per nostram facilitatem
tribunalis excelsi iudicio derogari, cui illa sunt rata, que pia, que vera que iusta
sunt,& aliter necessitatis aliter trāctanda est ratio voluntatis.Deterior est autem
causa illius qui forte precio sollicitatus est vt periret,Nichil enim intentatū reliquit inimicus,cui ne de
sua liceat gaudere captura,succurrendum est irretitis,& conterendus est venantis laqueus, vt infucatū
lamentantibus lapsum tam iustitie moderatione quam compunctione pietatis ad aulam quam reli-
querant sit regressus,nec pudeat forsitam,aut pigeat indictis ieiuniorum gemituūq; temporibus obe
dire,aut aliis obseruātie salubrioris obtemperare preceptis,quia humilibus datur gratia non superbis
Sit ergo ruine sue dolore prostratus quisquis in Christo fieri querit electus,& per dispositionis no-
stre mysterium quod vestram sequi conuenit caritatem,nec alicui fas est vel velle vel posse transcende-
re causas eius q cōtra apostolicam doctrinā ad iterationem se baptismatis nimis infaustam dedit, vel
eius qui aliquibus argumentis excusandum callide proprium putauerit esse consensum. Sacerdotali
vigore & humanitate in eis fides que nisi est vna iam nulla est adiutorio domini iudicis ad salutem,si
ne nostre operationis offensione reparetur,quia cum peccatoris a nobis satisfactio protrahatur non p
ter laudem nostram atq; letitiā mens eius ad veniam purgatior inuenitur. Et ideo memineritis hanc
super his nos habere sententiam, vt seruata discretione peccantium non eadem cuncti qui lapsi sunt
lance pensentur,quoniam maioris castigationis exigēdus est vsura,cui domus domini commissa sue
rit disciplina.

Capitulum secundum.

¶Vt ergo ab ecclesie summitatibus inchoemus,eos quos episcopos presbyteros vel diaconos fuisse cō D
stiterit,& se optantes forsitan,seu coactos lauacri illius vnici salutarisq; claruerit fecisse iacturā, & chri-
stum quem non solum dono regenerationis, verum etiam gratia percepti honoris induerant exuis-
se cum cōstet neminem ad secundam tinctionem venire potuisse nisi se palam Christianum negaue-
rit,& professus fuerit se esse paganum. Quod cum generaliter sit in omnibus execrandū multo ma-
gis in episcopis presbyteris diaconibus auditu saltē dictoq; probatur horrendū. Sed qa idē dns atq;
saluator clementissimus est,& neminem vult perire vsq; ad exitus sui die in penitētia si resipiscunt ia
cere cōueniet,nec oroni nō modo fideliū,sed nec cathecuminorū oimodis interesse. Quib9 cōio laica
in morte redibēda est.Quā rē diligentius explorare vel facere ꝓbatissimi sacerdotis cura debebit.

Capitulum tertiū.

¶De clericis aūt & monachis,aut puellis dei,aut secularibus seruari p̄cipimus hūc tenorē quē Nicena E
synodus circa eos q lapsi sunt vel fuerint seruandum esse cōstituit, vt scilicet qui nulla necessitate nulli9,
rei timore aut periculo,se vt rebaptizentur hereticis impie dederunt, si tamen eos ex corde peniteat tri

bus annis inter audiẽtes sint. Septem autem annis subiaceant inter penitentes manibus sacerdotum, duobus autem oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo secularibus in oratione sotiẽtur. Nec confundatur deo colla submittere, qui non eum timuit abnegare. Quod si vtpote mortales intra metas prescripti temporis ceperit vite finis vrgere, subueniendum est imploranti, & seu ab episcopo qui penitentiam dederit, seu ab alio qui tamẽ datam esse probauerit, aut similiter pbro viaticum abeunti de seculo non negetur. Capitulum quartum.

A ¶Pueris aũt quibus quod adhuc imberbes sunt a pubertate vocabulum est, seu clericis siue laicis etiam similibus puellis quibus ignorantia suffragatur etatis aliquandiu sub manus impositione detẽtis reddenda cõio est, nec eorum expectanda penitentia quos excipit a cohertione censura. Quod est a nobis prouide constitutum, ne hi quibus in terreni labe contagii plus minusue restat ad vitam. dum adhuc in penitentia sunt penitenda committant. Quod si ante prefinitum penitentie tempus despectus a medicis, aut euidentibus mortis pressus indiciis recepta quisquam communiõis gratia conualescat, seruemus in eo quod Niceni canones ordinauerunt, vt habeatur inter eos qui in oratiõe sola cõmunicant, donec impleatur spatium temporis eidem prestitutum, nec cathecuminos nostros, qui sub tali professione baptizati sunt pretermittimus, quia non est causa dissimilis sicut iidem sancti canões ordinauerunt eius qui quolibet modo Christum quem semel confessus abiurarit. Tribus annis inter audientes sint, & postea cum cathecuminis permittãtur orare per manus impositionem communionis catholice gratiam percepturi, exceptis sane tantũmodo episcopis, presbyteris & diaconibus quos solo mortis sue tẽpore reconciliandos esse iam duximus. Ceteros id est seu clericos siue monachos, seu laicos vtriusq; sexus personas quos violentie periculis coactos iterationem baptismatis subisse constiterit, vel qui aliquo commento huius se facinoris piaculo dixerint non teneri, his penitentiam per triennium durare decreuimus, & per manus impositionem ad societatem recipi eos sacramenti.

Capitulum quintum.

B ¶Illo per omnia custodito, ne ex eis vnquam qui in qualibet etate alibi q̃ in ecclesia catholica, aut baptizati, aut rebaptizati sunt ad ecclesiasticam militiam prorsus permittantur accedere. Quibus satis esse debet quod in catholicorum numero sunt recepti, quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violauerit antistitum vel qui nõ remouerit eum quẽ ex eis ad ministerium clericale obrepsisse cognouerit. Capitulum sextum.

C ¶Curandum vero maxime & omni cautela est prouidẽdum, ne quis fratrum coepiscoporumq; nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate vel dioceси penitẽtem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio, & litteris aut in parochia presbyter, aut episcopus in ciuitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligitur, culpa tangit etiam clerum, qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit cõmoratur, his itaq; rite dispositis & ecclesiarum vestrarum ad notitiam nostra deliberatione perlatis parere vos conuenit quibus licet ad animarum reparationem nichil deesse videatur, tamen si cui noui aliquid & quod preterire nos potuit fuerit reuelatum scdm beatũ apostolũ Paulũ tacente priore fideliter insinuet, quia spiritus vbi vult spirat, maxime cum sua causa tractatur, nec nos pigebit audire. Et si que sunt omissa nõ arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare Deus custodiat vos dilectissimi fratres. Data Idus Martii, Diuanio & Sinidio. iiii. cc. consulibus.

¶Item epistola eiusdem ad acatium constantinopolitanum episcopum qua eum condemnat propter eutycianorum communionem.

D FELIX EPISCOPVS SANCTE ECCLESIE CATHOLICE vrbis Rome acatio. Multarũ trãsgressionũ repperiris obnoxi⁹, & in venerabilis cõcilii Niceni cõtumelia sepe versat⁹ alienarũ tibi ꝓuintiarũ iura temerarie vindicasti, hereticos & puasores atq; ab hereticis ordinatos, & quos ipse damnaueras, atq; ab apostolica sede petisti damnari nõ modo communioni tue recipiendos putasti verũ etiã aliis eccliis qd nec de catholicis fieri poterat pfidere fecisti, atq; etiã honoribus qd nõ merebant auxisti. Testat hoc Iohãnes quẽ a catholicis apamie nõ receptũ pulsumq; de Antiochia tyriis pfecisti, & hũeri⁹tũc de diacono electꝰ atq; xpiani nois appellatione priuatus, a te etiã in pbrii prouectus officium, & quasi hec minora tibi viderentur in ipsam doctrine apostolice veritatem ausus tuos & superbiam tetendisti, vt Petrũ quẽ dãnatũ a sctẽ mẽorie decessore meo ipse retuleras sicut testãtur ãnexa, bti euãgeliste sedẽ te iubẽte rursus inuaderet,

& fugatis orthodoxis episcopis,& clericis suis proculdubio similes ordinaret, pulsoq; eo qui illic fue/rat regulariter constitutus captiuam teneret ecclesiam. Cuius tibi a deo grata persona est,& minis/terium eius acceptum, vt episcopos & clericos plurimos orthodoxos tunc constantinopolim venientes detegaris affligere,& apocrisarios eius confouere, atq; anathematizantem eundem Petrum calcedo/nensis decreta concilii,& violantem sancte memorie Timothei sepulturam, sicut ad nos certiores nūc quoq; nuntii detulerunt,per messenum & vitalem crederes excusandum,nunc eum laudare desineres & multis efferre preconiis,ita vt damnationem ipsius quam ante retuleras,veram non fuisse iactares. Tantum autem perseueras in hominis defensione peruersi,vt quondam episcopos,nunc vero hono/re & communione priuatos, vitalem atq; messenum quos ad eius expulsionem specialiter miseramus sublatos custodie passus fueris mancipari, & ad processionem que tibi cum hereticis habetur exinde productos sicut eorum professionibus patefactum est ad hereticorum tuamq; communionē conten/pta que vel gentium iure seruari debuit legatione pertraheres,premiisq; corrumperes,& in lesionē bti Petri apli a cuius sede ꝓfecti fuerāt nō solū inefficaces redire faceres, sed etiā impugnatores oim que fuerāt mādata monstrares. In quorū deceptionē tuā neq; iam ꝓdidisti,& a libello fratris & coepi mei Iohānis q te grauissimis obiectionibus impetiuit. In aplicā scām canones respōdere diffidens,abie/cta firmasti,felicē quoq; defensorē fidelissimū nobis necessitate faciēte seruis, subsequtū indignū tuis censuisti oculis. Eos quoq; tecum litteris cōicare testatus quos cōstat hereticos. Quid enim sunt aliud qui post obitum sancte memorie Timothei ad ecclesiā sub Petro redeūt,vel q se ex catholice eidē tra/diderunt,nisi quod Petrus q ab vniuersa eccl'ia atq; a te fuerat iudicatus? Habe ergo cū his quos liben ter amplecteris portionē,& inia ꝑsenti quā per tue tibi direximus ecclesie defensorē,sacerdotali hono/re & cōione catholica,necnō etiā a fideliū numero segregatus,sublatum tibi nomē & munus minis/terii sacerdotalis agnosce sancti spiritus iudicio, & apostolica per nos auctoritate damnatus, nec iam anathematis vinculis eruendus.

¶Felix papa Zenoni.

A

ILECTISSIMO FRATRI ZENONI FELIX EPISCOPVS Filius meus vir clarissimus Terentianus ad Italiam dudumveniens dilectiōis tue singularis extitit predicator talemq; te essevulgauit,qui ita Christi gratia re dundares, vt inter mundi turbines gubernator ecclesie precipuus appareres. Quapropter frater carissime cum ad prouintiam commearet,sedulecq; deposce ret nostras ad dilectionem tuam litteras destinare,gratanter annuimus,quia & dignum deo sermone complecti cuperemus antistitem, & per eum maxime vellemus id fieri cuius nobis fuerat laudibus intimatus. Quāuis ergo sanctis operibus ex omni par/te preditam fraternitatem tuamvir prefatus astruxerit,multumq; fiducie de tua beniuolentia teneret, tamen equum est vt quod desiderabat magnopere cōsequatur,quatinus qui tuis olim gratus est ani/mis,contemplatione nostri reddatur acceptior,simulq; materna, & sacerdotali consolatione foueatur, peregrinationisq; presidium pastorali pietate reperiat vt vestre dignitatis affectu appareat apud sin/ceritatem vestram,nostrum quoq; non minimum salutarisvaluisse colloquium,deus te incolumen cu stodiat frater carissime. Celius felix episcopus sancte ecclesie catholice vrbis Rome subscripsi. Data.v. Calendas Augusti venantio.ii.consu. Simul.lxvii.episcopi absq; papa subscripserunt.

¶Item epistola Gelasii pape ad episcopos per Lucaniam, & Brutios & Siciliam constitutos.

i ¶De institutis ecclesiasticis moderate pro temporum qualitate dispositis.

ii ¶Vt vbi nulla perurget necessitas, con/stituta patrum inuiolata seruentur.

iii ¶Vt cum defuerint clerici,de monachis eligantur.

iiii ¶Vt si de laicis eligantur ad clerū,quan tum temporis obseruatur.

v ¶De Bigamis aliisque personis que ad ministerium clericatus nullatenus applicantur.

vi ¶Vt sine preceptione pape noue basili/ce non dedicentur.

vii ¶Vt nulla precia de baptizandis consi/gnandisq; fidelibus exigantur.

viii ¶De presbyteris, vt nichil de his que episcoporum sunt presumant.

ix ¶Vt diaconos mēsuram propriam iux ta patrum decreta custodiant.

x ¶Quod diaconi in presbyterio reside re non possint.
xi ¶Quod apostolica sedes paternos ca nones pio studio deuotoq; custodiat.
xii ¶Vt preter paschale tempus, & pente costen nemo baptizare presumat nisi eos tātū quos egritudo extrēa cōpulerit.
xiii ¶De presbyterorum & diaconorum ordinationibus certis celebrandis tpib⁹.
xiiii ¶De virginibus sacris quando velētur.
xv ¶Vt vidue non velentur.
xvi ¶Vt serui sub obtentu religionis nō su scipiantur in clerum vel in monasterium
xvii ¶Vt clerici nullas negotiationes inho nestas,& turpia lucra sectentur.
xviii ¶Vt nemo illiterat⁹,vel aliqua parte cor poris imminutus ad clerum ꝓmoueat̄.
xix ¶De his qui seipsos abscindunt.
xx ¶De criminosis vt ad clerum non pro moueantur.
xxi ¶Quod demoniis aliisq; passionibus irretitis ministeria sctā tractare nō liceat
xxii ¶Quod hi qui sacris virginibus se soci ant,& federa incesta commiscent cōmu nicare non possint,nisi publicam penitē tiam gesserint.
xxiii ¶Quod vidue,vt supra dictum est nō velentur,sed si professam continentiā ꝓ posito mutato calcauerint,ipse pro se ra tionem reddant.
xxiiii ¶Quod secunda coniugia secularibus non negentur,quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.
xxv ¶Vt si quis susceperit ecclesie ꝓprie de sertorem,& in aliqua prouexerit digni tate,vtriq; subiaceant sententie,quam ca nones prefixerunt.
xxvi ¶De laicis vel monachis qui per pre mium ordinantur,vt dantem & accipiē tem symonis magi crimen inuoluat.
xxvii ¶Vt nulla basilica sub defunctorum cō stituta nomine dedicetur.
xxviii ¶De feminis vt sacris altarib⁹ nō mini strent,vel aliquid ex his que virorum sūt officiis deputata presumant.
xxix ¶De redditibus ecclesie vel oblationib⁹ fidelium quod in quattuor portiones fie ri debeant.
xxx ¶Vt ep̄s pbr̄ & diaconus, qui cōtra hec statuta fecerit sui honoris periculum sit subiturus.

¶Expliciunt capitula.

Capitulum primum.

A Dilectissimis frib⁹ vniuersis ep̄is ꝑ Lucaniā brutios & Siciliā cōstitutis. Gelasius. Necessaria re rū dispositiōe ꝑstrīgimur, & apl̄ice sedis moderamine cōueīmur,sic canonū p̄inorū decreta li brare,& retro p̄sulū decessorūq; nr̄orū p̄cepta metiri, vt que pn̄tiū necessitas tp̄m restaurādis ecclesiis relaxanda deposcit,adhibita consideratione diligēti quātū pōt fieri tēperemus, quo nec in totam for mā veterū videamur excedere regularū,& reparādis militie clericalis officiis que ꝑ diuersas Italie par tes,ita belli famisq; cōsumpsit incursio, vt in multis ecclesiis sicut fratris & coep̄i nr̄i Iohānis rauanēsis ecclesie sacerdotis frequenti relatione cōperimus,vsquequaq; deficiēte seruitio ministrorū,nisi remittē do paulisper eccl̄iasticis ꝓmotionibus antiquitus interuala p̄fixa remaneāt,sine quibus administrari nequeūt sacris ordinibus ecclesie funditus destitute,atq; in plurimis locis ꝑ inopiā cōpetētis auxilii sa lutare subsidiū redimendarū desit aīarū, nosq; magno reatu si tanto coartante periculo nō aliquaten⁹ consulamus innecti.

Capitulum secundum.

B ¶Priscis igit̄ ꝓ sua reuerētia manētibus cōstitutis que vbi nulla vel rerū vel tp̄m purget angustia,re gulariter cōuenit custodiri,eatenus ecclesiis que vel cunctis sunt priuate ministris vel sufficiētibus vsq; adeo despoliate seruitiis,vt plebibus ad se ꝑtinētibus diuina munera supplere nō valeāt,tā instituendi q̄ prouidendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

Capitulum tertium.

C ¶Vt si qs etiā de religioso ꝓposito & disciplinis monasterialib⁹ eruditus,ad clericale mun⁹ accedit i primis ei⁹ vita p̄teritis acta tpib⁹ inqrat̄,si nullo graui facinore ꝓbat̄ infectus,si secundā nō habuit for tasse vxorē nec a marito reiectā sortitus on̄dit̄, si penitētiā publicā nō gessit,nec vlla ꝑte corporis vi tiatus apparet,si seruilis aut originarie nō est cōditiōis obnoxi⁹,si curie etiā ꝓbat̄ nexibus absolutus,si assecutus est litteras,sine qbus vix fortassis ostiariū possit iplere. Et si is i oib⁹ que sunt p̄dicta fulcit̄, cō tinuo lector vel notari⁹,aut certe defensor effectus post tres mēses existat accolit⁹. Maxie si huic etas ēt suffragat̄ sexto mēse subdiaconi nomē accipiat. Ac si modeste cōuersatiōis honesteq; volūtatis existit, nono mēse diaconus,cōpletoq; anno sit pbr̄. Cui tn̄ quod annorū interstitia fuerāt collatura sancti ꝓ positi spōte suscepta docet̄ p̄stitisse deuotio.

Capitulum quartum.

Si vero

¶Si vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis,tanto sollicitꝰ in singulis que superiꝰ comprehensa sunt huiusmodi decet examinare personam, quantū inter mundanam religiosamqꝫ vitam constat esse discriminis,quia vtiqꝫ conuenientia ecclesie ministeria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda,tantoqꝫ magis quod sacris aptum possit esse seruitiis in eorum querendum est institutus quatum de tempore quo fuerant hec assequenda decerpitur,vt morum habere doceatur hoc probitas quod prolixior consuetudo non contulit, nec per occasionem supplende penurie clericalis vitia potius diuinis cultibus intulisse, non legitie familie cōputemur procurasse compendia; Quorum promotionibus super anni metas sex mēses nichilominus subrogamus, quoniam sicut dictum est distare conuenit inter personam diuino cultui deditam,& de laicorum conuersatione venientem. Que tamen eatenus indulgenda credidimus,vt illis ecclesiis quibus infestatione bellorū vel nulla penitus vel exigua remanserunt ministeria renouentur,quatinus his deo propitio restitutis in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma seruetur,nec contra eos vlla ratiōe preualeat,quod pro accidentis remedio defectus prouidetur, non aduersus scita maiorum noua lege proponitur,ceteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus quas non simili clade vastatas pristinam facīdis ordinationibus conuenit tenere sententiam,quo magis hac oportunitate commoniti obseruantiā venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus. A

Capitulum quintum.

¶Nec fas esse confidat quisquis pontificum bigamos,aut coniugia sortientes ab aliis derelicta, siue quoslibet post penitentiam vel sine litteris,vel corpore vitiatos,vel conditionarios,aut curie publicarūqꝫ rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos diuinis seruituros applicare ministeriis, neqꝫ ꝓ suo libitu iura studeāt aliena peruadere,absqꝫ sedis apostolice iusta dispositione mandante. B

Capitulum sextum.

¶Basilicas nouiter institutas non petitis ex more preceptionibus dedicare nemo audeat, nec ambiāt sibimet episcopi vindicare clericos potestatis alie. C

Capitulum septimum.

¶Baptizandis consignandisqꝫ fidelibus precia nulla prefigant̄,nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes,quoniam que gratis accipimus,gratis dare mandamur,& ideo nichil a predictis prorsus exigere moliantur quo vel paupertate cogente deterriti,vel indignatione reuocati redemptionis causas sue audire despiciāt,certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculū subituri proprii sint honoris. D

Capitulum octauum.

¶Nec minus ēt pbros vltra modū suū tēdere ꝓhibemꝰ,nec epali fastigio indebita sibimet audacter assumere,nō cōficiēdi chrismatis,nō cōsignatiōis pōtificalis adhibēde sibimet accipe facultatē,nō pnte quolibet antistite nisi fortasse iubeat̄ vel oronis,vel actiōis sacre suppetere sibi ꝑsumat esse licētiā, neqꝫ sub eius aspectu,nisi iubeat̄,aut sedere ꝑsumat,aut venerāda tractare mysteria,nec sibi meminerit vlla rōne cōcedi,sine sumno pōtifice subdiaconū,aut accolitū ius hre faciēdi, nec ꝓrsus id dubitet si qcquā ad epale ministeriū spāliter pertinens suo motu putauerit exequendum,continuo se presbyterii dignitate,& sacra cōione priuari. Quod fieri necesse est censeamus,si eius ꝑsule deferēte hmōi fuerit preuaricatio comprobata,nec ipso eius epo a culpa cōniuentie,& vltione vacaturo si immoderata faciente dissimulauerit vindicare. E

Capitulum nonum.

¶Diaconos quoque propriam constitutionis seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare,nichil eorum suo ministerio permittimus applicare que primis ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absqꝫ epo vel pbro baptizare nō ꝑsumant nisi predictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema compellat. Quod & laicis christianis facere plerūqꝫ conceditur. F

Capitulum decimum.

¶Eos non in presbyterio insidere cum diuina celebrantur,vel ecclesiasticus habetur quicunqꝫ tractatus. Sacri corporis prerogationem sub conspectu pontificis seu pbri nisi his absentibus ius non habeāt exercendi. Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur ac sine eorum dispendio etiam illa que pro alicuius vtilitatis fortasse compendio videantur laxanda cedamus. G

Capitulum vndecimum.

A ¶Cunq; nobis contra ſalutariũ reuerentiam regularum cupiamus temere nichil licere,& cum ſedes apoſtolica ſuperior his omnibus fauente domino, que paternis canonibus ſunt prefixa pio deuotoq; animo ſtudeat tenere propoſito,ſatis indignum eſt quemquam vel pontificum,vel ordinũ ſubſequentium hanc obſeruãtiam refutare,quam beati Petri ſedẽ & ſequi videat,& docere, ſatiſq; cõueniẽs ſit vt totum corpus eccleſie in hac ſibimet obſeruatione concordet quam illic vigere conſpiciat, vbi dñs eccleſie totius poſuit principatum dicẽte ſcriptura. Ordinate in me charitatem. Et item,omnia certo ordine fiant. Atq; iterum Pſalmiſta predicante. Circundate ſyon & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius,& diſtribuite domos ei⁹,vt enarretis in progenies alteras quoniam hic eſt Deus noſter ineternum.& ipſe reget nos in ſecula, hic proculdubio qui in eccleſiaſticarum narratur altitudine dignitatum,& in cuius virtute bonis operibus corda ponenda ſunt gradibus vtiq; diſtributis cunctis deus noſter & rector populis predicãdus eſt xp̃ianis, vbi nemo ſibimet aliquo iam exiſtimet imminutum,cũ & vniuſcuiuſq; gradus prefectioni nil deperit,& conuenienter retinendo, quod celeſti diſpenſatione donatum eſt pariter nobis, & cognoſcibilem deum fieri tribuit eſſe,& rectorem. Nam & ſi quid indulgetur de temporum quãtitate moribus aggregata ſtrenuitate penſatur. Si vita etiam propoſito continetur quod pro relata fuerit etate curandum,dũmodo illa nullatenus diſſimulata ſubrepant quorum quodlibet ineſſe claruerit,merito clericalibus infulis reprobabilem conuincat eſſe perſonam. Et ſi illa nonnunq; ſinenda ſunt, que ſi ceterorum conſtet integritas ſola nocere non valeant. Illa tamen ſunt magnopere precauenda, que recipi niſi manifeſta decoratione non poſſint. Ac ſi ipſo ea que nullo detrimento aliquotiens indulgenda creduntur,vel rerum temporumq; cogit intuitus,vel accelerate prouiſionis reſpectus excuſat,quanto magis illa nullatenus mutilanda ſunt,que nec vlla neceſſitas,nec eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas.

Capitulum duodecimum.

B ¶Baptizandi ſibi quiſpiam paſſim quocunq; tempore nullam credat ineſſe fiduciam. Preter Paſcale feſtum, & Pentecoſtes venerabile ſacramentum excepto dumtaxat grauiſſimi languoris incurſu in quo verendum eſt ne morbi creſcente periculo,ſine remedio ſalutari fortaſſis egrotans,exitio preuẽtus abſcedat.

Capitulum decimumtertium.

C ¶Ordinationes etiam pbr̃orum,& diaconorum niſi certis temporibus,& diebus exercere non debeant. Id eſt quarti mẽſis ieiunio ſeptimi,& decimi,ſed & etiam quadrageſimalis initii, ac mediana q̃ drageſime die ſabbati ieiunio circa veſperas nouerint celebrandas. Nec cuiuſlibet vtilitatis,ſeu preſbyterum,ſeu diaconum his preferre qui ante ipſos fuerint ordinati.

Capitulum decimumquartum.

D ¶Deuotis quoq; virginibus niſi aut in Epiphaniorum,aut in albis paſcalibus,aut apoſtolorum natalitiis ſacrum minime velamen imponant,niſi forſitan ſicut de baptiſmate dictum eſt, graui languore correptis ne ſine hoc numere de ſeculo exeant,implorantibus non negetur.

Capitulum decimumquintum.

E ¶Viduas autem velare pontificum nullus attemptet,quod nec auctoritas diuina delegat, nec canonum forma preſtituit,non eſt ergo penitus vſurpandum eis,quia ſic eccleſiaſtica ſunt conferenda preſidia,vt nichil committatur illicitum.

Capitulum decimumſextum.

F ¶Generalis etiam querele vitanda preſumptio eſt,qua propemodum cauſantur vniuerſi,paſſim ſeruos & originarios dominorum iura, poſſeſſionumque fugientes,ſub religioſe conuerſationis obtentu,vel ad monaſteria ſeſe conferre,vel ad eccleſiaſticum famulatum,cõniuẽtibus quoq; preſulibus indifferenter admitti,que modis omnibus eſt amouenda pernities ne per chriſtiani nominis inſtitutũ,aut aliena peruadi,aut publica videatur diſciplina ſubuerti, precipue cum nunc ipſam miniſterii clericalis hac obligatione fuſcari conueniat dignitatem,cogaturq; pro ſtatu militantium ſibi conditioneq; iurgare,aut videri quod abſit obnoxia. Quibus ſollicita competenter interdictione prohibitis quiſquis epiſcopus,preſbyter,aut diaconus vel eorum qui monaſteriis preeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis,aut deinceps vel eccleſiaſtice ſeruituti,vel religioſis cõgregationibus putauerint applicandas non voluntate forſitan dñorum ſub ſcripture teſtimonio primit⁹ abſolutas,vel legitima tranſactione conceſſas periculum ſe honoris proprii non ambigant communionisque ſubituros,ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. Magnis quippe ſtudiis ſecundum beatum apoſtolum precauendum eſt, ne fides & diſciplina domini blaſphemetur.

Capitulum decimumſeptimum.

¶Conſequens fuit vt illa quoq; que de piceni partib⁹ nuper ad nos miſſa relatio nuntiauit nec nūc A
pretereunda putaremus,id eſt plurimos clericorū negotiationibus inhoneſtis & lucris turpibus im⁄
minere,nullo pudore cernentes euangelicam lectione qua ipſe dominus negotiatores e templo ver⁄
beratos flagellis aſſeritur expuliſſe nec Apoſtoli verba recolentes quibus ait.Nemo militans deo im⁄
plicat ſe negociis ſecularibus,Pſalmiſtā quoq; Dauid ſurda diſſimulantes aure cantantem.Quoniā
non cognoui negotiationes introibo in potentias domini. Proinde huiuſmodi & ab indignis po⁄
ſtea queſtibus nouerint abſtinendū,& ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio vel cupiditate ceſſā
dum,aut in quocunq; gradu ſint poſiti mox a clericalibus officiis abſtinere cogantur,quoniaꝫ dom⁹
dei que domus orationis & eſſe debet & dici,ne officina negotiationis & ſpelunca potius ſit latronū.

Capitulum decimum octauum.

¶Illitteratos quoq; & non nulla parte corporis imminutos ſine vllo reſpectu ad eccleſiaſticum veni⁄ B
re ſeruitium.Quod ſimul antiqua traditio & apoſtolice ſedis vetus forma non recipit,quia nec litte⁄
ris carens ſacris eſſe poteſt aptus officiis & vitioſum nihil prorſus deo offerri legalia precepta ſanxe⁄
runt. Itaq; de cetero modis oibus hec vitentur,nec quiſquā talis ſuſcipiatur in clerum,Si qui vero vel
temeritate propria vel incuria preſidentiū tales ante ſuſcepti ſunt,in his in quibus conſtituti ſunt locis
eatenus perſeuerent,vt nihil vnq̄ promotionis arripiant,ſatiſq; habeant, hoc ipſum ſibi pro nimia mi⁄
ſeratione permiſſum. Capitulū decimum nonum.

¶De his autem qui ſe ipſos abſcidunt,paterni canones euidenter ſequenda poſuerunt quorum teno C
rem ſufficiat indidiſſe,dicunt enim talia perpetrantes mox vt agniti fuerint a munere clericali debere
eos ſecludi.quod modis omnibus cuſtodire nos conuenit,quia tas eſſe nulli ſuppeditat quicquā pre⁄
ter illa que memorabilis decreuit forma cenſere.

Capitulum vigeſimum.

¶Comperimus etiam horrēdis quibuſdam criminibus implicatos tota diſcretione ſubmota non ſo D
lum de factis atrocibus neceſſariam penitudinem non habere,ſed nec aliqua correctione penitus ſuc
cedente ad diuinum miniſterium honoremq; contendere.Nonnullos autē in ipſis ordinibus conſti
tutos grauibus delinquentes facinoribus non repelli,cum mandet apoſtolus,nemini cito manus im⁄
ponendas neq; cōmunicandum peccatis alienis,& maiorū veneranda conſtituta pronuntiant.Hu⁄
iuſmodi etiam ſi forte ſubrepſerint tam qui ante peccauerunt detectos oportere repelli q̄ ſacre profeſ⁄
ſionis oblitos preuaricatoreſq; ſancti propoſiti proculdubio ſubmouendos.

Capitulum vigeſimum primum.

¶Vſq; adeo ſane comperimus illicita queq; prorumpere,vt demoniis aliiſq; paſſionib⁹ irretitis mi E
niſteria ſacroſancta tractare tribuatur,Quibus ſi in hoc opere poſitis aliquid proprie neceſſitatis oc⁄
currat quis de ſua ac fidelium ſalute contidat,Vbi miniſtros ipſos curationis humane tanta perſpexe
rit calamitate vexari? Atq; ideo neceſſario remouendi ſunt,ne quibuſlibet quibus chriſtus eſt mor⁄
tuus ſcandalum generetur infirmis Poſtremo ſi corpore ſauciatum fortaſſis aut debilem nequaq̄ ſan
cta contingere lex diuina permittit,quantomagis doni diſpenſatores eſſe non conuenit,quod eſt de
terius mente percuſſos.

Capitulum vigeſimum ſecundum.

¶Virginibus autem ſacris temere ſe quoſdam ſotiare cognouimus,& poſt dedicatum deo propoſi F
tum inceſta federa ſacrilegaq; miſcere,Quos protinus equum eſt a ſancta cōmunione detrudi,& ni
ſi per publicam probatamq; penitentiam omnino non recepi,aut his certe viaticum de ſeculo tran⁄
ſeuntibus,ſi tamen penituerint non negari.

Capitulum vigeſimum tertium.

¶Nam de viduis ſub nulla benedictione velandis ſuperius late ſufficienterq; predixim⁹,que ſi pro G
pria voluntate profeſſam priſtini coniugii caſtitatē mutabili mente calcauerint,periculi eius intererit,
quali deum debeant ſatiſfactione placare, quia iuxta apoſtolum primam fidem irritam fecerunt,ſi⁄
cut enim ſi ſe forſitan continere non poterant,ſecundum apoſtolum nullatenus nubere vetabuntur,ſic
habita ſecū deliberatione ꝓmiſſam deo pudicitie fidē debent cuſtodire. Nos autem talibus nullum la
queum debemus iniicere,ſed ſolum adhortationes premii ſempiterni penaſq; proponere diuini iu⁄
dicii,vt & noſtra ſit abſoluta conſcientia & illarum pro ſe rationem deo reddat intentio. Cauendum
eſt quippe que de earum moribus actibuſq; beatus Paulus apoſtolus teſtatur,quod plenius expone
re preterimus,ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur.

Capitulum vigesimum'quartum.

A ¶Secundas nuptias sicut secularibus inire conceditur,ita post eas nullus ad clericale siniturvenire col legium. Alia est enim humane fragilitati generaliter concessa licentia. Alia debet esse vita diuinarū rerum seruitio dedicata. Cāpitulum vigesimum quintum.

B ¶Quisquis proprie desertor ecclesie nullis extantibus causis ad aliam putauerit transeundum,te/ mereq; suiceptus fuerit,& promotus reuerendorum canonumvel ipse,vel receptor eius atq; prouector constituta nō effugiet que de huiusmodi presumptoribus prefixere seruanda. Cap.xxvi.

C ¶De monachis laicisq; i prima copiosius preceptionis huius parte digestum est,vel que quatinus his pro rerum temporūq; necessitate concessa sint,vel quēadmodum vbi nullius necessitatis interesse probatur,non nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos vero constiterit indignos meritis sacram mercatos esse precio dignitatem conuictos oportet arceri, non nisi periculo facinus tale perpetrantes, quia dantem pariter & accipientem damnatio simonis quē sacra lectio testatur inuoluit. Ca.xxvii.

D ¶De locorum consecratione sanctorum quāuis superius stricti fuerit cōprehēsum,nobis quoq; pa tefactū est,quod absq; precepto sedis apostolice nōnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare p̄sumāt,hoc sumus tamē iudicio detestabiliore permoti quod in quocunq; nomine defunctorū & quātū dicitur, non oīno fideliū constructiones edificatas sacris professionib⁹ audacter instituere memorātur .Que quoniā tā acerba tam dura sunt vt eadē vix noster ferre possit auditus si vere christianitatis affectus in illis regionibus certus & fixus est,& districtius ista querātur & a quibus fuerint gesta prodātur,quo niam sicut latētib⁹ in hac atrocitate noibus nō extat in quē snia debita ꝓferatur,Ita cū manifestis fue/ rit documētis expositus,quē tanti sceleris poscit imanitas non vitabit vllatenus vltionē. Cap.xxviiii.

E ¶Nichilominus impatiēter audiuimus tantū diuinarū rerum subisse despectū,vt femine sacris alta/ ribus ministrare firmētur,cunctaq; non nisi virorū famulatui deputata sexum cui non cōpetit exhibe re nisi quod oīm delictorū que sigillatim perstrinxim⁹ noxa ois & crimen eos respicit sacerdotes qui vel ista cōmittūtvel cōmittentes minime publicando prauis excessibus se fauere significāt,si tn̄ sacerdo tum iā sint vocabulo nūcupandi qui delegatū sibi religionis officiū sic prosternere moliuntur,vt in p uersa queq; ꝓfanaq; procliues sine vllo respectu regule christiane precipitia funesta sectantur,cūq; scri ptū sit minima qui spernit paulatim decidit,quid est de talib⁹ existimandū qui imensis ac multipli cibus prauitatū molib⁹ ingentē ruinā multimodis ipulsionib⁹ ediderint,Non ambigāt qui hec ausi sunt exercere,sed etiā qui hacten⁹ cognita siluerint sub honoris ꝓprii se iacere dispendio,si non quāta possint celeritate festinētvt letalia vulnera cōpetēti medicina sanentur.Quo eni more teneāt iura pon tificū quī pontificalibus excubiis eatenus iiuncta dissimulāt,vt contraria domui dei cui presidēt poti⁹ operātur q̄tūq; apud dn̄m possent si ei cōueniētia ꝓcurarēt,tn̄ quid mereant aspiciāt cū execrabili stu dio sectētur aduersa. Et quia magis hec regula sit qua ecclesie debeāt gubernari si q̄quid ecclīasticis inimicū regulis ꝓpetratur cū & si cognitos habeat canonesvnusquisq; pontificū itemerata debuerit te nere custodia. Capitulum vigesimum nonnum.

F ¶Quatuor autē tā de redditu q̄ de oblatiōe fideliū cōuenit fieri portiones,Quarū sit vna pōtificis. Altera clericorū,pauperū,iii,iiii.fabricis applicanda.De quib⁹ sicut sacerdotis intererit integrā mini/ strris ecclesie mēoratā depēdere quātitatē sic cleric⁹ vltra delegatā sibi sūmā nihil insolēter nouerit expe tēdū. Ea vero que ecclīasticis edificiis attributa sūt huic opi veraciter p̄rogata locorū doceat instauratio manifesta sanctorū,ipsā nihilomin⁹ ascriptā pauperib⁹ portionē q̄is diuinis rationib⁹ se dispensasse mōstratur⁹ esse videat,tn̄ iuxta qd̄ scriptū est vt videāt opera vra bona & glorificēt patrē vm qui i ce/ lis est oportet etiā in pnti testificatiōe predicari & bone fame preconiis non tacerī. Cap.xxx.

G ¶Qua propter nec clericorū quispiā se hui⁹ offense ꝓfuturū cōfidat imunē si in his que salubriter se/ quēda deprōpsim⁹ siue pbr̄m siue ep̄m siue diaconū viderit excedētē nō ꝓtin⁹ ad aures nras deferre curauerit,Sin vero modis oib⁹ erit vnuqsq; pōtificū ordinis & honoris elisor, si cuiq̄ clericorū vel eccl̄ie toti⁹ audituī hec putauerit supprimēda. Data.v.idus martii. Asterio & Presidio.iiii.consu.

¶ITEM EPISTOLA GELASII AD SICVLOS.

i ¶De bene regēdis rebus eccl̄ie ab ep̄is. ii ¶De tricenali prescriptione. Cap.i.

H Elasius romane eccl̄ie ep̄s,Dilectissimis& i xp̄o caritate vnanimis cū cōnexis fratrib⁹ ep̄is q in sicilia sunt cōstituti. Presulū auctoritas nr̄orū emanauit,vt facultates eccl̄ie xp̄i ad regēdū habeāt ptātē. Ita tn̄ vt viduarū,pupillorū,atq; pauperū,necnō & clericorū stipēdia distribue re debeāt,hoc eis statuim⁹ dari qd̄ hacten⁹ decretū est. Reliquū sibi vindicēt,vt sicut ante diximus pe regrinorū atq; captiuorū largitores esse possint, Capitulum secundum.

Illud annecti placuit vt quod absit facultatē ecclesie necnon & dioceses que ab aliquibus possidentur episcopis iure sibi vindicent,quod tricenalis lex conclusit,quia & filiorum nostrorū principū.Ita emanauit auctoritas,vt vltra triginta annos nulli liceat appellare quos legum tempus exclusit, Data Idus maii asterio & presidio.iiii.consuli.

INCIPIT TOMVS DE ANATHEMATIS VINCVLO GELASII PAPE.

NE FORTE QVOD SOLENT DICANT QVOD SI SYNO- A
dus calcedonensis admittitur omnia constare debeant,que illic videntur esse deprompta, aut enim ex toto eam admitti oportere aut ex parte si repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse cognoscant.Igitur quoniā illud secundū scripturas sanctas traditionemq; maiorū secundum canones regulasq; ecclesie proli de cōmuni &veritate catholica & apostolica,pro qua hanc fieri sedes apostolica delegauit,factamq; firmauit,a tota ecclesia indubitanter admitti. Alia autē que per incompetentē presumptionē illic prolata sunt,vel potius ventilata,que sedes apostolica gerenda delegauit,que mox a vicariis sedis apostolice contradicta manifestum est,que sedes apostolica esse petente Marciano principe nullatenus approbauit,que presul ecclesie constantinopolitane tunc Anatholi⁹, nece se presumpsisse professus est, & in apostolice sedis antistitis non negauit, posita potestate. Quod ideo sic vt dictum est,sedes apostolica nō recepit,quia que priuilegiis vniuersalis ecclesie contraria probantur nulla ratione sustinet . Quid enim? Quia in libris sanctis quos vtiq; veneramur & sequimur,quoniā quorundā illic & profanitates esse referuntur,& scelera gesta narrantur. Ideo nobis pariter aut veneranda sunt aut sequenda quia,in illis sanctis libris & venerabilibus continentur? Sanctus petrus primus apostolorū hic existimans noui testamenti gratiā predicandam,vt a legis veteris non recederet institutis,quedam per simulationē legitur inter iudeos gentilesq; gessisse.Nunquid ideo aut illa eius sequenda sunt,que merito & coapostolus eius redarguit,& postea consequenter vitauit,pariterq; assumenda sunt, cū his que vtpote primus apostolus salubria predicauit. Nūquid nā aut ei⁹ recta doctrina cum his que humanitus accesserant repudianda est,aut illa adhuc imbecillis iusticia,cū perfecta eius suscipienda est doctrina? Nunquid nam in ipsorum hereticorū libris non multa que ad veritatē pertineant posita releguntur? Nunquid nam ideo veritas refutanda est libri,vbi prauitatis interest refutantur? Aut ideo praui libri suscipiendi sunt eorum quia veritas que illic incerta est non negatur? Ait apostolus. Omnia probate,que bona sunt tenete. Scimus apostolum etiā de paganorum libris aliqua posuisse. Nunquid ideo & cuncta recipienda sunt,que cum his pariter sunt prolata? Ipse apostolus ait. Multos predicatores aliter atq; aliter christum predicare,vbi tamen licet quocūq; modo christum predicatū oportet admitti, Tamen non ideo illum morē quo nō recte predicatū est ammonet euitare. Malos operarios ipse conqueritur, quorum alia refutanda alia docet esse sectanda,hec & huiusmodi exempla nos docent & testimonia diuina confirmant,non omnia pessime a quocunq; dicta vel vbicunq; scripta indifferenter accipere,sed retentis bonis,que noceant refutare. Peccatori homini mors illata est, & tamen homini Iesu christo mors illata reum fecit esse diabolum, quia vbi causa mortis nō erat,ibi peccati nō debebatur & pena,sententia prefigitur vel prefixa est semper errori. Que sententia huic errori prefixa nunq̄ omnino resolueretur,sicut enim inquantū est ipse error,nunquam error esse desistit,sic a sententia nunq̄ prefixa resoluetur. quia error qui agnoscitur esse damnatus,eadē quādiu manet error probatur astrictus. Itaq; qui in eo errore sunt sententia erroris obstricti sunt,& quādiu in eo manent,nullatenus absoluti sunt,sicut nec ipse in quo sunt error absoluitur, Error enim ipse nunquā veniam promeretur,sed qui in eo veraciter caruerit,atq; ab eius participatione discedit. Quādiu ergo in eis est error damnationē suam tenet,nunquā resoluitur,quia error semper penā meretur,Participes vero ei⁹ sunt semper & eius pene participes,si in eodē perstare non desinant,aut si ab eodem recesserit q̄ alieni facti sunt ab errore,& ab eius participatione discreti,tam & pene ei⁹ erunt cōsequenter alieni. Cum erranti pena prefigitur q̄diu manet errans eadem pena constringitur,quia errans esse non potest sine pena errantis,hec eadem pena perpetua est nunquāq; soluenda quandiu errans esse perstiterit. Qui si errans esse destiterit,pena que erranti est prefixa perpetua,non erranti id est alteri effecto,q̄ cui prefixa est,non solum non potest esse perpetua,sed nec etiam iam pena. Non est enim ipse cui prefixa est. Erranti enim prefixa est necnon erranti. Que enim erranti p̄fixa est perpetua est & ppetuo constringit errantē,non errantē non potest iam tenere. Sit erranti dicta fore ppetua sit erranti dicta nunquā esse soluenda. Manet omnino & vere,certumq; est quod in ea prefixum est,

nec poteſt prorſus abſolui,quādiu manet prefixa, debetur errantí.Non errantí autem nec pena poteſt eſſe,que non errantí non debetur inferrí,nec mutatur illa omnino nec ſoluitur que debetur errantí,in ſuo ergo tenore illa prefixa eſt,in ſuo iure non poteſt omnino reſolui,in non ſuo tenore que eſſe non po teſt iam docetur eſſe vacuata,& ius illic penitus non habere,vbi cauſam non habet exiſtēdi,Plene ſunt ſancte ſcripture tali forma iuſtitie,dicitur pereāt peccatores a terra,Itavt nō ſint,vt nō ſint peccatores,vt deſiſtant eſſe pctōres ſecūdū ꝓphete ſniam vſquequaq; deperirēt,vt ſubſtātialiter nō ſubeſſent,quí ſal uarí potuiſſent a redēptore noſtro qui venit nō iuſtosvocare ſed peccatores,vel de quibus dicit Apo/ ſtolus,chriſtus venit in hunc mundū peccatores ſaluos facere,quorum primus ego ſum,& cum pecca tores eſſemus miſit deus filium ſuū & cetera huiſmodi.Hic reuera plurimí etiam ſubſtātialiter perie runt peccatorrs in peccatis ſuis vtiq; permanentes,veraq; in eis ſententia dicta permanſit, nunquāq; reſoluta eſt,& tamen eadem in talibus quibus prefixa eſt permanente ꝓpetua quodam genere factū eſt,vt in talibus non vſq;quaq; manentibus & in peccatis ſuis,non vſq;quaq; durantibus ſententia tamen prefixa talibus ꝓmaneret ,Nam ipſi pereunt,ſed eſſe peccatores non dictū eſt nō penaliter,ſed remediabiliter quodam & ipſi genere perierunt,Quodam genere & in ipſis manſit prefixa ſenten/ tia,donec permanens eos efficeret non eſſe peccatores,vel peccatores non eſſe perficeret. Completa eſt in eis ſentētia, nec quo tenore ꝓacte permanēs illa ſentētia. Pereuntibus peccatoribus ita vt non eſſent vtiq; peccatores ea iam in non peccatoribus manere nō potuit,quia i eis in quibus inflicta non fuerat ius manendi penitus non habebat,ita nunc in ſuo iure vel tramitevllatenus ſententia reſoluta eſt,& ea dē in his in quibus inflicta eſt permanēte ab his qui ab eius iure diſcreti ſunt. Alia prorſus effecta eſt, ne in his ſalua ſui conditione fas haberet manendi quibus inflicta nō erat, Dixit domin⁹ quod in ſpi ritum ſanctum peccantibus nec hic eſſet nec in futuro ſeculo remittendū. Quantos autem cognoſci/ mus in ſpiritū ſanctū delinquentes ſicut hereticos diuerſos arrianos Macedonianos ad fidē catholicā reuertentes, & hic remiſſionē ſue percepiſſe blaſphemie &in futurum ſpē ſumpſiſſie indulgētie conſe quende. Nec ideo non vera eſt domini ſententia,aut putabitur eſſe vllatenus reſoluta,cum circa tales ſi hoc eſſe permaneant nunq̄ omnino ſoluēda perſiſtat. Effectis autē non talibus nō irrogata. Sicut etiā eſt conſequēter & illud beati Iohānis apoſtoli. Eſt peccatū ad mortem, non dico vt oretur pro eo. Eſt peccatum non ad mortē,dico vt oretur pro eo,& eſt peccatum ad mortē in eodē peccato manentibus. Nullum eſt quippe peccatum pro quo aut non oret eccleſia remittendū,aut quod data ſibi diuinitus poteſtate deſiſtētibus ab eodē non poſſit abſoluere,vel penitentibus relaxare,cui dicitur,quecūq; dimi ſeritis ſuper terram dimiſſa erunt & in celis,& quecunq; ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in ce/ lis. In quibuſcunq; omnia ſunt quantacunq; ſint & qualiacunq; ſint veraci nichilominus manen/ te ſententia que nunq̄ ſoluenda eſſe denūtiatur, in eorū tenore conſiſtens in acatii ſententia rationabi liter intuendū eſt,in qua non etiam ab eodē poſt recedens. Quod etiam ſi ei dictum eſt nunquāq; ſoluēdus,non eſt adiectum tamen etiā ſi reſipueris,etiam ſi ab errore diſceſſeris,etiā ſi preuaricator eſſe deſiteris . Quapropter in aperto eſt ita dictū,nunq̄ ſoluendus ſi talis ſcilicet,qualis eſt & ligatus. non autē talis effectus,ſicut ligandus non erat,ſic abſolutus eſſe docebatur. Sicut carebat obligatione cum obligationis cauſa caruiſſet,ſic vtiq; abſolutus exiſteret quatinus & ipſe non neceſſitate dicte ſen tentie videretur non poſſe quodāmodo iam ſolui,niſi talis effectus & obligatione carens fieret abſolu tus,& circa tales prefixa ſententia nullomodo ſolubilis redderetur. Nunquid enim miſit,queſiuit.ex petiit & abiectus eſt,Itaq; ipſe in ſe inſolubilem fecit eſſe ſententiā qui talis permanere delegit,qualis veraciter non poſſit abſolui,& voluit talis effici circa qualem permanente ſententia circa talem effe/ ctum non talem inſolubilis ſententia non permaneret , que circa effectum non talem non haberet li centiam permanēdi. Quo magis vt dictum eſt exemplo atq; periculo moniti qui eodē tenore ſunt conſtricti feſtinare debent,vt non tales eſſe permaneant,quibus ſententia illa non ſoluenda prefixa eſt, & eſſe tales incipiant qualibus non inſolubilis prefixa ſententia poſſit eſſe ſolubilis. Quoniā autē effe cto non tali quali non ſoluenda. prefixa ſententia eſt effecto inquam non tali poteſt ſolubilis eſſe ſen/ tentia quia iam acatio non volenti non talem eſſe ſicut tali vſq; in finem permanenti permanſit in abſoluta ſententia , ita iam non tali effici non volenti ſolubilis non poteſt eſſe ſententia . Nōne tantos habebat acatius quorū exemplū ſequi potuiſſet antiſtites qui in epheſino prolapſi latrocinio quolibet modo in conſenſione reciderent prauitatis. Vtiq; tamen & ſi dictū non erat,& perpetuam dānationē ferre potuiſſent,niſi reſipiſcentes non tales effici quales illic facti fuerant, dāpnationemq; perpetuam merebantur reſolui circa ſe dāpnationem recedentes a perpetue dannationis cauſa meruerunt,quam

qui pſtitere

quí perſtitere circa ſe inſolubilē reddiderunt,Nihil intereſt igitur nihil differt,vtrū dicatur quia eccle ſiaſtica ſententia reos & preuaricatores obligat,Quia ſicut ei non poteſt quod nō eſt ſuffragari,quod non eſt dictus nunquam ſoluendus ſed ſi in errore pmanſerit inſolubilis modis omnibus pſeuerat, nec poteſt inde niſi non talis effectus abſolui,ſic cuiq̄ preiudicare non poteſt. Tam etſi dictū eſt nun/ quā eſſe ſoluendum manifeſta ratione monſtrāte quia nunquā ſit omnino ſoluendus,ſi talis qualis li gatus eſſe pſiſtat,vel talis vtiq̄ nunquā ſoluendus qualis eſt obligatus.Non abiecto autē etiam ſi reſi piſcat & corrigat patere prorſus & liberum eſſe non dubiū ſit,vt non talis effectus qualis nunquā di ctus,nūquam eſſe ſoluendus,ſed talis qualis non eſt dictus nunquā eſſe ſoluendus ideſt correctus & emendatus conſequenter correctus & poſſit ſolui.Notandū quod quolibet genere blaſphemantibus in ſpiritū ſanctum ſi reſipiſcant & corrigant & hic eis & in futuro ſeculo remittatur,nec inde poſſit do mini mutari ſententia que circa tales vtiq̄ permanentes permanere dicta eſt non circa non tales effe/ ctos. Quandiu autē in hoc manent tales ſunt,qualib⁹ non remittendū eſſe prefixum eſt. Cum autem ab hoc receſſerint,non tales efficiuntur,qualibus non remittendum eſſe predictum eſt. Et ideo non talibus effectis poteſt & hic & in futuro ſeculo iam dimitti. Alioquin quod abſit fruſtra videtur eccle ſia huiuſmodi ſua reconciliatione ſuſcipere. Qui autē fruſtrari non poteſt hoc intellectum modis om nibus ſalua domini ſententia predicandū eſt quantum ad nos pertinet omnino non poſſe. Talis igi/ tur dictus eſt Acatius qualis ligatus eſt nunquā eſſe ſoluendus. Talis vſq̄in finem pmanſit talis eſſe non deſtitit. Ita talis eſt hodie qualis eſt dictus.Non talis eſſe iam non poteſt,nunquā igitur talis per manendo ſoluendus eſt,quia ſi talis eſſe deſiſteret non in nō tali permanſiſſet,& nunquā eſſe ſoluen/ dum,quia non talis qualis dictus eſt,nunquā eſſe poſſit abſolui,& non tali nunquā ſolui recederet,& ideo vt ſolui poſſet accederet. Quod ſedes apoſtolica nō conſenſit,nunc Imperator ipoſuit nec Ana/ tholius vſurpauit. Totūq̄ vt dictum eſt in ſedis apoſtolice poteſtate,Ita quod firmauit in ſynodo ſe/ des apoſtolica hoc robur obtinuit,quod refutauit habere non potuit firmitatem & ſola reſcindit,quod preter ordinem congregatio ſynodica putauerat vſurpandum. Non promulgatrix iterate ſententie, ſed cum apoſtolica ſede veteris executrix, hoc tamen quod de vno eodemq̄ homine dictum eſt ſiue tali perſiſtente qualis ſententiam competenter accepit,ſiue non tali effecto & ab illa ſententia que non tali non data eſt abſolutio, & in vnaquaq̄ ciuitate legitur ſimiliter eſſe prefixum,& in populo ac ſimul gente deprōptū potius que in toto orbe portio eſt. Idē eninm mundus eſt qui & periturus eſt dictus,& ſermo dei non poteſt excidere & in ipſo mundo nihilominus a prauis intentionibus re cedente non promitur, Sic tyrus & beriton gaza, & egyptus pronuntiate ſunt periture quas po/ ſtea per euangelium nouimus eſſe ſaluatas. Perierunt itaq̄ duplici modo aut permanētes in eo quod talem ſententiam ſuſceperunt,aut deficientes ab eo quod tales fuerant quibus eſt illa prefixa ſententia vt conſequenter ad non tales non pertineret illa ſententia'que non talibus prefixa non fuerat. Sic etiam de gente iudeorum a deo etiam per Eſaiam prophetam peremptorie veluti pronunciatum eſt. Clau de oculos eorum & obtura aures eorum & videntes non videant,& audientes non audiant,ne quan/ do intelligant & obdura cor populi huius ne vnquam conuertantur, & ſanes illos,hic etiam correctio & emendatio interdicta monſtratur,& reſipiſcendi quoq̄ ſpes prorſus abſcinditur. De quo inde po pulo apoſtolos & eccleſiam primitiuam,nouim⁹ proceſſiſſe,& tot milia hominū vna die de baptiſma te fuiſſe ſaluata. Ecce & in perſiſtentibus qualis eſt illa ſententia promulgata permanſit nunc ad cor/ rectionem prorſus venire ſanitatis admiſſi ſunt,ſed adiudicati ſunt in ſua nequitia deperire & manē te diuina ſententia non per ipſorum propriam emendationem ſuoq̄ intellectu vel motu ſuaq̄ vir/ tute vel poſſibilitate conuerſi ſunt vt ſanarentur,ſed per gratiam ſanati ſunt, vt cōuerterentur,ne con/ uertantur inquit & ſanem eos, ne ſua ſponte ne ſuis operibus vtiq̄ quib⁹ confidebāt ne ſuā iuſtitiā ſectantes iuſticie dei non debeant eſſe ſubiecti de ſuis viribus confidentes non diuine ſe miſericordie illuminationiq̄ ſubdentes. Et ideo inhibetur eis ſuperbe preſumptiōis effectus ne conuertantur ſuis intentionibus ſuis viſibus,vt putarant & ſanem eos, ne eorum quaſi ex meritis ex propria facultate ve nientibus ſaluatrix gratia daretur,atq̄ ita gratia iam non eſſet gratia ſi non gratis data eſſet immeri/ tis,ſed merces tanquam meritis reſtituta. Non ergo ipſi conuertantur & ſanem eos,ſed ſanati per gra tiam qualiter ad humilitatem chriſti conuertantur agnoſcant. Ita in vtriſq̄ hoc eſt & in eo permanē/ tibus in quo talem ſententiam perceperunt,& in ſaluatis exinde ſententia dominica fixa permāſit,& tamen cū permanente ſic eis miro genere ſanitas introducta eſt,vt illa ſententia non mutata videretur, ſed eadem perdurante ſanitas non eorum confidentia ſed diuino munere proueniret.

Quod si hec tentare formidant nec ad sue pertinere cognoscunt modulum potestatis,cui tantum de humanis rebus permissum est,non etiam eam preesse diuinis quomodo de his per quos diuina ministrantur iudicare presumunt? Fuerunt hec ante aduentum christi,vt quidem figuraliter adhuc tamen in carnalibus actibus constituti,pariter reges existerent & pariter sacerdotes. Quod sanctū melchisedech fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoq; diabolus imitatus est,vtpote qui semp que diuino cultui conuenirent sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit, vt pagani imperatores. Idem & maximi pontifices dicerentur.

¶Nec opus fuit noua ſynodo cũ veteris conſtituti ſufficiẽter hec forma ꝓſcriberet, nec opus fuit hec A facienda epis orientis intimare, quos & expulſiõe catholicoꝝ que agebãtur i cauſa fidei nõ ignoraſſe manifeſtũ ſit, & cõmunicãdo hereticis ſubrogatis facto tali cõſenſiſſe nõ dubiũ eſt etiã externe cõmu nionis effectos atq; ideo cũ eis nec iam potuiſſe, nec debuiſſe ſedis apoſtolice ſcita tractari. Ecce agno uerunt i eorũ ꝓfeſſione qui cõſtantiſſime perdurarũt, quid fidei cõmunioniq; catholice deberetur, Ecce agnouerunt quẽadmodũ a talibus recedendo immo talib⁹ contraria moliẽdo a fide & cõmu⸗nione catholica atq; apoſtolica deuiarit acatius, ſecq; cũ eodẽ pariter errori ſubdiderunt, Ecce agnoue runt q̃ iuſtis ex cauſis ꝓ fide & cõmunione catholica atq; apoſtolica cui & illi qui i ea perſtiterãt con gruebãt, & illi qui perſtãtibus obuiabãt ab eadẽ docebãtur alieni ſedis apoſtolice auctoritate ſit re⸗motus acatius, eiuſq; pariter quicũq; cõplices extiterunt, atq; ab illoꝝ merito cũ his cõmunione di ſcretus a qua ſe ipe primũ cũ ſuis cõſortibus catholicis põtificibus diſcrepãdo cognoſcitur ſeparaſſe, iureq; ſententiã ille dãnationis excepit ceteris cõſortibus ꝓmulgãdã qui ſolus ꝓ omnib⁹ ſuis conſor tibus in cõmunionẽ ſe recidiſſe perfidie ad apoſtolicã ſedẽ miſſis eſt ꝓfeſſus. Cui ſi cõmunicaue⸗rant orientales epi anteq̃ referretur huc, pari vtiq; reatu ſine dubio ꝓbabãtur inuolui iureq; ꝓ illum trãſgreſſionis ſententiã ſuſceperũt tanq̃ facti cũ eodẽ cõmunionis externe. Qui vtiq; non cõſuli tãq̃ noſtre cõmunionis hoies iam deberẽt, Sed tãq̃ i contrario poſiti conſortio refutari. Si vero nõ cõmu nicauerãt anteq̃ acatius huc referretur, & cõmunicãtẽ notare debuerãt, ipe de eodẽ potius huc referre atq; apoſtolice ſedis vigore perculſum merito cõprobare. Cumq; ſede apoſtolica tantiſq; illis ponti ficib⁹ magis tenere concordiã, Sed quia ab eoꝝ ſocietate diſciuerãt, & eorũ ſucceſſoribus cõmunicare delegerãt, ideo cũ ſede apoſtolica minime congruebãt, quia in ſectã reciderãt ꝑuaricatoris acatii illi⁹ ſine dubio peruidebãt ſnia conſequẽter conſtringi, & ob hoc videri eũ nolebant dãnatũ, quia ſe co⸗gnoſcebãt i eadẽ ꝑuaricatione dãnatos, i qua hodie manere perſiſtunt. Sed ſicut hi ſimili conditione conſtricti complicẽ ſuum non poſſunt iudicare non iure dãnatũ neq; rei reũ poſſunt competenter abſoluere ſic illo iure ꝑuaricatore dãnato, iſti quoq; pari iacent dãnatione ꝓſtrati, neq; niſi reſipiſcẽtes inde poterũt ꝓrſus abſolui, quia ſicut per vnũ ſcribentem eorũ omniũ vulgata tranſgreſſio eſt qui in eandẽ perfidie reciderãt actionẽ, ſic i vnũ eundẽq; qui ꝓ omnibus ſcripſerat vel ſcribẽdo cõmuni ꝓ⸗diderat volũtates tranſgreſſiõe punita cunctorũ que ad inſtructionẽ veſtre dilectionis fas ſatis ha⸗bũdeq; ſufficere iudicamus, q̃uis eadẽ latius, ſi dñs conceſſerit facultatẽ ſtudeamus exponere, quatin⁹ & fideliũ quiſq; cognoſcat nichil apoſtolicã ſedẽ quod abſit ꝓpere cẽſuiſſe, Que tamen ſententia in acatio deſtinata, & ſi nomine tantũmodo pſulis apoſtolici cuius erat vtroque poteſtatis legitime ꝓ⸗batus eſſe deprõpta pcipue cũ ſecretim dirigẽda videretur, ne oſtẽſa vbique pſentis diſpoſitio ſaluta⸗ris quibuſlibet difficultatib⁹ impedita neceſſariũ habere nõ poſſet effectũ, tamẽ quia orthoxis vbiq; diſiectis & heretics tãtũmodo eorũque cõſortibus iam relictis i oriẽte catholici põtifices, aut reſidui omnino nõ eſſent, aut nullã gererẽt libertatẽ plurimorũ i italia catholicorũ congregatio ſacerdotum rationabiliter cognouit i acatium fuiſſe platam. Que cõgregatio facta pontificũ nõ contra calcedo⸗nẽſem non tanq̃ noua ſynodus cõtra veterẽ primãque cõuenit, ſed potius ſecundũ tenorẽ veteris cõ ſtituti particeps apoſtolice executionis effecta eſt, vt ſatis appareat eccliam ſedẽque apoſtolicam, quia alibi iam omnino nõ poſſet vbi potuit, & cũ quibus potuit nichil penitus omiſiſſe quod ad fraternũ pertineret ꝓ intemerata fide & ſincera cõmunione tractatũ. Quid ergo iſti prudẽtes viri & argutis mẽtibus totius regiõis interna rimantes i oriẽtis partibus cõſtituti, ſi cognouerũt hmõi perſonã i an tiochena eccleſia cõſtitutã. Cur cõmunicandũ talibus pbuere cõſenſum. Cur nõ ilico reclamauerũt? Cur nõ ſe tali cõtagio ſubmouerũt cũ euidẽter aduerterent ideo calendionẽ depulſum, vt hereticis penderetur introitus. Quare hic nihil de ſynodo, nihil de re, nihil de fide xp̃iana, nihil de perſonaꝝ examinatione tractarũt. Si vero illi ſe cõmunioni voluntarie ſubdiderũt ab apoſtolica ſede certe ſepa rati ſunt cũ talibus, & apud tales ſi eſſet neceſſarie fieri nulla poſſet omnino ſynodus, pueníre Quod ſi ignoraſſe ſe dixerint qualis i antiochia poſt calendionẽ ſucceſſit antiſtes quid mirũ, ſi qui in oriente poſiti quei regione ſua contigerint ſcire nequiuerũt ea que apud apoſtolicã ſedem geſta fuerãt ſcire ignorarent. Cur tamẽ poſtq̃ ad eorũ noticiam peruenit qualis eſſet ſacerdos apud antiochiam con⸗ſtitutus, non eius conſortia reſpuerunt continuo. Cur excuſationem de ignorantie colore pretendũt,

cum hodie & manifesta contagia perfidorũ,& a nobis sepius exprobrata sectantur.Quo satis appa
ret,quia nec tunc quidẽ etiã si cognoscerẽt refutarẽt,quando nunc etiã publicata non renuunt,pror
sus in quãlibet se partẽ excusationẽq; conuertant manifesteveritati si talia que eis suffocantur,vt suis
ipsi verbis possint actibusq; concludi,nec nisi solã pernitiẽ obstinate perfidie residiuum ventilare.

A ¶Hec autem que de calendione venerabili dicta sunt & in Iohannis alexandrini conueniunt certa
ratione personã immo si causa eadẽ latius inquiratur tante illic tragedie tanti reperiuntur errores, vt
si ipsi sunt iudices qui hec perpetrarũt,cũ euidẽter fuerint confutati a sua dãnatione non tẽperent.
Talẽ enim illic aperteq; monstratur nichil aliud q̃ quesitã causam q̃admodũ catholico qualicũq;
deposito pontifice heretico petro referaretur accessus.Tunc istud nemo discutiebat synodum nemo
poscebat,passim omnia licito fieri a quibuscũq; videbãtur,nullũ discrimẽ rerũ,nulla examinatio po
stulabatur ecclesie,sed ꝓut vnicuiq; veniret i mentẽ de filiis vrbiꝫ catholicis pellebatur epus,nõ solũ
metropolitanus,sed etiã tertie & secunde sedis antistes.In his nulla rerum inuestigatio querebatur,
nulla faciẽda cõsilia tractabãtur,subrogabãtur heretici,nemo resultabat,sedvelut muta pecora i captio
nem ducta subditis voluntatibus perfidiã sectabãtur,non mirũ quidẽ si nunc eos defendere moliã
tur quorũ indiscussam a sanctis mẽtibus secuti sunt vilitatẽ.Sed miramur cur eos nõ pudeat i isto
rum dãnatione de synodo non facta causari,cũ sciant tot tãtosq; potifices nulla synodo fuisse depul
sos,in istorum reiectionem si de non inito concilio cõquerũtur cognoscant se cur nõ & hoc in alioꝝ
reiectione quesiuerunt accusari.Si vero in ceterorũ reiectione cõcilia necessaria non fuerunt, nec in
illis necessaria fuisse cognoscãt,An in catholicorũ deiectione nõ fuit opus,& fuit magnopere cõgre
gandi in ꝑuaricatoris dãnatiõe cõfessi.Quid igiur restat nisi vt dicãt hereticos nõ fuisse.Nõ ergo
de synodo cõquerantur,qui se palã cõmuniois externe perhibẽt sectatores.Cur ergo eis synodꝰ ne
cessaria fuisse videatur, qui se cõtra calcedonẽsẽ synodũ venire cognoscũt.Quid euticianus error cũ
suis auctoribus generalis ecclesie voce dãnatus est.Nec dubium quod sicut invnaquaq; heresi quod
incessabiliter repetẽdũ est,quia firmũ esse nullus ambigit xp̃ianus omnes cõplices sectatores cõmu
nicatores dãnate semel prauitatis pari sorte cẽsentur,Ideoque sit cõsequẽs, vt sicut timotheus atq; pe
trus taliũ sectatores scdm illiꝰ synodi tenorẽ nulla recenti facta pontificũ cõgregatiõe dãnati sunt, sic
& Petro quia cõmunicauit acatius, vt criminis particeps ita consors sit factus & pene.Quid igitur
ambagibus & nebulis ista p̃texunt,vt impudentiã suã mentẽq; vesanã inanibus potius fabulis cela
re letaliter q̃ ꝓdendo medicinaliter sanare cõtẽdant?Nichil enim vobis cõmune cũ hominibus cõ
munionis externe.Ideo vocatur ad iudiciũ certũ quecũq; persona,vt aut fateatur obiecta,aut cõuin
catur obiectis.Post confessionẽ porro litterarũ tenore deprõpto cur ad iudiciũ vocaretur acatiꝰ qui
se cõfessus est Petro quẽ petiit a sedis apostolice p̃ceptione dãnari cõmunione sociasse,nec ei iam cre
di externe cõmunionis effectovel pro sua,vel ꝓ illoꝝ,vel pro Petri defensione iam posset cuius se su
perius miscuerat nefando cõsortio.Feceratque se cũ eius causa sine dubitatione cõmunẽ cui exami
natione p̃missa & legitima esset,si ita purgatione suscepta regulariter misceretur.Sed cũ eodẽ nõ le
gitime discusso atque purgato cõmuniõe sociatus,quã adhuc reo se miscuit tam pro eodẽ nõ habuit
loquendi fiduciã.Nã acatius cum nullo priuilegio fulciretur, vt de secũda sede posset ferre iudicium
potuit iure dãnari simili modo nisi prime sedis auctoritate percepta,nec examinandi Petri ius ha
buit,nec recipiẽdi penitus potestatẽ.Quia regulariter constitit,nec apud nos Petro vllatenus absolu
to quẽ dãnasse nos nouimus examinasse vel absoluisse nescimus. ¶Restat vt illud demonstremus

B eundẽ petrũ quẽ se purgatũ cõmunione recepisse p̃tendit acatius nunq̃ ab heretice cõmunionis cõ
tagione cessasse,nec non solũ ipso tẽpore quo cõmunicauit ei acatius semper alexãdrinũ petrũ, & in
hereticoꝝ collegio perdurasse atque ita & per hunc acatiũ perfide cõmunionis susceptisse cõtagiũ,&
per eandẽ illis hereticis quibꝰ Petrus cõmunicabat eadẽ peste conuictũ.Qui p̃sumpsit non seruato
ordine Petrũ suscipere,nec examinatũ eũ,nec agnoscitũr recepisse purgatũ,& ideo p̃ter sedis aposto
lice licẽtiã,non legitimã sibi eius receptionẽ vsurpare voluisse,vt examinationẽ eius & purgationem
posset pro sua voluntate mẽtiri,atque eũ nec examinatũ,nec reciperet omnino purgatũ.Quẽ si reue
ra vellet eaxminatũ purgatũque recipere,ordinẽ in eius examinatione ac receptione potius custo
disset,sed vt videretur magis q̃ veraciter eẽt iure ꝓgari.Sicut ergo ante nõ prius dãnauit q̃ & refer
ret & posceret ab apostolica potestate dãnãdum,sic & recipiẽdo modũ seruare debuisset, vt priusquã
se ei cõmunioni misceret per sedẽ apostolicã poscret examinari eũ,& legitima ratione purgari, cum
nec examinãdi aut recipiẽdi eũ haberet ipse pontificiũ,& non nisi per illius sedis auctoritatẽ con
sensumque

ſenſumq; hoc poſſet implere ſine cuius auctoritate eū nō poterat ipſe dānare, & cū principali dilig
tia & diſcuti potuit,& purgari,& ad cōmunionē cōuenientē admitti. Cū enim cōſtet ſemper auc̄to
ritate ſedis apoſtolice huiuſmodi perſonas,aut diſcuſſas vel eſſe purgatas, aut ſic ab aliis quib⁹ com⁄
petebat ep̄is abſolutas,vt tamē abſolutio earū ex ſedis apoſtolice cōſenſione pēderet,vbi vtrūq; defuit
nec diſcuſſionē legitimā,nec purgationē firmam ac per hanc receptionē fuiſſe cōſtat indebitā. Si tu
abſq; mea cōmunione Petrū iudicaſti eſſe catholicum meq; deſpecto tuo eū iure recepiſti,quid cau
ſaris ſi illū ego a cōmunione mea quā tu voluiſti contēptā tā q̄ abq; tua notícia vel conſultatione re⁄
pellerē. Vis acq̄eſcere meus es,nō vis acquieſcere meus nō es. Qui enim mecū non eſt cōtra me eſt,
& qui mecū non colligit ſpargit. Quero abs te petrū hereticū fuiſſe putes, an catholicū, an ab hereſi
poſtea eſſe correctū. Si hereticum nullatenus ei cōmunicare debuiſti,& eidē cōmunicādo heretici te
manifeſtū eſt factū fuiſſe participē,& eius cōſequēter ex ſynodi tenore veniētē dāmatiōe cōſtringi.
Si catholicū palā totius dogmatis es defenſor quod catholicū ꝓnuntias ac nichilominus illius erro⁄
ris cenſeris,ſi hereticum fuiſſe definias ac poſtea correxiſſe p̄tendas eiq; te purgato cōmunicaſſe ꝓ⁄
nuntias. Interim cui⁹ perſona me negligendum eſſe credidiſti? Cauſari non potes quod in hac eadē
neglexerim,deinde quod ſine me ius nō habueris vel abſoluendi vel recipiēdi huiuſmodi rite perſo⁄
nam,Hanc enim perſonā nec purgatā legaliter,nec regulariter cōſtat eſſe receptā,quā regulariter nō
receptā tam legaliter non conſtat eſſe purgatā. Et ideo non iure purgatā,quia legaliter non receptā.
Mea enim in illum mea manēte ſentētia,tu ſine pontificio meo,vt meā ſentētiā reſolueres ius nō ha⁄
bens qua poteſtate vel diſcuſſus eſt vel qua auctoritate receptus aſſeritur. ¶Ecce interim in his cau A
cauſis veſtra nutat & labitur auctoritas, & ſi hec ſola ſit prorſus tota ſubruetur. Sed adducite adhuc
aliud quod ad cumulū veſtre cōmotionis accedat. Quid enim ſi doceatur nō ſolum priuſq; in eius
cōmunionē veniretis,neq; tātūmodo cū ad eius cōmunionē veniſtis,poſtea in hereticorū nichilomi
nus cōmunione duraſſe,nōne aut per illū apud vos cōmunio peruenie bat heretica,aut ī hereticorum
cōmunionē vos eius cōmertio trāſibatis. Docete igitur petrū alexādrinū ab antiocheni petri vnq; cō
munione deſciſſe,& non vſq; ad diē cū antiochenus Petr⁹ in hac luce verſatus eſt indiuiduū vtriuſq;
fuiſſe eōſortiū. An dicturi eſtis,& antiochenū petrum fuiſſe correctum. Cur iſti vſq; in finē non cō⁄
municaſſe gloriabatur acatius. Sed quid profuit quod per ſe ipſum cōmunicare non voluit cū eidē
per alexandrinū petrum ſine vlla ſe cōmunicare putaret inuidia. Quid facimus de tot tantiſq; ciui⁄
tatibus ex quibus catholici pōtifices ſunt expulſi. Si catholici ſubrogati ſunt,cur catholici ſunt reiecti?
Si euidenter apparet, quia cū catolici ſunt reiecti, non catholici fuerunt ſubrogati, reſtat vt catholici
non ſunt,ſed heretici quicūq; ſucceſſerūt, Cur eis temere cōmunicaſtis? Cur non vt iſta noua facies
rerū,& tanta tragedia de pontificū ſucceſſione viuētiū ſynodo diſcuteretur egiſtis? An de vno dolēt
acatio quod ſpeciali ſynodo non fuerit cōfutatus,cū ꝓpriū crimē litteris ſuis ipſe detexerit,nec audiri
debuerit iam ſponte confeſſus,& de tātis pontificibus catholicis,non dolent ſine vlla diſcuſſione ſeclu
ſis. Si catholicos noſſent eos quorū cōmunionē vitauerāt,his potius cōmunicare maluiſſent q̄ nō cō
municātes eis dura perſecutione depelli. Ecce catholici tāti ſacerdotes hoc ipſo ſe iudicant quid apo⁄
ſtolica ſedes cēſuerit cognouiſſe conſtāterq; ꝓbaſſe retinēdū,qui cōmunionē catholicā reſonantes,&
eos qui apoſtolice ſedi cōmunicarētvſq; ad perſecutionis incurſus tenuere conſortes. Certe que ſedes
apoſtolica decreuerat otiētalibus ep̄is non innotuiſſe iactatur, vnde ergo tot tāticq; pontifices vnum
idēq; cū ſede apoſtolica ſentiētes eāq; ꝓbantes aperte religione ſacroſancta veraq; ſanxiſſe que non
ſolū ſequēda ſibi iudicauerūt,ſed etiā vſq; ad perſecutionē viriliter exercēda. Ecce habuiſtis qui apo
ſtolice conſtitutionis & notitiāvobis ingereret & retinēdi conſtātiā miniſtrarent. Si apoſtolica ſedes
miſiſſe vix duos aut tres dirigere potuiſſet. Ecce tot pontifices apoſtolice ſedis ſcita ſectātes, ingerūt
nobis notitiā & p̄bent ſeruā de veritatis exēpla qui contra tātos clauſiſtis oculos ibidem conſtitutos,
quomodo duos vel tres audire poſſetis. Hoc ipſo ſine dubio cognouiſtis illos apoſtolice ſedi placere
quo vobis diſplicere videbatis. Aut illos ergo ſectamini per quos intelligebatis ſedis apoſtolice volū
tatē,aut ad nihilū q̄dē de ignorātia velitis obtēdere,cū iudiciis tātis & talib⁹ abutētes ſedis apoſtolice
conſtituta teſtimoniis p̄dicātibus reſpuere potius q̄ recipere maluiſtis. Nūquid omnes iſti quos me
morauimus ep̄i imperatori mentiti ſunt? Nunquid omnes imperatoris nomē ex diptichiis abſtule⁄
runt. Cūq; pellerētur & viuis pōtificib⁹ catholicis ſucceſſores heretici,& nō de inferioribus quibuſq;
ciuitatibus,ſed etiā metropolitani pōtifices in catholica cōmunione iugiter durātes,cur igitur com⁄
paſſi nō eſtis tātis fratribus veſtris,cur non adiiſtis imperatorē? Cur nō eccleſie cauſam & ſacerdotū

miſerabilem decolorationē continuatis vocibus defleuiſtis allegantes nunq̄ de pontificibus niſi eccle ſiam iudicaſſe nō eſſe humanarū legū de talib⁹ ferre ſententiā abſq; eccleſie principaliter conſtitutis, obſequi ſolere principes xp̄ianos decretis eccleſie nō ſuā p̄ponere poteſtatē, epiſcopis caput ſubdere principē ſolitū, non de eorum capitib⁹ iudicare, quib⁹ eccleſie cōſiliis qua ſynodo pellerētur, quid de nicq; cōmiſiſſent, vt ſine vlla diſcuſſiōe rerū tot eccleſiarū p̄ſules p humano libitu & ſecularis poteſta tis arbitrio pellerētur, inauditos indiſcuſſos incōuocatos non debere percelli, maxime cū noue cauſe & noua rerū facies appareret, vt rectores iſti plebiū repētinis incurſionibus p mundane potentie vo luntate ſacris dignitatibus priuarētur ex nulla veteri cauſa, ex nullo collegio reatus, nec participatione cuiuſlibet erroris iam ante dānatos teneri eos cōuincq; cōſortes, vt tāq̄ ex p̄terita definitione iudi carētur obſtricti. Et ideo quia nullis ante p̄cedētibus cauſis recētes eſſent, cur eiicerētur incurſus q illi eſſent debent mōſtrari, & eccleſiaſticis legibus vt ſemper oportere conſtare ſaltē vel p veſtro loco illos duceretis miſeriis conſulēdū, formidantes i vobis qđ in aliis cernitis p̄ter illū morē violenter admitti ſi crimine reſperſi erant, aliquid de eccleſiaſtica debuit examinatione cognoſci taceo, & ad ſedē apo ſtolicā ex more referri, ne noſtra priuilegia curare videamur ſatis ſit oſtendere quid ſecundū regulas patrum & canones facere deberetis, p̄cipue cū etiā ipſe leges publice eccleſiaſticā regulā ſequētes, ta les perſonas nō niſi ab epīs ſanxerūt iudicari, Si vero de qualibet hereſi fuerint impetiti, tātomagis eos decuit iſta cognoſcere, qui & ſecundū religionis tenorē poſſent iſta diſcutere, & haberēt priſtinū ex quo eſt xp̄iana religio pōtificiū iudicādi, aut catholici enim erāt, aut heretici de quib⁹ paſſim illa ludibria gerebātur & latrocinia deteſtāda ſeuiebāt, ſi heretici prodi, diſcuti, & legitime conuinci mo dis omnibus debuerāt, vel ſuis cōfeſſionibus, vel aliorū vocib⁹ cōfutari taceo, quia ad nos paterna fue rat conſuetudine referēdū, tātūq; cōmoneo quid fieri eccleſiaſtico iure cōuenerat, ſi vero catholici p̄bā tur vos qui non ſolū in eorū depulſione ceſſitis, ſed etiā ſubrogatis cōmunicare delegiſtis indubitā ter hereticis, quibus depulſis catholicis ſuccedētib⁹ non ignoraſtis cauſam fidei cōmunioniſq; catho lice per tantos antiſtites toto orbe patefactos, ſed plane ſcientes volētesq; ſine vlla diſcuſſiōe rerū ſine vlla ſynodali examiatiōe, ſinevlla ſedis ap̄lice reuerētia & aſſenſiſtis hereticis libēter habētes patiēterq; ſinentes catholicos antiſtites inaudita prius & miſerabili ſorte detrudi, quos ſi a fide integra cōmu nioneq; caholica putaretis errare ad apoſtolicā ſedē ſcdm ſcita maiorū, & ſicut ſemp eſt factū referre debuiſtis ſicut de petro alexādrino vl antiocheno Petro de Iohāne Paulocq; feciſſe mōſtratur acati⁹. Sed qa noueratis eos cū ap̄lica ſede ſentire, & qd ſedes ap̄lica ſua diffinitiōe cēſeret, p illos tātos ac ta les epos cōſtat orientales ātiſtites nullaten⁹ ignoraſſe, & p illos catholice atq; ap̄lice cōmunioni p̄diiſſe cōtrarios, & ab eadē defeciſſe cū nō illis eſtis paſſiōe cōiūcti ſed poti⁹ perſecutorib⁹ eoꝝ ſocietate cōne xi. Hic vobis ſynod⁹ nūq̄ venit i mētē & certe de perſōis vt dictū eſt, nulla veteri lege cōſtrictis, Hic nullo cōcilio nō vni⁹ vrbis vel vnius epi, ſed toti⁹ orientis eccleſiā ſubiit animū veſtrū facto ſacerdotali cōcilio debere curari. Sed hoīes q i cōtrariā partē toto p̄poſito & toto recideratis affectu, cōcilia poti⁹ neceſſaria etiā ſtudio declinaſtis, ne p eadē tale aliq̄d cēſeretur quo vobis reb⁹ euidēter offenſis & legi time cōfutatis i hereticoꝝ nō licere venire cōſortiū. Quid ergo de ignorātia p̄tēditis cū per totū ori entē catholicā fidē cōmunionēq; ſincerā ſedi ap̄lice cōgruētē nō ſolū cognouiſſe tot pōtifices videba tis etiā vſq; ad extremū cōſtātiſſime defēdiſſe. Si vos nō audieratis qd de fide & cōmuniōe catholica atq; ap̄lica cēſerem⁹, illos aſpicere debuiſtis, & aut ſeq; ſi credebatis eē catholicos, aut apud ap̄licā ſedē poti⁹ accuſare, ſi credebatis erraſſe qd illos aut ſuo p̄poſito illā tenuiſſe ſniam, aut cognoſcēdo quid ſe des ap̄lica diffiniret, & aut igitur collegas & fratres de p̄ximo in cōſpectu veſtro vel catholicos ſequi debuiſtis, vel impetere ſi credebatis errare, nec illos a quibus nullo diſcrimine vexabātur p̄bere cōſen ſū, donec veritas ex oīb⁹ patefacta cōſtaret & regulariter, de eis eccleſiaſtici iudicii forma p̄cederet, ſin vero ſedis ap̄lice regulā ſubſequēdo p̄ſpiciebatis illos hāc tenere cōſtātiā cōſequēter p illos, & qd nīa diffinitio cōtineret, nō habuiſtis incertū & illoꝝ p̄ſecutorib⁹ annuēdo a ſedis ap̄lice nō ignorātes ei⁹ ſniam cōſortio retraxiſtis, & adhuc dicitis ignorare vos quid ſedes ap̄lica cēſuiſſet. Cū illis ſacerdoti bus catholica fide & cōmuniōe nolētibus nō verbis aut lr̄is, ſed perſonis p̄ſentib⁹ dicerit is vniuerſa & ab eadē vos p̄prio iudicio ſeparaſſe videamini, & adhuc dicitis ſynodū i vni⁹ hois perſonā debuiſſe tractari quā i dānādis totis pōtificib⁹ catholicis, nō queſiſtis. Quib⁹ aūt vultis vt de taliū cauſarū re latiōe credam⁹ catholicis an hereticis, ab oī cōtagiōe hereticoꝝ diſcretis, an hereticoꝝ cōmuniōe pol lutis? Quis aūt nō videat illos eccl̄ie catholicos, & ab oī heretica peſte p̄ſus alienos q p̄priis vrbib⁹ de truſi, & i exiliū ſūt redacti, & eos q ſupſtitib⁹ catholicis ſucceſſores fieri auſi ſūt catholicos oīno nō eſſe

ſed aut

ſed aut euthiciani manifeſti,aut eorũ ſectatorib9cõmunicãtes hec peſtis apud eos hodieq; perdurat. Siquidem & cum petro Alexandrino & cum antiocheno Petro indifferenter hi qui catholicis ſucceſſerant communione permixti ſunt, & ſucceſſoribus vtriuſque Petri hodieque miſcentur. His adde etiam illos qui catholicis licet non ſucceſſerunt, ſed cum catholici pontifices haberentur talium ſe communioni iunxerunt,hec illa mixtura. Hec eſt illa confuſio qua per Orientem totum inter catholicam hereticamque communionemque nulla diſcretio eſt. Immo qui diſcerni tentauerit potius hereticus habetur, perſecutiõe percellitur,exiliis & afflictione mulctatur.

¶Reſtat ergo vt in hac colluuione cunctorum ſicut quiſquis ab eadem ſeparatus comprobatur. Ita A
quiſquis ſincere eſt communionis, & ideo catholicus, ita quiſquis illius deteſtandi commercii particeps inuenietur, quantum a ſincera communione tantum a catholica atque apoſtolica ſit remotus. Nec pretendat quiſquam quod alicui forſitan euidentiori non communicaſſet vel non communicare videatur heretico. Quid enim iuuat ſi illi non communicet, & his tamen communione iungantur qui ab illius non ſunt communione diuerſi? Quod ſi eorum nulli communicauit vel omnino non communicat. Hic erit ille ſincere catholiceque apoſtoliceque communionis & fidei, allioquin nullomodo poterit indiſcrete illius mixtionis inſincerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille Vir bonus Acatius Antiocheno Petro cui ſe palam non communicare iactabat per alios ſine ambiguo communicaſſe detegitur. Neque enim ab omnium qui Antiocheno Petro communicabant ſemet Acatius communione ſuſpendit,ac per hoc quid profuit quod videri volebat. Illi palam non communicare cui per ſuos complices ſub ſigno communionis nectebatur. Alexandrino Petro communicauit Acatius. Sed donec aduixit Antiochenus Petrus qui vtique poſt Acatianum cum Petro Alexandrino fedus initum defunctus oſtenditur nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare deſinit. Quod catholicorum continet relatio ſacerdotum ſanctorumque in catholica fide durantium. Nec conſcientiam latere poteſt totius Orientis. Et vt taceam quod per ipſum Zenonem Imperatorem,qui vtique Antiocheno Petro quem introduxerat, & cuius ſacerdotium comprobauerat,ſine dubio communione permixtus communicabat Acatius plurimos diuerſarum vrbium preſules poſſumus demonſtrare quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nichilominus communicabat Acatius,& per illos Antiochenos communicabat conſequenter & Petro. Sed hec apud Grecos facilis, & inculpabilis putatur eſſe permixtio,apud quos nulla eſt veri falſique diſcretio. Et cum omnibus reprobis volunt eſſe communes in nulla monſtrantur probitate conſtare. Hic autem ille eſt Petrus Antiochenus quem nec per penitentiam, aut communionem catholicam recipi etiam a ſede apoſtolica popoſcit Acatius, ac per hoc quod queruntur a nobis Acatium fuiſſe damnatum cum hac profeſſione premiſſa,& per Anfractus antiocheni petitur recepta communione ſe doceatur ipſe damnaſſe. Vbi tamen non ſolum reus tenetur Acatius ſed omnes Pontifices Orientis qui pari modo in hec recidere contagia,meritoq; ſimili damnatione tenentur obſtricti. Nec inde poſſunt vllatenus expediri,niſi dum ſuperſunt a talibus abſtinẽdo. Nec nos oportet in talibus cauſis, niſi illis credere,qui aut omnino ſe ſciant ab huius perfidie nexibus diuino beneficio ſeruare diſcretos aut ab his qui a perfidorum conſortio receſſerunt. Nam in perfidorum contagio conſtitutis quam fidem pro ſincere communionis teſtificatione poſſumus adhibere qui in ſincera communione ſunt poſiti,nec eorum teſtimoniis inniti pro veritate poterimus qui impugnare nitũtur falſitatibus veritatem. Reſtat vt non niſi illis credere debeamus qui ab omni contagione ſunt liberi.

EPISTOLA GELASII PAPE AD EVNIFIMIVM.

DILECTISSIMO FRATRI EVNIFIMIO GELA- B
ſius,Quod plane cupimus atq; ſincera fidei communiõiſq; catholice reintegratione firmari, aſſerit tua dilectio quod alteri ſolus non ſufficiat auditus niſi per Litteras ſpectauerit ſignificant prouocantem, De his que circa nos diſpenſatio diuina perfecit,vt ſi in ſecundis vicem ſalutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam vel aliquam ſe hoc ſperare potuiſſe, vt putaret nos vel aliquempiam potiorem que ſunt geſta referentes debuiſſe reſponſa pro mereri,qua nimis iudicaretur arrogans ſi de prima ſede taliter exiſtimaſſet. Quod ſi magis opinamur quaſi ſociis quibus preeſſe Chriſti munere delegata eſt,apoſtolicam ſedem inſtitutum ſibi no-

uiter Sacerdotem preuntibus oportuisse dixisti litteris indicare, fuit quondam ecclesiastica vetus hec regula apud patres nostros quibus vna catholica apostolicaq; communio ab omni preuaricatorum li bera pollutione constabat. Nunc autem cum societatē preferre malitis extraneam quam ad beati Pe tri purum redire illibatumque consortium, quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Quomodo dispositionis apostolice antiqua federa prebeamus hominibus communionis extranee? Quemadmodum nobis ordinationem renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio hereticos dam nationemque preponitis. Dicat forsitan tua dilectio hereticos damnatos dici Acatium, & Petrum. Cur si fas non est presentibus saltim litteris colloquamur. Quia aliter appellamus dominice mense participes, aliter qui in eius nobiscum societate dissentiunt, quia ipse dominus alio modo verba fa ciebat a sua predicatione discretis, alio discipulis regni celestis secreta pandebat. Consequenter quo que apostoli non ita a suo Collegio separatis quemadmodum fidei domesticis consortibusque lo quebātur. Sed ait dilectio tua tantum circa me sese charitatis habuisse, vt non solum ad scribendum fueris contentus affectu audire, lege sententiam fides exauditu. Auditus autem per verbum dei il lud scilicet verbum quod confessioni Beati apostoli Petri portas inferni nunquam preualituras esse promisit. Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis non nisi aliquid tale promisisset institueret, vnam sponsionis sue promissionem impleret. Ait denique nos diuine pro uidentie gratia tua dilectio quod ille monstrauerit Sanctarum Ecclesiarum se non deserere charita tem. quia me in pontificali Sede locauerit non indigentem sicut ait doceri. Sed intendentem om nia necessaria ad ecclesiastici corporis vnitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus sa tis immeritus tante sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid enim de me sentiam cum hoc ipse id de se magistro Gentium ille testetur, qui se vltimum, & non vocari dignum Apostolum profitetur. Veruntamen vt ad dilectionis tue verba redeamus, si veraciter executus es hec diuinitus michi fuisse collata, que & profecto quecunque sunt bona dona sunt dei, sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, & secundum supernam dispositionem vni uersa cuncta inspicientis que ad ecclesiarū pertinent vnitatem. Et aduersus diabolum conturbatorem vere pacis atque compagis vt asseris fortiter resistentem. Si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt que a Christo vt perhibes constituta sunt, aut palam te quod Christi dispositionibus obuia re depromis, aut ad veniam Luxurie de me cognoscens ista iactare. Sed consequenter adne ctis condescendibilem me, & optima dispositione reuocare posse concordiam. Proinde quoniam isto verbo frequenter vtimini quid sibi velit explorem. Optima enim illa est ecclesie catholice atque apo stolice dispositio que ad meliora proficiendo conscendere non ad inferiora descendendo deficere, Cū autem dicis conscendere nos debere vobiscum. Interim iam vos, aut descendere aut descendisse mon stratis, Vnde queso vel quo ista descensio est? Vtique ex superiori quodam loco ad inferiora queque deponitis a catholica apostolicaque communione ad hereticam damnatamque prolapsos videtis co gnoscitis, non negatis, & non solum vos in infimis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscum inuitatis, ad ima de summis nos coascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelse iustitie iudicet genus humanum, quis nostrum debeat alteri obedire. An dicis vt cetera nunc omittam, descendit domi nus ipse de celo? Descendit plane, sed vt hominem ab errore liberaret, non vt eius misceretur errori. Nonne ipse premonuit, vt qui in tecto consisterent non descenderent, nec ad ea que in domo viden tur esse tollenda? Nonne pro omnibus apostolus damat vnus. qui plus omnibus laborauit, cum de custodia veritatis ageretur quibus nec ad horam cessimus subiectionis gratia vt veritas Euangelii per maneret apud vos, Videtis celestem magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremo fa ciamus aliquem corruisse ad quem benignissime subleuandum paululum quispiam velit inflecti. Ergo vt erigatur iacens miserantem conuenit inclinari, non vt cum eodem precipitetur in foueam. Igitur per litteras quas per Sinelitium diaconem destinastis de his quos baptizauit quos ordinauit Acatius maiorum traditione confectam, & verā precipue religionum sollicitudini vestre congru am prebemus sine difficultate medicinam. Quo nos vultis vltra descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia quod nonnun quam fit debuit commonere. An forsitan vt Hereticorum damnatorumque, & his vel eorum suc cessoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad sub ueniendum, sed euidenter in inferna demergi. Parcite queso & nobis & vobis. Quod si curam

vestri

vestrí adeo non habetís, date veniam nobis. Dolere & flere possumus & debemus, ín hec abrupta deduci nec possumus, nec debemus qui prestante deo nostro sinceram puramque paterne traditiõis fidem communionemq; retínere,& ab omní preuaricatorum contagione díscretam etíam intentato perículo mortís optamus eligentes(sí velit deus)quelibet illa perpeti,quam causas incidere damnatiõnís eterne. Date inquam veniam sí cumvos propter amorem cuiuslibet hominís,vel timorem hec libẽ ter incurritís. Nos propter amorem dei,& timorem gehenne talia refutamus. Nec vos credatís dissímulando causas atq; personas cuiuslibet amicitiís posse subripere, quía neq; vos íta subtiles estís qui non positís intelligí,& nos prestante deo nostro non reperitís incautos.

¶Nonne missís huc sepe litteris indicastís cum ceteris hereticís vos euticem quoq; respuere. Hoc sí A
verum,aut eos qui communicauerunt euticetís succesforibus pariter abdícate,aut aliorum quoq; here tícorum succesforibus communicantes admittite. Sed acatius inquís nichil contra fidem sicut eutices & succesfor eius legitur vbicunq; dixisse,quasi non sit deterius, & non ignorasse veritatem, & tamen communicasse veritatís ínimicis. Sí enim cum alíquis recte sapiens de fide catholica communicet illís hereticís inter quos euticetem posuistís,vel succesforibus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaría nominare. Ita ne ergo illius euticetís succesforibus communicando símili sorte tenetur obnoxius De talibus quippe conuenienter dicitur descendant in ínfernum viuentes,qui dum illavita qua iust9 viuit vera atq; catholica putantur viuere,repente aut in prona prauitatis,aut in heretice communionis ínferna vergunt. Ecce quales cristo dicitís esse preponendos. Cum ille nec animas nostras sibimet p̃cipit anteponí. Immo & adhuc queritís quando fuerit damnatus acatius quasi reuera etíam sí eum nullus ante damnasset non habuerit orthodoxe, & apostolice communionís cuius preuaricator extitit & desertor participatione secludí. Sícut etiam quilibet qui fuerit ante catholicus cuicunq; heresi cõmunicans merito iudicatur a nostra societate remouendus, aut ín talí sorte defunctus inter catholicorum nomina nullatenus computarí. Miramur tamen quomodo ísta profertís,hoc est vt & synodum Calcedonensem vos susćipere pro fide catholica profiteamíni,& eos quos damnauit sectantium communicatores non pariter generaliterq; putetís fuisse damnatos. Ostendite ergo que synodus in vnaquaq; heresi cum erroribus succesfores eorum his communicantes símulq; omnes non damnet,& cõplices. Itaq; ille vester acatius qui euticianis heresibus detestabili communione factus est particeps ab eadem synodo sine dubitatiõe damnatus est. Que euticem Dioscorumq; cum succesforibus eorum hísque communicantes synodico tenore prostrauit. Sic vos sequaces quoq; eorum Tymotheum Petrumq; símili definitione deiecit. Proinde sí ea que in synodo Calcedonensí pro fide & communione catholica lege apostolica definita sunt vere certeq; sectamini sicut vestra professione multiplící continetur,aut succesfores ab illa synodo damnatorum hísque communicantes abiícite. aut sí istos admittitis ea que nulla synodo profide, & communione catholica, & apostolica sunt perplexa. Non solum falso vos retinere perpenditís,sed insuper labefactare conamini, & in Euticianam heresim sine retractatione recidítis meritoque a Catholicis probamini esse vitandí, quia vt talem pestilentiam perpetuo possemus euadere ea que contra ipsam ab illa congregatione sanctorum patrum salubriter decreta leguntur nullatenus mutilanda,non solum sedis apostolice presules,sed etíam Orientalium regionum catholice censuere pontifices. An Petrum dicitís fuisse purgatum cui communicauit Acatius,verum assertionibus edocete. Hoc ostendite. Hoc probate, Quibus ille modís. Quibus ille regulís ab Euticiana fuerit professione vel communione mundatus, vt cum id nichilominus euidenti rerum claruerit demonstratione conuictum. Palam aperteque possitís aduertere, aut vos debere cedere veritatí, aut aduersus hanc manifesta dimicatione conflígere, nec vobis blandíamíní, quía fídem catholícam profitemini vos tenere qui Euticis nomen adiuuistís, quia ea veluti predicare videamini que orthodoxa predicauit antiquitas. Clamat enim vobis illa euangelica sententia, aut facite arborem bonam & fructus eius bonos,aut facite arborem malam, & fructus eius malos. A fructibus enim arbor cognoscitur. id est sí voce sí fide sí professione catholica,& apostolica fideliter veraciterque gloriamini, huius & communionem recipite. Sí vero hereticorum scilícet damnatorumque vel hís aut succesforibus eorum communicantium communio vobis placet. Quid statís? Quid circunspicitís simul & eorum aperte manifesteq; remotis obstaculís dogma defendite. Quid enim iuuat? Immo & satís grauat dictís pollicerí, quod factís negatur vt non solum ipsa per se heresis Euticiana,q̃ sit funesta xp̃iano sacramẽto possitís agnoscere,sed quãta & q̃ grauía heresis ín sui diffinitione cõtineat.

Ecce ad que nos precipia condescendere prouocatis,atq; nos vite eterne pericula cupitis inclinare,hoc descensu saluare est egrotantem , an cum languente consumi ? Hec erit optima dispositio illa quam memoras reparande concordie . An illa potius , vt reiectis contagiis perfidorum integra fide sincera sui communione potiatur communio catholica atque apostolica hereticorum tabe depulsa intemerata sue fidei confessionem nitatur astruere,atque inuicem sibimet congruentis orthodoxe professionis communionisque sit vnitas ? Hanc sicut dilectionis tue littere cohortantur , meis quoq; temporibus custodiri qua valeo prece deposco que per tot annos ab illis patribus glorioſis illibata intactaque seruata est. Hec enim est sicut ipse dicis quam deus noster de omnibus benefuturam , & secundum suam veritatem,& regulam gubernandam,& prescius ante constituit, & singulis quibusque temporibus sua dispositione conuenienter aptauit.Hec est voluntas dei,cuius tu ingeris mentionem quam ego quoq; pro meo modulo quem Dominus donare dignetur . cupio prorsus implere , vt non reus de huius talenti celestis diminutione reperiar , in hoc talento sicut ipse quoq; nos ammones incremẽtum Christi postulo consequi,& nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectiõis tue litteris,sicut tua quoq; pagina designauit.Pro vestra sumpsi salute tristitiam,vbi comperi quod erat vobis noxium , & vere pacis contrarium repperi. Contristatur enim apostolus de errore deuiantium, & leticiam recipit de eisdem sua predicatione correctis , si autem tua caritas,vt dixit nescio quorum necessitate constringitur,quod pace tua dixerim sacerdos pro veritate promenda,nec facere deberet omnino non dicere ignoscite nobis hominibus timidissimis , si cohortante nos terribili, & diuini iudicii grandi necessitate constringimur,sicut qualescunq; ministros Christi decet nos animas nostras ponere pro veritate saluandas,q̃ eas lucrari velle veritatis diminutione perdendas, vt non dicam cuiuslibet contra fidem libitis abdicandas. Iste michi sunt quas dilectio tua commendat certe fidei perpetue cum eo quicũq; voluit in Christi visceribus amicitie. Hic non tam optamus preponi. aliis sicut predicis,quam cum fidelibus cunctis sanctum & deo placitum habere consortium.

A ¶Hec michi quam mandat dilectio tua pax solida . Inconuulsa & perhennis hoc vnum vinculum sicut etiam ipse desideras salutare quo cuncta vniri possit ecclesia . Hoc quibus est creditum sicut & ipse deprecaris protectio diuina perficiat . Hec est que Deus est charitas quam poscis de corde puro & conscientia bona,& fide non ficta.Quomodo ergo de corde puro,si hereticorum fuerit participatione polluta ? Quomodo conscientia bona si malorum fuerit confusione permixta ? Quomodo fide non ficta si fuerit mixta cum perfidis ? Que si prudentia tua sicut Deum predicamus diligenter aduertat perspicit apostolicam sedem non vitare pacem, sed hereticorum damnatorumque vitare vestigia. Que etiam vos rationabiliter intuentes creditis componendum populum constantinopolitanum non permittere submoueri nomine perfidorum . Quisnam hoc in ecclesia dei queso te possit audire,cum vtiq; pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria reuocantem non per deuia gregem pastor errantem. Dic michi rogo te grex pro te,an te pro grege redditurus es rationem? Certe si vobis hoc placet multomagis causa nobis est iustior,qui populũ Romanum a fide illa sua laudabili maiorum traditione percepta declinare nos penitus non sinentem libenter audiuimus si vos constantinopolitanam plebem ab heretica communione discedere recusantem non vultis offendere, sed nos dicitis debere dirigere qui eam valeant mitigare . Quomodo me auditura est quem videtur habere suspectum si presules suos despicit admonentes , nonne ipsis apostolis est preceptum in aliquibus regionibus verbi p̃dicatione non vti ? His quippe inquis non fuerant audiendi veniemus frater Emusimi,sine dubitatione veniemus ad illud pauendum tribunal Christi, vt taceam quia ex hoc sit metuenda vindicta,& circunstantibus illis a quibus fides ipa defensa est.Non illic inficiationibus non dilationibus non inclusionibus est agendum,sed manifestissime comprobandum, vtrum beati Petri glorioſa confessio cuiquam eorum quos regendos accepit quicquam substraxerit ad salutem An eam oscultare nollet etiam cum suo periculo rebellis extiterit obstinata pernities.Ibi certe dilucidabitur vtrũ ego sicut putatis acerbus asper,& nimis durus difficilisq; sim vobis qui cum ratione vestram salutem parturio,qui clamo etiam,si austerum videtur antidotum,accipite queso bibite viuite nolo moriamini . An vos qui a noxiis prohibiti medicos ducitis execrandos , immo qui vultis vobiscum medicos egrotare quam vos recipere sanitatem.Et alia manu Dominus te incolumem custodiat.

¶Finiunt epistole Gelasii pape.

¶ORDO VETERIS TESAMENTI QVEM SANCTA ET CATHOLICA ROMANA SVSCIPIT ET VENERA⁄ TVR ECCLESIA DIGESTVS A GELASIO PAPA CVM SEPTVAGINTA EPICOPIS.

GENESIS LIBER VNVS. EXODI LIBER VNVS. A Leuitici liber vnus, Numeri liber vnus, Deuteronomii liber vnus. Iesu naue liber vnus. Iudicum liber vnus. Ruth liber vnus, Regnorum liber vnus. Paralipomenon libri duo. Psalmorum. cl. liber vnus, Salomõis libri. iii. prouerbiorum. Ecclesiastes & cantica canticorum. Item Sapientie liber vnus. Ecclesiasticus liber vnus. Item Ordo pphetarũ, Esaie liber vn⁹. Hieremie liber vnus, emoch, id est de lamẽtatiõib⁹ suis. Ezechielis liber vnus. Danielis liber vn⁹. Osee liber vnus. Amos liber vnus. Michee liber vnus. Iohel liber vnus. Abdie liber vnus. Ione liber vnus. Naum liber vnus. Abacuc liber vnus. Sophonie liber vnus. Aggei liber vnus. Zacharie liber vnus. Malachie liber vnus. Item ordo hystoriarum. Iob liber vnus Tobie liber vnus. Esdra liber vnus. Ester liber vnus. Iudith liber vnus. Machabeorum li⁄ ber vnus. Item ordo scripturarũ noui & eterni testamenti. Euangeliorum libri. iiii. Secundum Mat⁄ theum liber vnus. Secundum Marcum liber vnus. Secundum Lucam liber vnus. Secundum Iohã⁄ nem liber vnus, Actuum apostolorum liber vnus. Epistole Pauli apostoli numero. xiiii. Ad Roma⁄ nos epistola vna. Ad Corinthios epistole due. Ad Ephesios epistola vna. Ad thessalonicenses epistо le due, Ad galathas epistola vna. Ad philipenses epistola vna. Ad Timotheum epistole due. Ad Ty tum epistola vna. Ad philemonem epistola vna. Ad Hebreos epistola vna. Item apocalipsis Iohan nis liber vnus. Item canonice epistole numero. vii. Petri apostoli epistole due. Iacobi apostoli epistola vna. Iohannis apostoli epistole tres. Iude zelotis apostoli epistola vna.

¶INCIPIVNT DECRETA GELASII PAPE DECRETVM CVM. LXX. EPISCOPIS HABITVM DE APOCRIPHIS SCRIPTVRIS.

POST PROPHETICAS, EVANGELICAS ATQVE APO⁄ B stolicas scripturas qbus eccl'ia catholica p gr̃am dei fundata est. Illud etiã intimã dũ putamus qd̃ q̃uis vniuersę p orbẽ catholice eccl'ie vnus thalamus xp̃i sit, san⁄ cta tamẽ Romana catholica, & apl'ica ecclesia nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis plata est. Sed euangelica voce dn̄i & saluatoris nr̄i primatũ obtinuit tu es Petr⁹ inq̃s, & sup hãc Petrã edificabo ecclesiã meã, & porte inferi nõ p̃uale⁄ bũt aduersus eã, & tibi dabo claues regni celorũ, & quecũq; ligaueris sup terram erunt ligata & in celo. Et quecunq; solueris super terram erunt soluta & in celo. Cui data est etiã socie tas btissimi Pauli apl'i vasis electionis q nõ diuerso sicut heretici garriũt sed vno tpe vno eodẽq; die gl'iosa morte cũ Petro in vrbe Roma sub cesare Nerone agonizãs coronat⁹ ẽ. & pariter supradictã san ctã Romanã eccl'iam xp̃o dn̄o cõsecrarũt, talesq; oibus vrbibus in vniuerso mũdo sua p̃sentia atq; ve nerãdo triũpho p̃tulerũt. Est ergo prima Petri apl'i sedes Romana eccl'ia nõ hn̄s maculã neq; rugã, nec aliqd hmõi. Scda aũt sedes apud alexãdriã bti Petri noie a Marco eius discipulo, & euãgelista cõ secrata est. Ipseq; a Petro apl'o in egypto directus verbum veritatis p̃dicauit, & gl'iosum cõsummauit martyriũ. Tertia vero sedes apud antiochiã eiusdẽ btissimi Petri apl'i hr̃ honoribilis, eo qd̃ illic priusq̃ Romã venisset habitauit. Et illic primũ nomẽ xp̃ianorũ nouelle gẽtis exortũ ẽ. Et q̃uis aliud funda⁄ mentũ nullus possit ponere p̃ter id qd̃ positũ est, q ẽ xp̃s Iesus, tn̄ ad edificationẽ nr̄am eadẽ sct̃a roma na eccl'ia post illas veteris vel noui testamẽti q̃s regulariter susceptm⁹ etiã susc'ipi nõ ꝓhibet scripturas, id est sanctam synodum Nicenam trecentorũ decẽ & octo patrũ mediãte maximo Cõstãtino augu sto. Sãctã synodũ Ephesinã in q̃ Nestorius cõdẽnat⁹ ẽ cõsensu btissimi celestini pape mediãte cyrillo alexãdrie sedis ãtistite, & archadio ab Italia desiato. Sãctã synodũ calcedonẽsem mediãte Martiano augusto, & anatholio cõstãtinopolitão ep̃o. In q̃ nestoriana & euthiciana sil' cũ dioscoro eiusq; cõplici bus dãnate sũt, & si q̃ sunt cõcilia a sanctis patribus instituta. Post horũ auctoritatem, & custodienda,

& recipienda mandamus. Item opuſcula beati Cyrilli Cypriani martyris,& carthaginenſis epiſcopi. Item opuſcula beati Gregorii nazanzeni epiſcopi. Item opuſcula beati Baſilii Cappadocie epiſcopi Item opuſcula beati Athanaſii Alexandrini epiſcopi. Item opuſcula beati Cyrilli Alexandrini epiſcopi. Item opuſcula beati Iohannis conſtantinopolitani epiſcopi. Item opuſcula beati Theophili alexandrini epiſcopi. Item opuſcula beati Hilarii pictauenſis epiſcopi. Item opuſcula beati Ambroſii mediolanenſis epiſcopi. Item opuſcula beati Auguſtini hypponenſis epiſcopi. Item opuſcula beati Hieronymi preſbyteri. Item opuſcula proſperi viri religioſiſſimi. Item epiſtola Leonis pape ad Flauianum conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinata. Cuius textum quiſpiam,ſi vſq; ad vnum iota diſputauerit,& non eam in omnibus venerabiliter receperit anathema ſit. Item opuſcula atq; tractatus omnium orthodoxorum patrum qui in nullo a ſancte eccleſie Romane conſortio deuiarunt, nec ab eius fide vel predicatione ſeiuncti ſunt, ſed ipſius communionis per gratiam dei vſq; in vltimum diem vite ſue fuere participes legẽdos decernimus. Item decretales epiſtolas quas beatiſſimi pape diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum patrum conſolatione dederunt venerabiliter recipiendas. Item geſta ſanctorum martyrum qui multiplicibus tormẽtorum cruciatibus, & mirabilib⁹ confeſſionum triumphis irradiant. Quis iſta catholicorum dubitet,& maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos,nec ſuis viribus ſed gratia dei, & adiutorio vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundum antiquã conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur,quia & eorum qui conſcripſere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus idiotis ſuperflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit eſſe putantur, ſicut cuiuſdem Cyrici,& Iulite, ſicut Georgii aliorumq; huiuſmodi paſſiones que ab hereticis perhibentur compoſite,propter quod vt dictum eſt, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum predicta eccleſia omnes martyres,& eorum glorioſos agones qui eis magis quam hominibus noti ſunt omni deuotione veneramur. Item vitas patrum,Pauli,Anthonii,Hylarionis,& omnium Heremitarum eas tamen quas vir beatiſſimus deſcripſit Hieronymus cum omni honore ſuſcipimus. Item actus beati Silueſtri apoſtolice ſedis preſulis. Licet eius qui conſcripſit nomen ignoretur,a multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus,& pro antiquo vſu multa hec mutantur eccleſie. Item ſcripturam de inuentione crucis dominice,& aliam ſcripturam de inuentione capitis Iohannis baptiſte nouelle quedam relationes ſunt & nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hec ad catholicorum manus aduenium beati Pauli apoſtoli precedat ſentẽtia. Omnia probate quod bonum eſt tenete. Item Rufinus vir religioſus plurimos eccleſiaſtici opis edidit libros non nullas etiã ſcripturas interptatus eſt. Sed quoniã btũs Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notauit. Illa ſentimus que predictum beatum Hieronymum ſentire cognoſcimus, & non ſolum de Rufino,ſed etiam de diuerſis quos vir ſepius memorat⁹ Zelo dei,& fidei religione reprehendit. Item origenis nonnulla opuſcula que vir beatiſſimus Hieronymus non repudiat legenda ſuſcepimus,Reliqua autem omnia cũ auctore ſuo dicimus eſſe Renuenda, Chronica Euſebii ceſarienſis, & eiuſdẽ eccleſiaſtice hyſtorie liber q̃uis in prio narrationis ſue libro tepuerit. Et poſtea in laudibus atq; excuſatione origenis ſchiſmatici vnum cõſcripſerit librum,p̃pter rerum tamen notitiam ſingularem que ad inſtructionem pertinent vſquequaq; non dicim⁹ renuendos. Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus,quia valde nobis neceſſariam aduerſus paganorum calumnias dignam ordinauit hyſtoriam, miraq; breuitate contexuit. Item veneramur ſedulii paſcale opus quod heroicis deſcripſit verſibus,& inſigni laude preferimus. Item Iuuenci nichilominus laborioſum opus non ſpernimus,ſed miramur.

A ¶ Cetera que ab hereticis ſiue ſchiſmaticis cõſcripta vel predicata ſunt nullatenus recipit catholica, & apoſtolica Romana eccleſia,e quibus pauca que ad memoriam veniunt, & a catholicis vitanda ſunt credimus eſſe ſubdenda. Item notitia librorum apocriphorum qui non recipiuntur. Armunenſem ſynodum a Conſtantio Ceſare Conſtantini filio congregatam. mediante tauro prefecto,ex tunc & nunc,& vſque ineternum confitetur eſſe damnatam. Itinerarium nomine Petri apoſtoli quod appellatur ſancti Clementis libri numero decem apocriphi. Actus nomine Andree apoſtoli apocriphi Actus nomine Thome apoſtoli apocriphi. Actus nomine Philippi apocriphi. Euangelium nomine Mathie apocriph. Euangelium nomine Petri apoſtoli apocri. Euangeliũ noie Iacobi apocriph. Euangeliũ noie Barnabe apocri. Euangeliũ nomine Thome quo vtuntur manichei apocri. Euangelium nomine Bartholomei apoſtoli apocri. Euãgelia que falſauit Lucianus apocripha,liber de infãtia ſaluatoris apocriph⁹. Euãgelia q̃ falſauit Eſiti⁹ apocripha. Liber de natiuitate ſaluatoris,& de Maria

& obſtetrice apocriph⁹,liber qui appellatur paſtoris apocriph⁹, libri oēs quos fecit Lucius diſcipulus diaboli apocriphi,liber qui appellatur fundamentū apocriph⁹. Liber qui appellatur theſaurus apocri, liber de filiabus ade geneſeos apocrifus,liber qui appellatur actus tecle & Pauli apoſtoli apocrius,li⸗ber qui appellatur nepotis apocrifus,liber Prouerbiorū qui ab hereticis conſcriptus & ſancti ſyrti no⸗mine prenotatus eſt apocrifus, Reuelatio que appellatur Thome apoſtoli apocrifa. Reuelatio que apellatur Stephani apocrifa,Reuelatio que apellatur Pauli apocrifa, liber qui appellatur tranſitus, id eſt aſſumptio ſancte marie apocrifus,Liber qui apellatur penitētia Ade apocritus,liber Ogie nomi⸗ne gigantis qui cum dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur apocritus. Liber qui appellatur te ſtamentum Iob apocrifus,Liber qui appellatur penitentia ſancti Cypriani apocrifus,Liber qui appel latur penitentia ianue & mambre apocrifus, Liber qui appelatur ſortes Apoſtolorum apocrifus,Li⸗ber qui apellatur laus Apoſtolorum apocrifus,Liber Phiſiologus qui ab hereticis conſcriptus eſt & beati Ambroſii nomine ſignatus apocrifus,Hiſtoria Euſebii pamphili apocrifus.Opuſcula tertulia ni apocrifa.Opuſcula Lactantii apocrifa.Opuſcula africani apocrifa. Opuſcula poſtumani & Gaili apocrifa. Opuſcula montani priſcille & maximille apocrifa.Opuſcula omnia fauſti Manichei apo⸗crifaOpuſcula cōmodani apocrifa.Opuſcula alterius Clementis alexandrini apocrifa.Opuſcula Ta ſcii Cypriani apocrifa. Opuſcula arnobii apocrifa. Opuſcula Tyconii apocrifa.Opuſcula Caſſiani preſbyteri galliarum apocrifa.Opuſcula Victorini pitabionenſis apocrifa.Opuſcula Fauſti regenſis galliarum apocrifa.Opuſcula Frumenti ceci.Centon de chriſto Virgilianis cōpactum verſibus apo⸗crifus.Epiſtola Ieſu ad abagarū regē apocrifa.Epiſtola Abagari ad Ieſum apocrifa.Paſſio Cyrici & Iulite apocrifa.Paſſio Georgii apocrifa.Scriptura que appellatur contradictio Salomonis apocrifa. Filacteria omnia que nō angelorū vt illi contingūt, ſed demonum magis arte cōſcripta ſunt apocri⸗fa.Hec & omnia ſimilia Symon magus,Nicolaus cherintus.Martion,Baſilides.Ebion, Paulus etiā ſamoſathenus,Fotinus & Bonoſus & qui ſimili errore defecerunt,Montanus quoq; cum ſuis cbſce⸗niſſimis ſequacibus,Apollinaris,Valentin⁹.Fauſtus,Africanus,Sabellius,Arrius,Macedonius, Eu⸗nomius, Nouatus Sabbatius,Celeſtius,Donatus,Euſtathius,Iouinianus,Pelagius,Iulianus celanē⸗ſis,Celeſtius, Maximinus, Priſcillianus ab hyſpania,Neſtorius conſtantinopolitanus,Maximus vni cus, Lampetius,Dioſcorus,Euticius,Petrus & alius Petrus e quibus vnus alexandriam,alius anthio chiam maculauit.Acatius conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis necnon & omnes hereſei here⸗ſeorumq; diſcipuli ſiue ſchiſmatici docuerūt quorum nomina miníme retinentur non ſolū repudiata ſed ab omni romana catholica & apoſtolica eccleſia elíminata, atq; cum ſuis auctoribus auctorūq; ſequacibus ſub anathemate inſolubili vinculo ineternū confitemur eſſe damnata.

¶INCIPIVNT DECRETA ANASTASII PAPE.

i ¶Quod p chriſto fungatur legatione dū pro pace precatur eccleſie.

ii ¶Quod non ſit temere iudicandū de his qui ad dominum migrauerunt

iii ¶Vt ſpecialiter in eccleſia nomen tacea tur acatii

iiii ¶Quod magnopere cōtētio ſit cauēda

v ¶Vt alexādrinos imperator admoneat ad fidem ſinceram & ad pacem redire ca tholicam

vi ¶Admonet imperatorem vt conſtitu⸗tis apoſtolice ſedis obtemperet

vii ¶Quod eos quos poſt damnationem ſuā vel baptizauit vel ordinauit Aca tius nulla portio leſionis attingat

viii ¶Quod mali bona miniſtrādo ſibi tā tummodo noceant,nec eccleſie ſacramē⸗ta commaculent

¶Ad anaſtaſium auguſtum.

GLORIOSISSIMO ET CLEMENTISSIMO FILIO ANA ſtaſio Auguſto Anaſtaſius epiſcopus. Exordium pontificatus mei primitus A oblata populis pace pronuntio,confidenter pro fide catholice humilis pietati ve ſtre precator occurro,in quo primum mihi diuinum fauorem propiquaſſe cō⸗fido,quod nunc conſonātia in me Auguſtiſſimi nominis tui non dubium pre ſtat auxilium,vt ſicut precelſum vocabulum pietatis tue per vniuerſas gentes toto orbe prefulget. Ita per miniſterium humilitatis mee ſicut ſemper eſt ſedes beatiſſimi Petri in vniuerſa eccleſia aſſignatum ſibi a domino deo teneat principatum. Nec propter

vnū mortuū diutius tunica illa ſaluatoris deſuper cōtexta per totū male ſortis patiatur incertū,que ſo
la in diſcuſſionē profirmitate ſuiuenire nō potuit,ſerenitate tua precipue rem publicam gubernante.
Cui etiā in priuata vita tantū circa ſincere religionis ſtudiū fuit,vt ſicut fama certiſſime celebrauit,ne⸗
mo magis vel inter precipuos ſacerdotes prefixas a ſanctis patrib⁹ regulas eccl'ie cuſtodiſſe dicat',Q d
ſanctū ſtudiū cū maieſtate iperii creuiſſe cōfidim⁹. Capitulū primunm.

A ¶Legatione itaq; fungimur pro chriſto,nec eos propter offenſionē vel ſcādalū patiamini publice no
minari quorū merita vel actus illū iudicē latere non poſſunt in cuius iam ſunt iudicio cōſtituti. Nec
illic ſe poteſt interſerere in corpore mortali ahuc temeraria preſumptio,in quo nō ſolū cōfeſſio facit a
perta metita ſingulorū,ſed etiā ſilentii ipſius non poteſt latere ſecretū.Nāq; & predeceſſor noſter papa
Felix & etiam Acatius illic proculdubio ſunt vbi vnuſquiſq; ſub tanto iudice non poteſt perdere ſui
meriti qualitatem. Capitulum ſecundum.

B ¶Itaq; monēte nos btiſſimo apoſtolo,neq; ſit in hoc offēdiculū in eccleſia dū qđ facere nō poſſum⁹,
de his qui iam trāſierunt iudicare conemur,obſeruandum eſſe tranquillitas tua cognoſcat, Ait eni de
his qui de reb⁹ ad deum ſolū ptinentibus iudicare preſumunt, Nemo enī noſtrū ſibi viuit,& nemo no
ſtrum ſibi moritur. Siue eni viuim⁹ ſiue morimur,dñi ſum⁹, in hoc enī chriſt⁹ reſurrexit a mortuis vt
& viuorū & mortuorū dñetur. Tu autē quid iudicas fratrē tuū,aut quare ſpernis fratrē tuū? Omnes
ſtabimus ante tribunal chriſti.Scriptū eſt enī,Viuo ego dicit dñs quoniā mihi flectetur omne genu
& omnis lingua cōfitebitur deo. Itaq; vnuſquiſq; pro ſe rationē reddet deo. Non ergo amplius inui⸗
cem iudicemus,ſed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculū fratri vel ſcandalū .Monet igitur bea⸗
tus Apoſtolus ne de nis nobis preſumatm⁹ iudiciū de quibus nemo poteſt melius vel verius iudica
re quā deus,ſibi in hoc quiſpiā temerarios auſus vſurpet,& ptopter hoc pax atq; vnitas eccleſie diſſipe
tur .Nam & in regnorū libro dicitur,Nō quomodo videt homo videt & deus, quia homo videt i facie
deus autem videt in corde. Item in paralipomenon libro primo. Et nunc o Salomon ſcito deum pa
trū tuorū,& ſerui illi in corde perfecto & in animo perfecto,& in animo volente quoniā omnia corda
ſcrutatur deus & omnē cogitationem nouit. Item in Ezechiele hec dicit domin⁹ deus.Si dixiſtis do⸗
mus Iſrael & cogitationes ſpiritus veſtri ego noui,vnde & de domino iudice dicitur in euangelio.
Sciens autem Ieſus cogitationes eorū dixit,Quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Cap.iiii.

C ¶Precamur itaq; dilectionem veſtram,vt ſpecialiter nomen taceatur Acatii,vt quod multis ex cau⸗
ſis ſcandalū vel offendiculū eccleſie concitauit,ſpeciali appellatione taceatur,cum ſicut diximus in ge⸗
neralite ſacerdotū vniuſcuiuſq; meritū illū latere nō poſſit,qui nouitquid cuiq; tribuendū ſit,pro eſti
mata diſpenſatione meritorū,cui ſoli cogitationes quoq; manifeſte ſunt. Quantos vero exceſſus atq;
preſumptiones habuerit Acatius ne clementie tue ſuggerere per ſingula fortaſſe videatur oneroſum,
Creſconio vel etiam germano fratribus & coepiſcopis meis quos miſimus ad ſerenitatem tuam de
cauſis ſingulis acatii qualis fuerit inſtructionem pleniſſimam dedimus clementie veſtre,ſpecialius re
cenſendam, ſi hoc pietati tue placuerit curioſius indagare ne in aliquo ſuggeſtionis noſtre veritas,
defuiſſe videatur,vt pro diuina ſapientia veſtra perſpicue videre poſſitis non ſuperbia vel elatione ſe⸗
dis apoſtolice in Acatium talem proceſſiſſe ſententiam,ſed facinoribus certis quantum nos illud iu⸗
diciun quod ſolum falli non poteſt eſtimamus,zelo magis diuinitatis extortam.

Capitulum quartum.

D ¶Nos vero humiliter ſupplicātes cōtroverſiā in eccl'ia remanere nolum⁹,cū magis vitandacōtētio ſit
ſicut dicitur in ꝓuerbiis,Odiū ſuſcitat cōtentio, Oēs autē qui non cōtendūt ꝓtegit aīa mea amicitia,
Nā & apoſtol⁹ ad Corinthios. Cū enī ſint inter vos emulationes & cōtentiones, Nonne carnales eſtis
& ſecūdū hoiem ambulatis, Item ad Philippenſes. Si qua ergo conſolatio in chriſto ſi qua allocutio
charitatis. Si qua ſocietas ſpiritus ſi qua viſcera & miſerationes implete gaudiū meū, vt id ipſum di
catis omnes eādē charitatē habentes nihil per contentionem neq; per inanem gloriā.ſed in humilitate
mentis inuicem eſtimantes ſemetipſis ſuperiores non ſua ſinguli reſpicientes ,ſed aliorū. Cap.v.

E ¶Hoc tñ precipue inſinuo ſerenitati tue glorioſiſſime & clementiſſime filii auguſte,vt cum cauſe ale
xandrinorū patuerint piiſſimis auribus veſtris , ad catholicā & ſincerā fidē eos auctoritate ſapientia,
diuiniſq; veſtris monitis redire faciatis . Nam quid tenendum ſit in religione catholica ſecūdū diffi⸗
nita patrū & p̄dicationē oim ſacerdotū qui in eccl'ia floruerūt,ſi hoc quoq; p̄ceperitis ſciētib⁹ i memo
riam tranſmittēdo renouabimus ignorantibus ad diſcendum pro officio noſtre inſtructionis offere⸗
mus,vt nulla extra hec ingeniorum iactantia vel prauitas audiatur.

¶Illud

Capitulum ſextum.

¶Illud vero peculiarius pro amore imperii veſtri & beatitudine que conſequi potuerit regimen pro apoſtolico beneficio predicamus,vt ſicut decet & ſpiritus ſanctus dictat monitis noſtris obediētia pre beatur,vt bona oia veſtram rem publicam conſequātur,ſicut in exodo promittitur,Si audieris vocem domini dei tui,& que placent ei feceris coram ipſo,& obedieris,preceptis eius & cuſtodieris oēm iuſtiſ tiam eius,oēm infirmitatem quam importaui Egyptiis non importabo in te. Ego eni dominus ſum qui ſaluum facio te. Et illic iterum tuba potentiſſima canitur,Nunc iſrael quid dominus de⁹ tuus poſ ſtulat a te aliud,q̄ vt timeas dn̄m tuū,& ambules in omnibus viis eius,& diligas eum,& ſeruias dn̄o deo tuo ex toto corde & ex tota anima tua cuſtodire precepta domini dei tui & iuſticias quas ego mā do tibi.Hec ſuggerentem frequentius non ſpernat pietas tua ante oculos tuos habens domini in euā gelio verbum. Qui audit vos, me audit. Et qui vos ſpernit, me ſpernit, Et qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.Nā & apoſtolus cōcinens ſaluatori noſtro ita loquitur,Quapropter qui hec ſperſ nit,non hominē ſpernit,ſed dn̄m qui dedit ſpiritum ſanctū ſuum in vobis.Pectus clemētie veſtre ſaſ crariū eſt publice felicitatis,vt preſtantia veſtra qua velut vicarium preſidere iuſſit in terris euangeſ liis apoſtolicisq̄ preceptis,non dura ſuperbia reſiſtat,ſed per obediētiā que ſunt ſalutifera cōpleantur. A

Capitulum ſeptimum,

¶Iam ſecundum eccleſie catholice cōſuetudinem ſacratiſſimū ſerenitatis tue pectus agnoſcat, quod nullum de his vel quos baptizauit Acatius,vel quos ſacerdotes,ſeu leuitas ſecundum canones ordina uit vlla eos ex nomine Acatii portio leſionis attingat,quo forſitan per iniquum tradita ſacramēti gra tia minus firma videatur. Nam & baptiſmum quod procul fit ab eccleſia ſiue ab adultero vel a ſure fuerit datum ad percipientem munus peruenit illibatum,quia vox illa que per columbam ſonuit,oēm maculam humane pollutionis excluſit qua declaratur ac dicitur,hic eſt qui baptizat in ſpiritu & igne. Nam ſi viſibilis ſolis iſtius radii cum per loca fetidiſſima tranſeunt nulla contactus inquinatioe maſ culantur,multomagis illius qui iſtum viſibilem fecit virtus nulla miniſtri indignitate conſtringitur. Nam & iudas cū fuerit ſacrilegus atq̄ fur,quicquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa beſ neficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt,declarante hoc ipſum domino maniſeſ ſtiſſima voce.Scribe inquit & phariſei ſuper cathedam moyſi ſedent,que dicunt facite, que autem faſ ciunt nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Quicquid ergo ad hominem perfectum quilibet in eccleſia miniſter officio ſuo videtur operari,hoc totum contineri implendo diuinitatis affectum. Ita ille per quem chriſtus loquitur paulus affirmat. Ego plātaui Apollo rigauit,ſed deus incrementum dedit,itaq̄ neq̄ qui plantat eſt aliquid,neq̄ qui rigat,ſed qui incrementum dat deus. A deo autē nō queritur,quis vel qualia predicet, ſed quem predicet & vt inuidos eſſe bene predicare chriſtum conſ firmet quo malo diabolus ipſe deiectus & hoc ipſo predicare non deſinit. B

Capitulum octauum.

¶Ideo ergo & hic cuius nomen dicimus retinendum male bona miniſtrando ſibi quantum nocuit. Nam inuiolabile ſacramentum quod per illum datum eſt aliis perfectionem ſue virtutis obtinuit. Quod cum ita ſit aliquorum in tantum ſe extendit curioſa ſuſpitio,vt imaginetur prolato a papa Feſ lice iudicio poſtea ineffi caciter in ſacramentis que acatius vſurpauit egiſſe,ac proide eos metuere qui vel in coſecrationibus vel in baptiſmate myſteria tradita ſuſceperunt,ne irrita beneficia diuina videanſ tur, Meminerint in hac quoq̄ parte ſimiliter tractatum preualere ſuperiorem,quia non ſine vſurpaſ tione nominis ſacerdotii adiudicatus hoc egit,in quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis,In hoc quoq̄ rea ſibi perſona non nocuit.Nam ad illum pertinuit,quod tuba Dauitica canitur,veruntamen deus conquaſſabit capita inimicorum ſuorum,verticem capilli perambulantium in delictis ſuis. Nā ſuperbia ſemper ſibi non aliis facit ruinam, quod vniuerſa ſcripturarum celeſtium teſtatur auctoritas, ſicut etiam per ſpiritum ſanctum dicitur in prophetico.Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam. Vnde cum ſibi ſacerdotis nomen vindicauerit damnatus in ipſius verticem ſuperbie tuſ mor inflictus eſt, quia non populus qui in miniſteriis dom⁹ ipſius ſitiebat excluſus eſt,ſed anima ſoſ la illa que peccauerat iuſto iudicio proprie culpe erat obnoxia. Quod vbiq̄ numeroſa ſcripturarum teſtatur inſtructio, vnde remotis hominum ſtudiis ſiue verſutiis,in hac adhuc preſenti fragilitate poſſ ſitorum ſecundum preces noſtras anniſu & auctoritate imperiali offerte deo noſtro vnam catholicam eccleſiam & apoſtolicam quia hoc ſolum eſt in quo non ſolum in terris ſed etiam in celo triumphare ſine fine poſſitis,Subſcriptio,Omnipotens deus regnum & ſalutem tuam perpetua protectione cuſſ C

ſtodiat glorioſiſſime & clementiſſime ſemper auguſte,

INCIPIVNT DECRETA SYMMACHI PAPE.

i ¶Vt res eccleſie non alienentur,ſed clericis vel monachis aut peregrinus in vſū tantummodo largiantur.

ii ¶Vt nullus honorem premiis accipiat.

iii ¶Vt raptores viduarum vel virginum ab eccleſie communione pellantur

iiii ¶Vt vídue vel virgines profeſſe continẽtiam,vltra non nubant

v ¶Vt nullus per ambitum ad epiſcopatum accedat.

A DILECTISSIMO FRATRI CESARIO SYMMACHVS, hortatur nos eqtas poſtulationis deſiderio tue fraternitatis gratãter annuere, quia de ſigulis que ab apoſtolica ſede concedere ſupplicas quod a patrum cautela & prouiſione non diſcrepat. Et quamuis eccleſiaſtice pene regule omnia comprehendant,tamen ſuperfluum eſſe non credimus,nunc que ſunt ſepius interdicta repetere.

Capitulum primum.

B ¶Poſſeſſiones igitur quas vnuſquiſq; eccleſie proprie dedit aut reliqt arbitrio,alienare quibuſlibet titulis atq; diſtractionibus vel ſub quocunq; argumento non patimur,niſi forſitan aut clericis honorũ meritis,aut monaſteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis ſi neceſſitas largiri ſuaſerit,ſic tamenvt hec ipſa non perpetuo ſed temporaliter perfruantur.

Capitulum ſecundum.

C ¶Illud magnopere cõmonens vt hi qui non dei gratia,ſed promiſſione rerum eccleſiaſticarũ premiſſa ad ſacerdotium conantur accedere deſideriorum talium reprimãtur effectus. Qui autẽ ab huiuſmodi ſe intentione non cohibent vindictis canonum ſciant ſe ſine dubitatione ſubiciendos, ne facile ad ſacerdotium permittantur accedere,quibus & gradus & tempora conſtituta ſunt,per que ad hanc dignitatem debeant aſpirare,quia quicunq; ſine ſtatuto promouetur non facile caret offenſa,& ſine experimento non poteſt quis electionis obtinere ſententiam.

Capitulum tertium.

D ¶Raptores igitur vel viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris deteſtamur, illos vehementius perſequendo qui ſacras virgines vel volentes vel inuitas matrimonio ſociare tentauerunt. Quos pro ea nefandiſſimi criminis atrocitate a communione ſuſpendi precipimus.

Capitulum quartum.

E ¶Neq; viduas ad nuptias tranſire patimur que in religioſo propoſito diurna obſeruatione permanſerunt. Similiter virgines nubere prohibemus quas annis plurimis in monaſteriis etatem peregiſſe contigerit.

Capitulum quintum.

F ¶Nullus itaq; per ambitum ad epiſcopalem honorem permittatur accedere,Nam cum hic exceſſus in laica conuerſatione culpetur,Quis dubitat quod religioſis & deo ſeruientibus incurrat obprobriũ? Si quis epiſcopatum deſiderans data pecunia potentes perſonas minime ſuffragatrices adhibeat,nec ad decretum ſibi faciendum clericos vel ciues ſubſcribere adhibito cuiuſlibet generis timore compellat, vel premiis aliquibus hortetur. Decretum ſine viſitatoris preſentia nemo conficiat,cuius teſtimonio clericorum ac ciuiũ poſſit vnanimitas declarari,Hortamur itaq; vt pro catholice religiõis intuitu eccleſiarum pace hec vniuerſa fideles deuota mente cuſtodiant,quia non eſt dubium preuaricatores interdictorum talium iuxta venerandos canones ꝓprie communionis ſubire iacturam hoc tamen ad omnium epiſcopotum volumus efferi notitiam. Deus te in columem cuſtodiat frater cariſſime. Data octauo Idus Ianuarii probo.c.conſule.

¶INCIPIVNT CAPITVLA PRIME SYNODI ROMANE SVB SYMMACHO PAPA.

i Suggestio fulgentii archidiaconi ecclesie Romane de congregata synodo ex precepto pape symmachi.
ii ¶ Interlocutio symmachi vt episcopalis ambitus radicitus amputetur.
iii ¶ Sententia synodi vt si quis papa superstite pro romano pontificatu cuiq̃ quolibet modo fauorē prestare conuincitur, loci sui ordine vel cōmunione priuetur.
iiii ¶ Vt si papa preuētus morte nō potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes quē cunctus clerus aut certe pars maior elegerit.
v ¶ Vt si quis ambientes, vel fautores ambientium coniuratoresq; prodiderit non solū purgatus videatur esse si fuerit particeps, verum etiam remuneratione dignissimus estimetur.

A POST CONSVLATVM PAVLINI VIRI CLARISSIMI CALENDAS martii in basilica beati Petri apostoli synodo presidente beatissimo papa Symmacho fulgētius archidiaconus dixit. Capitulum primum.

¶ Beatitudo vestra directis ante hac per prouicias auctoritatibus frequenter Italie sacerdotum synodū cōuocauit, quorū presentia in vestris videtur oculis cōstituta. Nunc beatitudo vestra que ad ecclesiasticas indēnitates vel ad pacē toti⁹ ecclesie pertinēt, siue cōcordiā dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatū est ab omnib⁹ epīs & pbrīs. Exaudi xpe, symmacho vita. Dictū decies. Cuius sedē & annos, dictū est nonies, vt facias rogamus. dictum est decies. Capitulū secūdū. B

¶ Symmachus eps ecclesie catholice vrbis rome dixit. Concilium dilectionis vestre neglecta hyemis asperitate, sollicitudo vestra pro ecclesiastica indēnitate spēaliter cōgregauit vt epālē ambitū & cōfusionis incertū, vel populare tumultū quē p surreptionē diaboli vsurpatione aliquorū, tēpore ordinatiōis mee cōstat exortū, cōicato piter tractatu in futurū possimus robuste ac viuaciter amputare. Atq; ideo caueam⁹ i posterū ne subuersio disciplīne aut audacia p̄sumētiū gestiat tētare similia, & pari adiuuatione tactemus expressis, s. sentētiis sanciētesquid circa romani epī ordinationē debeat custodiri Vniuersi epī vel pbri dixerūt, vt fiat rogam⁹ dictū est decies, vt scandala amputentr rogam⁹, dictū est nonies, vt ambitus extingatur rogam⁹ dictū est decies, exaudi xpe, symmacho vita dictū est septies. Cuius sedē & annos, dictū est quinquies, vt de pnti fiat, dictum est decies, Symmachus eps dixit. Quoniā fraternitas vra curā p̄uisionis nostre suis exhortationib⁹ icitauit, & parilē circa eccl'ie tranqullitatē dei nostri cōtēplatio animū prestat, sicut prefati sum⁹ deliberatiōe in presenti habita quid placeat ex oibus vestris informate insentētiis que in hoc venerabili concilio per eccl'iastica recitentur officia Cūq; surrexissent & paulopost iterū cōsedissent, Emilian⁹ notarius synodi decreta vulgauit Cap. iii.

C ¶ Propter frequētes ambit⁹ quorūdā & ecclesie nuditatē vel populi collisionē que molestē & incōpetenter epātū desiderantiū gnauit auiditas, vt extingatur futuris presūptio tā pnitiosa tēporib⁹ consti tuit sancta synodus vt si quis pbr aut diaconus aut cleric⁹ papa icolumit & eo iconsulto aut subscriptionē p romano pōtificatu cōmodare aut p̄cia p̄mittere aut sacramētū prebere tētauerit aut aliquod certe suffragiū pollicereri, vel de hac causa priuatis cōuenticulis factis deliberare atq; decenere, loci sui dignitate atq; cōione priuetur, vniuersa synodus surgens acclamauit. Exaudi xpe, symmacho vita, dictum est decies hic pax cum symmacho dictū est quindecies. Cuius sedē & annos dictū est octies, Pari seueritate feriendo eo qui hoc viuo sicut dictū est pōtifice quolibet modo fuerit cōuict⁹ aut certe tentasse oibus pariter hui⁹ culpe reis anathematis pena plectēdis Symmachus eps dixit. Ergo vniuersitati placet & ab omnib⁹ recognoscitur vel probatur ista sententia, Vniuersa synodus dixit, placet, & quod omnibus placet fiat. Capitulum quartum.

D ¶ Si quod absit transit⁹ pape iopinat⁹ euenerit vt de sui electiōe successoris vt (supra placuit) nō possit ante decernere siquidē in vnū totius iclinauerit eccl'iastici ordinis electio cōsecretur elect⁹ eps. Si enī vt fieri solet studia ceperit esse diuersa eorū de quibus certamen emerserit, vincat sentētia plurimorum Synodus dixit placeat dictū est decies. Capitulum quintum.

E ¶ Propter occultas autē fraudes quas hui⁹ snia districtionis cōsequitur. Si quis ad ecclesiasticā ptulerit noticiā cōsilia eorū qui cōtra hāc synodū de pōtificali egerint ambitu & rōnabili p̄batiōe cōuicerit particeps actionis hm̄i nō solū purgat⁹ ab oi culpa sit, sed etiā remuneratione que nō indigna sit subleuetur, vniuersa synod⁹ dixit, Placēt oia, Et adiecit. Exaudi xpe, symmacho vita, dictū est tredecies vt ista seruētur rogam⁹ dictum est decies. F ¶ Symmachus eps catholice ecclesie vrbis Rome dixit acclamationes vras synodicq; iudiciū pntia gesta suscipiēt Et adiecit Ea que ad sopiēdos veterno se p̄sūptiōis errores vl'isense rebus eccl'iasticis egritudinis morbos qb⁹ vniuersalis iiciebat eccl'ia deliberatio

religioni congrua pacique restituit, firmitatem perpetem sortianturvt prestante deo quem custodem rerum constat esse bonarum synodalis ordinatio vigeat,atq; omnis qui sine persone alicui⁹distinctione venire presumpserit,indicta superius districtione plectetur. Et subscripseruntCelius symmachus episcopus ecclesie catholice vrbisRome his synodalibus constitutis a me probatis atq; firmatis cōsentiens subscripsi,Celius rusticus episcopus ciuitatis minturnēsis subscripsi & cōsensi synodalibus, constitutis atq; in hac profiteor me manere sententia,Celius bonefacius episcopus ecclesie beliternensis subscripsi&consensi synodalibus cōstitutis atq; in hac me profiteor manere sententia,Mesenus humanus,Rufinus camisinus,Cresconius tudertinus,Clarus allifanis,Basilius tolletan⁹, Vitalis fundan⁹, Decius trincabernus,Innocentius nubanatis,Vitalianus rosellanus,Maximus bresanus,Constanti⁹ capuanus,Benignus aquieninensis,Fortunatus suesanus,Palladius sulmontin⁹,Vindemi⁹,Anteatinus,Constantius vtriculanus,Iohannes ariminensis , Germanus pisaurensis,Martinus terracinēsis Candidus tiburtinus,Laurentius tribensis,Vitalianus narmiensis,Paschasius vultinuensis,Fortunatus episcopus ecclesie anagnine pro sanctulo episcopo ciuitatis signine quia subscribere nō potuit pro eodem subscripsi,Valerius calenotan⁹,Felicissimus forosumpromensis, Valentinus aminternas pro Romano episcopo ecclesie pytanitiū subscripsi , Colonius foroliuiensis, Epiphanius beneuentanus Iohannes spoletinus,Constantius benefranus,Maximianus perusinus, Salustius cameninus,Lucianus tarquinensis,Molensis centumcellensis,Florentius plestanus, Maximianus subaugustanus,Fortunatus fulgentanus,Iohannesvinonensis,Gaudentius tadinatis, Mercurius surtinus,Serenus murrentanus,Iustus acerontinus, Adeodatus ceronsis,Stephanus mirsinensis,Dulcitius sabinensis,Fortunatus anagninus,Felix nepesinus,Serenus nolanus,Ancilpius puteolanus,Timotheus abellinaris Rosarius surrentinus,Stephanus neapolitanus,Rosarius eps pro fratre meo Vrso episcopo subscripsi, Bellator ostiensis, Gaudentius vulcinensis,Marius tisernitius Item Gaudentius episcopus vulcinensis,Lampadius pro Proiecto episcopo forononano,Adeodatus formensis,Quintus theanensis,Vrsus stabianus,Gaudentius salernitanus,Saturninus herdonitanus, Subscripserunt episcopi numero septuaginta tres,Celius, Laurentius archipresbyter tituli lixide, hic subscripsi & consensi synodalibus cōstitutis,atq; in hac me profiteor manere sententia,Ianuarius presbyter tituli vestine,Sebastian⁹ presbyter tytuli equitii,Martianus presbyter tytuli sancte cecilie,Valētinus presbyter tytuli Eusebii,Giordianus pbr̄ tituli pammachi,Anastasius presbyter tituli anastasie,Petrus presbyter tituli sancti Clementis,Genasius presbyter,tituli nichomedis,Vrbicus presbyter.tituli,Sancti clemētis, Dionisi⁹ pbr̄ titu Emiliane,Paulirius presbyter titu.sancti Iulii,Epiphanius presbyter tituli apostolorum , Valens presbyter tituli fancte sabine,Acertius presbyter tituli faciole , Agapitus presbyter tituli apostolrum, Adeodatus presbyter titu.equitii,Petrus presbyter ti.grisogoni,Benedictus presbyter titu.gaii,Sopanus pbr̄ titu.vestine,Dominicus pbr̄.titu.prisce,Isterius presbyter titu.pudentis, Redemptus presbyter titu.trigide,Felix presbyter titu,equitii,Seuerus presbyter titu.gaii,Redemptus presbyter tiu.grisogoni,Stephanus presbyter titu.marcelli,Prorectícius presbyter titu.damasci,Crescenti⁹presbyter titu.apostolorum, Iouinus presbyter titu.emiliane,Iulianus presbyter titu.anastasie , Bonus presbyter titu.crescentiane,Septimus presbyter titu.iulii,Paschasius presbyter titu.eusebeii, Cyprianus presbyter tituli marci,Iohannes presbyter tituli pammachii,Epiphanius presbyter tituli faciole,Sebastianus presbyter tituli nichomedis,Bonefacius presbyter tituli cecilie, Martin⁹ presbyter titu. ciriaci,Petrus presbyter tituli praxedis,Andreas presbyter tituli sancti timothei,Timothe⁹ presbyter tituli marcelli Epyphanius presbyter tituli ciriaci,Hylarius presbyter tituli lucine,Seruus dei presbyter tituli sancti clemētis,Victorius presbyter tituli sabine,Opilio pbr̄ titu.vestine,Laurentius pbr̄ tituli sancti laurentii,Petrus pbr̄ tituli grisogoni,Eutices pbr̄ tituli emiliane,Romanus pbr̄ tituli trigildie, Iulianus pbr̄ tituli anastasie,Marcellinus pbr̄ tituli iulii,Marcus pbr̄ tituli lucine,Dominicus pbr̄ tituli trescentiane Vicemalus pbr̄ tituli crescentii, Abūdātius pbr̄ tituli sabine,Abundius pbr̄ tituli marci,Marcellus pbr̄ tituli romalii,Venantius pbr̄ tituli marcelli,Asellus pbr̄ tituli vitantii , Stephanus presbyter tituli eusebii,Agatho presbyter tituli vizantis,Paulinus presbyter tituli sancti Laurentii.Subscripserunt episcopi numero sexaginta tres.

A ¶Cyprianus dyaconus sancte ecclesie Romane regionis septime his subscripsi,& consensi synodalibus constitutis,atq; in hac me profiteor manere sententia, Anastasius diaconus regionis prime subscripsi,Citonatus diaconus quinte regionis subscripsi,Iohannes diacon⁹ regionis secunde subscripsi, Tarensis diaconus regionis prime subscripsi, Tertullus,diaconus regionis quarte subscripsi.

Explicit.

¶ Exemplar constituti facti a domino Symmacho papa de rebus ecclesie conseruandis.

FLAVIO VIRO CLARISSIMO IVNIORE CONSVLE SVB A die octauo Iduum nouembrium in Basilica beati Petri apostoli residente venerabili viro papa Symmacho,vna cū venerabilibus viris Laurentio, Maximo residentibus episcopis,etiam Petro, Laurentio, Emiliano, Trigidio, Felice,Bassiano,Cresconio,Pacatiano,Benigno,Rusentio,Innocētio,Iohāne,Maximo,Stephano,Iohāne,Sereno,Eulalio,Proculeio,Fortunato, Laurētio, Eustachio,Martiāo,Iocūdo,Cādido,Fortunato,Felice,Eutitio,Helpidio,Aprile, Innocentio,Mercurio,hylario,Fortunato,Concordio,Asello,Innocentio,Stephano, Gerontio, Pascasio,Vitale,Memore,Seuerino,Hilario,Venerioso,Innocentio,Casto,Colonico Siluino,Maximiliano,Arestone,Seuerio,Propinquo,Martino,Valentino,Sebastiano,Romano,Vindemio,dulcitio, Victore,Vrso,Mercurio,Asello,Seruo dei, Adeodato,Asterio,Martinião,Felice,Eusebio,Augusto, Proiecticio,Crisogono,Venantio,Rustico, salustio,Probo,Amando,Basilio,& florentio episcopis, Residentibus etiam,Proiecto,Martino,Epiphanio,Sebastiano,seruo dei,Octauiano, Epiphanio, Anastasio,Abundantio,Vicomalo,Paulino,Iuliano,Marcello, Agathone,Benedicto, Crescētiano, Pascasio,Iuliano,Seuero,Paulino,Adeodato,Iohanne, Timotheo,Laurentio, Hylario,Marco,Stephano,Binantio,Petro,Petro Crisogono,Littorio & crisogono, Timulo vel Maximino, Fortunato presbyteris,Astātibus quoq; diaconibus, Anastasio, Hormisda, Iohanne & agapito, Symmachus episcopus ecclesie vrbis Rome dixit.

¶ Bene quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legib⁹ obsecuta.Sub diuini timore iudicii, que erāt B instituēda diffiniuit, & ad iusticie cumulū perduxit sufficiēter dum vniuersa cōplectitur, nec adiectione indiget plenitudo,maxime de clericis quos amor dominationis inuasit,& iugum disciplīne ecclesiastice fecit respuere,quos ꝓpterea schisma fecisse apud vos constitit,quibus misericordiā tamē quā deus mandat vniuersis impēdi,vt oportuit nō negastis,si duritia cordis eorum nō sibi acquirat penam dum cōtēnit oblata remedia.Quorum excessus ad enarrādum difficile est,vnū tamē quod occurrit venerandò ordini vestro intimare nō differo. Dixerunt inter alia scripturam quandā illustris memorie basilium quasi ꝓ ecclesiastice amore substātie cōscripsisse,in qua nullus Romane, ecclesie nec interfuit,nec subscripsit antistes,per quē potuisset sortiri legitimā firmitatem.Ne ego inde disputē,vnde potest vestrū iudicare cōcilium requiratur & deferatur in mediū vt lectione agnoscatis cuiusmodi possit habere constantiam.Sancta synodus respondit. Deferatur in mediū,vt cuiusmodi sit possit agnosci. Et dum diceret hormisda diaconus recitauit.

¶ Cum in vnū apud beatū Petrum apostolum resedisset, sublimis & eminētissimus vir prefectus C pretorio atq; patricius agens etiā vices p̄cellentissimi regis odoacis Basilius dixit. Quāq; studii nostri & religionis interfit,vt in episcopat⁹ electione cōcordia principaliter seruetur ecclesie,ne per occasionem seditionis status ciuilitatis vocetur in dubium tamen admonitione beatissimi viri pape nostri simplicii quē ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatū,vt p̄ter vllum strepitum & venerabilis ecclesie detrimētum,si eum de hac luce transire cōtigerit,non sine nostra cōsultatione cuiuslibet celebretur electio. Et cū legeret Cresconius episcop⁹ ciuitatis Tudertine ecclesie surgēs e cōsessu dixit.Hic perpendat sancta synod⁹, vt p̄termissis religiosis personis quibus maxime cura est de tāto pōtifice in suā redigeret potestatem qđ cōtra canones esse manifestū est. Item hormisda diaconus legit,ne quid cōfusiōis atq; dispendii venerabilis ecclesia sustineret,miramur p̄termissis nobis quicq̄ fuisse tētatū cū sacerdote nostro superstite nichil debuisset assumere. Quare si amplitudini vestre vel sanctitati placet incolumia omnia que ad futuri antistitis electionem respiciunt. Religiosa honoratione seruemus.Hāc legem specialiter preferentes quā nobis heredib⁹ ꝓ nostris Christiane mētis deuotiōe sancimus.ne vnq̄ prediū seu rusticū siue vrbanū, vel ornamēta,aut ministeria ecclesiarū que nūc sunt vel ex quibuslibet titulis,ad ecclesiarū iura peruenerūt,ab eo qui nūc antistes sub electiōe cōmuni fuerit ordinādus & illis qui futuris seculis sequētur,quocūq; titulo atq; cōmento alienare voluerit. Inefficax atq; irritū iudicetur, sitq; facienti, consentienti,accipientiq; anathema. Maxim⁹ ep̄us pledane ecclesie dixit. Modo sancta synodus digne tur edicere , licuit laico homini anathema in ordine ecclesiastico dictare,aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere,& cōtra canones qđ ei non cōpetebat cōstituere. Dicite nobis quid videtur,de meli cuit laico legē dare. Sāncta synod⁹ dixit nō licuit. Et adiecit lege sequētia. Hormisda diaconus legit.

git. Et his qui predium rusticū vel vrbanū iuris ecclesiastici fuerit consequutus. nouerit se nulla lege vel pscriptione munitū, sed siue is qui alienauerit siue eum qui frequēter, & voluntate cōtraria pdiū huiusmodi alienatum reuocare tētauerit, id cū fructibus restituat, qui illud fuerit cōsequutus. Et cū legeret Stephan⁹ episcopus venusin⁹ ecclesie surgens e consessu dixit perlegatur. Hormisda diacon⁹ legit. Quā etiā penā placuit accipientis heredes ꝓheredesq; respicere, in qua re cuilibet clericorum cōtradicēdi libera sit facultas, iniquū est enim & sacrilegii instar, vt que vel ꝓ salute, vel ꝓ requie animarū suarū vnusquisq; venerabili ecclesie pauperū causa cōtulerit, aut certe reliquerit ab his quos maxime seruare cōuenerat in alienitatē trāsferātur. Plane quecūq; in gemmis auro vel argēto, necnō & vestibus minus apta vsibus vel ornatui ecclesie videbuntur, que seruari ac diu manere nō possunt, sub iusta estimatione vēdantur, & erogationi religiose ꝓficiāt. Cūq; lecta fuisset Laurētius mediolanēsis eccclesie ep̄s dixit. Ista scriptura nullū Romane ciuitatis potuit obligare pōtificē, quia nō licuit laico statuēti in ecclesia p̄ter papā Romanū habere aliquā potestatē cui obsequēdi manet necessitas non auctoritas imperandi. Maxime cum nec papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundū canones metropolitani assensus legatur. Petrus ep̄s Rauēnatis ecclesie dixit. Scripturā que i nostra cōgregatione vulgata est, nullis etiā viri⁹ sustineri manifestū est, quia nec canonib⁹ cōuenit & a laicali cōcepta ꝓsona videtur, maxime qa i ea null⁹ p̄sul sedis ap'lice interfuisset vel ꝓpria subscriptiōe firmasse mōstratur. Eulali⁹ ep̄us siracusane ecclesie dixit. Scriptura que i sacerdotali concilio recitata est euidētissimis documētis cōstat inualida. Primū quod cōtra patrū regulas a laicis q̄uis religiosis quib⁹ nulla de ecclesiasticis facultatib⁹ aliqd disponēdi legitur vnq̄ attributa facultas facta videtur. Deinde quod nulli⁹ p̄sulis ap'lice sedis subscriptiōe firmata docetur. Qđ si cuiuslibet ꝓuincie sacerdos intra suos terminos cōcilio habito, quicqd sine metropolitāi suiue antistitis authoritate testat⁹ fuerit irritū esse debere patres sancti sanxerūt, quātomagis qđ i ap'lica sede nō existēte presule qui per p̄rogatiuā meriti beati Peti ap'li per vniuersum orbē primatū obtinēs sacerdotii statutis synodalib⁹ cōsueuit tribuere firmitatē a laicis licet cōsentientib⁹ aliquātis ep̄is, qui tamē pōtificio quo cōsecrari ꝓbantur p̄iudiciū inferre nō potuerūt p̄sumptū fuisse cognoscitur virib⁹ carere nō dubiū est, nec posse inter eccle-
A siastica vllo modo statuta cēseri. ¶ Sancta synod⁹ dixit, licet secundū ꝓsecutionē venerabiliū fratrū nostrorū Laurētii, Petri, Eulalii, Cresconii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertū habetur hanc ipsam scripturā null⁹ esse momēti quā etiā si aliqua possit subsistere ratione modis oib⁹ in synodali cōuēru ꝓuida beatitudinis vestre snia eneruari cōueniebat, & i irritū deduci, ne in exēplū remaneret p̄sumēdi quibuslibet laicis q̄uis religiosis vel potētib⁹ i quacūq; ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatib⁹ quarū solis sacerdotib⁹ disponēdi indiscusse a deo cura cōmissa docetur. Symmach⁹ ep̄s dixit. Mō qa deus p̄sentiā vestrā votiuā michi sub qualibet occasione cōcessit volo si placet rē fieri firmā quā credo ecclesiasticis facultatib⁹ cōuenire, vt noscāt oēs quos in me van⁹ furor excitauit nichil me magis studere quā vt saluū esse possit qđ michi est a deo sub dispēsatiōe cōmissum, sed etiā quibuslibet dn̄m timētib⁹ gratū esse debeat, & ad ecclesiastici custodiā patrimonii ptinere. Sctā synod⁹ dixit. Scim⁹ ꝓuisionē tuā necessariis studere, & ideo ivra est ptāte sequēda disponere. Symmach⁹ ep̄s eccl'ie catholice vrbis rome dixit. Magna quidē venerāda & sacerdotali debetur cura ꝓposito cui iminet de studio que recta sūt nō de necessitate disponere. Sed quoniā i aliquib⁹ in aliena postulātib⁹ vicio⁹ mater auaritia repudiatis honestatis repagulis, totū putat expedire qđ libet, & ita dū p̄de ihiat patiētia supne pietatis abutitur expectātib⁹ correctionē celo moderāte iudiciis se existimāt nō teneri, cū clarū sit qđ apud certos i occasionē rapiēdi ꝓcedat diuine mora snie. Sed nobis quos pastoralis cura & eccl'iastice astringit ꝓ dispēsatiōe credita ratio reddēda substātie op⁹ est, vt sollicitudinē nostrā nō solū ad p̄sentia, sed etiā ad secutura secula porrigam⁹, ne ad aie nostre detrimēta cōtingat, sed hi q possunt statutis debere innocētiā p̄sumētes de libertate delíquerant cū religiosa
B possint & nīa & successoris nr̄i ptāte fulciri legib⁹ ecclesiasticis seruiētes. ¶ His ergo perpēsis mās uro cū dei nr̄i diuina cōsideratiōe decreto sanxim⁹, vt nulli ap'lice sedis p̄suli a p̄nti die donec disponēte dño catholice fidei mās erit doctrina saluatoris liceat p̄diū rusticū quātecūq; fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis sub alienatiōe ppetua vel cōmutatiōe ad cuiuslibet iura trāsferre. Nec cuiusq̄ excusetur necessitatis obtentu, quippe cū nō sit p̄sonale qđ loquimur. Nec aliquis clericorū vel laicor⁹ sub hac occasiōe accepta tueatur. sed nec i usu fructuario aliquib⁹ dare liceat, nec data retinere p̄ter clericos, & captiuos & peregrinos, ne male tractatiōis mistretur occasio cū liberalitate illi alia itinera reseruētur.
C ¶ Sane tantū dom⁹ cuiuslibet & vrbib⁹ cōstitute quar⁹ statū necesse est expēsa nō modica sustētari acceptis si offerri cōtigerit sub iusta estimatiōe redditib⁹ & diuini timore iudicii cōmutentur.

¶Pari etiam ecclesiarum per omnes Romane ciuitatis titulos qui sunt presbyteri vel quicunq; fuerint astringi volumus lege custodes,quia nefas dictum est obligationē qua se per charitatē Christi connectit summus pontifex,ea hominem secundi in ecclesia ordinis non teneri. Quicunq; tamen oblitus dei & decreti huius immemor cuius Romane ciuitatis sacerdotes volumus religionis nexibus deuinciri in constitutum presens cōmittens quicquā de iure titulorum vel ecclesias superiū pfatas quolibet modo preter aurum argentum vel gemmas, vestes quoq; si sunt vel si acceſſerint aliqua mobilia ad ornamenta diuina minime pertinētia perpetuo iure exceptis dūta xat sub prefata conditione domibus alienare tētauerit donator,alienator,ac vēditor honoris sui amissione mulctetur. A

¶Preterea qui petierit aut acceperit, aut qui presbyterorum, aut diaconorū seu deffensorū dāti subscripserit quo iratus deus animas percutit anathemate feriatur,sitq; accipiēti vel subscribēti de personis superius comprehensis,id est quas anathemate feriri censuimus,institituta pena contubernaliū seruata quam premisimus in alienatore vindicta,nisi forte & alienator sibi dum repetit,& qui acceperit celeri restitutione perspexerit. B

¶Quod si minore anime sue cura quisquā remedium oblatū forte neglexerit,supra ea penarū genera que superius tenentur ascripta contra fas,si quod conceptum fuerit documentum vniuersis viribus quāuis ab initio nullas habuerint efferetur, sed etiam liceat quibuscūq; ecclesiasticis personis vocem cōtradictionis offerre & ecclesiastica auctoritate fulciri,ita vt cum fructibus possit alienata rescere,ne aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat,quia religiosis animabus vel substantiā pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis cōsideratione dispergit. Huius autem constituti legem in apostolica tantum sede volumus seruari vniuersis ecclesiis per prouintias secundum animarum considerationem quē proposito religionis conuenire rectores earum viderint more seruato. Et subscripserunt. Celius Symmachus episcopus ecclesie Romane huic constituto a nobis facto conscripsi.Celius laurentius episcopus sancte Mediolanensis ecclesie huic constituto a venerabili papa symmacho sancto subscripsi. Petrus episcopus ecclesie catholice Rauēnatis huic constituo a venerabili papa Symmacho sancto subscripsi. Eulalius episcopus ecclesie syracusane huic constituto a venerabili papa Symmacho sancto subscripsi. Felix terracinensis. Crisogonus tudertinus. Emilianus vercellensis. Iocundus augustanus. Tigridus taurinatis. Vitalis fundanus. Bassus mutinensis. Pacatianus colaminensis. Maximus bleranus. Martyrius traconensis,Rufentius signinus. Vindemius anteatinus. Candidus tiburtinus. Fortunatus fuligenatis. Proculeianus sepinatis. Fortunatus anagninus Pascasius vulternēsis. Martianus ecamensis. Maximianus perusinus. Crisogonus albanensis. Euticius tranensis. Laurentius vobianēsis. Marcus samninus. Aprilis micernius. Memor canusinus. Innocētius forosimpromensis. Florentinus pleſtinensis. Felix nepesinus. Concordius mesenatis. Amandus potētinus. Anſellus plōmēsis. Basilius tullentinus. Martinianus ostensis. Benignus aquiminēsis. Fortunatus vessanensis. Seuerinus lundarniēsis. Encarpius messanensis. Iohannes spoletinus. Stephanus venusinus. Valentinus amiternus. Romulus prenestinus. Probus carmenensis. Colonius foroclodiensis. Helpidus volternus. Proiectus formoui. Veneriosus pellensis. Bonefacius foroflaminensis. Sebastianus siranus. Rusticus buxantinus. Venantius sinogallensis,Victor dunensis. Innocētius tifernantius. Tibernorū. Siluinus veliternus. Iustus simensis. Arestion ostensis, Augustus liparitanus. Felix nepessinus pro vrso, Asterius quinatis. Propinquus trebiatis. Eusebius faustris. Romanus numentanus. C

¶Explicit tertia synodus Romana sub Symmacho papa.

¶Incipit synodus quarta Romana sub Theodorico rege ex diuersis regionibus congregata.

RVFO MAGNO, FAVSTO, AMENO, VIRIS CLARISSIMIS consulibus sub die calendarum Nouembrium sancta Synodus apud vrbem Romam ex precepto glorioſissimi regis Theodorici ex diuersis regionibus congregata in Christi nomine dixit. Cum ex diuersis prouintiis ad Vrbem Romam conuenire sacerdotes regia precepisset auctoritas, vt de his que venerabili pape Symmacho apostolice sedis presuli ab aduersariis ipsius dicebantur impingi sanctum concilium iudicaret, ligurie, emilie vel Venetiarū episcopos quos ad presentiam principis spe itineris ductos attraxit consulimus regē incubuit necessitas consulendi, qua nos voluisset etate fractos debilitate, & impotentia corporis D

inualidos cõgregari,respondit prefatus rex piissimus bone cõuersationis affectu plura ad se de pape Symmachi actibus horrēda fuisse perlata & in synodi oportet, si vera esset inimicorū eius obiectio indicatione cõstare. Memorati pōtifices quibus allegādi imminebat occasio suggesserūt ipsum qui iudicabatur impetitus debuisse synodū conuocare,sciētes quia eius sedes primu Petri apostoli meritum vel principatus. Deinde secuta iussione domini cōciliorū venerandorū auctoritas singularē in ecclesiis tradidit potestatē,nec antedicte sedis antistitē inimicoꝝ subiacuisse iudicio in ꝓpositiōe facile simili forma aliqua testaretur,sed potissimus princeps ipsum quoq; papā in colligēda synodo voluntate sua litteris demōstrasse significauit. Vnde a māsuetudine eius pagine postulate sunt,quas ab eo directas cōstabat,Has dari sacerdotibus sine tarditate constituit,vel quicquid in eodē negocio actum scriptis romā ex diuersis terrarū vel regionum partibus dei prosecutione peruentum est. Et dum venerabili collectione de incipiēdo haberetur negotio,prout poscebat causa tractatus. Sanctus papa Symmachus Basilicā Iulii in qua pōtificū erat cōgregatio prout habuit cura celestis ingressus est,& de euocatione synodali clemētissimo regi gratias tulit,& rem desiderii sui euenisse testatus est. Causa ergo de sacerdotū animis que de cōcilio nondū firmato tristiciā ministrabat abscissa est. Auctoritatem ordini colligēdo sicut poscebant ecclesiastica statuta in omniū qui ibidē cōuenerant episcopi presentia se dare professus est sperans,vt visitator qui cōtra religionē contra statuta veterum,vel contra regulas maiorū a parte cleri vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus ex ordinatione antistitū sicut dicebat sanctū ꝓpositum firma fronte cederet,& omnia que per suggestiones inimicorū suorū amiserat potestati eius ab honorabili concilio redderētur,& tanti loci prelul legaliter prius statui pristino redderetur,& tunc nō ante veniret ad causam,& si ita recte videretur accusantiū propositionibus responderet,digna res visa est maximo sacerdotū numero,atq; mereretur effectum decernere tamen aliquid synodus sine regia noticia nō presumpsit,sed suggestio iusta per legatorū negligētiā nō meruit,secundū vota responsum iussus est regis preceptionibus papa Symmachus ante patrimonii vel ecclesiarum quas amiserat receptionē cum impugnatoribus suis in disceptatione cōfligere. Qui potestatis sue priuilegia & que pro cōscientie quātum iuste estimamus enundatione submiserat,nec
A hac voluit vice resumere. ¶Sed dum esset synodus in Hierusalē Basilica sessoriam palatii constituta aliquibus sacerdotibus visum est,vt libellus quē accusatores parauerāt qui quotide seditionibus appellabant,susciperetur a synodo in quo susceptо,duo erāt quevelveritati inimica essent, vel ipsi quātū ostenditur ecclesiastico proposito repugnarēt,Vnū quia dicebant crimina memorati superius symmachi pape apud regiam constitisse noticiā quod falsum eē declarauit. Non enim quasi nouā causam audientie cōmisisset,si eius cōscientia conuicta de errore solam se sciret expectare sententiā,aliud quod per seruos de his que obiiciebant se eum loquebantur posse cōuincere,addentes quod ipe mācipia traderet quibus quātum illi asserebant, possit in indicatione superari. Que res canonibus & ipsis publicis erat legibus inimica cum patrum statuta sanxissent,vt quos ad accusationem leges seculi non admittunt. his dicendi in cognitione vel assequendi aliquid denegandam esse licentiam. Et dum inter ista que essent facienda tractabatur prefatus papa,vt causam diceret occurrebat. Qui veniens ab irruentibus turbis emulorū suorum ita tractatus est, vt multis presbyteris qui cum ipso erant per cedem ipsam mortis fuisset occasio,& recentium adhuc vestigia vulnerum illustris vir comes aligenius,& sublimes viri gudila,& vedeulfus maiores domus regie perspexissent, quos secum vnde egressus fuerat ad beati Petri apostoli septa conuexerit. His ita actis & rebus varia confusione turbatis iterum nos ad iusticiam contulimus principalem,sciētes diuinitate ꝓpria regere dominum quē ad italie gubernacula prouideret ipse. Cuius māsuetudini omnia per relationis seriē sicut res poscebat ingessimus intimātes etiam sepe nominatū papam post sedē cui subiacuerat cum suis,si volūtatē rursus haberet exeundi ad iudicium fuisse cōmonitum sed allegasse eum per directos episcopos mandatis canonibus sibi concessisse affectu purgationis sue culmē humiliat quātis periculis pene fuisset oppressus dominū regem habere quod vellet faciendi se interim iusticie renitentē statutis canonicis non posse compelli. Ad hec sereniissimus rex taliter deo aspirante, respondit in synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda perscribere, ne aliquid ad se preter reuerentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere committēs. etiam potestati pontificum,vt siue propositum vellent audire negotium siue nollent,quod magis putarent vtile deliberarent. Dum modo venerandi prouisione concilii pax in ciuitate Romana Christianis omnibus redderetur. Que cum iuste offertur mandata dei complentur italie sue dare rectorem. Agnoscentes nullum nobis laborem remansisse nisi vt dissidētes cum

tes cum humilitate propositi nostri ad concordiam hortaremur,quia vnum tante rei restabat, vnde deo parerem⁹,vt sancte principis voluntati inuitemus senatum amplissimum quali oportuit lega⁄tione destinata monentes & instruentes causas dei ipsius iudicio esse cōmittendas,qui valet corpus occidere & animam mittere in gehēnam,qui dixit michi vindictam & ego retribuam,apud quē cō scientia nuda est,cui nō absconduntur occulta.Cogitare prudentes viros oportere,q̄ta incōuenienter & preiudicialiter in hui⁹negotiis principis contigissent,& nos viā per hanc quā ipsi vocabāt remissi onem peccatis non aperire sed claudere, qui quod dicebatur maioris iudicii seruamus instruentes eos,quia per nos illis Christus innotuit,nō esse ouium lupi insidias preuidere sed pastoris.Maxime quia in causa p̄fata multos qui sede dignabātur cognoscere,& deo satisfacere error inuoluerat,& quia non poterāt plura sub hac occasie ecclesie membra dispergi,sed magis per māsuetudinē sustineri. Si cut boni nos operis Paulus magister instruxerat dicēs.Sanādos esse plurimos per patiētiam & do⁄ctrinā,& quicūq; putātur rei & grauibus peccatis inuoluti, quāuis nullus sit qui delicto careat sicut Iohānes testatur apostolus.Si dicā quoniā peccatū non habeo,mēdax sum. Eos tamē magis p̄ffuris hominū sustētari & perterreri,hasq; passiōes iudicio diuino suspendi.Maxime cū illa que p̄misim⁹ inter alia de auctoritate sedis obstarēt, quia quod possessor eius quondā beatus Petrus meruit in no bilitate possessionis accessit,& claritatē veterē vobis dat,det Christi rectoribus deuote clamantib⁹ scri ptum esse per prophetam ex persona dei.Nunquid non valet manus mea ad consumēdum eos qui errauerunt.Hec eadē sepissime vt oportuit cōmonentes vt habita intentione discederēt& factū no strum quod deus inspirauerat iuxta mandatū pricipis nō discuterēt, sed sequerētur sicut decebat fili os ecclesie,nec sub hac interrnissione contēderēt,& crescerēt ecclesie detrimēta que res poscebat cū festi natione succurri & nobis hui⁹ celeritatis,& illis obedictie necessitas imminebat,Maxime cum om⁄nem pene plebē cernimus eius cōmunioni indissolubiliter adhesisse cuius nos non modica quidē cura stimulabat,ne in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis dei nostri obtestatione decernimus harum necessitatum vel religionum consideratione astricti,& celesti perpēsis omnibus que in causa erant inspiratione secretis Symmachus papa sedis apostolice p̄sul ab huiusmodi propositionib⁹ im⁄petitus quātum ad homines respicit,quia totum causis obsistētibus superius designatis,constat arbi trio diuino fuisse dimissum,sit immunis,& liber,& Christiane plebi sine aliqua de obiectis oblatiōe in omnibus ecclesiis suis ad ius sedis sue pertinētib⁹ tradat diuina mysteria, quia eum ab impugna torum suorū petitione,& ꝓpter superius designatas causas obligari nō potuisse cognouim⁹,vnde se⁄cūdum principalia p̄cepta que nostre huic tribuūt potestati ei quicquid ecclesiastici intra sacrā vrbē romam vel foris est iuris reformam⁹totam causam dei iudicio reseruantes vniuersos hortamur,vt sa cram cōmunionem sicut res postulat ab eo percipiant,& dei animarū suarum meminerint,quia & ipse amator pacis est,& ipse pax est qui monet,pacem meam do vobis pacem relinquo vobis, Et in quacūq; ciuitate pacem esse confirmandam affirmāt beatos esse pacificos. Hec quicūq; ex instru⁄ctione nostra quod non estimam⁹vel non admitti vel detrectari posse crediderit videat,quia in di⁄uino iudicio contempt⁹ sui rationem est(sicut de deo confidimus)redditurus. De clericis memorati pape qui ab episcopo suo ante tempus alicui⁹ contra regulas discesserunt & schisma fecerunt,hoc fie ri decernimus vt eos satisfaciētes episcopo sua misericordia subsequatur,& officiis ecclesiasticis se gau deant restitui, quia dominus & redemptor noster oues perditas ab errore letatur inuentas, & super profugum filium paternam liberalitatem celestis mediator accōmodat. Quisquis vero clericorum post hanc formā a nobis probatā quocūq; sacrato deo loco in ecclesiā Romanam missam celebrare presumpserit preter conscientiam pape Symmachi dum viuit statutis canonicis velut schismaticus percellatur.Ista sufficiant nunc cum dei notícia sincere protulisse,Laurentius episcopus eccleſie me⁄diolanensis huic statuto nostro in quo totam causam dei iudicio commisimus subscripsi. Petrus episcopus Rauennanus huic statuto nostro in quo totam dei iudicio commisimus subscripsi. Felix terracinensis. Bonefacius aquemuensis. Maximus bleramus. Emilianus furanus. Maximus tici⁄nensis. Cassianus mutinensis. Gerontius fidudensis.Stephanus venusinus .Laurentius boensis. Fortunatus fulginensis. Mercurius sutrinus. Stephanus neapolitanus. Hylarius tensanus.Ma⁄ximilianus perusinus. Innocentius fortunatus. Concordius mesinatis. Vitalis fundanus. Castus portuensis. Aristus ostensis. Martyrius terracinensis. Victor lunensis. Asterius aquinatis.Chri⁄sogonus albanensis. Amandus potentinus. Romanus numentanus. Vrsus reatinus. Pasca⁄sius vulternensis. Innocētius forosimpromēsis. Felix nepesinus.Hylarius tempranēsis.Innocētius

tarentínus. Tyberníorum,Seuerínus tundaritanusSiluanus velíternus.Sebaſtíanus ſuranus.Mercurius gauinati.Felix atellanus,Ruſticus bruxantín⁹.Propínqu⁹ tríbenſis.Adeodat⁹ fornitanus.Bonefacius cameritanus.Iuſtus ſignatínus.Vindemius anteatínus.Auguſtus liparitanus Valētínus amiternínus.Fortunat⁹ſueſtan⁹.Iocundus auguſtan⁹.Tígridi⁹taurigan⁹,Vítican⁹ celunenſis,Iohannes ariminenſis,Porculeianus ſepniatis,Candidus tríportínus, Creſconius tudertínus.Innocentius binatis.Iohannes ſpoletínus.Euſtaſius cremonenſis.Laurētius verginatis,Eucarpius mereſape. Rufentius agnatínus.Serenus nolanus. Martianus acanus. Euticius tranenſis Fortunatus anagninus.Aprílis laterianenſis.Aſellus populonienſis.Memor canuſinus.Adrudat⁹ ſilue candide.Venerius pallenſis.Rogatus tauromínitanus.Seruus dei ferēſis.Probus carmeianēſis. Dulcítius ſancti antími.

¶Explícit quarta ſynodus Romana ſub Symmacho papa.

¶INCIPIT PREFATIO ENNODII IN LIBRO SEQVENTI.

A SOLET DICENDI AFFECTVM MVLTORVM RERVM ardor exigere.Sí autē auarus laudís animus eſt,& fauorē deſiderat ſudore mercari,aut per blādimenta glorie crucem narrantís ignorat, aut lucrí aſtrictus cōpedibus lingue vendit obſequiū,vt dum animus habendí cupídine ſubiugatus preſumptum eſtímat íam tenere compendium,ſic íngruentía per ſtilí exercítium neſcit tímere díſcrímína,aut neceſſitate concluſus profert eloquium ſine quacunq; lima captíuum, & neſciam pudorís frontem monſtrat in medium, vt dum intentioní famulatur dilígentíam decorís aburat, quía dicendí ornamenta non ſunt intentionís negotíi.ſed quietis,nec militíe ſunt pícta verba,ſed otíi.Campus fortem poſtulat pax profunda redímit ornatum.quí profutura aſſerit,loquelā que periculo artís eſt colorata cōtēnit. His ergo ita ſe habentíbus cauſam narrationis ínſinuo,& coactam vocem prauorum latratu religioſís mentíbus commendo. Scriptum eſſe reminíſcens tempus tacendí, & tempus loquendí vel poſt fidem prophetící oraculí cuíſdam oratorís exemplum quí refert níſí cum neceſſariā dicendí nímís ineptā eſſe conditionem.Orís ergo miníſterium pro valitudine ingenii ſacerdotíbus dedi aduerſus quos ſíbilantíum effuſa ſunt venena línguarum,lícet ſcuto munita fidei ſpículorum ímbrem patientía religioſa non tímeat,& ad auctorem redeant tela,que ſine bellandí arte dirīguntur.Quibus enim pro lorica Chriſtus eſt, vim non metuunt & ínímícos longa expectatione proſternunt.Quiſquā ne tamen ín hac acíe prelíum putet eſſe formidíní, ín qua deo & pontificíbus ínfertur ſine vírium eſtímatione certamen.Quiſquam ne fluxum & laceſſentem hoſtem vídeat & preliorum cauſís aduerſarium debilem expaueſcat? Inuídet ípſe ſíbí victoríam quí conſcientía vulneratum aggredí ceſſat ínímícum.Ad lucrum hoſtís ſuí procedit,quí ín conflictíbus nō prius cauſas q̄ aliud expedit. Dat vires iaculís ínnocentía,& mucronē acuunt ex equo veniētía vota bellandí,Percutiendí ímpetū plus iuſtum dolorem ſcímus dediſſe q̄ brachía,índe paucorū telís multítudo non ſubſiſtit. Dícente ergo mecum propheta plures nobíſcum ſunt q̄ cum íllís,placiturum bonís quātum eſtímo opus íncipiā.

¶Explícit prefatío.

¶Incípit liber Ennodíí ſancte Romane eccleſie díaconí contra obtretactiones quarte ſynodí habite Rome palmarí a Symmacho papa ſub theodorico rege.

SVFFICERET QVIDEM SCHISMATICAM IMPERITIAM PROpoſitione cecidíſſe,maxime cum ſecum habeant obiecta reſponſum, & mereatur tytul⁹ ſine lectionís díſcuſſione cum auctoritate damnarí,cum ín prenotatione ípſa ſignificantía operís ínnoteſcat ímmundí dícentium aduerſus ſynodum abſolutionís íncongrue.Ego tamen nunc ſic agam quaſí opus ſit alíeno enſe perire mala proponētem.Iſtud proloquiū poteſt clementíſſimo hominí tātū inſcitie aſcríbi.Et ne aliquís p̄ter vos ſicut ínter oues vlceroſas deputandus & erraticas quí magnū gregem potuiſſet laceſſere paſtorum dícente propheta.Filios nutríui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me,Et domíno de apoſtolís. Quí vos ſpernít me ſpernít. Quos epiſcopos fuiſſe prophetа teſtatur de iuda dícendo, & epiſcopatum eius accípiat alter,& Apoſtolo eque Paulo proclamante obedite prepoſítís veſtrís quoníam ípſí exorabunt pro vobís. Nec hic ímmoremur.

Sed redeamus

Sed redeamus ad grauem & venerabilem non ſolum ex alia productam,ſed myſticam propoſitio⸗
nem.Nō omnes(inquiunt)ſacerdotes regis ad concilium aſciuit auctoritas,nec omnes in iudicatio
ne ſenſerūt, Mācipia tartari,& liquido ſathane miniſtri,quoſcūq; non euocauit ſcriptum principis
nouis nexibus & actuū veſtrorū in nolutionib⁹ ſerpentibus ſpiris cauda ptraxit.Volo dicere in quo
fuerint voto,in qua deliberatione diſcedētes,quibus tedium illa peperit expectatio. Cū viderent ve⸗
nerabilem papam longas in vita cōtra fas ſuum inducias accepiſſe.Videbāt ethera tātum directis a
ſe iaculis verberari,His ne liceret infelicibus in malorū actibus cōſolatione ſecreto delitescere? Libris
vris nudantur abſconditi,&per vos in turpi facto habere ſolitudinem non ſinuntur,dicente domino
in euangelio,Omnis malus odit lucē.Poſt hec abſentis aduerſarios pape Romani dici non debuiſſe
qui predictis prolatis petitionibus accuſabant doloſe,videlicet hoc agentes eo quod aduerſarios ſu⸗
ſpectoſq; canonica ſynodalibus clamāte in decretis auctoritate, in ſuā recipi accuſationem eōs mi⁸
nime oportuiſſe vos non latuiſſet,ad aſſertiones fidem iungētes quod eos iſto nomine p̄cepta regia
non vocaſſent. O homines omni artis lima compoſitos,& caminis fabrilib⁹ excoctos,qui ad ſtipula
tionem doctorum deſudata inuenere teſtimonia,amam⁹ reuerendi viri ſentētiam veram,&(vt aiūt)
in ipſam pedibus imus,Cognoſcimus errata que dicitis inimicum vocet aliquis accuſantem, & tra
gico nomine repellit,appellat contumeliā non merentem.Dehinc ſubiunctam queſtionem rethori
ca argumentatione fibula momordiſtis,addendo,allegādo,Teſtis eſt Romana ciuitas,Si omnes epi
ſcopi ſenes & debiles conuenerūt,ecce orationem veri neruis nitentem, & ipſi cepario preferendum
nitore ſermonem. Ergo qui ſe etate valentes,& corpore imbecilles eſſe dixerunt ipſi ſe ineptos iudi⁸
cio eſſe teſtantur.Quoniam membrorum ſe dixerunt iam ſuſtinere diſpēdia,maxime ſi hoc ingere
re clementiſſimi dñi auribus p̄ſumpſerunt.Vos putatis ab vniuerſis dei conſpectibus pulſi illorū ve
ſtrorum more congreſſuū vbiq; narranda confundi, & apud principem de collectione pontificum
alios protuliſſe ſermonem,niſi quos etatis maturitas erudiēde loquele fecit auctores,quibus anni ve⁸
teres reuerētiam contulerunt,qui putabantur bonorum meritorum ſuffragio in longū ſeruati. Ip̄os
ergo de grauide etatis fatigationibus queri decuit, quos etas iuſſerat allegare,Viri optimi ſubditis
ex preceptis regis euocationis cauſam fuiſſe iam cognitam,& Italie ſumma moderantem non fuiſſe,
quaſi de nouo negotio conſulendum,plus charte & ſcriptioni religionis debitum q̄ preſentie princi
pali.Nullus ergo in predicto negocio titulus remāſerat,ad cuius inquiſitionem pergentes illud iure
preloquerentur exordium. Exhinc digreſſi bonarū rerum in rege laudatis affectum & colitis ver⁸
bis innocentiam quam actibus ignoratis.Si tñ cultus eſt in loquela veſtra quam ſcabroſo vomere ve
lut agentes per deuium errata perſcinditis macētis zizania & lolia comēdātes,recepturi pro tali im⁸
pendio paleas quibus gehenne in pernitiem veſtram animetur ignis.Sed nūc vt quidam fertur di⁸
xiſſe,que quibus ante feram contra apoſtolum dicitis impugnatores ſummi pontificis non auditos
qui celeſtis mādati memores partem ſuā a conſortio adulteri ſubduxerunt.Hinc non inceſſo igno⁸
rantiam rimoſam memoriā non accuſo,volo dicere quod ꝓphete verba apoſtolo contuliſtis quia no
ui & ip̄os apoſtolos recte vocari,quos miſſos eſſe nō neſcio.Dauid enim dicit,Furem videbas & cur
rebas cum eo,& cum adulteris portionē tuam ponebas. Deinde quis ſe de illa veſtra enodem faciat
queſtionē qua dicitis in criminibus obiectis quod non excluditur approbatur,Et vocem Romane
eccl'ie militibus congruentem,In qua neſcitis vtrum prius nitorē predices an ſaporem,Putas ne audi
ſtis legi,quod iuſtum eſt iuſte exequeris? Audiſtis de malefactis hominum,ſi tamen aliquando cō⁸
uerſatio humana vos tenuit,quicquid non ſuis ordinib⁹ approbatur excludi? Vbi eſt illud ꝓphetie?
Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui,& de vobis peccatum ſuū quaſi Sodoma pre
dicauerūt ve animabus eorū? Sed qd facto opus eſt,quoties deſperatis nulla medela ſuccurrit niſi im
plorandus eſt dñs qui ꝓmiſit per prophetam futurum ſe ſup omnem ſuperbum & excelſum, & ſu⁸
per arrogantē,vt humilietur, ſed fetidum opus veſtigiis inſequar & ferrata ſi poſſum calce contun⁸
dam,Vt vere dicam res cum re,cauſa cū cauſa,ratio cum ea quā putant ratione pugnabit,Oblocutos
ſacerdotes ſp̄ceptionibus regiis allegatis,& quoddam ſacrilegium creditis,mali aliquid cum celeſtem
neſciatis de terreni dñi iuſſione ſentiri opponēdo quis regi debuit dicere papā ſynodū oportuiſſe cō
uocare? Certe qd in hac pte conſtat exemplum illum precipue qui criminoſis multorū ꝓpoſitionib⁹
iam iacebat quē hoc fuerat dānare quod argui cui p̄rogatiuā celitus aſcriptam hoſtium ſuorū iā ob
locutio tuliſſet. Ad hanc vos clementiam malorū actuum per gradus ſuos incrementa traxerunt ,vt
hoc credatis eſſe laceſſere qd conuincere,nec apud vos habeant a veritate differentiam,odia que ple⁸

tūq; cōtra meritum impediti ſtudiis,non ratione obſequentia vota cōcinnāt,Vbi eſt illud,Priuſquā agnoſcas ne ad iudices quemq; Olim vos accepit grex politus in ſiniſtra collegas apud quos ex pre iudicio excepiſſe ſententiam creditur,qui meruit ad examen adduci,& hoc eſt reum exiſtere quod libram diſceptationis intrare prelocutioni tamen optime diuinum ſubdidiſtis exemplum ,quod ita quadratis cōſtat eloquiis,vt ipſum in eo chryſippū tenere lineam putes,Peccatori dicit deus.Quare tu enarras iuſtitias meas? Huic dicto conferentes quaſi ad ſacerdotis apoſtrophem qui beati Petri apoſtoli vicarius eſtimatur,prohibetis archiatrum eiꝰ corpori afferre medicinā.Quomodo vos animę eius curationem exhibere renuitis?Magnum per diuina ridiculum an maxima lamenta ſint neſcio.Vos aliene febri curam queritis,vos fatiſcenti anime medelam adhibere cupitis,& in lecti proximitate poſiti veſtri immemores , de alterius ſalute tractatis,quid ſi illud vere vobis a propheta dictum ſit,nunquid parum vobis eſt quod moleſti eſtis hominibus,quia moleſti eſtis & deo meo? Et iterum.Medice cura teipſum.Sed hinc alias nouimus quia ſanari non pōt cōclamatus & improbus in ꝓfundū deueniens mira temeritate contēnit. Sed credo viuit in iſtis,& in male cōuerſationis ſue morte conciliū,& poteſt optare quid alteri,quod ipſe iam perdidit,Nunc recte vobis cum prophęta dicimus. Omnia que loquitur populus iſte iuratio eſt,& timorem eius ne timeatis neq; formidetis,Procul ſit a nobis,faceſſat a nobis qui in nobis eſt pruritus iſte linguarum,quos vere idem ꝓphęta arguit.Scribentes iniuſtitiam ſcripſerunt.Non nos beatum ſicut dicitis a domino cum ſedis priuilegiis vel ſucceſſores eius peccādi iudicamus licentiā ſuſcepiſſe,ille perhennem meritorum dotem cum hereditate innocētie miſit ad poſteros,Quod illi cōceſſum eſt ꝓactuum luce , ad illos pertinet quos par conuerſationis ſplendor illuminat, Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tante dignitatis attollit,In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum ſufficiūt que a loci deceſſore preſtantur.Aut enim claros ad hec faſtigia erigūt,aut qui eriguntur illuſtrat,Prenoſcit enim quid eccleſiarū fundamēto ſit habile ſuper quod ipſa moles innititur,Sed hinc actibꝰ noſtris celeſtem potentiam putatis eſſe ſuffragio,quod ad preſidiū beati Petri apoſtoli adiutricē vt dicitis dexteram commodatis, Neſcitis ſolem facibus nō adiuuari,nec ad preſidium diume lucis lychnos accēdi , Scriptū eſt enim, Scrutatur renes & corda deus,Sed in illa parte quis argumentis audeat veſtris reſpondere, niſi quia ſine arte dicitur verum, & fides mendacio ſermonum technis aſſuitur.Cur(inquiūt)ad principē conueniſtis,ſi audiri non licebat impetitū,Sic vos in ſtuporē pecualem peccati nebula aut diuinꝰ horror obliniat vt verecundā excuſationē,aut fraude menſuram trāſeat,aut beluarum preſſa ebetudine non agnoſcat,An forte aliud putatis fuiſſe qđ dictum eſt ipſum debuiſſe ſynodum cōuocare,cuius opus erat officio vt vos videlicet per pontificale examen diuina ſententia ꝓcelleret,& quos a capitis ſui cōpage in ſalutis detrimento inſanis furor abſciderat poſtes. Argumentationē operi veſtro neſcio verbis an latratibꝰ indidiſtis,comparantes ei antiſtitem veſtrū qui ſenioris nature beneficium vniꝰcibi cōmutatione ꝓdiderit & primogeniti canam dignitatem amiſerit faucibus obſequendo. At iſta q̄d referā,qui ex omni obiectorum pte cōcludor? Quis rogo veſtro ſymmacho benedictionem,dū patri plus deſeruit eripuit? Cui tātorum munerū Iacob vice eſt, collata nobilitas? Quis ex vobis ceci parentis deſyderiis pariturus occurrit? Quis veſtrū deuotione ſua genitorē venerabilem captum oculis nulla fecit lucis dāna ſentire? Nōne collatione tenebrarū veſtrarum nō putatur per ſudum rutilās iubar oſtēdere? Et omnis obſcuritas actibus veſtris collata decorem ſolis aſſumit. Preterea tūc Iacob quamuis congruentem moribus filii benedictionem tamen cōtulit iam promiſſam.Nam quid his longius immoramur,cum docendi non ſint,qui calces ſtimulis intulerunt? Credite michi pacis inimica ſunt,impugnationi non ſunt idonea que profertis.Sed ſequitur vinculum cum enigmate quo neſcio,qua replicationis arte ſoluamus. Tulliane enim profunditatis pelagus ingreſſi bullam noſtre ſterilitatis queſtionem flatibus per littorum incerta tranſmittūt,In qua tamen chriſto clauū tenente portū ingrediar,& ſigillatim de turbinibus vtis vniuerſa diſcutiā habitur? &inducꝰ illorū facultatē non meā. Aiūt enim,Si vera eꝑorum aſſertio eſt ſedis aplice p̄ſulē minorum nunq̄ ſubiacuiſſe ſnie, cur ad iudiciū diſtricti cōuētione perductꝰ eſt.Multū quidē annoſa hinc in vobis laborat infantia ! Cui ille aduocādꝰ eſt,q ineluctate nobiſcū ſemp pondus ꝓpoſitionis exupat cū manifeſte ꝓ ſacerdotibꝰ cū ꝓpheta damitē,Nunqd gl'iabitur ſecuris cōtra eū qui ſecat in ea,aut exaltabitur ſerra cōtra eū q̄ trahit eā,vt ſit michi illud ſuffragio diuinū oraculum. Quō ſi ceſſauit exactor,tributum quieſcit. Ita contriuit dominꝰ baculum impiorū,Tribue dñe quod p̄dixiſti in illis, vt ſicut errat ebrius & vomens,ita pereat incredulus , qui inſideliter agit , Propter hoc propheta vobis inſultans vociferatur.

Audite

Audite verbum domini viri illusores,quisquam ne causarum ex precognitione sancit euentum,& rabidis terminum positura conflictibus sic metitur,vt pernix decisio dum in inquisitione esse seniori innotescit anticipet,fauorem censentis accuset.Nunc paulum per ore actibus annis indignos pōtificali vos arguam.Nos qui statuta nostra non vna apud vos volumus lance constare,quibus de impugnatorum qualitate lati sunt canones,apud quos nefas est cana patrum definita transcendere, quibus scriptum est in Carthaginensi concilio.Quod apostolice sedis per Faustinum episcopum qui tunc ab ea missus interfuit probauit auctoritas accusatoribus de inimici domo prodeūtibus nō credendum,in quibus odio succensa vicinitas,per nutrimenta arida flammam persecutionum excitat,& vniuersam doli fabricam sumptu,& machinis coherentibus secreta dispositione componit, Istos que domus euomeret qui scire potuisset nostra collectio,nisi presentes,& impugnationis qualitatem,vnum nisi ex scripta propositione didicisset,in quib⁹ sentinam criminum dum simulato fuerunt persecutionem se debere criminibus agnouisset.

¶Post illa que de accusatoribus prolata sunt,addidistis cur persone iusse sunt presentari quas sepe imperialis flagitasset auctoritas.Ad defraudationem ingenii pertinere eius qui nunc in sede apostolica quasi in quadam arce consistit,vere vobis dicit sapientia.Homo infirmus & exigui temporis ad intellectum non perueniet,sed laboret vt sciat quod acceptum sit ad dominum. Et iterum dicūt prouerbia,Odit sequi,negligit studia,Imperitis enim obuiat mors,Quid enim illam que in peruia scientia descendit ignorantiam fingitis?quid adhibetis mira latrocinandi arte falsitatem vel dolositatum prestigia simplicitatem fronte monstrando?De vobis nunc dictum est,Qui loquitur mendacium ex propriis loquitur istam letitie faciem ex iudiciorum censura venientem callida ꝓuisione sacerdoti vestri oculis abstuliſtis,vt eum talibus aduersus acies vestras instructum munitionibus & innocentie in testimonio orbis tela deferentem ab ipsis indiciorum aditis pelleretis,ꝓuidentes vt nec sine impugnatione insons viueret, nec haberet solatium de incorrupta iudicum inquisitione pulsatus,vos prefato & dedistis & inuidistis examen,cum vno eodemq; itinere a vobis disceptationū dubia subire,& prohibetur & cogitur & per singularem callem,ad causam arcendus euocatur,non manifestam salutem aut non lacessitus obtineret,aut subriperet absolutus. Adolescētie mee memini me legisse temporibus de quodam dictum. Exuli exilium imperas,nec das,vos prophete impetit sentētia,isti sunt viri qui conturbauerūt terram,& qui concusserunt regna. Et iterum. Excidētur ramusculi eorum falcibus,& que derelicta fuerint abscindētur,Et rursus. Dum non speratis veniet contritio vestra & comminuetur sicut lagena figuli multitudo vestra,Nec non propheta ad hanc causam specialiter locutus intonuit. Dominus inclinauit manum suam & corruet qui fert malis auxilium,& cadet cui prestat auxilium,simulq; omnes consumentur. Redeo tamen post multa exēplorum suffragia ad nouellas canonum definitiones. Clamat in alio loco Carthaginense concilium, quascunq; ad accusationem personas leges publice non admittunt his impugnandi alterum,& nos licentiam submouemus,& nulle accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis que legibus seculi prohibentur. Quero a vobis viri quibus indita est ad vngem polita perfectio cuius conditionis fuerint ista mancipia que postulata scriptis principalibus intimastis,si ea seruilis adhuc in potestate alterius cathena retinebat,& nulla obscene obligationis compedibus vestigia in libertatē missa laxabant vel vobis disceptantibus fidem aliquam predictorum verba portassent? Sed credo replicabitis veritatē que spōte prolata in illis vox habere nō poterat,hanc diuersis crucibus e latebris suis religiosus tortor exegerit,vt dum penis corpora soluerentur que gesta fuisse nouerat anima non celaret,Sed queso primum ad leges publicas,deinde ad iudices ora conuertite,qui possunt in defensione sua sic eloqui,nos quos dei seruitium pro istarum rerum abiectione fecit ingenuos,qui seruulorum insultantium contumelias aut despicimus,aut ridemus,quibus scriptum est de famulis per apostolum,Mementote quia vester & illorum dominus in celis est. Adhec seculi mala reuocabimur faciendum a nobis est quōd faA cientem alterum prophanum esse contendimus,quod per ministerium iussionis & manus aliene incessaret aspectum vestrum nostro peragetur imperio. Nolite hanc ad vniuersas ecclesias mentem rapacium luporum more & natura separare,quia postquam nos maculasset forte ꝓ desideriis vestris conuenta discussio effectum in his quo tenditis non haberet. Sed dicente vobis propheta. Ponamus circulum in naribus vestris,& frenum in labiis,& reducamus vos in viā qua venistis. Qui eodem ꝓpheta asserente impugnamini qui dicit. Erunt quasi non sint,& peribunt qui contradicunt vobis.

¶Hoc etiam nouo aduersum nos subdidistis inuento ipsum dominum,& redemptorem nostrumB

ſeruorum ſubiſſe iudicia,& celi operatorem particule cuidam ſponte ſubiacuiſſe terrene, dum teſtatur & loquitur. O Iuda & qui habitatis Hieruſalem iudicate inter me, & inter vineam meam,hoc etiam beatum Petrum hoc Paulum apoſtolum non horruiſſe narratis,& illam veſtram elegantiam ad ius pertrahitis exemplorum,nexibus precedentem quaſi vobis in hac parte remanſerit,cum reni tente contentio,& validis facundie veſtre digitis exigantur oblata. Samuelem etiam prophetam mirificum de conſcientie ſue ſerenitate,vulgi dicitis imploraſſe teſtimonium. Quid enim Samuel dixit? Scire dominum,quod nullius vnquam ſubſtantiam,nulli⁹ pec⁹ abegiſſet,aduerſatum ſe muneribus & quod eſt ſupra hominem ſponte venietia dona vitaſſe,prouidens ſcilicet ne pro ſuſpitionū preiudicio homirius damna pateretur,Poſtremum ſub diuina atteſtatione patefecit innocētiam, ne humanum ſubiret examen. Redemptoris noſtri iudicium quod inter ſe & vineam ſuam optat euenire dum veſtra in preſenti negotio mala reſpicit,magis implorat Sanctus Athanaſius alexandrine vrbis epiſcopus,dum participum veſtrorum argueretur inuidia agnoſcens ſibi per contumeliā multitudinem exercituum cōtingere non timore,vere ad corone precium iunxit,quod de dignitate ſub miſit,& ante celeſtem de abſolutione ſententiā perſonam rei innocentie bon⁹ eſtimator impleuit,ſic enim milites chriſti ſudore ſuo honorem ſibi incremēta parturiūt,dum cōceſſa faſtigia celſiore humilitate caſtigant,inde laudū cumulos mercaturi,vnde indepta culmina ſublimi parcitate moderantur. Sed quāuis beatum Athanaſium Romano antiſtiti quātum noſſe datur imparem locus oſtendat, Facto tamen in negotiis comparātur ille preſto fuit iudicib⁹, iſte quantum & vos dicitis aduocauit ille intentatam diſcuſſionem vt dei famulus nō refugit,iſte triumphū ſuum indiſcuſſorem collectione conſtituit. Sed quid his longius collationibus immoramur iudicia & iſte voluit, amauit,attraxit, ingreſſus eſt,& quod poſſet fidelium corda doloris iuſti aculeis excitare venerando concilio auctoritatem etiam contra ſe ſi mereretur indulſit. Quis in hac allegationis ipſius fronte neſciret fultum ad coepiſcopos puritatis teſtimoniis cōueniſſe? Qui hoc qđ diſtrictione eorū minus licebat exhorruit eſtimans illud magis quolibet modo labefactandum quod ſtatuiſſet cenſor inualid⁹. Quid p̄fatum inceſſitis canina loquacitate? Quid leditis nō merentem votum ei⁹ eſt,quod veſtrū putatis eſſe terrorem,Sed aſtutior in vobis,quam in Athanaſii aduerſariis nouelli virus ſerpentis inſibilat,illi neſcierunt quod optime calletis qualiter triumph⁹ tolleretur impetito,illi ꝓuocato,ne audiend⁹ occurreret formidabant. Vos morem quem habebant examinari nō ferentes,venientes iaculis repulſis, & tediū vobis de ſententia preparatum,vltricum armorum aſſumptione cōmutaſtis. O malorum cōmemoratio que vocem & preſtat,& ſubruit dum illos quos in clamorem coegerit eorum etiam grauitate facti verba confundit. Quis patiatur vos equo animo garrientes? Ergo nos ſecundum aſſertionem veſtram nouelle vtilitatis cōmoda non amamus,dum definitis ſeniorib⁹ preſtare obſequium, Sic tota ingenii vela ſuſpenditis,hic reſupine ceruicis ex receſſu pectoris quicquid habuit ſpirit⁹ flāmis ructus euomuit. Aiunt enim Moyſi a vobis ieiunia,& Heliſei miracula que egit dum mortuū ſuſcitauit,ſi annoſa tñ ſectamini cōfundantur, Quid hic rationis inuenit ſcrutator idoneus? Non ſi auri pallidus inquiſitor occurrat in ſenſibus vris latentiū venarum motus inueniet,& inſuetis lucem latebris ſermonum foſſor admittet,Iccirco ergo cana miracula non probamus ſi iuuenilibus conſenſum non ꝓbemus exceſſibus,Si ſeruum dño diſcipulum magiſtro euangelii memores ſubiugamus quic quid potuit ꝓdeſſe negligimus,Alia ſunt improbiſſimis hominū que ad vſum recētem ſine iniuria vetuſtatis adhibemus. Nouā deinde culpam & quam inueſtigatio noſtra tranſierat reclauſiſtis,quare papa ſine exempli inſtituto precedentis ſynodum cōuocauit, vt de criminū eius obiectiōe cognoſceret. Poſthec nos falſitatis arguitis coram principe,que in prefato negotio ſcripta ſunt dicim⁹ poſtulata Preſta dñe vt laberinthi hui⁹ ſine errore ſinuoſos ſuperemus anfractus,dirige ſemitam quā flexibilis coluber iuxta fabricam ꝓprii corporis aut mentis operatur,vt vere dicamus. Dñs virtutum nobiſcum adiutor noſter deus Iacob, Et cum Salomone exultemus dicēte, Equus paratur ad diem belli,apud dominum aūt eſt omne p̄ſidium. Superuacuum quidem eſt abſurdis reſpondere propoſitionibus,dicente propheta,Ne reſpondeas imprudenti ad imprudentiam eius. Sed ſi quid contemptus tranſierit,vereor ne quaſi validus putetur.nō tetigiſſe formido. Meli⁹ nobis eſt cum beato Paulo inſultationis cauſas incidere,& plena voce teſtari, Factus ſum inſipiens vos me coegiſtis, Hoccine ergo nullo conſtabat exemplo,vt ſacerdotum papa cōcilium cōuocaret, cuius arbitrium eſt collectio ſynodalis,aut parua erant que de veſtris cum hac multitudine facinoribus damnarentur. Nonne directa ſunt verba canonum quicūq; clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententie tempus pro dubia ſuſpitione

ſpitione diſceſſerit,manifeſtam eum manere cenſuram? Huius rei ad miniſterium deuotum deo oportuit agmen occurrere,vt perditi & profligati gregis vlceribus medicorum exercitus ſubueniret, quia quoties morborum violentia celeri greſſu ad anime ſecreta feſtinat obuias manus afferre non poteſt ſalutare conſilium,niſi ex collatione multorum, Nam & hoc a rege veſtra popoſcit allegatio, vt abſciſſis clericorum preiudiciis de accuſatorum papa merito per manum os ſupernum iudicaret imperium.

¶Videamus tamen ſi placet & illas diſputatoris didaſcalici libelli veſtri relegamus argutias.Habentibus etiam nobis ante oculos patrum ſanctiones,quibus exceſſuum veſtrorum ſentina ponderetur, Lex eccleſiaſtica pontificem ab aliis accuſatum priuſquam ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui,Vos diuini vero vt puta iuris memores,quia leuia errata deſpicitis,q̃ peccati nobilitate gaudetis,ne vna vos ex deſertione ſacerdotis culpa reſpiceret,accuſatis enim incremẽtis delictorum. Ad hanc vos valetudinem ille qui eſt preuius veſter adduxit vt poſt deſolatum,poſt impetitum pontificem,ſine vllius rigore ſententie totius pene Italie improbandam antiſtitum crederetis eſſe cenſuram Quomodo quidam dixit de cohorte veſtra,feſtinantem animam morti credidit veſtri. Poteſt ne mens indocilis criminum iam ditata ſucceſſibus & deteſtabili propoſito velut effeta feriari? Ille vos his locupletes malis effecit cui elationum copie opes angelicas ſuſtulerunt,& diuinum cenſum nocendi quod exuberat theſaurus inuidit.Sed promiſſionis memores vniuerſa que operi ipſorum recolimus inſerta tangamus. Arguitur ſtilo ſplendidiſſimo papa Symmachus,quare conuentionem p̃ueniens,cum populorum cetibus examen intrauit,&poſt iudicia cum euocatus quater fuiſſet ſpreuerit. Sic a vobis veri diſceſſit affectio,vt mendaciorum nebulis verbis teſtimonium putetis inuolui,& fallacie periculo depicta verba,plus virium credatis habere quam veritatem Roma,quam retinet. Ergo ne ille diſceptationem vel importunus adiit,vel expectatus aufugit? Ergo ne illam multitudinem deuote plebis non pro fidei diligẽtia chriſtiana magis expectatio,quam furor euocauit? Quiſquam ne ad inferendam violentiam currens lachrymas comites habet,& qui ſtudet eſſe formidini vultum timentis oſtendit? Multitudo illa vincta ſacerdotis officiis attulit ad nos lamenta non iacula nec venit telorum minax,ſed fletibus miſerabilis vna tantum intentionem veſtram oſtentatione grauatura,quia vberibus oculorum fluminibus demonſtrabat quam eſſet per acerbitatem veſtram conditione dolenda pulſanda pulſatus & in ſobrietate venerãdi examinis,afflictione propria commendabat,quem voce non poterat.Sed habetis manifeſtum ex hac re qui bilem furor accendat, qui pene abſolutus ad iudicia venit,pro quo orbis illachrymat,& dum rebus extraneam in predictũ inuidiam ſermone colligitis,pauliſper reuerẽtie veſtre diu ceruix ſuperba ſubmittitur. Sacram enim congregationem tunc vocatis,quando extinctorem noſtrum Symmachum vultis aſſerere,& crudeli pietate honori noſtro putatis accreſcere,quod reſidens in eccleſiarum arce perdiderit. Nos ita non ſolum non ſenſimus,ſed diuerſa ſentimus.Ad alios magis tutele veſtre venena conuertit. Non habet teſtimonium defenſoris,qui repugnanti impendit oris obſequium,Perdit quam eſſe putat beneficii gratiam,qui aliquid preſtat inuito,quia non eſt munus niſi quod velis accipere. Nunc longa non opus eſt admonitione iam perditis,odium debemus operi de cuius iam non ſupereſt quod dãnetur auctorib⁹. Mulierum turbas aſſeritis vrbanis coloribus cum prefato ad iudicia conueniſſe & illa veſtra ſubtilitate oſtenditur ſexus qui maiorem antiſtiti debuiſſet affectum profaniſſimi hominum,ſcriptum retineo. Aliud eſt dicere male,aliud accuſare,Et prophetam dixiſſe. Reprobãtes verbum ſperaſtis in calumnia,& in tumultu,&eſtis in eo.Propterea erit vobis iniquitas hec ſicut interruptio,quia pro nobis dicit deus.Eos qui iudicant vos iudicabo.Et iterum ad ſeruos ſuos dicit.Nolite timere opprobrium hominum,& blaſphemiam eorũ ne metuatis. Rurſum etiam vobis clamat Accedite huc ſemen adulterii,& fornicarii, Super quem luſiſtis ſuper quem dilataſtis os,& eieciſtis linguã?Nunquid non vos filii ſceleſti ſemen mendax?Que quib⁹ copulatis aduertite.Dicatis in dicta cauſa defenſoribus papa diſceſſit fori,vobis in preſenci negotio & platearum,quarum eſtis hypocrite exempla proponentes.Nobis ſcriptum eſt,per Paulum apoſtolum.Quibus crucifixus eſt mũdus.Quid illis cum foro?Sed iſta neſcitis.aut quod eſt grauius nota contemnitis. Peregrinum credo aliquid, & a ratione ſeparatum poſtulans papa diſceſſit.Nonne hoc ſperauerit pro ſtatu labentis eccleſie paſtorali cura conſtrictus,quod & religioſa prouidentia,& cauſa ipſius ordo flagitabat, Que enim iudiciorum forma preceſſerat vt vobis hoſtiliter diſruptis etiam per ſuggeſtionem veſtram ſublatis eccleſie opibus, qui diu fuerat cibus eſurientium, Famis mancipium videretur

affectus,dum alimentis distributor egebat,vt fieret in dominatu seruitus,& in seruitute dominatus, vsq; hoc qualitas precedētis eui per memoriam in medium transacta redibat,qualiter habuit efficiex cēsura conuictus indicatio in quo cām adiudicatur p̄cedebat.Nō fuit priuilegiū, quo spoliari potuit iam nudatus, vnum vobis putastis residere in sacra collectione subsidium,vt ad tuendorum immanitatem criminum sacerdotes vobis comites iungeretis,& fieret impunitum facinus pollutione multorum,nusquam conuenienti tempore censor acisc̄itur,quia ad decisum pene negotium conuocantur criminosi. Et si est meritum tollit accusator qui in eo plus furori suo vult licere quam iudici,dicit enim vobis impetens propheta,Hec est pars eorum qui vastauerunt nos,& sors diripientiū vos, ite angeli veloces ad gregem conuulsum & dilaceratum ad populum terribilem. Ad vos angelus miss⁹ est scilicet per sacerdotes quorum voce ac merito proferenda christo dona suscipiunt,& placato dominante impetrata a mortalibus vota concedūt per quos vobis oblata sunt munera repudiata concordie,qui penam merentibus delectationis premia detulerunt,qui dum se consyderant in nullo quod merebamini respexerunt,Quis enim(inquiunt)vidit cum accusatoribus suis aperta(vt aiunt) pugna confligere? Imprudentissimi omnium qui cum quibus vultis decertare respicite,& vtriusq; partis si quid salutis in vobis resedit,loca tēpora & personas attendite,& si vos nefarie congesta cordis ad huc praui non subegit opulentia,oculos ad dominum paulisper attollite,& vel breui tempore sinistri monitoris iussa cotēnite,Agnoscite summi regis p̄ceptionibus vos in his que merito plectenda sunt non muniri,quia q̄is responsi qualitatem,dicent dogmata postulata, & petitio dum existit preuia que sunt secutura describat.Nunquā tamen cassibus vestris libera regnantis verba cepistis nunquā desyderiis per aucupia calliditatis imperialia vobis scripta militarunt. Quoties vanis hiatibus nocē di inefficax morsus increpuit,toties de accusato quicquid spe tenuistis effugit,& vacuos imago presumptione occupata deseruit,Deo gratias qui hanc prouinciam indidit ei cui rerū humanarū summam cōmisit,Spes certa quietis est,& salutis,perfecta in gubernatore sapientia, Puppis cuius magister ad claui regimen intellectus dote preparatur,vbiq; stationem,vbiq; portum habet in fluctibus, Certa generalitatis securitas quando rempublicam nobilibus regit artibus institutus.Sit imperatoris nostri celo infusa dispensatio obuiam manum famosis in fallēdo ingeniis exhibere, Labore apud eum non opus est quem sortita est olim nuda veritas defensorem,Cessent impia cōmentitia apud illum simplicitatem fraude mentiri,quicquid sit dum iustitiam nouerit mox tenetur,Nichil apud prefectum tutius innocentia est lectione valida vtitur,quia equitati res congruenter insinuat,Que grauis est plerunq; principibus impugnatio minus fidelium blanditiis non ligatur,Sed hec deo narrātur melius a quo frugis huius planta descendit.

A ¶Ad vos me reducit propositi operis non amica conditio quoniam melioribus hactenus operum volui peruagari sermonibus,dum captiuam orationem exigit imperiosa necessitas,dixistis enim. Quomodo de causa vel qualitate eius primitus tractabitis,etiam nunc dum haberet synodus firmitatem? O frontem dictionis immunde,& faciem libelli quam non sola maculauit imperitia, Tractatus nostri prouinciam & narratis & queritis . Huic eramus nempe dubii quia quemadmodum loquimini non habebat synodus firmitatem. Transibat negotii qualitas audituros & plus adhuc remanserat in reuerentia pulsati,quam esset in integritate collegii. Deinde post questionum torrentes venerabilem Laurentium & Petrum episcopos a communione pape se suspendisse replicatis, &quicquid prouidit cautio conuocatorum ducitis ad crimē impetiti,Vllo ne ergo tempore dum celebratentur ab his sacra missarum a nominis eius commemoratione cessatum est? Vnquam pro desyderiis vestris sine ritu catholico & cano more semiplenas nominati antistites hostias obtulerunt. Aliquando quod capiti vestro ascribatur facta est apud dominum offensa per gratiam,& extitit nutrix peccati venie mater oblatio.fuerunt quidam corporis tantum conuentione separati,quos loquimini,animarum tamen presentiā non vitarunt.Si eo putas a consortio motu dissociatos quos fibula religionis pia mordente coniungit procul te ab estimatione catholica culparum duxit affectus.Mandati celestis obauditio,nos autem miscet,aut separat.Non interest que intervalla nos congregent, si vno in superna mansione conclaui retinemur,Vere hinc conuincimus esse seruos vos ventris & corporis & per hanc sententie vestre vilitatem declaratis mancipia vos esse terrena .Scriptum est enim. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus,Post hec versis in fugam ordinib⁹ lymphatici more sermones addidistis.Ergo cōcilia sacerdotū ecclesiasticis legib⁹ quot annis decreta per prouincias quia presentiam pape non habent valitudinem perdiderunt. Legite insanissimi aliquando in illis

preter

preter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum,& non de maioribus negotiis ad collationē si quid occurrerit prefate sedis arbitrio fuisse seruatum. Sic enim habes. Si quis episcoporum iudicio p uinciali depositus fuerit Romanum papam si placet rursus appellet, & ipse si videtur reparet iudicia in opitulatione damnati. Ecce enode est quod ad laqueum preparastis nisi forte arctissimis in illa par te nexibus astringamur,& replicationum nobis itinera non patescāt,dum callis ante peruius idem & his nouella intercluſione vestitur,his enim nos eloquii vepribus dum gradimur,per plana retinetis cū dicitis Iesum principem quare attributū visitatorem cōtra ecclesiasticas regulas prima voluimus fron te discedere, & nichil amplius liceret hunc vitiis ne durescceret lolium,ne prophana messis nulla disci pline ante maturitatem succisa falce decumberet,& putaretur non licere q̄ iudices non vetabāt, Vnde ex aperto constat nulla vos extra prestantiam piissimi regis quam frustra desideratis noxe copulari exemplorum auctoritate fulciri.

¶Supereſt vt & ipsum doceam in his excessibus quod bono vniuersitatis contigit non teneri, quia A
directum non occasionem litis nec fomitem iurgii,sed causam voluit esse concordie preuidens scilicet quod nisi simplicem iussionum suarum tutelā vallaret cito in escam dissidii toxica vestra surtriperent scriptum est enim. Vir simplex credit omni verbo idcirco mandati limitem fixit quē nulla liceret trās gressione violari,prefatum ad beati Petri Basilicam mox Romam fuisset perductus mandauit occur rere faciens de sacerdotis voto regis imperium. Quis enim non putaret pontificem sponte pariturū in ea parte quam licere sibi princeps non credidit etiam si vetaret,ibiq; papam ab eo salutatum ore iuſ sit affari vt traderet coepiscopus mancipia nullis subdenda tormentis seruanda profecto ad discepta tionem synodalis examinis? O castitatem precepti que dum faciem presentibus preferet temporibus in vmbram cogit antiquam que rapit lumen veteribus in auspicato splendore nouitatis. Quis hoc lin gua dives quamq; merito pauper vel opinionis fabricator adiunxit, quis taliter commendaticiis lau dibus locupletauit fama dominum Actuum suorum veritate mendicum? Non derogo vobis descri ptoribus quorum beneficio contigit ornata ad nos maiorum gesta perduci,sed dei beneficia non tace bo,quia princeps noster rebus superat decora sermonum obnoxiam linguis gloriam munerabilis cau sarum trutinator inspexerit,vt cum petitioni vestre effectus artifex prestaretur. In omnibus tamen iu ra ecclesiastica custodiret. Que ad hanc estimationem quāuis acutiora ceteris corda sufficiunt vno tē pore vna scriptione sine equitatis detrimento desideria vestra supplentur, & eadem carta ad minister rium religionis,& vestrum destinatur ad gaudium,boni enim preuidit principis inquisitio seruilem assertionem innocenti examine non probandam In electione enimvenerādorum iudicum ipse accu santes extra ordinem reppulit, ipse ad spem rettulit accusatum. Videamus tamen ista si facta sunt si dei inimici etiam terreni domini non fuistis dum Christū & regē parili temeritate despicitis, & vn9 vobis ad vtramq; contumeliam ductus est criminum destinatus antistes ab ipso complende iussio nis confinio oris vestri spūs abripitur,& ad incentiuam cōfusionis aptatur. Qui paci militaturus ad uenerat inuisis beati apostoli liminibus ad vsum furoris vestri iam nescius sui aduocatur, & illud qđ ex omnibus orbis cardinibus deuotos attrahit positum in vicinitate transitur,ecclesiarum fundamen tum adire non permittitur,structuram mediocris tunc spem bonorum fructuum perdidit a radi ce separatus. Dicatis forsitan apostoli genio decerpi,si putatur celi ciuis terrarum locis includi. Ta men quāuis benedictio poscentibus vbiq; prestetur, & exigat presentiam martyris fides, & deuotio supplicantis negari non potest diligentie natali solo suo plus tribui, & maiorem affectum loca impe trare de quibus ad superna transitur. Quam fidem allegationi curationum multitudo iam prestitit, & vtitur post obsidionem diabolicam testibus iam sanatis. Hec licet per redemptorē nostrum in to to orbe celebrētur. Est tamen non modica monumenti illius per frequētiam comparata nobilitas,quia per eum qui hominem mutauit in angelum,illustrari potuit natura telluris. Hanc visitatori vestro in uidistis gratiā estimātes,quia errorūvestrorū sectator esse desisteret. si reuerēde passiōis penetralia cō tigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium. Ecce post celestem commotionem iuste vos & principalis quā sperni fecistis censura percellit.

¶Videamus si supereſt aliqua de regulari ꝓpositione defensio. Visitatores inquiūt & aliis episcopis B
dedit ipse,& iustum est,vt facti sui lege teneatur,non vos in hoc titulo falsitatis incesso, diu mendaciis adherentia verba non arguo. Dico tamen latorem iuris diffinitionis sue nisi velit terminis non inclu di, & nisi princeps fastigii summa moderetur, frustra ad illud de clericis quod deterius vocatur,Lex probitatis & mentis est que hoiem viuētē sine lege castigat,ꝓprie moribus impēdit,q̄a necessitatu nō

debet disciplinam. Aliorum forte hominū causas deus voluerit per homines terminare, sed istius pre sulis suo sine questione reseruauit arbitrio, voluit beati Petri apostoli successores celo tantum debere in nocentiam, & subtilissimam discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. Nolite estimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem quas deus pre ceteris suo reseruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum vtitur te ste quo iudice, dicas forsitan omnium animarum talis erat in illa disceptatione conditio. Replicabo vni dictum. Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam, & quecunq; solueris sup terram erunt soluta & in celo. Et rursus sanctorum voce pontificum dignitatem sedis eius factam to to orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est, vbiq; submittitur, dum totius corporis caput esse designatur de qua michi videtur dictum per prophetam. Si hic humiliatur, ad cuius confugietis au xilium, & vbi relinquetis gloriam vestram? Quid si immunda michi labia habenti, & nullis succensa carbonibus vt Esaie concessum est, vt his ablutis ipsum ad possessionis sue tuenda priuilegia petrum apostolum liceret euocare quod ait precibus humana voce loqueretur? Quem si audiretis. Hec dice ret, filii hominum vsquequo graues corde, vt qui diligitis vanitatem & queritis mendacium. Scitote quoniam mirificauit dominus sanctuū suū. Quid stabilita Christi manibus cupitis fundamēta sub ruere? Dehonestat venerandi reuerentiam nominis, qui adiutorem se in his que deum iactat cōmis sa pollicetur. Cōtumelie genus est quasi in solatio adesse sublimi iuxta apostolum. Tu quis es qui iu dices alienū seruū. Quid auribus ipitis illuditis, & grauiorem vindicte speciem facitis esse q̄ culpe? Si odium debetis excessibus vos mundate. Cur liberius condemnatis scelera q̄ vitetis? Sui impugnator est, qui fornicationis officiis vrget adulteria, & per animarum stupra carnis accusat. Scriptum nempe retinetis. Maledicti omnes qui fornicātur abs te, feda ergo a nitore domini sui oblīgatione dissoluitur qui statutis celestibus minus mera fidei dependit officia possessionis vestre, vobis vt video claritas mo uit inuidiam quam simulata in mali possessoris indignatione transfertis dum desudatis impendiis Arcem qua fuistis conspicui crebris labefactatam ictibus nisi obsisterem proposuistis subruere & celo stabilitam machinam quanta sit ostendere per ruinam. Nolite prestolari de clade vestra victoriam no lite triumphum superando perdere meis laboribus meo sudore quesitum, quicquid ad triumphum ducit obtinuit quicquid vos illustres faceret in sede congressi. Vobis tribuit claritatem fax ista quam nuperrimo liquore putatis extingui. In pernitiem propriam accenditur qui sic seuit in gratie sue ger mina vt plantas abscidit liberior iusto iracundia plusquam alios sessit auctorem. Symmachi quosvo catis excessus si sunt illa qua & vos expectatione sustineo nefas est peccantem patientiam iudicis non amare. Quid nisi vltionem flagitat qui dum reus & ipse sit. vindicte in alterum moras accusat, Hec i lis a me vox debetur studiis, quoniam deum dixisse teneo pronum hominem esse in malitiā, & om nem carnem amicam esse peccatis. Nolo occasione persone innumeris datura dignitatem. fiat in abie ctione possessio, ne dum homo incessitur lex diuina frangatur, michi credite si sunt ista que dicitis. Respicio quia & in illis quibus nil tale dicebatur quid fuisset inspexi. Errat qui falli deo proximū cre dit Michi vindictam ego retribuam dicit dominus, vos potius olim filii de quibus spiritalis ventrem partus onerabat ad adiuratam concordiam redite. Pio vos sinu sicut habuerit hactenus ecclesia mater accipiat, nunquam est sera correctio. Scit diu expectare immodico labore quesitos, nescit pro vitibus despicere magno pretio comparatos, multis gradibus recursus est ad salutem. Preter desperantem nul lus excluditur, fructus venie proximus est corone. Nolite symmachum papam pressuris vestris iuua re. Si reus est michi credite cum cessauerit humane impugnationis ministerium, diuinum mox suc cedet arbitrium. Nonne splendidissimi cognitoris lance predicto aut pena debetur, aut p̄mium, sillo gismos a me sermonū, & scemata non queratis. Antiquo adhuc horret post hominē & irrisam a sapiē tibus seculi cymbulā nō relinqui. Illa me p mundi freta sustētat ditat ꝓbatū in captionē hoim recte qd̄ cernitis, redite ergo qa fuga vos nec dū ceteris agrestes eripuit, currite ad ouile nec luporū vos ex ponatis insidiis, ne p morā amittatis gr̄am spōte venientiū, qa cōtēptā iuitationē gehēna subseq̄t, ergo si quid dulcedinis vt patet debui. siquid districtiōis vt attributus adeo magister impleui prouidete ne diutius q̄lēcunq; crucis mee angelum rara leuitarū corona circūdet ne dolenda, etiā extraneis in lon gum solitudo dominetur, ne labor vteri mei sterilitatis in te hostilem peperisset familiā, & numerosa proles per sinistros actus in fecunditatem parentis ostendat.

A ¶Pauca sūt q̄ asseruī sz q̄ta ex eis pēdeāt estiate, venite filii audite me, tiorē dñi docui vos, romā respi cite quā ab idolorū seruitute sine auri, sine argēti p̄cio liberā sanguis xp̄i fecit effusio, q ēt meā seruuli sui mortem

sui mortem iussit impendi que per multa tempora famosis cultum delubris exhibuit, que diu vene-
rata est in imaginibus demonum,que in laborante censu indiderat manus magistra terrorem que su
spexit potestatem minium episcopum tam precioso metallorum cui sublimiores deos peperit exer-
citatior manus artificis,& diuinitatem quam homo per fabricam contulit apud homines dei habue-
rit forma maiorem. Ecce iam Christo propitio ad nouas fornaces simulachra redierunt. Ecce iam de
obsoleta superstitione vsus vester accepit quod letetur. Dum de veteri tenante noua merito vascula p̄
parātur. Quid hanc annitimi interrumpere quietem? Quid ludere vanis intentionibus felicitatem?
Excusationem non habet furor iste si creditis. Non interest quibus itineribus ad mundi principē ten
dat qui a sancta vnitate discordat. Pingues hostias litat diabolo qui contristat ecclesiam . Vanas ergo
repudiate tēdiculas. simplicem habet defensionem pacis affectus. Nimis armatus est qui illa que ad-
uersarius concordie ministrat tela contemnit. Sufficit contra omnia iacula iurgiorum fidei nuda op-
positio. Quid eulalii & bonefacii tempora,dum malorum solatia queritis reuocatis in mediū. Quid
incrementis excessuum presentatis vetusta contagia,& per iniquam voluntatem senectuti in operien-
dis delictis facitis nil licere. Alia tunc fuit causa discordie, & vbi narrando cogeret sustinere transacta
ostenderem vobis nullum euenire solatium de comparatione factorum,quia illos quos ad pontifica-
le fastigium intentioni obsequens feruor euexerat. Vtroscp repulit. Hunc elegi,quia ex illis teste exitu
nemo michi placuit de istis contra regulas nitentem profugum feci prouectum legitime mundo im
pugnante seruaui. Scitis ista nec noua sunt,quia dum ille truditur iste firmatur,velter michi ministra
uit assensus. Deinde cur in pernitiem vestram leditis sacerdotale concilium. Cur laceratis sententiam
in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt, & inter deum atque homines interpres extitit
lingua pontificum. Quid generalis ecclesie dolorem facitis. Quāuis in principali tamen in vna cem
missum,illa enim celi curia variarum dotibus aucta curalium,& multo redēptoris nostri auro,ostro-
cp decorata,nichil in illa discessione auctore se protulit,sed per humane lingue ministeriū diuino mi-
litauit imperio, intellexit non esse suum quicquid impulsa constituit, nichil habet in illa sententia nisi
vnde solata deuotione gratuletur, peregrinum stilus sensit eloquium inde sumens gloriam solam qđ
infusa sibi & seruauit,& coluit. Quid his de exemplis euangelicis preparastis calumniam sicut de vo
bis scriptū est errauerūt in ebrietate,nescierunt videntem,ignorauerunt iudicium. Nā prophetis me
moratos verbis cedítis,& insciti am proditis & liuorem. Isti ergo resurrectionem corporis quam pre-
dicant non credentes, Hereticis miscuere contagiis isti quicquid abiurant linguis corde sectantur. Er
go quia dixerunt eum timendum esse qui potest occidere, & animam mittere in gehennam,ideo a si
de aliena texuerunt. Ecce profundam imperitiam. En beatum Lucam cuius potentis assertione con-
uinci,quid clamatur timete eum qui postq̄ occiderit corpus habet potestatem animam mittere in ge
hennam. Quis locus hic erroris nisi congruentia pari dictu exēpli,& hystorie verba concurrunt, nec
diuersum est ab intellectu catholico,& lectionibus quod profertur . Nunquam bene nodus in scirpo
queritur,non inuoluit nebula predicate lucis auctores. Resurrectionem ergo carnis non credunt,quia
posse confitentur corpus occidi,quia peccatricem animam gehenna mancipari,densis cor vestrum ve
pribus suffocatur interna vicia aliis certet ascribere Iohannis etiam apostoli iactatis scripta violari,
quia eius verbis dictum est. Si dicamus quia peccatū non habuerim⁹ nos ipsos seducimus,& veritas
in nobis non est. De qua dicti diuersitate nichil queror,ideo ergo corrupta sunt apostoli monita,quia
non iunxerunt mendaces sumus,& quia non iunxerunt nos ipsos decipimus non solum diuine , sed
etiam humane rationis ignari. Qui veritatem non habet timendus recte censetur,nec alia re nisi fal-
sitate plenus est,qui integritate vacuus innotescit. Sed hec in vobis non curanda sunt lingue oratione,
sed gemituum,nec magis sunt vobis exibenda verba q̄ lachrime, quia liquido nocens est qui insonti-
bus,aut meritum culpabilis,aut nomen opponit.

¶ Reliqua obiectionum vestrarum capita non reuoluam prestat silentio damnanda sepeliri, nobili- A
tatē dat facinoribus qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit, bea
ti pauli est sequenda sententia qui monet per discipulum cunctos , & damat,inanes questiones euita
multa enim sunt in vestris propositionibus que ita feculentis vlnis peccandi amor amplectitur,vt fiāt
indigna memoratu. Plura leuitas dehonestat dum subductis euiscerantur verba vestra ponderibus,
& de religionis causis elocutio ventosa componitur. Auris congruenter sortita grauitatem que in pa
earum habundatia nichil est horreis illatura de tritico, dum infecundam frugibus culmorum partu-
rit vbertatem,& spem de herbe luxuria mentitur agricolis. De quibus nichil lucri ventilabra reperi-

unt igni debita incendioq; peritura. De his scriptum est, dormierunt somnum suum, & nichil inue-
nerunt. Nichil est carissimi pace dulcius, si tamen saporem eius non plenum amaritudine pectus ex-
cludat, breuiorem quidem admonitionem debueram q̃ prolixam non paruam vestri consideratio, &
diuini vobis iurgiis excitata fons protulit vsus est multa peccantium stricta allocutione non corrigi, &
effusionem plurimi quam in delictis habuerunt in monitoris sermonibus hanc requirunt. Me satis
est, & diligentie vestre, & iussis celestibus obsecutum in his q̃ secuta sunt locũ sermonibus nõ relinquã
quia hec refero mundi caput Romam per vestras intentiones esse prostratam, & nutricem põtificis ca
thedram quasi vltimum videre sedile despectam. Cuius vocem beatus Paulus excepit, & illa qua sem
per vsus est eloquii intonuit libertate. Apostolorum principem leuitatis incessitis quod fluxis & pro
fligatis mentibus paratis adhuc seruaret affectum ne in profundum ductis vlceribus ferro medican-
te succurreret rescindenda docens lachrymis secreta morborum, & manifeste desperationi salutiferum
esse vulnus adhibendum ne dum manus medici per impietatem a sectione corrupte carnis suspendi-
tur, de abstinentia teli inuitetur exitium, quia dum parcit egris dextera curandos interficit. Nec gran
dis est differentia vtrum letum inferas an admittas, mortem languentibus qui cum possit non exclu-
dit inflixit. His ergo aduersus eos oris ianuam patefecit aliquis. Omnis qui iudicas in quo alium iu
dicas teipsum condemnas. Eadem enim que iudicas agis. Scimus quia iudicium dei est secundum
veritatem in his qui talia agunt. Et iterum, beatus qui non iudicat in quo probat seipsum. Que nam
est ratio, vt predicet non furandum qui furatur, & prodigam verecundie frontem nube vestiat impu
gnatiõis aliene. Nemo recte monitoris personã accipit, nisi qui actibus suis errata cõdẽnat. Et amo-
rem innocentie conuersatione demonstrat. Nam adiacet etiam publicanis amica moribus vicia dam
nare sermone, & sceleratoribus lingue officiis punire quod diligunt, quasi nõ quoddam genus sit ma-
iorum excessuum dare rei affectum labiis quam mente despicias & ingenii virus colloquii melle ve-
stire. Hec si ago quasi vobis pudor pudicicia venustus aspectu liceret accusare doctorem, & aduersus
electum oris liuidi morsus aptare. cum ante futura prescius per epistolam ad vos datam plena voce
monuissem. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnetur?
Et iterum. O homo qui iudicas eos qui talia agũt, & facis illa, putas quoniam effugies iudicium dei?
An diuitias bonitatis eius, & patientie & longanimitatis contemnis? Accusatis maliciam repleti ini-
quitate, fornicatione, immundicia, auaritia, nequitia, inuidia, homicidiis contentione, dolo malignita-
te, superbi elati inuentores malorum parentibus non obedientes, insipientes incompositi sine affectio
ne sine misericordia, docetis fornicatoribus neminem esse miscendum adulterii Laurentii, aut sequa-
ces, aut preuii per quos ille aut exercuit que habebat toxica, aut effundens monstrauit que accepit.
Post illam illecebrose communionis maculam, & pestem toto orbe execrabilem sacerdotes dei quasi
absoleta comparatos communione culpatis, reos putatis esse qui subiere cõsortium nullo teste conui-
cti, & sectamini hominem toto ecclesiastice inscriptionis non dicam stilo sed ense perfossum. Quod
licet non licet, & quod non licet licet. Quẽadmodũ iamnes & mamibres restiterunt veritati sic & vos
mente reprobi circa fidem proditores proterui. inflati amantes voluptatem magisquam deum habẽ-
tes speciem quidem pietatis virtutem autem ipsius abnegantes. O vim doloris interni qui nequit ex
pedire qđ concepit, qui profundis ingestum visceribus loquendi affectum quem imperat vi irrũpit.

A ¶Nichil vobis vltra plus eloquar qđ de oratione remanet lamenta supplebunt. Post hec si inter ma-
nus medicorum curatione egrescitis, nunc aliqua cepto salutis cõsideratio vos reducit saltem orbis pa
rentem vrbem vestram respicite. Ipsa vos post defensores suos apostolos merens aggreditur. Ipsa com
pellat, & si quid est pietatis in reliquum orditur impetratura sermonem. Me quam dei summi tem-
pla repudiatis fauorum cultibus & noue lucis nitore gaudente fecerunt esse conspicuam, quam post
sacella sordentia, & multo pecudum tabo polluta ab hostiarum cruore dominici, & apostolici sangui-
nis effusione purgauit quam reducta post longum sanitas febrium delubra contemnere q̃ a victimis
liberauit oblatio, que pacem Christi post idolorum inimicitias acquisiui, cui non fuerunt pene nume-
rosa dona q̃ numina quam religio sua reddebat varia deuotione mendicã quã egestas oppresserat fre-
quenti a adiis suis beneficia postulãtem que curios, torquatos camillos quos ecclesia irregenerauit, & re
liquos misi plurime prolis infecunda mater ad tartarum dum exhaustis emarcui male feta visceribus
quia fabios seruata patria non redemit decus multo sudore gloria parta nichil restitit, profugata est
operum sine fide innocentia crimínosis iunctus est equi obseruantissimus quia Christum ignorauit
scipio. Per totam vellem stilum ducere non orbate pectus sustinere pateretur infantiam, Sed quisquis

lamentatiõis transacta relegit. Lachrimarum tempora videtur optare,nemo creditur non odisse quo rum relatione non leditur , quia siccam faciem de filiorum funeribus referens seruat certo teste crude litatis arguitur,illa posteritas plus meroris attulit perdita, quam iocunditatis acquisita, relegamus ta men quibus mutata sunt ista successibus. Ecce iam in illo sacrario libertatis nichil seruile de idolorum cultibus iuenit. Ecce bonorũ corona orbis genus,flos Romanus q diu venerat⁹ est plen⁹ sanctitate cal cat altaria . Ecce iam curia mea ad celum vocatur , laudatur,accipitur . Nec possum dicere perdidisse me sobolem post gratiam baptismi quam vel repentina mors abstulit. Multos trabearum, & curulũ possessores supremus regnator sine dispendio cultus , aut dignitatis amplectitur . Pene iam terre ni munificentia triumphi diuinum mereamur affectum,& ad Christi gloriam proficit quod mun do studetis esse venerabiles,mẽtior nisi egena agmina consulatus nostri in subsidio miseriarum presto lantur aduentum, & enim purpura vestra quo anni vocabulum nobilitatis subripientem miseris ve stimentorum largitate pellit algorem,prope iam iterum necessitatibus fuerunt auxilium decora fasto rum,& in veteri infidelitate deposita in tali preparatione census dispendia efficiuntur lucra animarũ. Ecce nunc ad gestatoriam sellam apostolice confessionis vel amittunt lumina candidatos,& vberibus gaudio exactore fletibus collata dei beneficio dona geminantur . Quis tempore quo preciosis verba partibus quo prolem nostram eterna genitrix rursus paritura nunc suscipit cuius post primam nati uitatem grandeuis fletibus aluus impletur , que michi prolem regenerando dulcem fecit esse quam peperi,que ad se venientes senium facit exuere & ad vite principia redire confractos? Quis hanc feli citatem rogo interpellatione committat? Quis per discordiam viperina mẽte compositam aurei mi chi seculi iubet perire beneficia? Quis in renouatione mea occasum clandestinus inspirat,& per blan de frontis speciem inimicitiis vires acquirit,generosam in tali negotio prosapiam nõ agnosco. Si qui sunt tamen summorum quos vilibus tempestatis huius procella sociauit aliis auctoribus facinorum participatione maculantur.Splendor sanguinis,& si communionem criminum incurrit nescit tamen ducem se prebere peccantibus.Habet forsitan reatum de neglecta cautione non habet dignum suppli cium de scelerum principatu.Sub quadam verecundia iungitur deliquentibus qui ad adulta iurgia conuocatur . Non meretur desperationem perditi,in quo facilis tantum crudelitas improbatur . Vos potius video triuiorum germina . Vos agnosco in quibus nature vilitas conuenientes sibi mores pe perit,quos degenerasse claritas fuerat, qui per mentite titulum religiõis gaudetis impunitatevicio rũ, quorum labia nunquam aut honorum sapor tetigit,aut quietis, qui fas omne origini parendo viola tis quos de latebris & speciebus productos presens causa monstrauit.Quis ante concinnationem ma li huius qui ceteris agnouit diu fauistis secreta quibus vos nox generationis abdiderat . Redite po tius ad amicam cecitatem,nobis serenam & diurnam lucem relinquite. Concordiam ecclesie,aut ab sentia,aut correctione prestate.Si tamen vultis vos numerari inter splendidas prosapias actum emen datione cognoscant.

INCIPIT ACTIO QVINTE SYNODI.CC.XVIII.EPISCO PORVM SVB SYMMACHO PAPA TEMPORE THEODORICI REGIS.

POST CONSVLATVM AMENI CVM IN VNVM AN A nuente domino ante confessionem beati Petri apostolorum principis resedisse mus sancta synodus dixit,libellus qui synodali auctoritate contra eos qui aduer sus quartam nostram synodum que habita est Rome palmari mutire presum pserunt ab Ennodio conscriptus est coram omnibus deferatur ,& in presentia omnium ligatur atque roboretur . Quo recitato, & ab omnibus consona voce roborato sancta synodus dixit,hec futuris tẽporibus conseruentur atque ab om nibus teneantur,& in omnibus seruentur . Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur atque inter quarte, & quinte synodorum nostrarum actiones interponatur , & ita sicut harum syno dorum decreta habeatur,quia synodali auctoritate conscriptus est,& roboratus. Ad que beatissimus papa respondit iuxta vestram omnium fiat voluntatem,& vt iudicatis apostolica habeatur auctoritas & inter apostolica quod dicitis interponatur decreta , & sicut cetera apostolica ab omnibus teneatur

decreta. Ad que omnes ter vna voce reſponderunt dícentes,vt fíat rogamus . Poſt que acclamatū eſt ab omnibus epíſcopís & preſbyteris. Illi quí papam ſymmachū accuſauerunt,& damnationem eí ín/ ferre tentauerunt,& illí quí eum íudícauerunt,aut contra noſtram ſynodū garrire,aut ſcríbere preſum/ pſerūt,vt damnentur rogamus. Et paulopoſt omnes epíſcopí,& preſbyterí vcce magna clamantes dí xerunt. Exaudí Chriſte,ſymmacho pape vita , díctum eſt octíes . Cuíus ſedem & annos díctum eſt decíes,vt fíat rogamus díctum eſt duodecíes. Quíbus ceſſatís Symmachus epíſcopus eccleſíe catho/ líce vrbís Rome díxit. Quoníam fraternítas veſtra ſíngulari charítatís ſtudío , pío ac vígílantí affe/ ctu,índefeſſís laboríbus ac ſpírítu víuací ſtuduíſtís venerandí patres , tutelam rerum eccleſíaſtícarum fouere,ſedem apoſtolícam (que ſolída Petrí confeſſíone ſtabílíta eſt) tueri vírílíter cuí lícet índígní do míno ſíc díſponente preſumus , ac paruítatem noſtram íamdudum multís afflictionibus ímpul/ ſam vírílí protectíone defendíſtís oblocutoríbus & ſuſurantibus reſíſtendo,quí nouís ſemper ínſídíís ſemper alíquíd aduerſum nos , & famam noſtram moliuntur , quos ſpírítus ílle díuíſionís contínuís exagítat aculeís,quíbus eſt pax ínímíca,& díſcordía placens . Et quía veſtra bonítas curam prouíſío/ nís noſtre ſuís exhortatíonibus íncítauít,& parílem círca eccleſíe tranquílítatem domíní noſtrí contem platíonem anímí preſtet flagítamus,vt círca ínſídíatores,& perſecutores noſtros mítíus agatís,& lícet íuſte damnentur propter míſerícordíam tamen conſeruentur,vt ín nobís ílla domíní declaretur ſentē tía,qua precípítur , íta fratríbus dímítti ſícut ſíbí a domíno cupíūt dímítti, De cetero vero ne vnquam talía non ſolum modo ín apoſtolíce ſedís preſule a quoquam preſumantur,ſed nec ín vllo Chríſtíano rum epíſcopo vſurpentur , Non ergo neceſſe eſt ſuper hís noua cudere , ſed vetera recítare atque fír/ mare. Eſt ením a multís anteceſſoríbus noſtrís ſynodalíter decretum atque fírmatum vt oues que pa/ ſtorí ſuo commíſſe fuerunt eum nec reprehendere níſí a recta fide exhorbítauerít preſumant,nec vlla/ tenus pro quacunqꝫ re alía níſí pro ſua íníuſtítía accuſare audeant , quoníam paſtorís actus gladío orís non ſunt feríendí,q̄quam rite reꝑhēdendí eſtímētur,nec vllos eꝑos ſuís reb⁹ expoliatos vel a ſedí/ bus vi aut dolo,aut quocūqꝫ íngenío pulſos ſícut & vos de nobís íudícaſtís,aut ad ſynodū tā ꝓuíncíalē q̄ gñalē poſſe cōuocare,aut ín alíquo íudícare anteq̄ cuncta q̄ eís ablata ſūt legíb⁹ ptātí eorū pacífice per oía reíntegrent decernímus,Prius ergo opꝫ oía íllís legíbus reíntegrarí, & eccl̄ías q̄ ſublate ſíbí ſunt cū oí príuílegío ſuo reſtítuí,& poſtmodū non ſub anguſto tpís ſpacío , ſed tantū tpís ſpacíū eís índul/ geat,q̄tū expoliatí vel expulſí eſſe víderent anteq̄ ad ſynodū cōuocent,& ab oíbus q̄ſqꝫ ꝓuíntíe ſue eꝑís audíat. Nā nec cōuocarí ad cauſam nec díiudícarí ꝑt expoliat⁹ vel expulſus,q̄a nō eſt príuílegí⁹ quo expoliarí poſſit íam nudatus . Vñ & antiqtus decretū eſt oēs poſſeſſíones & oía ſíbí ſublata atqꝫ fru/ ctus cunctos ante cōteſtatā lítē ꝑceptor,aut prías poſſeſſorí reſtítuat. Et alíbí ſcríptū habetur,ille q vío lentíam pertulít vníuerſa ín ſtatu quo fuerant recípíat,& que poſſedít ſecurus teneat. Et alíbí ín ſyno/ dalíbus patrum decretís,& regum edíctís legítur ſtatutum,reíntegranda ſunt oía expoliatís vel eíe/ ctís epíſcopís preſentialíter ordínatíone pontíficum,& ín eorum vnde abſceſſerunt poteſtate funditus reuocanda quecunqꝫ cōdítíone temporís,aut dolo,aut captíuítate,aut vírtute maíorum,aut per quaſ cunqꝫ íníuſtas cauſas res eccleſíe vel proprías,aut ſubſtantías perdídíſſe ſuas noſcuntur,ante accuſatío/ nem,aut regularem ad ſynodum vocatíonem eorum & relíqua. Eſt etíam ín antíquís eccleſíe ſtatutís decretum,vt quí alíena ínuadít,non exeat ímpunítus,ſed cum multíplícatíone omnía reſtítuat. Vnde & ín euangelío ſcríptum eſt. Quod ſí alíquíd defraudaúí,reddo quadruplū. Et ín legíbus ſeculí cau/ tum habetur. Quí rem ſubrípít alíenam,Illí cuíus res dírepta eſt ín vndecuplum que ſublata ſunt re/ ſtítuat. Et ín lege díuína legítur,Maledíctus omnís quí tranſfert termínos proxímí ſuí,& dícít om/ nís populus amen. Talía ergo non preſumantur abſqꝫ vlla vltíone,nec exerceantur abſqꝫ ſua damna/ tíone . Accuſatoríbus vero ínímícís vel de ínímící domo prodeuntíbus vel quí cum ínímícís ímmo/ rantur,aut ſuſpectí ſunt ne credatur,ne íratí nocere cupíant,ne leſí vlcíſcí ſe velínt.

A ¶Quíd ad hec vobís cariſſímí fratres vídetur prudentía veſtra ꝓ eccleſíaſtíca quíete vel índēnítate vníuerſí edícite,vníuerſa ſynodus díxít. Epíſcopalem perſecutíonem & eccleſíarum abſcíſíonem vel va ſtatíonem atque ſeruorum dei ínfectatíonem fulti predícta auctorítate & omnium ſanctorum patrū prohíbítíone veſtraque conſolatíone communí tractatu pariter ín futurum robuſte ac veracíter am/ putantes ſanctorumque patrum ſtatuta fírmantes expreſſís ſententíís ſancímus ne vnquā talía a quo quam noſtrís,aut futurís temporíbus preſumantur. Et ſílentío facto ſymmachus epíſcopus eccleſíe vr bís Rome díxít. Quod ſí alíq hec trāſgreſſí fuerínt , & talía preſumpſerít . quíd ſuper hís vobís vídeꝫ parí adunatíone manífeſtate,Cūqꝫ ſurrexíſſent,& paulopoſt ítērū cōſedíſſent vna voce díxerunt,ſí qs

hec que

hec que hodie in hac ſancta ſynodo ,phibita ſunt infringere p̄ſumpſerit,aut volūtarie trāſgredi tētauerit ſi clericus eſt gradu proprio penitus careat,ſi vero monachus aut laicus fuerit communione priuetur,& ſi nō emēdauerit vicino anathemate feriatur. Secretas vero iſidias vel manifeſtas pōtificib⁹ a quibuſcunq; illatas, vel ea que huius ſancte ſynodi ſentētia cōplectitur, ſi quis ad eccleſie pertulerit noticiam potiatur honore,& hi qui aduerſa eis moliuntur,ſicut a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali & apoſtolica auctoritate firmatur,penit⁹ abiiciātur,&exilio ſuis oībus ſublatis perpetuo tradātur,hec vero que in hac ſctā ſynodo ſtatuta ſunt,& ea que in libello quē Ennodius noſtra auctoritate conſcripſit,ſicut in preſentia noſtra relecta ſunt,vt propriis manibus roborētur,rogamus atq; in perpetuum coſeruentur ſicut predictum eſt veſtra apoſtolica auctoritate firmentur. Sed ſymmach⁹ eccleſie vrbis Rome catholice epiſcopus dixit. Acclamationes veſtras ſynodiq; iudicium preſentia ſuſcipient geſta. Adiecitq; & dixit. Ea que ad ſuſcipiendos veternoſe preſumptionis errores vel infenſe pontificibus preſumptionis morbos quibus ſtatus affligi ſolet eccleſie ſeruorumq; eius deliberatione religioni congrua paciq; conſtituit,perpetua ſotientur firmitate,vt annuente domino quem cuſtodem rerum conſtat eſſe bonarum ſynodalis ordinatio vigeat,atq; omnis qui ſine pſone alicuius diſtinctione venire preſumpſerit,impoſita ſuperius diſtrictione plectetur, vniuerſa ſynodus dixit,vt fiat rogamus, dictum eſt decies,vt ſcandala amputentur & inſidie atq; detractiones erga epiſcopos vitentur rogamus,dictum eſt duodecies. Et facto ſilentio vniuerſi in ſancta ſynodo congregati clamātes dixerūt Exaudi chriſte,ſymmacho vita,Dictum eſt octies,hic eſt pax cum ſymmacho. Dictū eſt nonies. Cuius ſedē & annos,dictum eſt decies,vt de preſenti fiat dictum eſt duodecies. Et paulopoſt cū reſediſſet facto ſilentio vniuerſa ſynodus dixit. Quiſquis clericorum aut monachorum aut laicorum tam maioris ordinis q̄ etiam inferioris poſt hanc formam nobis prolatam his decretis contraire preſumpſerit ſtatutis canonicis velut ſciſmaticus percellatur,Et ſubſcripſerunt, Celius ſymmachis epiſcopus ſancte eccleſie catholice vrbis rome huic ſtatuto a nobis inſpirante domino peracto ſubſcripſi. Laurenti⁹ ep̄s eccleſie mediolanenſis huic ſtatuto a nobis inſpirāte domino peracto ſubſcripſi Petrus eccleſie rauēnatis huic ſtatuto a nobis inſpirāte domino peracto ſubſcripſi. Eulalius epiſcopus eccleſie ſiracuſane huic ſtatuto a nobis inſpirante domino peracto ſubſcripſi, Felix epiſcopus terracinenſis ſubſcripſi, Stephan⁹ epiſcopus eccleſie cordubenſis ſubſcripſi Fortunatus epiſcopus ecccleſie valenſis ſubſcripſi, Benignus equiuenſis,Iohannes ſpolitanus,Romulus preneſtinus,Stephauus venuſinus,Candidus tudertinus,Valentinus amiterninus,Fortunatus fulgenatus , Griſogonus albanenſis, Eutícius tranenſis,Amandus poturanus,Laurentius bobianēſis,Clorenſis caleſtinenſis,Euſebius faneſtis,Romanus numentan⁹,Propinquus trebiatis,Aſterius equinatis,Siluanus voliterninus,Epafroditus cameaſen⁹ Cintus gerohenſis,Helyas benedicanus,Paulus tripolitanus,Policarpus gabalenſis, Patrici⁹ craſſenſis,Menecratis caroſenſis,Florētius ſardonenſ,Iulianus ipepotanus, Paulinus perperētinus, Noenius inſenius,Petronius martineus,Heſperos epitanenſis,Eſaias cleas,Olimpius euacitonacius, Rufinus brionolitanus,Philippus neafletanus,Baſilicus peleaſicanus, Didimus lāpidenſis. Iuſtus firmienſis, Arenton hoſtiēſis,Auguſt⁹ liparitan⁹, Ruſticus berſentin⁹, Venātius ſinagolienſis,Victor dunenſis, Innocēti⁹ tiſernatius,Bonefaci⁹ foroflāmienſis,Sebaſtian⁹ ſiranínus,Aſellus populolitan⁹, Empilius voliternin⁹,Proiectus forinoui,Veneri⁹ pellenſis,Coloni⁹ foroclodiēſis,Probus carmamelenſis, Vindemius auentinus, Proculeianus ſepniatios, Eortunatus abenignus . Vaſcaſius vulternenſis, Martianus ecamenſis,Baſſus mutinenſis,Pacatianus coralienſis,Meras corlonenſis,Macedon maidonenſis, Marcellinus illidonenſis. Paulus proglorienſis,Diodorus liſtinienſis , Necinus muſii, Theodorus adria, Epiphanius pergēſis,Leuanſa amphorenſis,Alcimedeſeides contraconicenſis, Dioniſius ananenſis,Andreas ſatalenus,Amaxius ſalconenſis,Croton parſidonenſis,Philippus barbarenſis. Theodorus antipolleus,Leontius araxenus,Antipatros canimenos,Gratinus panormitanus,Andreas tholantanus,Nicholo ſacrafuranus,Romanus bobonenſis,Oniſorus iconienſis,Neoptolenus chronenſis, Paulus dernenſis,Patharchos liſtron,Eugenius careuſoſſides,Tyrānus imadianenſis , Aſcolias lalandenus,Steros profiadenſis,Predialis gizonus,Quintin⁹ focenſis irentinus magniſias, Manias amitii,Quiriacus eleae,Valerianus boſſionenſ,Fominus zitrenus,Fericius archodonenſis,Didimus lapitenſis,Steros prodofianenſis,Fnodorus ametimos, Epafroditus cameſenus , Olimpius canenſis, Didim⁹ lapicenſis,Barachos laxs.Efrontius bui,Florentius motilenſis, Iohannes rodeñ. Gennadi⁹ moſonenſis, Euandros diupoleos, Iohannes trapotutanus, Philippus agereſitanus, Thomas

tilenſis, Gennadius amonenſis, Caris diopolitanus. Paulus ariſtenſis, Mathias themeſſianenſis, Eulalius fibrienſis, Amphilotius fidecenſis, Gaius ſuetronenſis, Eudoxius eletenſis, Martianus corallenſis, Euſebius coctinenſis, Obremus coraceſienſis, Romanus mirrenſis, Ariſtoditos olimpo⁄nenſis, Eudoxius cotuatenſis, Palladius capalenenſis, Cirinus patarenſis, Stephanus limirenſis, Zeno dotius telmiſu, Maximus zetilonenſis, Muſenius lunenſis, Florentinus adrianopolitanus, Baſſones neaſpilitanius, meſalimus laudicenſis, Fotianus ſalageſſunenſis, Olimpius ſozopolites, Alexander ſe leucenſis, Valerianus afrus, Epafrodius cameſenſis, Barrachos nazenſis, Charis dioniſiopolitanus, Eu ſebius clazomenus. Et bauentia mipolitanus, Thomas arliocomenus, Eliodorus ametimos, Perga⁄mius atticenus, Eutropius adadomenſis. Paulus philodemenſis, Longinus apapermenus, Theocu⁄ſtus tyreu, Forticius metropolitanus, Ciros ſimondenſis, Libanus palatonenſis, Doleſtos ſebaſtenſis, Danielus cadolenſis, Muniche⁹ lardicias, Trunitanus, Sſtrategius pilobatenſis, Aqui⁄la antodenus, Baſilius nacorienſis, Euſtochius docunius, Quiriacus eucarpenſis, Abircitius Iheropo litanus, Epiphanius mardagenſis, Philippus liciados, Mocinius epheſi, Mauros baladenſis, Euſebius dorileu, Martianus ſinalidenſis, Calandion alacarnenſis, Iohannes enidienſis, Theodoretus alabau⁄denſis, Tigamus apollonenſis, Iohannes amizonenſis, Eupititius ſtaconenſis, Menandros eracleos Diniſius latomenus, Panias eriſtodenſis, Placalus laſſu, Iohannes aliſdonenſis, Dioffiſius anthio⁄chenus, Cretomanus afrondiſius, Etherius ſinirnenſis, Stephanus epheſinus, Patricius aidonopolites, Daniel lampſacenus, Frimas abidenſis, Theuſebius iluí, Stephanus pinameni, Pionius trodenſis, Eulalius pianenſis, Dauid adrimenſis, Talaſius panus, Petrus dardanenſis, Diogenis geticonos. Olimpius prudiſiadenſis, Theophilus adeo adriopolites. Apramonus titanos, Theodorus eraden⁄ſis, Calegonus cladipotus. Theodorus ſerunenſis, Polichonus dipodinẽſis, Renos luliolpoltus, Ethe rius papiu, Petrus gagrotanus, Anthiochus ſinoponus, Atticus lanenſis, Vranius iborenſis, Paralius adriponenſis, Lucadius minzitanius, Euſtaſius galatinenſis, Miſterus amorrui, Aquilas eudoxia⁄dos, Quiriacus troanadenſis, Pios protheniſſenſis.

¶EXPLICIT QVINTA SYNODVS ROMANA SVB SYMMACHO PAPA INDICTIONE NONA

¶Incipit ſexta ſynodus Romana ſub ſymmacho papa habita tempore theodorici regis die Calendas octobris.

A CVM IN VNVM APVD BEATVM PETRVM APOSTO⁄lum ſancta ſexta ſynodus canonice a beato Symmacho Rome congregata reſe⁄diſſet ſymmachus predictus epiſcopus eccleſie catholice vrbis rome eidem ſyno do preſidens dixit. Quoniam religioſus ſancto ſpiritu congregãte conuentus hortatur, vt quecunq; pro diſciplina eccleſiaſtica neceſſaria ſunt cura diligentiore tractemus? Nos enim & apoſtolice ſedis moderamine compellimur, & eccleſia⁄ſticarum diſpoſitione conſtringimur, ſic canonum paternorum decreta librare & retro preſulum anteceſſorumq; noſtrorum decreta metiri, vt que preſentiũ neceſſitas temporum reſtauranda ſunt eccleſie relaxanda expoſcit, adhibita diligenti conſideratione quantum fieri poteſt au xiliante domino temperemus, quia nos qui potiſſimi ſacerdotis adminiſtram⁹ officia trangreſſionũ culpa reſpiciet, ſi in cauſis dei deſides fuerimus inuenti, quia meminimus quod timere debemus, & qualiter comminetur dominus negligentie ſacerdotum, Sane reatu maiore delinquit qui potiore ho nore perfruitur & grauiora facit vicia peccaminum ſublimitas dignitatum, Ideo tacere non debemus ſed ea que neceſſaria fore agnouerimus, viriliter corrigere & emendare ſatagamus, & ea que nociua ſunt extirpare prout dominus dederit nõ negligam⁹. Ab vniuerſis epiſcopis & preſbyteris acclama tum eſt. Exaudi chriſte, ſymmacho pape vita. Dictum eſt ſepties. Hec confirmamus, & hec doce⁄mus. Dictum eſt octies, Doctrine veſtre gratias agimus ingentes, Dictum eſt decies. Iſta teneantur & iſta obſeruentur rogamus. Dictum eſt duodecies. Dignus papa dignus doctor. Et facto ſilentio ſymmachus epiſcopus dixit, Communis dolor & generalis eſt gemitus, quod intra eccleſiam noſtris & retroactis tẽporibus de iuaſione rerũ eccleſiaſticarũ & vexatione ſacerdotũ cognouim⁹que res non

nos ſolos

ſed omnes domini tangit ſacedotes. Et licet hec a p̄deceſſoribus nr̄is ia̅ prohibita ſunt, & tales preſumptores damnati,& a ſanctis canonibus anathematizati,ne tn̄ denuo preſumantur,eſt etia̅ ſup̄ his promēda ſententia vt qui eorum caſum non timent,timeant ſaltem eorum perpetuam domnationem,& quod ſepe preſumitur,ſepius vt inhibeatur neceſſe eſt. Sancta ſynodus dixit,hec ne fiant denuo ſynodali cōuentu prouida beatitudini vr̄e ſnia eneruari cōuenit & ne in exēplū remaneat p̄ſumēdi fundit⁹ extirpari Symmachus ep̄s dixit. Modo quia de⁹ preſentia̅ veſtra̅ votiua̅ mihi cōceſſit, ne ceſſe eſt rem fieri firmā quā credo eccleſiaſticis facultatibus conuenire vt agnoſcant omnes quos vanus furor & auaritia excitauit,talia abſq̄ vltione nō poſſe preſumi,Sācta ſynodus dixit. Scim⁹ prouiſonē veſtram neceſſariis ſtudere. Et ideo in veſtra eſt poteſtate ſequenda diſponere,Symmachus epiſcop⁹ catholice eccleſie vrbis Rome dixit. Magna quide venerando & ſacerdotali debetur cultura propoſito cum iminet de ſtudio que recta ſunt non de neceſſitate diſponere. Sed quoniam in aliquibus aliena poſtulantibus vitiorum mater auaritia repudiatis honeſtatis repagulis totū putat expedire quodlibet, & ita dum prede inhiat,patientia ſuperne ciuitatis abutitur expectātibus correctionem celo moderante iudiciis ſe exiſtimant non teneri,cum clarum ſit quod apud certos in occaſione rapiendi procedat diuine mora ſentētie. Sed nobis quos paſtoralis cura & eccleſiaſtica aſtringit pro diſpēſatione certa ratio reddenda ſubſtantie opus eſt vt ſollicitudinem noſtram non ſolum ad preſentia,ſed etiam ad futura ſecula porrigamus,ne ad anime noſtre detrimenta contingat ſi hi qui poſſunt ſtatutis debe innocentiam preſumentes de libertate deliquerunt, cum religioſa poſſunt & noſtra ſucceſſores noſtri poteſtate fulciri legibus eccleſiaſticis ſeruientes. Sancta ſynodus dixit. Scimus ſpiritu dei cor veſtrum eſſe ſuccenſum & inſtinctu dei vos ita loqui. Quapropter omnibus ſummopere conuenit obſeruare vt oblationes fideliū a nemine preſumantur,& abſq̄ conſenſu & voluntate epiſcopi in cuius dinoſcuntur eſſe parochia & poteſtate poſſidere vel dominari tententur quoniam nonnulli memores ſui pro remiſſione peccaminum ſuorum & paterne vite in creatione de facultatibus ſuis tam rerum immobilium queda̅ vero per ſcripturas eccleſiis tradiderunt & deo creatori ſuo perpetualiter habenda dederunt quo contra aduerſis deum minus timentibus,eatenus mortifera callidita̅te tenentur,vt aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam. Nec intueri corde poſſunt diem iudicii,dum nimie cupiditatis delectantur ardore. Vnde precamur vt antiquorum patrum regulas que modo propter iniuriam quorundam quaſi oblite habentur renouetis,vt tale iudicium ſuper eis fiat,vt aut manifeſte heretici qui eccleſiam dei ſcindunt,& anathematizati atq̄ ab eccleſia dei extorres habeantur aut per ſatiſfactionem eccleſie ad penitentiam & demum iuxta regulas eccleſiaſticas ad reconcilia tionem recipiantur.

¶ Symmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis rome dixit,his ergo rite perpenſis ne illi in ruina̅ incidant & perpetuo damnentur exitio & ſancta eccleſia precioſo Chriſti ſanguine redempta reſtauretur,eique pie famulantes non opprimātur. Sed releuētur menſura cum dei noſtri conſideratione vna cum noſtro iudicio ſancimus, vt quicunq̄ immemor aut memor interitus ſui res eccleſie delegatas & domino oblatas,abſq̄ proprii epiſcopi iuſſu poſſidens preſumpſerit deinceps tenere quocūq̄ in loco & veritate comperta res dei ſeruis ſuis diſſimulauerit, aut renuerit reformare liminibus eccleſie ab epiſcopo eiuſdem loci prius arceatur,indigne enim ad altare dei properare permittitur,qui res eccleſiaſticas audet inuadere,aut iniuſte id eſt ſine licentia epiſcopi poſſidere,aut iniqua vel iniuſta defenſione in eis perduret,Necatores enim pauperum iudicandi ſunt prefixo tenore,& ſi non emenda uerint vitium extirpandi. Debet tamen eſſe prouiſio vt vindictam admonitio manifeſte precedat & res vſurpatas iniuſte qui abſtulit aut iniuſte ablatas retinet equitate patrocinante legibus reſtituat. Quod ſi neglexerit & neceſſitas compulerit demum predonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat,neque quiſquam per internas res deum defenſare nitatur quia dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari dominatione concludit. Quod ſi preſumpſerit & ipſius offenſam & predicte damnationis periculum ſuſtinebit. Competitoribus etiam huiuſcemodi frena diſtrictionis imponimus qui facultates eccleſie ſub ſpecie largitatis regie vel cuiuſcunq̄ poteſtatis improba,ſubreptione preuaſerint. Sera nāq̄ de his rebus penitudine commouemur,cum iam tranſactis temporibus contra huiuſmodi perſonas canonum ſuffulti preſidio ſe ſacerdotes domini erigere debuiſſent,vt non manſuetudo indulgentie ad ſimilia perpetranda improborum audacia adhuc quotidie prouocaret. Nunc tarde iniuriarū mole depreſſi damnis quoq̄ cōpellētibus excitamur. Quod ſi is qui res domini competit in aliis q̄ niſi res agitur maxime ſolet territoriis commorari ſacerdotem loci ipſius A

vbi habebat epiſcopus huiuſmodi prauitate contentus,neglectu perſone litteris inſtructum reddat. Tunc antiſtes ipſius fratris anxietate comperta,aut peruaſorem rerum dominicarum admonititio⁹ ne corrigat,aut pretaxata canonica diſtrictione cõdẽnetur,Vnde & in canonibus in gangrenſi eccleſia apoſtolica auctoritate cõditis de fructuum oblationibus que miniſtris eccleſie debentur & de his que in vſus pauperum conferuntur ſcriptum habetur.

Si quis oblatiões eccleſie accipere vel dare voluerit preter epiſcopi conſciẽtiam vel eius cui huiuſmodi ſunt officia commiſſa nec cum eius voluerit agere conſilio. Anathema ſit,Et iterum in eodem conſi⁹ lio.Si quis oblata deo dederit,vel acceperit preter epiſcopum,vel eum qui conſtitutus eſt ab eo diſpen ſandam miſericordiam pauperibns & qui dat & qui accipit anathema ſit,Valde iniquum ergo & in gens ſacrilegium vt quecunq; vel pro remedio peccatorum,vel ſalute,vel requie animarum ſuarum vnuſquiſq; venerabili eccleſie contulerit,aut certe reliquerit ab his quibus hec maxime ſeruari conue⁹ nit,id eſt chriſtianis & deum timentibus hominibus & ſuper omnia a principibus & primis regio⁹ num in aliud tranſferri vel conuerti. Propterea qui hec non preuiderit & aliter quam ſcriptũ eſt pre dia eccleſis tradita petierit vel acceperit aut poſſederit,vel iiuſte defenderit aut retinuerit nili cito ſe cor rexerit,quo iratus deus aias percutit,anathemate feriatur,ſitq; accipiẽti & danti & poſſidenti anathe⁹ ma,& inſtitute pene contubernium aſſiduum . Nec aliquo ſe ante tribunal chriſti obſtaculo munìat qui a religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta contra fas ſine aliqua pietatis conſide⁹ ratione diſpergit. Ab vniuerſis epiſcopis & preſbyteris acclamatum eſt,vt hec penitus abſcindãtur ro gamus. Dictum eſt quinquies,vt hec amputentur precamur , Dictum eſt ſepties,vt res eccleſie qui⁹ bus tradite ſunt intemerato iure ſeruentur rogamus,dictum eſt ſepties,vt ſe dum hoc quod perſecu⁹ tus eſt ſynodali conuentu per omnia fiant vnanimiter deprecãtes rogam⁹. Dictũ eſt octies,vt in pre ſumptoribus vindicetur rogamus dictum eſt decies,vt diſciplina ſeruetur rogamus. Dictũ eſt vnde cies . Que male admiſſa ſunt per vos corrigantur. Dictum eſt duodecies vt illicita facta amputen⁹ tur. Ita vt deinceps non fiant rogamus. Dictum eſt tredecies,vt apoſtolica ordinatio illibata ſeruetur, dictũ eſt quatuordecies. Dignus papa quod non licet non fiat. Dictũ eſt quindecies,Exaudi chriſte, ſymmacho vita. Dictum eſt ſexdecies,vt canones cuſtodiatur rogamus, dictum quindecies,vt ordi⁹ natio apoſtolica ſeruet̃,dign⁹ papa,dign⁹ doctor dictũ.xix,Hec omnesvnanimiter cõfirmam⁹,& vt vnanimiter ſeruentur,rogamus dictum.xx. Per dominum Petrum vt perpetuo ſeruentur,rogamus dictũ vigeſies,Qui hec violarit in ſe iuxta in pretaxatum modum inueniat. Dictum eſt vigeſies.

¶Et facto ſilentio ſymmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis Rome dixit. Preſentis diffiniticnis formam que iuxta ſanctorum patrum eſt ſtatuta ſententias in omnium eccleſiarum noticiam perue⁹ nire decernim⁹, ne cuiquam poſſit pro ſua ignoratione licere quod non licet.& qui talia preſumpſe⁹ rint ſciant ſe pretaxato condemnatos eſſe modo. Similiter & hoc ad eccleſiarum noticiam veſtra cun⁹ ctorum exhortatione,& iudicio cenſemus peruenire,& ab omnibus firmiter teneri,quia epiſcoporum res eccleſie non dubitantur eſſe , ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit crudelitate peruaſores rerum memoratarum predicte canonum diſtrictionis feriantur vindicta, vt qui maioribus propriis ac nulla conſcientie caſtigatione corriguntur ſaltem eccleſiaſtice & canonice vindicte perfodiantur aculeis,ge⁹ neraliter vero quicunq; res eccleſie confiſcare aut impetere , aut peruadere periculoſa aut ſua infeſta⁹ tione preſumpſerit,niſi ſe citiſſime per eccleſie de qua agitur ſatiſfactionẽ correxerit perpetuo anathe⁹ te feriatur. Similiter & hi qui res eccleſie iuſſu vel largitione principum,velquorundam potentum,aut quadam inuaſione aut tirannica poteſtate retinuerint & filiis vel heredibus ſuis vt a quibuſdã iam fa⁹ ctum audiuimus,quaſi hereditarias reliquerint,niſi cito res dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus,vt potius cuſtodes carta⁹ rum quam defenſores rerũ creditarum,vt preceptum eſt iudicemur. Sanandum eſt ergo celerius,ne longius execrandus animi mobus inſerpat, vt ſi medicus cum viderit huius terreni corporis aliq̃em eſſe langorem,magnum ſue artis eſtimat documentum ſi cito quis illius interuentu deſperatus eua⁹ dat,vel cum poſſe vulnus aſpexeris adhibet fomenta vel cetera quibus illud poſſet quod natum fuerat vulnus obduci,ac ſi id manens ſanari non poterit ne corpus reliquum ſua tabe corrumpat,ferro am⁹ putet quod nocebat,quo reliquum integrum & ſeruet intactũ. Precidendũ id ergo eſt quodvelut pu⁹ ro ſanoque nimium corporis vulnus obrepſit ne cum tardius abſtergitur, in ipſis pene viſcerib⁹ hui⁹ mali nõ hauriendа ſentina conſidat,Ferro enim abſcidenda ſunt vulnera que fomenta non ſentiunt. Similiter & illi extorres debẽt fieri ab eccleſia qui ſacerdotali admonitiõe nõ corrigũtur dicente dño.

Auferte

Auferte malum a vobis,vniuersa synodus acclamauit,vt ista fiant rogam⁹.Dictum est octies.Ista seruentur precamur,Dictum est decies,vt imperpetuum maneant & vestra auctoritate firmentur,Dictum est duodecies,Exaudi xp̃e,symmacho pape vita.Dictum est duodecies.Et facto silentio symmachus episcopus ecclesie catholice vrbis rome synodo presidẽs dixit,In hoc cognoscimus oẽs quia deũ diligam⁹ si mãdata eius faciam⁹,Hec enī charitas deivt mandata eius custodiamus & mandata eius grauia non sunt,Iustus est enim dominus & oia iudicia eius iusta sunt,atq; omnes vie eius misericordia & veritas & iudicium,in manu dei potestas terre,cui execrabilis est omnis iniquitas,in manu dei potestas hominis & super faciem scribe imponet honorem suũ.Perdit deus memoriam superborum & iniqua gerentium,& relinquit memoriam humilium & bonorum hominũ, hoc autẽ pro certo habet omnis qui recte colit deũ quiavita eius si i probatione fuerit coronabitur,& si in tribulatione liberabitur.Si vero in correctione fuerit ad misericordiã peruenier.Omne quod irreprehensibile est catholica defendit ecclesia.Non licet ego imperatorivel cuiq̃ pietatẽ custodienti aliquid cõtra mandata diuina presumere,nec quicquã quod euangelicis propheticisq; & apostolicis regulis obuiat agere, iniustũ enī iudicium & definitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat, nec quicquã quod cõtra euãgelice vel prophetice aut aplice doctrine constitutionem eorum siue sancto rum patrum actum fuerit stabit,&quod ab infidelibus aut hereticis factum fuerit omnino cassabitur. ¶Nociua ergo sancti predecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorũ & pusillitas mea, A licet impar & minima pro suscepto tamẽ diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere, ve enim erit nobis qui huius ministerii onus susceptũ habemus veritatem saluatoris nostri Iesu xp̃i quã Apostoli predicauerunt predicare neglexerimus,ve enim erit nobis si silentioveritatem oppresserim⁹ qui erogare nummulariis iubemur,id est christianos populos ibuere & docere, Quid in ipsius christi futuro dicturi sumus examine si sermonũ eius veritatem confundimur,predicare. Quid erit de nobis cum commissis nobis animabus & de officio susceptο rationem iustus iudex deus noster districtim exegerit.Ideo nos oportet semper nociua resecare & auxiliante domino profutura erigere,Vnde obiurgando,hortando suadẽdo blandiendo,consulendo prodesse,quibus possumus festinemus, lingua nostra bonis fomẽtũ sit.prauis acule⁹,timidos retũdat,iratos mitiget, pigros exacuat,desides hortando succendat, refugientibus suadeat,asperis blandiatur, desperatos consoletur, vt quia doctores dicimur viam salutis gradientibus ostendamus,Simus in custodia vigilantes,aditus contra hostis insidias solliciti muniamus,&si quando ouem perditam de commissis gregibus error abduxerit, toto illã annisu ad caulas reuocare domínicas cõtẽdam⁹,vt de pastoris nomine,quod habemus non supplicium sed premium consequamur.Quia ergo in his omnib⁹ diuine gratie adiutorio opus est omnipotentis dei assiduis precibus clementiam exoremus,quatinus ad hec nobis operanda,& velle tribuat.& posse concedat, atq; in ea nos via cum fructu boni operis quam se pastor pastorum esse testatus est dirigat vt sine quo nichil possumus per ipsum omnia implere valeamus,vniuersa synodus surgens acclamauit,Placẽt omnia,vt perpetua stabilitate firmentur rogamus.Dictum est octies.Et adiecit.Exaudi christe,symmacho vita,dictum est octies,vt hec intemerata seruentur. Dictum est decies.vt ista intemerato iure custodiantur precamur,dictũ est duodecies,Qui hec sponte violauerit,p petuo anathemate feriatur rogamus,dictum est quindecies,vt decreta nostra confirmes precamur. Dictum est decies & octies,Et facto silẽtio Symmachus episcopus ecclesie caiholice vrbis Rome dixit.Acclamationes vestras synodicq; iudicium presentia gesta suscipiunt.Et adiecit.Ea que ad sopiẽdos veternose presumptionis errores vel infense rebus ecclesiasticis egritudinis morbos quibus vniuersalis afficiebatur ecclesia deliberatio religioni congrua pacicq; cõstituit firmitate perpete socientur, vt prestante deo quem custodem rerum constat esse bonarum synodalis ordinatio vigeat,atq; omnis qui sine psone alicuius districtione venire presumpserit,indita superius districtione plectatur,Et subscripserunt,Celius symmachus episcopus ecclesie catholice vrbis Rome his constitutis synodalib⁹ a me probatis atq; firmatis annuens subscripsi,Petrus episcopus rauennatis ecclesie his constitutis synodalibus a nobis probatis atq; firmatis annuens subscripsi,Innocentius direntium tiberinorum. Felix traruensis,Seuerinus tundaritanus, Bonefacius aquileianensis, Silianus veliternius, Maximus bleranus,Sebastianus furanus,Emilianus furanus,Mercurius ganinati,Maximus ticinensis,Felix astellanus,Cassianus mutinensis,Rusticus fuxentinus,Cerentius siculensis, Propinquus tabensis, Stephan⁹ venusinus,Adeodat⁹ formianus Laurẽtius benensis,bonifacius cameritanus, Fortunatus fulginensis.Iustus signatinus,Mercurius siuiternus, Vindemius anteatinus,

Stephanus neapolitanus,Augustus liparitanus,Hylarius teusanus,Valentinus amiternus, Maximi lianus perusinus,Fortunatus suestanus,Innocentius ferentinatis,Iocundus augustanus,Concordius mesitanus,Trigidius tauriganus, Vitalis fundanus,viticanus celemensis,Casius portuensis,Iohannes ariminensis,Aristus ostiēsis, Proculeianus sepinatis,Martirius traconēsis, Candidus tiburtinus, Victor lunensis,Aprilis laterianensis,Asterius aquinatis, Asellus populonienſis, Grisogonus albanensis,Memor cassinuus, Amandus potentinus, Colonius forododiensis, Romanus numentanus. Helpidius voliternus, Vrsus reatinus,Iohannes turritanus, Cresconius tudertin⁹, Adeodatus silue candide, Innocentius nauenatis. Venerius pallensis,Iohannes spolitanus,Rogatus tauromenitanus, Eustasius cremonensis,Seruus dei foreuensis,Laurus vergomatis,Probus carcimeianensis,Eucarpius meresarpe,Dulcius sancti autimi, Rufertius agnatinus,Leucadius iniuricanus, Seren⁹ nolanus,Eufradius galatinensis,Martianus acanus,Theotistos pessimitos, Futicius tranensis,Helpidius mence nenterius. Fortunatus anagninus,Mysterius amorrius,Paschasius vulternensis,Aquilas eudoxiados Innocentius forosimpronienſis, Quiriacus troodanensis,Felix nepesinns,Pios peteniſſensis, Hylarius tempranensis,Longinus ortissu,Iohannes neapolitanus, Talasius cesarienſis, Constantinus militinensis,Musonius hissenus,Acatius arimatheus,Firminus termus, Adonius grauissu, Patricius tianensis,Iohannes artis,Theodotius naciazensis,Dorocheus neocesarienſis,Aristomachus colenensis, Ciros cibistrinensis Iohannes sebastensis,Ceccupius sebastranopolis,Iohannes polemnacus,Grādus cerassitenus. Atarbius talebuntis. Selenco amassenus,Anhonius amissenus

¶Explicit sexta synodus romana sub symmacho papa. Epistola eiusdem ad Laurentium mediolanensem archiepiscopum.

A  ILECTISSIMO ATQVE CARISSIMO FRATRI LAVrētio mediolanensis ecclesie archiepiscopo symmachus episcopus in domino salutem. Prodit religiose votum conscientie mēs laudibus deuota pontificū assertio ingenii est deo obsequentib⁹ mancipare quod loquimur,in quorum preconiis forte angustus sermo prefulget imperitiā manifestat,tamē si abstineatur infantia quis mendicam narrationē estimet quā vota locupletant? Sepe in facundie dotibus pauper inuenitur vena predicantis,& ediuerso thesaurus cordis irradiat in egestate verborum. Qui vice dei iudicat non deliderat picta alloquia, sed que infucatus cō mendat nitor ingenii,quia in his etiam sine amore blāditur eloquentia,in illis splendorem suum veritas nuda cōmendat. Siue falleris est omne quod dictat affectio advnguem fabricatur illa que volumus nō tam speciē recti habere q̄ similitudinē. Ad te venerabilis mihi antistes maxime sermo est cui immeritorum testimonio virt⁹ cepit vocabulo in quo actus eloquitur vel qđ qui nomē appellat,Proui da parentrū diligētia tuorū,prius te eligi voluit q̄ probari. Te olim secularibus inherētē titulis castrēsis sudor excoluit. Et ad ecclesie gubernacula pars aduersa solidauit,sicut dn̄s loquitur per prophetam. Qui in minimo fidelis,& in magno fidelis est, Te sacrum iudex & consilii comitem meruit & laboris. Bene initiandus altaribus & in laica cōuersatiōe qđ sacrū esset elegisti. Tu pudicitie in illa etate custos inuentus es. In qua & lex obsequitur desideriis. Satis enim est pueritie ambitum,quam licentia fulcit horreri,Christus milites suos quos in personā dulcis attollat inter acies,querit hostiles. Ascit⁹ ecclesie spontificem actibus implesti ante tēpora dignitatis Nō aduena benignitas fuit que nature innixa radicibus de cano flore germen ostēdit. Temporale enim est omne quod fingitur,perpetuū quod cum etate matureſcit. Nō tibi sacerdotiū rem doni credimus eueniſſe sed premii. Alii vulgari gratia lenocinante cōmēdātur,tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectum. Manet te singularis sapientia que licet generaliter optanda est,tamen existit in magistro necessaria,frustra monitoris personā suscipit qui impacti nō preualet estimare pondus officii,vilissimus cōparādus est nisi precellat scientia,qui est honore prestantior,Dedit tibi apicem res iudicii non fauoris,dignus pontifice est amor, quem censura conciliat, Deuenustat institutoris geniū, qui per solam gratiam vult placere. Tu his eruditus & formatus celi beneficiis plus agendo populum instituis q̄ docendo,Illa monita discipulorū conscientiam eruditunt que probantur exemplo. Sine pudore inuitat ad innocentiam,qui illam fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetralium quasi testem metuunt qui peccare disponunt. Nascentibus culpis metus,& reuerentia tua negat effectum. Qui inter exordia occurrit vitiis,& occasionem lapsuum adimit,& concupiscētie purgat auctorem,hec beatitudini tue quasi strictim pro lingue mee

cōmendatione

cõmendatione dedicaui. ſi precibus vite ſucceſſus artíſerit geſtorum tuorum plena me relatione con ſecrabo,vt que vniuerſis nota ſunt mãſuris in poſterũ litteris quatin⁹ gaudeat acta ſecutura ſeruẽtur.

¶Item epiſtola eiuſdem ad liberium patricium.

SYMMACHVS EPISCOPVS ECCLESIE CATHOLICE VR A
bis rome liberío patricío ſalutem. Cum pro veneranda religione conſcientíe ver ba dirigítis ín aquileienſis electione pontificis & diuinis ínitiata lingua culti⁄ bus militat conſecrando in ignoti nos diligentia ſermonũ vincla tenuerũt, quia nihil ſuperat diuítiis quotiens aliquid probatus extulerít. Quid eni ſententie ſequaciũ derelinquat quando iuſticie obſequitur,cuius ín examen definitio nõ vocatur. Agitis bono conſcientíe quod veſtro vix negatur ímperío,Exiuit ínter arbítros Marcellini venerabilis collega maximus hominũ humilitate ſublimior,& ne poteſtati fauor per alíquos aſcríberetur ínterpretes, quod de proprío decerpſit ingenío,laudati íunxit ad precium, Egiſtis mediocrẽ,ne precelſi eſſet ſuſcepta predicatio,clariſſimorum teſtimonía vt vires accípiant cul⁄ mina caſtígantur,felix ſacerdotium cui faciem pretulit plena mens luminis. Beata conuerſatio,que id círco ín diſcuſſionem deducta eſt,vt tantovíro affabulãte ſuperaret. Que nõ didiciſſet ſaporẽvictorie. níſi ſubíacuiſſet íncertis. Semper ínnocentíbus gloríam aduerſa peperunt,prouidet defenſores fortiſ⁄ ſimos mediocris ímpugnatio. Sed quid epiſtole terminos loquacitate produxi,coactas lege paginas ín humana concínnatione tranſgreſſus. Iungo & ego ampliſſimis partibus pro modulo exiguitatis proprie vobis celo obſequente conſenſum,& quod mirabile ínter homines habetur cõſideratione vri attrahor ad amorẽ,ínſpirata mihi per alterũ placere affectío,dum manet charitas ímis ínſerta viſceri⁄ bus,pegrinante perſona comitem ſe tamen celeſtis gratia deſideriis íũgat,& dum cupitis datur affe⁄ ctus, aut veníat bonum pontificatus. aut faciat. Data,xviii. Calendas die. indictione,viii.

INCIPIVNT DECRETA HORMISDE PAPE.

i ¶Aduerſus neſtorii & Eutícetis blaſphemías.
ii ¶De miſterío trinitatis quid perſone quid deſignent ſubſtantie.
iii ¶De diuínitate & humanitate domíni Ieſu chriſti.

GLORIOSISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO FILIO IV B
ſtíno auguſto hormíſda epíſcopus,Inter ea que ad vnitatem eccleſie pertínent, propter quã deus clemẽtie veſtre elegit ímperiũ,in líttería cõtuliſtis, hoc quoq; venerabilis imperator cura fidei cui multipliciter vos ſtudere declaraſtis,adiecit vt alíquorũ preces perferẽde ad humilitates mee noticiam íungerentur,quib⁹ vel quid queſtionis oriretur agnoſcerem vel ad ſubmouendũ propoſite conſul tationis ambiguũ reſponſum a me religioſe ſententie cõueníens redderetur,le⁄ gi omnía ſollicitudine qua decebat,& licet ad reſponſi plenitudinẽ ſufficere potuiſſet,ſi illa tantũ que ab auctorib⁹ ſunt definita reſcríberem,tñ vt religioſi propoſití veſtrí remunerarẽ affectũ non ſubtrahẽ⁄ dũ credidi míchi quoq; ſermonis obſequiũ. Capitulum primum.

¶Quíd enim eſt quod emergẽtibus Neſtorii & Eutícetis venenis paterna omíſit ínſtructio? Pene C
omnes ímpietates cum ínuentoribus tam nefandorum dogmatũ cõuenientía in vnũ ſynodica decre ta preſſerunt, nec vlterius remanſit locus vllus tam diris pfidie ſemínibus amputatis aut xp̃m dñm credere ſine carnis fuiſſe verítate,aut eundem non & deũ & hoiem de materní vteri ínteмerata fecũ⁄ dítate ꝓdiiſſe,cum alter eorũ diſpenſationẽ qua ſaluati ſumus negãdo quantũ ín ípſo eſt írrítam fa⁄ ceret, alter opinione cõtraría,ſed ímpietate conſimili in eodẽ dño noſtro Ieſu chriſto poteſtatẽ díuinã a vera humanitate ſecluderet,neq; ille recordatus quía palpandã carnẽ ſuã chriſtus oſtenderít, neq; ille euangelíi memor verbũ carnẽ factũ eſſe dicentis,cui vox dñi ídeficienter ínſonare debuerat quía díxit & docuít. Nemo aſcendit in celum níſi quí de celo deſcendit, filíus hoís qui eſt ín celo. Sepe hec & multis precedẽtiũ ſunt cõprehenſa ſententíis,Sed nec clementía veſtra licet ıam dícta ſínt,faſtidío⁄ ſe poterit repetita cognoſcere nec nobis pudor ea que ſunt a predeceſſoribus noſtrís predicata reuol⁄

uere. Neq; enim possibile est vt sit diuersitas predicationis, vbi est vna forma veritatis. Nec ab re iudicabitur alienum, si cum his cum quibus conuenimus fide congruamus & dogmate. Reuoluantur piis mansuetudinis vestre auribus decreta synodica. Et beati pape Leonis conuenientia sacre fidei constituta. Eadem inuenietis in illis que recensueritis in nostris. Quid ergo est post illum fontē fidelium statuendū? Quid amplius si tamen fidei terminos seruat, quilibet curiosus scrutator inquirat. Nō opus aut adiectione plebis, aut instructione perfectis, nisi forte mauult quisq; dubitare q̄ credere, certare quā nosse, sequi dubia quā seruare decreta. Capiuulum secundum.

A ¶Nam si trinitas deus hoc est pater & filius & spiritussanct⁹. Deus autē vnus specialiter legislatore dicente, Audi israel, dominus deus tuus vnus est, qui aliter habet, necesse est aut diuinitatem in multa diuidat, aut specialiter passionem ipsi essentie trinitatis impingat, & quod absit a fidelium mentibus hoc est aut plures deos more prophane gentilitatis inducere, aut sensibilem penā ad eam naturā que aliena est ab omni passione transferre. Vnū est sancta trinitas non multiplicatur numero, nec crescit augmento, nec potest aut intelligētia cōprehendi, aut hoc quod deus est discretione seiungi. Quis ergo illi secreto eterne ipenetrabilisq; substantie, quod neq; vlla visibilium vel inuisibilium creaturarum potuit inuestigare natura prophanam diuisionem tentet ingerere, & diuini archani mysterium reuocaread calculum moris humani? Adoremus patrē & filium & spiritū sanctum indistictam distincte, incōprehensibilem & inenarrabilē substantiā trinitatis, vbi & si admittit numerū ratio personatū, vnitas tamen non admittit essentie separationem. Ita tamen vt seruemus diuine propria nature, seruem⁹ propria vnicuiq; persone, vt nec personis diuinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiā hoc quod est proprium nominū transferatur. Magnum est sancte & incomprehensibile mysterium trinitatis. Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, trinitas indiuisa. Et tamen notum est quia propriū est patris vt generaret filium, proprium filii dei vt ex patre patri nasceretur equalis, proprium spiritus sancti vt de patre & filio procederet sub vna substantia deitatis.

Capitulum tertium.

B ¶Propriū quoq; filii dei vt iuxta id quod scriptum est in nouissimis temporibus verbū caro fieret, & habitaret in nobis ita intra viscera sancte marie virginis genitricis dei vnitis vtrisq; sine aliqua confusione naturis, vt qui ante tempora erat filius dei fieret filius hominis, & nasceretur in tempore, hominis matris vuluans non aperiens & virginitatem matris deitatis virtute nō soluens. Dignum plane Deo nascente mysterium, vt seruaret partū sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine, seruans quod ex patre erat & representans quod ex matre suscepit. Nam iacens in presepio videbatur in celo, inuolutis pannis adoratur a Magis, inter alia editus ab angelis nuntiatur, vix ingressus infantiam annuntians mysticam sine instituente doctrinā, inter rudimenta annorum puerilium edens celestium signa virtutum. Idem enim deus & homo non vt ab infidelib⁹ dicitur sub quarta introductiōe persone, sed ipse dei filius deus & homo idem virtus & infirmitas, humilitas & maiestas, redimens & venditus, in cruce positus & celi regna largitus. Ita nostre infirmitatis particeps vt possit interimi. Ita ingenite potentie dns ne possit morte conlumi. Sepultus est iuxta id qđ homovoluit nasci & iuxta id quod patri erat similis resurrexit patiēs vulnerū & saluator egrorū vnus defūctorū, & viuificator obeūtium, ad inferna descendēs & a patris gremio nō recedēs, Vnde & animā quā pro cōmuni conditione posuit, pro singulari virtute & ammirabili potentia mox resumpsit, Hec ita esse necvllam dubitationē oportere recipere, id est ne dominus noster Iesus christus aut inter corporis passiones deus non esse crederetur, aut ne deus tantum non etiam homo inter opera mirabilium stupenda virtutū proposito nos duorum apostolorum informauit exemplo deum esse se christum dominum nostrum petri fide, hominem Thome dubitatione declarans. Quid intererat, vt quem se homines dicerent discipulos vellet inquirere, nisi vt respondente Petro tu es christus filius dei viui, fateretur non hoc de carne & sanguine proditum, sed patre deo inspirante reuelatum, vt per testimonium laudate respōsionis fides patefieret veritatis? Quid etiam intererat, vt apparente post resurrectionem domino, Thomas tantum abesset ceteris, vt solus ambigeret, vt dum vnius manibus se pateretur tangi, ab vniuersitate fidelium quis esset possit agnosci? Non ergo ad explorandum discipulum interposita est dubitatio, sed questa prosperitatis instructio. Anne aliud expectat quod se idē dominus Cleophe cū alio discipulo cum ad emaus tendentes de se loquerentur inseruit. Et quamq̄ de resurrectiōe dñi per mulieres que prime ad monumētū conuenerāt agnouissent, tn vt per eorū dubitationem daret futuris seculis credendi firmitatē incipiēs a moyse & oibus pphetis oportuisse xp̄m pati & ita intrare in gl̄iam suā iterpretatur.

Ostēdit

Oſtēdit per paſſionē humanā naturam & diuinā in eo eſſe per gloriā multiplicibus hec ſanctarū ſcri/
pturarum inſinuantur exemplis. Necapud religioſam conſcientiam tuamvenerabilis imperator tā/
quam ignota dicuntur, fides eni ipſa que a te conſtanter aſſeritur tibi reddit hoc muneris, vt ſenſibus
tuis & affectum ſui inſerat, & ſcientiā per quā diligentius aſſeratur infundat. Et tñ intereſt diſpenſa/
tionis michi credite, vt ego quoq; vel apud ſcientes nota non taceā, vt ſuccedente ſibi per vices tēporū
catholicorū predicatione ſenſuum, quod indeficienter aſſeritur, ſine fine credatur, latius hec que ad dei
tatē humanitatemq; dñi noſtri Ieſu chriſti pertinent, & in eo vnitas ſine confuſione naturas potui ſe/
cundum veterū definita diſſerere, ſi eſſet aduerſus eos qui his diſcentiunt diſputādū. Sed cū in ma/
nibus omnia ſint & ſynodica cōſtituta & beati pape Leonis dogmata, pſtrinxiſſe potius pauca q̄ euol
uere credidi cōuenientius vniuerſa. Nunc vero agnoſcere ſatis eſt & cauere. Ita proprietatē & eſſen/
tiam cogitandā vt ſciatur quid pſone, quid nos oporteat deferre ſubſtantie. Que qui indecēter igno
rant, aut callida impietate diſſimulant, dum omittunt quid ſit propriū filii in trinitate tendunt inū/
dias vnitati, Sed ſi que predicata ſunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione recedi
tur & cōſtanter queſtionibus obuiatur. ¶Sacra iuſtini imperatoris ad hormiſdam papam.

SACRATISSIMO AC BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO A
alme vrbis rome & patriarche hormiſde, Iuſtinus imperator. Scias nobis pa/
ter religioſiſſime, quod diu ſummis ſtudiis querebatur patefactum, & antequā
aduenerint qui a nobis deſtinati ſunt, quod Iohannes vir beatiſſimus anti/
ſtes noue Rome noſter, vna cū clero vobis conſentiunt, nullis variantes ambi/
guitatibus. nullis diuiſi diſcordiis. Scias libellū ab eo ſubſcriptū quem offeren/
dum indicaueras ſanctiſſimorū patrū concilio congruentē, quo oēs concurrunt
alacri opere ſuſcipiēda vota, tam noſtre q̄ cōſtantinopolitane ſedis quos veritatis coruſchus fulgor il/
luminat. Oēs accelerant libentiſſime quos oblectat via dilucida, vt ſequātur ſcita patrū ſanctiſſimas le
ges probatiſſimas, & cōſiliis quorundā firmatis qui rectū tenebāt tramitem aliorū correctis qui va/
gabantur, incerti in eos res colligitur, vt vnitatē indiuidue trinitatis ipſi quoq; in vnitate colant mētiū,
negatū eſt inter diuina miſteria memoriā in poſterū fieri libelli quem dixim⁹ Acatii preuaricatoris
quondā regie huius vrbis epi, necnon & aliorū ſacerdotiū qui vel primi contra cōſtituta venerūt apo/
ſtolica, vel ſucceſſores erroris facti ſunt, & nulla vſq; ad vltimū diem ſunt penitētia corecti. Et quoniā
oēs noſtre religionis admonendi ſunt vt exemplū imitentur ciuitatis regie, deſtinanda vbiq; princi/
palia precepta ediximus. Tanto flagramus religionis officio, tanto affectamns ſtudio pacē catholi/
ce fidei p remunerāda celeriter pace, noſtre rei publice p cōciliando ſubiectis meis ſuperno preſidio.
Quid eni grati⁹ reperiri poteſt. Quid iuſtius, qd illuſtrius. q̄ quos idē regnū continet idemq; fidei
cultus irradiat, eos non diuerſa contendere, ſed collectis in eiſdē ſenſibus inſtituta venerari non huma
na mente illata, ſed in diuine prouidētie ſpiritu? Oret igitur veſtre religionis ſanctitas vt quod puīgi
li ſtudio pro concordia eccleſiarum catholice fidei procuratur, diuini muneris opitulatio iugi perpe/
tuitate ſeruari annuat. Data. decimo Calendas maii conſtantinopili.

¶Libellus fidei Iohannis conſtantinopolitani epiſcopi directus ad ſanctū hormiſdam papam
in quo anachematizat Neſtorii & Euticetis & reliquorum hereticorum blaſphemias. B

EDditis mihi litteris veſtre ſanctitatis in chriſto frater cariſſime per Gratū chariſſimū comi
tem, & nūc per Germanū & Iohannē reuerentiſſimos epos & Felicem & Dioſcorū ſanctiſſi
mos diaconos, & Blandū pbrm letatus ſum de ſpeciali charitatis veſtre ſanctitate, quod vni/
tatem ſanctiſſimarū dei eccleſiarum ſecundū veterū patrū requiris traditionem, & dilaceratores ra/
tionabilis gregis xpi amore pulſare feſtinas. Certus igitur ſcito per oia ſanctiſſime quia ſecūdū quod
vobis ſcripſi tecū cum veritate ſentiens oēs a te repudiatos hereticos renuo, & ego pacem diligens ſan
ctiſſimas dei eccleſias id eſt ſuperioris veſtre & nouelle iſtius rome vnā eſſe accipio illam ſedem apo/
ſtoli Petri & iſtius auguſte ciuitatis vnā eſſe definio. Oib⁹ actis a ſctiſſimis quattuor ſynodis id eſt ni
cena conſtantinopoli, & epheſi & calcedone, de confirmatione fidei inſtituta eſſe eccleſie aſſentio, & ni
chil titubare de bene iudicatis patior. Sed & conantes aut niſos vſq; ad vnū apicē placitorū perturbare
lapſos eſſe a ſancta dei generali & apoſtolica eccleſia ſcio, & tuis verbis recte dictis euidenter vtens per
preſentia ſcripta hec dico quia prima ſalus eſt recte fidei regulā cuſtodire, & a patrū traditione nullate
nus deuiare, quia nō poteſt dñi noſtri Ieſu pretermitti ſententia dicentis. Tu es petrus & ſuper hanc

petram edificabo eccleſiam meam,hec que dicta ſunt rerum probantur effectibus,quia in ſede apoſtolica inuiolabilis ſemper catholica cuſtoditur religio,hec igitur fides,Nec cadere cupientes,ſed patrū ſequentes in omnibus conſtituta anathematiſantes omnes hereſes & precipue neſtorium hereticum qui quondam conſtantinopolitane vrbis fuit epiſcopus,damnatū in concilio epheſino a beato Celeſtino papa vrbis Rome,& a venerabili viro Cyrillo epiſcopo Alexandrine ciuitatis & vna cum illo anathematizam⁹,& Eutycem & Dioſcorum alexandrine ciuitatis epiſcopum damnatum in ſancta ſynodo calcedonenſi quam veneratēs ſequimur,& amplectimur,que ſequens ſanctam ſynodum nicenam apoſtolicam fidem predicauit,his coniungentes Tymotheum parricidam hellurum cognominatū anathematizamus,& huius diſcipulum & ſequacem in omnibus Petrū alexandrinum ſimiliter cōdemnantes,Anathematizamus ſimiliter Acatium quondam conſtantinopolitane vrbis epiſcopum complicem eorum & ſequacem factum,necnon & perſeuerantem eorum communioni & participationi.Quorū eni quis cōmunionē amplectit eorū ſimilem adiudicationem in condemnatione cōſequitur. Simili modo & Petrum antiochenum condemnantes anathematizamus cum ſequacibus ſuis,& omnibus ſupraſcriptis,vnde probamus & amplectimur epiſtolas omnes beati Leonis pape vrbis Rome quas conſcripſit de recta fide.Quapropter ſicut prediximus ſequentes in omnibus ſedem apoſtolicam.& predicamus omnia que ab ipſa decreta ſunt,& propterea ſpero in vna communicatione vobiſcum quam apoſtolica ſedes predicat me futurū in qua eſt integra deuotio chriſtiane religionis & perfecta ſolidítas promittens in ſequenti tempore ſequeſtratos a communione eccleſie catholice ideſt in omnibus nō conſentientes ſedi apoſtolice eorum nomen inter ſacra non recitandum eſſe myſteria. Quod ſi in aliqua profeſſiōe mea deuiare tentauero,his quos condemnaui & per cōdemnationem propriam conſortem me eſſe profiteor.Huic vero profeſſioni ſubſcripſi manu mea & direxi per ſcripta tibi hormiſde ſancto & beatiſſimo fratri & pape magne rome per ſupradictos Germanum & Iohannē venerabiles epos Felicē & dioſcorum diaconos & blandum preſbyterū.Et alia manu,Iohānes mia dei eps conſtantinopolitane nouelle rome huic me profeſſioni conſentiēs omnib⁹ ſupradictis ſubſcripſi ſanus in dño.Ora p nobis ſanctiſſime & beatiſſiſſime frater.Data mēſe martio. Die.xxviii.indictione.xi.Conſulibus dño Iuſtino imperatore auguſto.& heradio.iiii.cc.era.dc.

¶Epiſtola hormiſde pāpe ad Iohannem epm militane eccleſie de communione conſtantinopolitane eccleſie.

A OTA NOSTRA CHARITATEM TVAM LATERE NOlum⁹,ne qui pticeps fuit ſollicitudinis gaudiorū fructu reddatur extorris,& ideo cōſtantinopolitanā eccleſiam ad cōmunionē noſtrā rediiſſe dño propiciante tradentibus ſignificam⁹ alloquiis,& mandatorum que legatis noſtris dedimus in oibus ſeriem fuiſſe cōpletam,de qua partevt ad dilectionē tuā plenius pfecte gaudiū peruenireț,libelli Iohānis fratris & cōſacerdotis noſtri epi conſtantinopolitani & Iuſtini clemētiſſimi principis orientis ſacrarum litterarū exēplaria pariter credidimus deſtinanda,iudicantes nichilomin⁹p orientis partes plurimos epos ſic feciſſe,Supereſt vt a nobis cōpetentibus precibus diuinitas exorata concedat,quatinus de aliarum quoq; eccleſiarū redintegratione gratulemur. Ea vero que ſignificare curauimus,in eorū ſacerdotum qui fraternitati tue vicini ſunt curabis perferre noticiam,vt & ipſi de effectu tante rei gratias nobiſcum celeſtis miſericordie beneficiis referre non ceſſent.Deus te incolumem cuſtodiat frater cariſſime.

¶Item ad Iohannem epiſcopum de directis inſtitutis & vice commiſſa.

B ILECTISSIMO FRATRI IOHANNI HORMISDA FEcit dilectio tua rē chartati & fidei cōgruentē vt aduentū ſuum ad Italiā nobis directis litteris idicaret,& que in te ſit ſumma religioſe voluntatis oſtēderet,Atq; vtinam ad plenioris affectus ſatietatem preſentie tue nobis gaudia contigiſſet, vt gratularemur nos & colloquio & preſentia frui quā ſumus ante per ſcripta complexi,veruntamen probaſti dilectiſſime frater quo chriſtianā fidem veneraris affectu,Dū ea que ad regulas patrum pertinent,et ad mādata catholica ſine aliqua cupis trangreſſione ſeruare ſperans vt p rogatis gnalibus ad hiſpaniēſes eccleſias cōſtitutis ſup que aut negligēti⁹ aut irreligioſ⁹ fiūt eccliaſticis diſciplinis cōgruētia ſanciam⁹,qđ amplexi ſum⁹ Quid eni aut nobis dulcius q̄cum fidelib⁹loqui, aut deo aptius q̄ deuiantes ab errore reuocare? Salutantes

lutantes igitur charitatē qua iungimur per Cassianū diaconū tuū significamus nos direxisse gene/ralia cōstituta quibus vel ea que iuxta canones seruari debeant cōpetenter ediximus,vel circa eos qui ex clero grecorū veniunt,quam habere oporteat cautionē sufficiēter instruximus. Sed cause ipsius or/dinem instructionēq; abunde decretis ecclesiasticis vos docebunt,vt agnoscentes & impiorū trā sgres/sionē & apostolice sedis curā pro patrū regulis excubantem ostendatis vos posos damnatorū consor/tia,& amare fideliū. Et quia per insinuationem dilectionis tue huius nobis est vie patefacta pruden/tia,remuneramus sollicitudinē tuam,& seruatis priuilegiis metropolitanorum vices vobis apostoli/ce sedis eatenus delegam⁹,vt inspectis istis siue ea que ad canones pertinent siue ea que a nobis sunt, nuper mandata seruentur, siue que de ecclesiasticis causis tue reuelationi contigerunt sub tua nobis insinuatione pandātur,Erit hic studii ac sollicitudinis tue,vt talē te in his que iniūgūtur exhibeas vt fi dem integritatemq; eius cuiusq; curam suscipis inuiteris. Data quarto nonas Aprilis agapito.ii.cō/sule. Era.dc,xlviii, ¶Item epistola hormisde ad episcopos hyspanie.

i ¶De sacerdotibus iuxta instituta canonum ordinandis.
ii ¶Vt pro episcopatu premium non accipiatur.
iii ¶De concilio per annos singulos celebrando.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS EPISCOPIS PER HYSPA/ A
niam constitutis hormisda. Benedicta trinitas deus noster qui per miam suam Romane rei publice per vniuersas partes sue pacis tranquilitate diffusa,nobis quoq; viam demonstrāde circa nos inuicem charitatis indulsit,vt qui cohere/mus firmitate fidei iūgamur quoq; votiua iocūditate colloquii,quo facilius dū per litterarū ministeria ad vos vsq; pertendimus,etiā corda vestra ad religio/sum cultū apostolicis admonitionibus incitem⁹,& dum dilectionis pignus no stre reddimus,velut quoddā debitum plenum circa dominū monstremus affectū, iungamus igitur dilectissimi fratres cōtinuas & humiles preces,& dominū nostrum oris & cordis lachrimis supplican tes iugi deprecatione poscamus, vt & institutione & opere illi cuius esse membra cupimus habeam⁹, nec vnq; ab illa via que xp̄s est deuio tramite declinem⁹, ne ab eo iuste quem nos impie reliquim⁹ de seramur. Quod cū superni fauoris auxilio ea nobis potest ratione contingere si apostolica dogmata si patrū mandata seruem⁹. Dixit enī dn̄s noster. Qui diligit me sermonem meū seruabit & pater me⁹ diliget eum & ad eū veniemus& mansionē apud eum faciemus. Et licet hec possint generaliter dicta sufficere,vt vel declinemus errata vel custodiamus catholica cōstituta, tn̄ quia Iohannis fratris & coe/piscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est contra canonū reuerentiam nōnulla presumi,pericu/lū qd doctorib⁹ imminet de taciturnitate declinans & p̄phetica voce cōpūctus que dicit, loquere ne ta ceas generalibus edicendū credidi cōstitutis. Capitulum primum.

¶Vt in sacerdotibus ordinandis que sunt a patrib⁹ p̄scripta & definita cogitetis, quia sicut est caput B
ecclesie christus,Christi autē vicarii sacerdotes,sic & in eligendis his curam oportet esse pspicuam irre prehensibiles enim esse conuenit quos presse necesse est corrigendis,nec quicq̄ illi desse persone penes quā est religionis summa & substantia disciplīne. Estimet quis preciū dn̄ici gregis, vt sciat quod me/ritum cōstituendi deceat esse pastoris,hoc fiet ita, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur,longa debet vitam suam probatione mōstrare cui gubernacula committūtur ecclesie. Non negamus esse in laicis deo placitos mores,sed milites suos probatos sibi querunt instituta fide/lia. Discere quis debet anteq̄ doceat & exemplū religiose conuersationis de se potius aliis prestare q̄ p̄sumere. Emēdatorē esse cōuenit populo quē necesse est orare pro populo, lōga obseruatione religio/sus cultus tradatur vt liceat, & clericalibus obsequiis erudiēdus inseruiat vt ad venerandi gradus sum/ma perduct⁹ qui sit fructus humilitatis ostendat,Nec leue nec vacuū fuit q̄ ne apud veteres qdē nisi leuitici generis viri ad sancta admittebantur altaria,ne pessime meritis aut precio aut presumptione cōtentis ad sacros cultus impar accederet,tūc migrabāt p̄rogatiua familiarū ad instituta cultorū. Nūc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci,hoc nobis imbui,tabernaculo dabat natura,nos altari bus parturit disciplina,nec tantū de laicis cōsecrari ihibem⁹,sed ne de penitētib⁹quisq̄ quidē ad hmōi gradū p̄phanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit venia,Qua cōscientia absoluat reū qui se pctā sua populo sit teste cōfessum. Quis enī quē pauloante vidit iacētē veretur antistitē ? preferens miserā/di criminis labē nō habet lucidā sacerdotii dignitatē. Capitulum secundum.

¶ Hoc quoq; ad premissa cõiũgim9 ne benedictionẽ per impositionẽ manus que diuina esse credi
tur,quis precio cõparet,quoniã ante oculos esse cõuenit,quod Symon spiritũ sanctũ volens redẽptio⁄
ne mercari,apostoli fuerit detestatione pcussus. Tunc deinde quis nõ vile putat esse quod venditur?
Istam sacerdotibus ordinandis reuerentiã seruet electio,vt i graui murmure populotũ diuinũ creda⁄
tur esse iudiciũ,Ibi enim deus vbi simplex sine prauitate consensus,verũ ne hanc quidẽ partem sollici
tudinis,& admonitionis omittim9 ne vel ille se a culpa estimet alienũ qui & si ipse quidẽ a redẽptio⁄
ne liber iniciauerit benedictione mystica sacerdotem & tñ ad alterius redẽpti volũtatem vel sponte in
hoc vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore nõ polluí qui consensum prestat errantí?
Proculdubio cõtra mãdata cõmittit& qui habet peccatũ ꝓpriũ& qui peccatũ sequitur alienũ,icassum
anim9 resistit cupiditati si non resistit & timori,Aduersus hec facilius deo adiuuante prouidebitur,si
circa metropolitanos priuilegia a sanctis patribus constituta permaneant, si metropolitani circa paro
chias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant, vt nec electio presulis empta detur
preciis,& nec obsequentis quesita operibus,sed ita fixa habeantur in cordibns quẽadmodũ relegũtur
in scripturis,si nulla sint in templis emptionum semina,nulla erunt fomenta discordie,sed repugnan
te charitate sub illa quam nobis promisit deus & retribuit pace viuatur.

Capitulum tertium.

¶ Ob hoc patres ꝓuidẽtia qua spiritus sanctus cultores suos cõpungere dignatus est incitati bis i an
no per parochias singulas concilia haberi docuerũt vt in vnũ iuxta salubris institutionis dogmata cõ
gregati,pro ecclesiasticis causis tractandis libere cõuenirent,vt si iuxta votũ vniuersa consistũt, deũ iun
ctis vocibus qui prestat desiderata collaudent.Dificille est enim vt cuiusq; prauis sic cogitationibus in
duretur vt a se patiatur culpanda fieri cum nouerit se iudicium subiturum esse concilii.Precinctos ad
hanc viã semper lumbos habeant,scientes rationẽ actuũ suorũ esse reddendã,Suspendantur ab illicitis
per formidinẽ,& qui nequiuerint per pudores,de conueniẽdo notũ est canones sanctos bis in anno cõ
stituisse & prefinitũ quidẽ si possibile est iuiolabiliter cõuenit custodiri,Sed si aut temporũ necessitas
aut emergentes cause hoc non patiuntur impleri.Semel saltẽ q̃is non licuerit sine vlla excusatione
precipim9 cõuenire,hec fratres Charissimi & alia que patrũ regulis cõtinentur in labiis & in cordibus
nostris indiuisa retractatione meditemur,& sicut scriptũ est,narremus ea filiis nostris,vt ea mediten⁄
tur in cordibus suis sedentes in domo ambulantes in itinere, dormiẽtes atq; surgẽtes,quia beatus in
dño qui in lege ei9 meditabitur die ac nocte,Hoc & magister gentiũ discipulũ suum secut9 instituit,
admonẽs hec meditare in his esto. subiicias plenitudinẽ attende tibi & doctrine,quia si fidelibus sine
intermissione incumbim9 institutis,separabimur a viciis dum impẽsa cura diuino operi humano lo⁄
cum nõ reliquit errori. Data quarto nonas aprilis,Agapeto.ii.consule.

¶ Item epistola hormisde pape ad episcopos hyspanie,In qua eis Iohannis constantinopolita
ni episcopi professionem dirigit propter orientales clericos qui eorũ cõmunionẽ popposcerant.

A DILECTISSIMIS FRATRIBVS EPISCOPIS PER HYSPA⁄
niam cõstitutis hormisda,Interea que noticie nostre Iohannes frater & coeps no
ster studio ecclesiastice vtilitatis ingessit,hoc quoq; pro affectu catholice fidei &
apostolice sedis veneratione consuluit quo ordine ex clero grecorum venientib9
tribui deberet sancta cõmunio propter causam scilicet Acatii a predecessoribus
nostris pro hereticorũ cõmunione dãnati in qua qui se ab eius cõtagione nõ di
uidunt,a nostra cõmunione habeãtur excepti Laudo propositũ viri hoc zelo cir
ca fidẽ &apostolica instituta feruentis vt neq; per ignorantiam quidem q̃q̃ ceno erroris alieni patere
rur immergit,Digna hec cura fidelibus vt sollicito studio semper inuigilent & inculpatos se ab om⁄
ni peruersitate cõseruent. Ipsa est enim fidei innocentia vt preuideat ne vel casu possit errare. Satisfacien
tes igitur & laudabilibus desideriis memorati viri & memores nostri sicut oportet officii documen⁄
ta queq; de ecclesie scriniis assumẽtes ad cõciliũ vestrũ ꝓ generalitatis instructiõe direxim9, vt ex illis
plenius que sũt acta discentes,ab oi vos errantiũ cõmuniõe separetis,neq; enim est ꝑsonalis odii causa in
impios rrãgressores dicta deo inspirãte sententia,i qua quidẽ causa nequaq̃ a ꝑdicatione cessauim9,
& principes supplicando & sacerdotes & populos admonẽdo vt transgressores absoluti ad rectam fi⁄
dẽ affectu dei & iudicii timore cõuerterẽt. Sed obstinatio miserãda eo ꝑduxerat illos,vt nullis modis
mortifera venena vicantur, sed mala semina fixis in deterius pullulent radicibus, Ergo dilectissimi
fratres ad omnia competentes instructi seruate & ecclesiam dei apostoli exhortatione compuncti.

Nos aũt

Nos autem libellum miſimus, ſub quo ſi quis communionem veſtram de orientalibus clericis poſcerit ad eam poſſit admitti, ſecundum quam & de Thracie & Scithie illiricique partibus vel ephiri veteris. Sed & ſecundum quam de ſyrie multos iam conſtat eſſe ſuſceptos, gaudentes ad recta confluere, & deuia declinaſſe. Vnde pro ſubreptione mādamus vt omnis cura, & ſollicitudo omnis inuigilet, iam nullus eſt ignorantie locus, nullus vtatur ſimplicitatis excuſatione preterita. Scienti peccare neceſſaria confeſſio eſt. Neceſſe eſt vt errorem ſibi ſcribat qui monſtratur inſtitiſſe prauo itineri. Bonefacius notarius ſancte eccleſie Romane ex ſcrinio editi exemplaria libelli exequitur.

¶Prima ſalus eſt recte fidei regulam cuſtodire & a conſtitutis patrum nullatenꝰ deuiare, & quia nō A
poteſt domini noſtri Ieſu chriſti pretermitti ſententia dicens tu es Petrus & ſuper hanc Petram edifi cabo eccleſiam meam. Et hec que dicta ſunt rerum probantur effectibus, quia in ſede apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio. De qua ſpe, & fide minime ſeparari cupientes & patrū ſequentes conſtituta anathematizamus omnes hereſes, precipue neſtorium hereticū qui quodam conſtantinopolitane fuit vrbis epiſcopus, damnatum in cōcilio Epheſino a beato celeſtino papa, vrbis Rome & a venerabili viro Cyrillo alexandrine ciuitatis antiſtite. Similiter & anathematizamus, Eutices, & Dioſcorum Alexandrinum in ſancta ſynodo quam ſequimur. & amplectimur, calcedonenſi damnatum, que ſecuta ſanctum concilium Nicenum fidem apoſtolicam predicauit. Deteſtamur, & Timotheum parricidam hellurum cognomento diſcipulum quoq; ipſius, & ſequacem in omnibus Petrum Alexandrinum condemnamus. Etiam anathematizamus Acatium conſtantinopolitanum quondam epiſcopum ab apoſtolica ſede damnatum, eorum complicem & ſequacem, vel qui in eorū communione permiſcuit ipſorum ſimilem habere meruit in damnatione ſentētiam. Petrum nichilo minus antiochenum damnamus cum ſequacibus ſuis, & omnibus ſupraſcriptis. Suſcipimus autem & probamus epiſtolas beati Leonis pape vniuerſas quas de religione Chriſtiana conſcripſit ſicut p̄dixímus ſequentes in omnibus apoſtolicam ſedem, & predicantes eius omnia conſtituta, & per omnia ſpero vt in vna communione vobiſcum quam ſedes apoſtolica predicat eſſe merear. In qua eſt integra, & vera chriſtiane religionis, & perfecta ſolidítas promittens ſequeſtratos a communione eccleſie catholice, id eſt non conſentientes ſedi apoſtolice eorum nomina inter ſacra non recitanda eſſe myſteria. Quod ſi in aliquo a mea profeſſione deuiare tentauero, his quos damnaui complicem me, mea ſententia eſſe profiteor. Hāc autem profeſſionem meam ego manu mea ſubſcripſi, & Hormiſde ſancto ac venerabili pape vrbis Rome direxi.

¶DE RECONCILIATIONE ROMANE ET CONSTANTINOPOLITANE ECCLESIE.

B

DILECTISSIMO FRATRI EPIPHANIO HORMISDA.

Multo gaudio ſum repletus quod circa eccleſie pacem, & ſanctiſſimi imperatoris, & dilectiōis tue, tale ſtudium litteris indicaſti, quod legatorum quoq; meorum aſſertione cognoui manifeſtū. Hinc enim ſuperne miſericordie documentum perdocetur, quando & mundani principes cauſas fidei cum rei publice ordinatione coniungunt, & eccleſiarum preſules quod ad diſpenſationem ſui pertinet officii memores exequuntur. Talibus enim indigebat poſt diſcordie procellas religio chriſtiana rectoribus qui compreſſis prouida diſpenſatione turbinibus, diu peregrinatā pacem depulſa tempeſtate reducerent, vt in futura poſt ſecula ad propoſiti ſui exempla tendentes ſibi ad ſcribendum indubitanter oſtenderent quicquid deo placitum poſteris pro ſua imitatiōe feciſſent. Benedicamus dominum fratres cariſſimi hoc diebus noſtris fuiſſe conceſſum, & totis orationum, & curarum viribus adnitamur, vt que dei opere bene cepta ſunt, ipſo adiuuante per omnia complean tur. Sperandum enim eſt, vt ad compagem corporis ſui reliqua que adhuc deſunt membra feſtinent, & a potioribus minora non diſcrepant. Ad quod me cum dilectio tua chriſtiane ſtudio caritatis hortatur, debet quod inuitat ſequi, & quod amandum ſuadet amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes per religioſam patiētiam par etiam premium de boni operis ſperamus affectu. Neq; enim difficultatibus eſt cedendum. Non enim fatigatur aſperis fides, nec ad celorum ardua per prodiue cō tenditur. Nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Vnde ne facientes bona deficiamus ſpecialiter admonemur, etiam teſte Pſalmiſta. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſti-

tiam in omni tempore,quia nō initium laboris remunerationem premii cōsueuit inuenire,sed termi nus. Ergo studium sollicitudinis assumite, quibus est vna in cōmuniōe societas & credulitas quem/ admodum de vnitate sedis apostolice, & constātinopolitane ecclesie pariter exultamus in domino ita de reliquorum quoq; sicut affectione admones reintegratione letemur,& curemus primum vt fidem integritatemq; nostram immaculatam ab omni contagione seruemus, nosti enim frater carissime ac sanctissime, quia ecclesiastica seruant vincula concordiam que nos ab hereticorum tueantur insidiis, per que etiam canonum custoditur integritas. His in robore suo omni circunspectione seruatis . re/ media sperantibus conferuntur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, & ipsius forma iusti tie vt medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus nō negetur, nec quisquā ita est ab huma/ nitate discretus,quē nō a rigore discretiōis inclinet cauta simplicitas. Sed vt caute hoc ceteraq; quere/ las,aut errores alicuius eo valeas expedire dilectissime frater,personam meam te in hoc oportet indue re scientem in huiusmodi causis sicut predictum est, quid cauendum sit ita omnia preuidendum, vt non ambigas te rationem dispensationis huius deo esse reddendam, ita tamen vt eos qui vobis fuerint communione sociati,vel per vos sedi apostolice vestra nobis scripta declarent,quibus etiam & qui continentiam libellorum obtulerint inseratur. Sic enim & seueri vel sulpitii vel complicum,aut si/ milium absoluemus errores. Nec eorum qui sanari potuerint dispendia patiamur. Quod ideo vobis specialiter credidimus imponendum ad diligentiam vestram a nostro onere transferentes, quia non parua iam documenta resistentes hereticis reddidistis, nec debet de eo ambigi quem bene contige/ rit explorari. Simul assume medelam medicine,simul accingere auctoritate iustitie. Et sic circa simpli ces humanitate mollire,vt in hereticorum contagione,perdurantes,aut eos qui innocentiam simulāt & cum nostris sola voce consentiunt,ab his quibus pro ecclesie reintegratione consulitur , & prouide/ tur excludantur. Nec enim expedit circa eos ecclesiasticam temperare censuram. Non enim erunt iam miseratiōes bone pro eorum quibus cōsuli oportet necessitate collate,& si indiscrete fuerint bonis ma/ lisq; communes . Et quia Hierosolymitanorum faciēdam credidit in litteris tua dilectio mentionem quorum etiam ad nos quedā delata professio est necessarium duximus respondere que congrua sunt His qui sanctorum patrum constituta custodiunt. Si illa fidei fundamenta venerantur, ab his quo/ q; q̄ per eos spiritu sancto componente definita sunt non remoueantur. Aut enim perfecta sunt & ad iectione non indigent,aut bene valida,& ideo non mutanda quando per ea omnia hereticorum vene na compressa sunt,nec quicquam Calcedonensis synodus quod vtile qualibet diligentia potuisset ex ercitare preteriit,que precedētium quoq; dogmata vel clarius manifestauit vel repetita auctoritate fir mauit speciale quoddam aduersus nestorium,& Eutycem aggressa certamē,& alterum deitatem do/ mini nostri Iesu Christi a carne separatam, & ideo sanctam Mariam dei genitricem pronunciare vi/ tantem,alterum veritatem carnis in domino Renuentem . Quando dominus noster Iesus Christus idem filius dei. Idem filius hominis. vna in duabus naturis persona diuinitatis , & carnis nec naturis ad vnitatem cōfusis ne velut quarta persona addita trinitati , sed ipse filius dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens,propter quod & vnam nec diuisibilem profitemur essentiam trinitatis & pro prietatem tamen suam scimus inesse personis,vnam enim patris profitemur esse personam vnam filii dei cum assumpta carne,vnam spiritus sancti & personas proprietatibus designantes & per vnitatem essentie inseparabile trinitatis mysterium confitentes,neque enim ambigi potest verbum dei inter vir ginis viscera per carnem humanam assumpsisse naturam,nec ab obstetrice factum intra vuluam na/ turarum munitione diuisum . Nam sicut non est in eo humanitas sine deo edita , sic in cruce non est impassibilis diuinitas a carnis passiōe diuisa. q̄ virginis partus & intemerata fecunditas & singularis a mortuis resurrctio & ad celos declarat ascensio. Hec si quemadmodum a patribus constituta sunt, seruata credant,nec definita transcendant a quo tramite qui declinant ipsi sibi nebulam dubitationis obtendunt. Nos autem illud aplicum contemplantes contentiosis respondere non necesse est , & nos hanc consuetudinem non habemus,& nec ecclesia dei,hec ideo breuiter definiui, quia nec ambigi con uenit de rebus ita per fidem definitis sepius,& pene superuacua est allegatio que adhibetur instructis cum super hec ad clementissimum principem non paruaiam perstrinxerimus . Et quia de Hie/ rosolymitanorum professione respondimus. Hoc quoque estimauimus salutis eorum causa compe/ tenter addendum,vt si communionis apostolice se dederint vnitati,& professionem suam scripto in/ dicent,quam legetis vestris apud constantinopolim positis offerant,aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestre tradant,eodem tamen sicut diximus,tenore conscriptam,que ad nos modis omni/

bus seu

bus ſub noſtra ordinatione deferatur, De Theſſalonicenſibus quorum ad nos legati per clementiſſimi,& fideliſſimi principis filii noſtri ordinationem venerunt,ne quid omiſiſſe credamur noſſevos volumus ſecundum hoc quod domino noſtro Ieſu Chriſto inſpirante placuerit omnem cauſam noſtra diſpoſitione tractandam,& ſicut oportet impleri ordinandam,hec p̄ fratre & coepiſcopū noſtrum venerabilem virum Iohannem,ſed & filios noſtros heraclium,probum,& conſtantinum diacones eccleſiaſtico honore digniſſimos ad cauſam pertinentia reſcripſiſſe contenti,gratulati ſumus in viro ordinis noſtri, & meritum & religioſum nos inueniſſe propoſitum,& cum legationis mandato ſapientia & moribus congruens votiua eorum res & plena gaudii eſt vt ſunt iuxta eſtimationem probabiles,& quos ſancti communionis officii contigerit eſſe conſortes.

¶ITEM HORMISDE PAPE AD SALVSTIVM HYSPALENSEM EPISCOPVM DE COMMISSA VICE PER BETICAM ET LVSITANAM PROVINTIAS.

CARISSIMO FRATRI SALVSTIO HORMISDA, SVSCI A
pientes plena fraternitatis tue votiua gratulatione colloquia que nos gemine ſalutis tue letificauerunt iudicio, ſiquidem retulerunt te corporali cum ſpiritualib⁹ officiis incolumitate ſubnixum,congruum eſſe perſpeximus hanc ipſam quam mente gerimus verbis expedire leticiam. Edidiſti enim boni documenta pontificis dum & predicanda facis & eis ſuadere non differs. Prerogatiuam de noſtri ſumpſimus electione iudicii,quando id te ſponte amplecti didicimus quod ceteris imperamus. Oramus ſiquidē diuinā clemētiā cunctos agnoſcere,& hec ad ſtudia eccleſiaſtice pacis inſtrumenta tranſmiſimus. Tu vota noſtra,& fidei intelligentia percepiſti,& officii protinus deuotione compleſti cunctis fratribus innoteſcens, que per celeſtem gratiam cunctis profutura cognoueras. Suffragantibus igitur tibi tot meritis pie ſollicitudinis & laboris,certe iam delectat iniungere q̄ ad noſtri curam conſtat officii pertinere,vt prouintiis tanta longiquitate diſiunctis,& noſtram poſſis exhibere perſonam,& patrum regulis adhibere cuſtodiam. Vices itaq; noſtras per beticam luſitanā q; prouintias ſaluis priuilegiis que metropolitanis epiſcopis decreuit antiqtas prelenti auctoritate committimus augentes tuam huius participatione miniſterii dignitatem,releuantes noſtras eiuſdem remedio diſpenſatiōis excubias. Et licet de ſingulis non indigeas edoceri quem iam probauimus cautius vniuerſa ſeruare,gratius tamen eſſe ſolet,ſi iterum trames oſtendatur,& laboris iniunctio ſuperi⁹ formata monſtratur. Paternas igitur regulas & decreta a ſanctis definita cōciliis ab oībus ſeruāda mādamus. In his vigilātiā tuā,in his curā fraterne monitu exhortatiōis extēdimus. His ea qua dignū ē reuerētia cuſtoditis nullū relinquit culpe locū,nec ſancte obſeruationis obſtaculū. Ibi fas nefaſq; pſcriptū eſt,ibi p̄hibitū ad quod nullus audeat aſpirare. Ibi cōceſſum, q̄d debeat mens deo placitura p̄ſumere. Quotiēs vniuerſalis poſcit religiōis cā ad cōciliū te cūcti fratres euocāte cōueniāt,& ſi quos eorū ſpālis negotii pulſat intētio,iurgia inter eos oborta cōpeſce,diſcuſſa ſacris legib⁹ determinādo certamina. Quicqd aūt illis p̄ fide veterib⁹ cōſtitutis vel p̄uida diſpoſitiōe p̄cipies, vel p̄ſōe auctoritate noſtre formabis,totū ad ſciētiā nr̄am inſtructe relatiōis atteſtatiōe pueniat. Eo fit vt noſter animus officii caritate dati,& tuus ſecuritate perfruatur accepti. Deus te incolumem cuſtodiat frater cariſſime.

¶Reſcriptū Hormiſde pape ad ep̄os Betice prouintie de congratulatione pacis.

FRATRIBVS DILECTISSIMIS VNIVERSIS EPISCOPIS B
per Beticam p̄uintiā cōſtitutis Hormiſda ep̄s. Quid tā dulce ſollicito,quā q̄d michi de vobis innoteſcūt illa q̄ cupio? Quid tā religioſis cōueniēs inſtitutis q̄ vt inter ſe ſacerdotes pacē quā eos neceſſe ē aliis p̄ officio ānūtiare cōſeruēt? Plena fateor gratulatiōe ſuſcepi q̄d votiua michi de caritate q̄ inter vos ē, & eccl̄iarū pace l̄ris indicaſtis,ſpōte michi q̄q̄d hortarī poterā,q̄q̄d monere delatū ē. Cōfirmet hoc de⁹ q̄d eſt opat⁹ in vobis,& q̄ p̄cepit p̄ aiarū ſalute faciēda, hec ipe q̄ p̄cepit p̄ ea qua nos redemit pietate faciat,& in iſtam boni nuntii nos quoq; religioſorum vicē reddimus nūtiorū. Quicqd cū oriētalib⁹ q̄d ad eccl̄ie corpus vnitatēq; reuocatos dudū dei noſtri ope litteris ſignificauimus deſtinatis, denuo cum aptum fuerit repetitis vobiſcum participabimus indiciis.

Mox poſt noſtrorum reditum ab orientalibus miſſa legatio eſt,certa ſperauit,certa conſuluit,ſed faci/
mus de his que fuerant dicenda compendium,ipſa potius ad inſtruendam notitiam veſtram que a
nobis ſunt reſponſa dirigentes,ne quid ſibi ſub ſpacio prolixiore terrarum,aut opinio vindicet,aut er
ror aſſumat,cum ad rerum fidem ipſam teneri ſufficiat veritatem. Quod autem ad continentiam ve
ſtrarum pertinet litterarum oportuit quidem deſideria plenius expedire, vt eſtimatis omnibus reſpō
ſum rationi congruum redderetur.Sed quia priuilegiorum veterum, & ſtatutorū paternorum ididi/
ſtis hiſdem litteris mentionem ad ſaluſtium fratrem,& coepiſcopum noſtrum ſub hac parte reſcripſi/
mus, vobis quoq; ſtrictim que dicta ſunt illis latius indicantes ne priuilegia nos indulta conuellerēt,
& nichil tam conueniens fidei iudicare quam vt in honore ſuo a patribus decreta ſeruentur.Deus au/
tem vos incolumes cuſtodiat fratres cariſſimi.

IVSTINVS IMPERATOR HORMISDE PAPE.

AVO FVIMVS NVPER ET QVO SVMVS STVDIO pro conciliandis ſententiis catholicam fidem colentium vt eodem animo cūcti venerētur lumen indiuiduum trinitatis palam feciſſe dinoſcitur, nunc legatum ad veſtram beatitudinem vltro ob hoc ipſum dirigentes gratum veſtrum ma/giſtrum ſcrinii, quo remedium tandem reperiatur diſcordiis varia certantium, nunc prono libentiq; ſuſcipientes affectu viros religioſiſſimos quos interuento res vnitatis veſtra ſedes apoſtolica credidit deſtinandos. Profecto etenim tanq̄ ipſam pacem,& iocundis eos oculis aſpeximus, & extenſis manibus duximus amplectendos, quin etiam omni intentione ordinauimus vt venerabilis eccleſia conſtantinopolitana, nec non complures alie vota ſuſcipiant noſtra, non ſolum in ceteris,ſed in auferendis etiam nominibus ex ſacris dipticis que remouenda maxime poſtulaſtis, verum nōnulle fuerunt vrbes & eccleſie tam Ponti q̄ Aſie,ac p̄/cipue Orientales quarum clerici vel populi omnibus pertentati minis atq; perſuaſionibus, tamen ne/quaquam flexi ſunt vt tollant antiſtitum, & repellant nomina quorum apud eos opinio floruit, ſed morte vitam duriorem eſtimant, ſi mortuos condemnauerint, quorum gloriabantur iura ſuperſti/tum. Quid igitur faciamus huiuſmodi pertinacie que nec deum audiens exiſtit,& tormenta in tan tum deſpicit,vt amplum ſibi ac feſtiuum iudicet ſi corpore priuſquā religioſo deſiſtat conſilio. Nobis quidem videtur opus eſſe mollius agendi,& clemētius. Que ſi non in tua ſanctitudine iā nec in alio poterūt inueniri.Nam neq; ſanguinis,& ſuppliciorum cupidi, quod dictu etiam graue eſt libellum ſuſcepimus,neq; vt paruo diſcrimine remaneant imperfecta concordie deſideria, ſed ad prorogandā quo poſſumus ordine coniunctionem membrorum eccleſie. Vtrum itaq; preſtantius erit minorum gratia in totum eſſe nobis acceptas tantas multitudines,an conceſſis exiguis & remiſſis maiora, & oi ratione querenda corrigi, vt que non licuit per omnia ſaltim ex neceſſariis partibus allegētur, veniam itaq; nominum poſtulamus non Acatii,non vtriuſq; Petri,non Dioſcori vel Timothei quorum vo/cabula ad nos date ſanctitatis tue epiſtole continebant, ſed quos in aliis celebrauit ciuitatibus epiſco/porum reuentia, & hoc exceptis vrbibus vbi veſtre beatitudinis libellus iam in plenum admiſſus eſt, niſi hanc quoq; partem beniuolentia ſtatuerit veſtra mitius corrigēdam. Verum nec iudicio caret res ſedis apoſtolice vt non magis venia dicenda ſit q̄ deliberata iam ac perfecta definitio Anaſtaſius ſiq/dem religioſiſſime memorie veſtre culmen eccleſie palam aperteq; conſtituit. Cum hoc idem ſcribe/ret,negotium deceſſori noſtro ſatis eſſe pacem affectantibus. Si nomen tantum reticeatur Acatii. Er/go priora veſtre ſedis conſtituta ſequitur qui non omnes memorias mortuorum iudicat contemnen das,& vt indignum habeatur,& incongruum ſi non placidior omnibus non ſolum defunctis ſed eti/am ſuperſtitibus veſtra diuulgetur in omni fine terrarum lenitas. Et hoc quidem non dubitauerim⁹ ita gratioſum vobis futurum vt pacifico ſtatim reſponſo letior mundus reddatur, retineat autem ve/ſtra ſanctitas quod dudum ſcripſimus ex Oriente ſupplicationes nobis eſſe deſtinatas,voluntatem ip ſorum continentes & arbitrium in quo ſe duraturos oſtendunt firmiter,& quo nulla ratione deſiſten/dū eſtimant,hanc itaq; cartulā ſecundum noſtra promiſſa per Iohannem virum reuerētiſſimum epi ſcopum dirigendam vobis in preſenti merito credidimus, vt a veſtra ſede etiam tenor eius admiſſus ad colligendas proficiat & adunādas vbiq; venerabiles eccleſias & hieroſolymitanam precipue cui tā/tum omnes fauorem impendunt quaſi matri Chriſtiani nominis,vt nemo audeat ab ea ſe ſe diſcerne/re. Cōſenſum

re. Conſenſum itaq; proprium tuam ſanctitudinē epiſtolari quoq; pagina conuenit declarare vt cognito omnibus atq; patefacto tenore eiuſdem cartule avobis etiam laudari,& tenaciter cuſtodiri,letior mundus exiſtat. Data. v. Idus Septembris calched. ruſtico conſule. accepta Prid. kalen. decēb. cōſſ.

EXEMPLAR PRECVM.

EO AMABILI AC PIISSIMO IMPERATORI EX A deo auguſto,& pricipi Iuſtino chriſtianiſſimo. Deꝑcatio,& ſupplicatio ab hieroſolymitanis,& Antiochenis & ſecunde Syrie clericis & abbatibus & poſſeſſoribus prouintie Syrie. Haurite aquam cum letitia ex fontibus ſalutis vocifera/tor Eſaias propheta exclamat, fontes ſalutis euangelice veritatis predicationes manifeſte oſtēdens,ex quibus beati apoſtoli, & eorum qui per ordinem fuerūt diſcipuli,& ſapientes eccleſie doctores ſalutarem aquam fidei hauriētes omnē ſanctam dei eccleſiam irrigauerunt que in Petra ſummi apoſtolorum ſubnixa rectam, & inflexibilē confeſſionem cuſtodiens fiducialiter cum eo ad vnigenitum filium dei omni tempore exclamat dicēs Tu es chriſtus filius dei viui. Hanc ſalutarem confeſſionem a ſanctis quattuor ſynodis que euangelicis preceptis ſunt honorate ſuſcipiētes, nunquam per chriſti gratiam a traditis nobis rectis dogmatibus deuiamus ſicut rerum teſtatur probatio, & tempore neceſſitatis fidei conſtantia demonſtrat. Si igitur vt chriſtiani rationis fidei ſumus participes domine piiſſime, & ad communem pacem, & ad vnitatem feſtinamus veſtram fidem quam ab initio ſuſcepimus,per hāc ſatiſfactionem noſtram manifeſtam veſtre facimus pietati,vt notum ſit, quia & paci concurrimus,& a recta cum dei iuuamine non diuertimus fide,ſed omnem ex equo hereſim execramur,non ſolum & Euticianiſtas, & acephalos,ſed & neſtorianos,& hominem colentes toto animo odientes anathematizamus, nos autem chriſtianiſſime imperator ſicut ſuperius dictum eſt in patrem & filium & ſpiritum ſanctum ab initio baptizati quoq; & credentes vnam eſſentiam dei in tribus ſubſiſtentiis adoramus,& ſecundum ſanctorum patrum Mathema,& Symbolum credentes in vnum dominum patrem omnipotentem, & in vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum dominum verbum ſimiliter,& vnum ſpiritum ſanctum,& ſecundum hoc diuinum Mathema definitionem a ſancta calcedonenſi ſynodo ꝑmulgatam. Intelligimus quoq; & ſuſcipimus confidentes,& confitentes quia vna ſubſtantia vel perſona quod idem ipſa ſancta ſynodus in duabus naturis, id eſt deitate, & humanitate indiuiſe, & inconfuſe predicauit deum verbum & dominus noſter Ieſus Chriſtus vnus ex ſancta, & vnus eſſentia trinitatis. Sic enim dominum in tribus ſubſtantiis ſicut dictū eſt accepimus, pater autem non eſt incarnatus,filius vero incarnatus,& homo factus eſt vnus ex ſancta & vnus eſſentia trinitatis ſecūdum filiationis proprietatem. Sic itaq; ſecundum predictas ſanctas quatuor ſynodos credentes,& ſecundam dei verbi natiuitatem ſecundum carnem confiteri non renuimus. Vnde proprie dei genitrix ſancta virgo eſſe creditur,tanq; que natura,& veritate vnius eſſentie patris filium dominum verbum per naturam immutabilem ex ipſa factum hominem enixa eſt,& duas naturas in Chriſto per eſſentiam vel ſubſtantiam vnitas confitentes,ſicut in vnius perſona vel ſubſtantia. Neq; harum diuerſitatē vel proprietatem poſt vnitionem auferimus,& nec eas diuidere in duabus perſonis & ſubſtantiis per vnitionem ſumus edocti,eūdemq; ſcimus vnigenitum filium dei,& ante incarnationem eius & poſt deum ſimiliter & hominem paſſibilē carne,impaſſibilem deitate,circunſcriptum corpore,non conſcriptum ſpiritu,id eſt terrenum & celeſtem,quem mundus vt hominem cepit, & dominum continere non potuit,& mortalem,& immortalem nuſquam naturarum diuerſitate ſublata, neq; diuidentes ꝑ eſſentiam vnitionem,hoc enim vere magnum pietatis myſterium,quia vnus ex ſancta, & vnus eſſentia trinitatis incarnatus,& homo factus deus verbum in vtraq; natura deitatis & humanitatis,& indiuiſe & incōfuſe cognoſcitur & adoratur,non conuerſionem vel mutationem ſuſtinens, ſed proprietatē vtriuſq; nature in vna perſona in ſemetipſo conſeruans. Ob hanc igitur fidem predictas ſanctas ſynodos ſuſcipientes,& cuſtodientes anathematizamus omnes qui aduerſus eas, quocunque tempore vel modo aliq̄d cōſcripſerūt p̄cipue Iohānē egotā q̄ aduerſus memoratā ſanctā calcedonēſem ſynodū multas vt Neſtorian⁹ blaſphemias euomuit ſimilr condēnātes Timotheū hellurū cognominatū,ſicut Euticianiſtā aduerſus eā cū ſuis latrantē ſeq̄cibus. Ita ergo cū dei iuuanime ſemp ſenſimus,& iam nūc ſentimus exponere,q̄a q̄dā hereticī dū ſuā malā fidē occultare feſtināt,nām in xp̄o libertatē, & rectā

fidem detrectare conantur. Supplicamus igitur vestram clementiam sollicitudinemq; de perfecta ecclesiarum vnitione sanctarum habere debere, vt vnitas que cum dei facta fuerit iuuanime nec vllo de/inceps rationabili, aut irratiõabili occasiõis fomite inquietari pax possit, deus autem omnium vestrũ pium adimpleat desiderium in gloriam sui & reipublice disciplinam.

¶INCIPIVNT DECRETA IOHANNIS PAPE.

A OHANNES VRBIS ROME EPISCOPVS ZACHARIE archiepiscopo salutem. Exigit dilectio tua frater carissime preceptum apostoli/ce sedis in quo patrum decreta consentiunt, quod nec tibi nec vlli recte viuenti/um, & credentium sacerdotum negare fas esse credimus. Et licet tibi pro merito & honore sacerdotii quo plurimum polles viuendi, & docendi ecclesiastice regu/le nota sint omnia, tamen quia Romane ecclesie normam atque auctoritatẽ ma/gnopere postulasti scriptis tuis breuiter respõdere curauimus. De occultis enim/cordis alieni temere iudicare iniquum est, & enim cuius non videtur opera nisi bona peccatum est ex/suspitione reprehẽdere. Oues ergo que pastori suo commisse fuerunt, eum nec reprehendere nisi a re/cta fide exorbitauerit debent & nullatenus accusare possunt, quia facta pastorũ oris gladio feriẽda nõ/sunt, quãquam recte reprehendenda videãtur. Ideo ista dicimus, quia in scriptis vestris repimus quos/dam episcopos vestris in partibus a ꝓpriis ouibus accusatos, aliquos videlicet ex suspitione, & aliquos/ex certa ratione, & idcirco quosdã suis esse rebus expoliatos, quosdã vero a ꝓpria sede pulsos. Quos/scias nec ad synodum comprouintialem nec ad generalem posse conuocare, nec aliquid iudicare anteq̃/cuncta que eis ablata sunt legibus potestati eorum reintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legi/bus reintegrari, & ecclesias que sibi sublate sunt, cum omni priuilegio suo restitui & post modum non/sub Angusti temporis spatio. sed tantum temporis spacium eis indulgeatur, quantum expoliati vel/expulsi esse videntur, anteq̃ ad synodum cõuocentur, & ab omnibus quilcq; sue prouintie episcopis au/diatur. Nam nec conuocari ad causam nec diiudicari potest expoliatus vel expulsus, quia non est pri/uilegium quo expoliari possit iam nudatus, vnde & antiquitus decretũ ẽ omnes possiones & omnia/sibi sublata atq; fructus cunctos ante litem contestatam, preceptor vel primas possessori restituat. Et/alibi scriptum habetur. Ille qui violentiam pertulit vniuersa in statu quo fuerant recipiat, & que posse/dit securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis & regum edictis legitur statutum, Reinte/granda sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis, presentaliter ordinatione pontificum, & in eorum/vnde abscesserunt potestatem funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut dolo, aut ca/ptiuitate, aut virtute maiorum, aut per quascunque iniustas causas res ecclesie vel proprias, aut substan/tias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & re/liqua. Est etiam in ãtiquis ecclesie statutis decretum, vt qui aliena inuadit non exeat impunitus, sed/cum multiplicatione omnia restituat, vnde & in euangelio scriptum est. Quod si aliquid defrau/dauí reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautum habetur. Qui rem subripit alienam illi cuius/res direpta est in vndecuplum que sublata sunt restituat. Et in lege diuina legitur, maledictus omnis/qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus amen. Talia ergo non presumantur abs/que vltione, nec exerceantur absq; sua damnatione. Tu vero frater carissime hec vide ne transgredia/ris, & reliquos episcopos tam tue cure commissos, & alios firmiter tenere doceto, quia transgredi apo/stolica statuta absq; transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. Inimicis vero accusatoribus, vel/de inimici domo prodeuntibus, seu qui cum inimicis morantur non credatur, ne irati nocere cupiant/ne lesi se velint vlsciscí, hi quoque reiiciendi sunt non approbandi. Hec carissime tene & prohibita sem/per caue. Illud adimplere stude, quod bene ad Iesum filium Sirach dictum est, Vsq; ad mortem certa/pro veritate & semp dominus deus tuus pugnabit pro te. huius ergo rei gratia vobis & nobis sancta/commissa est ecclesia. Vt ꝓ oibus laboribus & cũctis opẽ ferre nõ negligam⁹, quoniã dũ fortis armat⁹/custodit atriũ suũ in pace sũt oia que possidet. Ideoq; tãta vrgẽte necessitate summope vĩa aplicaq; au/ctoritate & reliquos epos oportet reprimere infestos, releuare opp̃ssos, vt absq; graui dño auxiliãte dif/ficultate ipsi gratãter oi tpe sacrificare mereamur illesi. Ad vos quoq; me reuerti cogit ꝓpositi operis/amica cõditio, q melioribus hactenus opa volui nouare sermonibus, dum talem rõnem exigit toxica/ta necessitas, mandati celestis habitatio nos aut miscet, aut separat, nec interest que interualla nos/segregent

segregent, si vna in superne mansionis claue retinentur, nec vobis tales nocere maluerint, si inuicem adiutorium facere non distuleritis, inauditum enim genus sacrilegii est quod mentite religionis honorem prefixi emuli colorant. Dehonestat enim venerandi reuerentiam nominis qui adiutorem se in his que in deum iactat commissa pollicetur. Contumelie genus est quasi in solatio adesse sublimi iuxta apostolum, Tu qui es qui iudicas alienum seruum? Quid auribus imperitis illudunt & grauiorem vindicte speciem faciunt esse quam culpe? Si odium habent excessibus emendent. Cur ergo liberius condemnant scelera quam vitent? Sui profecto impugnator est omnis qui patres insequitur aut detrahere nō formidat. Nichil est enim inimicorum in quo tela domino opem ferente nō superare valeatis, si iuxta veritatis vocem talem qualem domin⁹ precepit habueritis dilectionem adinuicem. Data. xv. kalend. Nouembris, Maximo & Olibrio. iiii. consulibus.

CAD EPISCOPOS ITALIE DE THEODORICO REGE.

IOHANNES EPISCOPVS OMNIBVS PER PROVINCIAS Italie constitutis episcopis in domino salutem. Sepissime multo iam experimēto didici sanctum pietatis vestre studium circa religionem christianā glorioſis crescere & dilatari augmentis, & fides recta que non solum me sed omnes domini sacerdotes consolatur & roborat vestris in mentibus & operibus per sacerdotale agnoscitur opus & dilatatur. Quapropter fratres hortor vos & moneo contra Arrianam perfidiam que olim non semel sed sepe damnata est, & modo in quibusdam reuiuiscit armari gladio spiritus sancti vt eam adminiculāte diuina gratia opprimere & extirpare valeamus, vt nec radix eius in posterum inueniatur. Ecclesias vero Arrianorum vbicūq; inueneritis catholicas eas diuinis precibus & operibus absq; vlla mora cōsecrate, quia & nos quando fuimus constantinopoli tam religione catholica quā & regis Theodorici causa suadente atq; hortante Arrianosq; extirpāte piissimo atq; christianissimo iustissimo Iustino orthodoxo impatore, quasicūq; in ptibus eorū ecclesias repperire potuimus catholicas eas dño opē ferente consecrauim⁹. Et q̄q̄ p̄dictus Theodoric⁹ rex eorū peste tactus intrinsecus & obuolut⁹ extrinsecus nos & oēm regionem nostrā pdere & gladio & igne cōsumere minetur. Nolite tñ ꝓpterea deficere, sed viriliter in agro dñico elaborare studete, & iuxta veritatis vocē nolite timere eos qui occidūt corpus, aiam aūt nō possunt occidere, sed potius eū timete qui pōt animam & corp⁹ mittere in gehennā, & egregius gentiū apostolus inquit. Nō enim nosmetipsos p̄dicam⁹, sed Iesum christū dñm nostrū nos aūt seruos vestros ꝑ Iesum, quoniā de⁹ qui dixit de tenebris lumē splendescere. Illuxit in cordib⁹ nostris ad illuminationē scientie claritatis dei in facie xp̄i Iesu. Habemus aūt thesaurum istum, in vasis fictibilib⁹ vt sublimitas sit virtutis dei & nō ex nobis, In oibus tribulantionē patimur, sed nō angustiamur, adorimur & nō destituimur. Persecutionē patimur & nō derelinquimur, Deiicimur & non pimus, Semp mortificationē iesu in corpe nr̄o circūferētes vt & vita Iesu in corpibus nostris manifestetur, Semp enī nos q̄ viuim⁹ in mortē tradimur ꝑpter iesum, vt & vita iesu manifestetur in carne nostra mortali, Frago mors in nobis opatur, vita aūt in vobis, habentes aūt eundē spiritū fidei sicut scriptū est. Credidi ꝑpter qd̄ locut⁹ sum, & nos credim⁹ ꝑpter qd̄ & loqmur sciētes quoniā qui suscitauit iesum & nos cū iesu suscitabit & cōstituet vobiscū. Oia enim ꝑpter vos vt gratia abundās p̄ multas gratiarū actiones abundet in gl'iam dei. Propter qd̄ nō deficim⁹, sed licet is q foris est noster hō corrūpitur, tamē is q̄ intus est renouatur de die in diē, id enin quōd in p̄senti est momētaneum & leue tribulationis nr̄e supra modū in sublimitate eternū gl'ie pondus opatur in nobis nō cōtēplantibus que vidētur sed que nō vidētur, Que vidētur enim tēporalia sunt, que aūt nō vidētur eterna sunt. Scim⁹ enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ex deo edificationem habemus domum non manu factam eternā in celis. Nā & in hoc ingemiscim⁹ habitationē nostram que de celo est sup induī cupiētes, si tñ vestiti & nō nudi inueniamur. Nā & q̄ sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus, grauati eo qd̄ nolum⁹ spoliari sed supervestirī, vt absorbeatur quod mortale a vita. Qui autē efficit nos in hoc ipsum deus, qui dedit nobis pignus spūs. Audiētes igitur semp & sciētes quoniā dū sumus in hoc corpore pegrinamur a domino, Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam voluntatē habemus magis peregrinari a corpore, & presentes esse ad deum, & ideo contendimus siue absentes siue p̄sentes placere ei. Omnes enim nos manifestari opor-

tet ante tribunal christi,vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit,siue bonum siue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus,deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse,non iterum nos cōmendamus vobis,sed occasionem damus vobis gloriandi p nobis,vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur,& non in corde. Siue enim mente excedimus deo,siue sobrii sumus vobis. Charitas enim christi vrget nos, estimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est,ergo omnes mortui sunt,vt & qui viuunt iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est,& resurrexit,Itaq; nos ex hoc neminem iam nouimus secundū carnem,& si agnouimus secundum carnem christum,sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in christo noua creatura vetera transierūt ecce facta sunt omnia vera. Omnia autem ex deo qui recōciliauit nos sibi per christum,& debet nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidē deus erat in christo mundum reconcilians sibi,non reputans illis delicta ipsorum & posuit in nobis verbum reconciliationis,Pro christo ergo legatione fungimur,tāquam deo exhortante per nos, Obsecramus pro christo reconciliamini deo,Eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit,vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te.& in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis nemini dantes vllā offensionem,vt nō vituperetur ministerium nostrū,sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia,in tribulationibus,in necessitatibus,in angustiis,in plagis,in carceribus,in seditionibus,in laboribus,in vigiliis,in ieiuniis,in castitate,in scientia,in longanimitate,in suauitate,in spiritu sancto,in charitate nō ficta,in verbo veritatis,in virtute dei per arma iustitie a dextris & a sinistris,per gratiam & ignobilitatem,per infamiam & bonam famam,vt seductores & veraces,sicut ignoti & cogniti quasi morientes,& ecce viuimus vt casti gati,& non mortificati quasi tristes,semper autem gaudentes,sicut egentes multos autem locupletātes,tanquam nichil habentes,& omnia possidentes. De cetero fratres gaudete,perfecti estote,exhortamini,pacem habete,vt deus pacis & dilectionis sit semper vobiscum. Amen. Data.iii.idus Iunii, Maximo & Olibrio viris clarissimis consulibus.

INCIPIVNT DECRETA
FELICIS PAPE.

Capitulum primum.

¶Quod missarum celebratio alibi quam in deo dicatis locis non debeat fieri, nisi magna compulerit necessitas.

Capitulum secundum.

¶De ecclesiarum sacrationum dubitatione,quid sit agendum.

A DILECTISSIMIS FRATRIBVS OMNIBVS EPISCOPIS PER diuersas ꝓuincias cōstitutis Felix eps in dño salutē. Magno munere misericordie dei totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia,cū eccliarum status eo viget ordine,quo aplorum successores illū statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia cū turbari agnoscim⁹ non modico cōtristamur merore. Quam ob causam fratres hortamur vos,monemus & flagitamus,vt a tramite aplice institutionis nequaq̄ recedatis,nec a capite dissidatis,sed fidem & ordinem quē apostoli,& aplici viri statuerunt absq; vlla hesitatione teneatur. Nā si colūne alicuius magne domus ruerint,ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos colūne eccliē estis,si labefactari ceperitis,sancta ecclesia que p vos regitur tabescit & labitur, Hec fratres que dico valde timēda sunt & summo moderamine pensanda,atq; ne fiant cauenda, Ipsa enim p se veritas ait. Vos estis sal terre,qđ si sal euanuerit,in quo salietur? Ecce terra, ideo charissimi vos moneo quia debitor sum vobis,& valde vos diligo,& quādo bona audio de vobis nimis sum gauisus,& econtra qn̄ mala nimis cōturbatus. Ego vero q̄uis a vobis per longa terrarum atq; maris interualla disiunctus sim, sum tn̄ omnino vobis corde coniunctus, idq; de beatitudine vestra erga me modis oībus confido,quia cū me vicissim diligitis,a me nō estis longe,vnde gratias referimus illi grano sinapis,qui ex modici despicabilisq; seminis specie ita ramis ex eadē radice surgentibus atq; se distendētibus vsquequaq; diffusis,vt in volatilia celi cūcta nidificent,gratiaq; sit fermento illi qđ tribus farinesatis totius humani gn̄is massam in vnitate consperſit,atq; paruo lapidi qui absciſſus est de monte sine manibus

ne manib9,& occupauit vniuersam faciē orbis terre,q adhec se vsquequaq; distēdit,vt omni huma/
no gne in vnitate redacto toti9 corpus pficeretur ecclesie,atq; ita ad toti9 compagis ptineret commo
dū mēbrorum pticipalis ista distinctio. Vnde nos quoq; a vobis nō longe sum9, quia in illo qui vbi
q; est vnū sum9. Agamus ergo ei gras qui solutis inimicitiis in carne sua fecit,vt in omni orbe terra
vnus esset grex,& vnū ouile sub se vno pastore,semp memores qd egregius p̄dicator admoneat di/
cens. Solliciti seruate vnitatem spūs in vinculo pacis, sanctitatis vestre scripta que ad sedem apostoli/
cam misistis super quibusdā consultis quasi ad caputvt inde acciperetis relpōsa,vnde ois ecclesia toti9
religionis sumpsit exordium,gratanter suscepi,& breuiter vobis respondere curaui.

Capitulum primum.

A

¶De ecclesiarū enim cōsecratione,& de missarum celebrationib9 nō alicubi q̄ in sacratis domino lo
cis absq; magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt nota noui ac veteris testamenti
p̄cepta. Tabernaculum vero Moysen dño p̄cipiente fecisse & sacrasse cū mensa & altari eius & cete/
ris vasis vtensilibus ad diuinum cultū explēdum legimus,& non solum diuinis p̄cibus ea sacrasse,sed
etiam sancti olei vnctione dño iubente perliniſſe nouim9. Qualiter aūt hec facta sint & nō alii ipa
sacra q̄ sacerdotes sacra vnctiōe delibuti dñoq; cū vestib9 sanctis sacrati & leuite tractabāt ferebāt,eri
gebant & deponebāt,in ipsis institutiōibus que dño iubēte p̄ Moysen cōscripte sunt reperitur. Q ua
liter ergo Dauid regū piissimus amplificauerit cultū dei & tēplum dñi edificare voluit, sed propter
multū sanguinem quē effuderat p̄hibitus est,& ipse collegerat expēsas Salomōq; filius eius idip̄m
qđ ipse facere optauerat iubēte & auxiliāte deo p̄fecit,& templū cum altari,& reliqua ad diuinū cul/
tum p̄agendum cōsecrauit in libro regū inter cetera legitur ita. Edificās(inquit)Salomon dño edifi
caui habitaculū tuum fortissimū,solium tuū sempiternū,cōuertitq; rex faciē suam& bn̄dixit oi eccle
sie Israel. Ois enim ecclesia Israel stabat, Et ait, Benedictus dns deus Israel q locut9 est ore suo ad Da
uid p̄rem meū,& in manibus meis p̄fecit dicens. A die qua eduxi populū meū Israel de egypto nō
elegi ciuitatē de vniuersis tribubus Israel vt edificaretur domus,& esset nomē meū ibi,sed elegi Da/
uid vt esset super populū meum Israel, voluitq; Dauid pater meus edificare domū nomini dñi dei
Israel,& ait dns ad Dauid patrē meum. Q đ cogitasti in corde tuo edificare domū nomini meo be/
nefecisti hoc ipsum mēte tractās, Verūtamē tu nō edificabis domū,sed filius tuus q egredietur de re/
nibus tuis ipse edificabit domū nomini meo. Cōfirmauit dns sermonē suum quē locutus est, stetiq;
p̄ Dauid p̄re meo,& sedi super thronum Israel sicut locutus est dns. Et edificaui domū nomini dñi
dei Israel,& cōstitui sibi locū arce in qua fedus dñi est quod p̄cussit cum p̄ribus nostris,quādo egressi
sunt de terra egypti. Stetit aūt Salomon ante altare domini in cōspectu ecclesie Israel& expandit ma
nus suas in celū,& ait. Dñe de9 Israel non est silis tui in celo desup& sup terram deorsum q custodis
pactū & mīam seruis tuis q̄ ambulant corā te in toto corde suo q custodisti Dauid patri meo que lo
cutus es ei. Ore locutus es,& manibus p̄fecisti,vt hec dies p̄bat. Nūc igitur dñe deus Israel,& cōser/
ua Dauid famulo tuo p̄ri meo que locutus es ei dicēs. Nō auferetur de te vir corā me q̄ sedeat super
thronū Israel,ita tn̄ si custodierit filii tui viā suā,vt ambulēt corā me sicut ambulasti in cōspectu meo,
Et nunc dñe deus Israel firmētur verba tua que locutus est Dauid seruo tuo p̄ri meo, Ergo ne putā
dum est qđ vere deus habitet super terrā? Si enim celū & celi celorū te capere non possunt, quātoma
gis domus hec quā edificaui? Sed respice ad oīonem serui tui,& ad p̄ces ei9 domine deus meus. Au
di domine hymnum & oīonem quā seruus tuus orat corā te hodie,vt sicut oculi tui apti sunt sup do/
mū hanc nocte & die sup domū de qua dixisti. Erit nomē meū ibi vt exaudias deprecationem serui
tui,& ppli tui Israel,qđcūq; orauerit in loco isto,& exaudias in loco habitaculi tui in celo & cū exau
dieris ppitius eris. Si peccauerit hō in p̄ximū suū, & habuerit aliquod iuramētū quo teneatur astri
ctus & venerit ppter iuramentū coram altari tuo in domū tuā tu exaudies in celo & facies,& iudica
bis seruos tuos cōdemnans impium,& reddēs viam suā super caput eius, iustificansq; iustum & re/
tribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugerit populus tuus super inimicos suos quia peccatu/
rus est tibi & agentes penitentiā & confitentes nomini tuo venerint & orauerint & deprecati te fue/
rint i domo hac,exaudi in celo & dimitte peccatum populi tui Israel,& reduces eos in terram quam
dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit celum & non pluerit propter peccatum eorum,& oran/
tes in loco isto penitentiam egerint nomini tuo,& a peccatis suis conuersi fuerint propter a flictio/
nem suam, exaudies eos in celo, & dimitte peccata seruorum tuorum & populi tui Israel,& osten/
de eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in

poſſeſſionem. Fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſtilentia,aut corruptus aer,aut erugo. Locuſta rubigo, & afflixerit eum & inimicus eius portas obſidens omnis plaga vniuerſa infirmitas cuncta q̄ deuoratio & imprecatio que acciderit omni homini de populo tuo Iſrael,ſi quis agnouerit plagā cordis ſui & expanderit manus ſuas in domo hac,tu exaudies in celo,in loco habitationis tue & re/ propiciaberis & facies,vt des vnicuiq̄ ſecundum vias ſuas,ſicut videris cor ei⁹,quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciem terre, quam dediſti patribus noſtris,Inſuper & alienigena qui non eſt de populo tuo Iſrael, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum,Audietur enim nomē tuum magnum,& manus tua fortis,& bra chium tuum extētum vbiq̄, Cum venerit ergo & orauerit in loco hoc,tu exaudies in celo,in firma/ mento habitaculi tui,& facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena,vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuum timere ſicut populus tuus Iſrael,& probent quia nomē tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quā edificaui. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum, contra inimicos ſuos p viam quocunq̄ miſeris eos,orabunt te contra viam ciuitatis quam elegiſti,& contra domum quam edificaui nomini tuo,& exaudies in celo orationem eorum & preces eorum, & facies iudicium eo/ rum. Q d̄ ſi peccauerit tibi, Nō eſt enim homo qui nō peccet,& iratus tradideris eos inimicis ſuis & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longe vel ꝓpe,& egerint penitentiam in corde ſuo, in lo co captiuitatis & conuerſi deprecati fuerint te in captiuitate ſua dicentes,Peccauimus, inique egim⁹, impie geſſimus,& reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo,& tota anima ſua, in terra inimicorum ſuorum ad quam captiui ducti fuerant & orauerint te contra viam terre ſue,quam dediſti patribus eorum & ciuitatis quam elegiſti & templi quod edificaui nomini tuo,exaudies in celo in firmamen to ſolii tui orationem & preces eorum,& facies iudicium eorum & propiciaberis populo tuo qui pec cauit tibi,& omnibus iniquitatibus eorum quibus preuaricati ſunt in te,& dabis miſericordiam co ram eis qui eos captiuos habuerint,vt miſereantur eis. Populus enim tuus eſt & hereditas tua,quos eduxiſti de terra Egypti,de medio fornacis ferree, vt ſint oculi tui aperti ad deprecationē ſerui tui & populi tui Iſrael,& exaudies eos in vniuerſis pro quibus inuocabunt te,tu enim ſeparaſti eos tibi in hereditatem de vniuerſis populis terre,ſicut locutus eſt per Moyſem ſeruum tuū, quādo eduxiſti pa tres noſtros de terra egypti domine deus. Factū eſt autem cum cōpleſſet Salomon orās dominum orationem & deprecationē hanc,ſurrexit de conſpectu altaris domini,Vtrūq̄ enim genu in terra fi/ xerat,& manus expanderat ad celum. Stetit ergo & benedixit omni eccleſie Iſrael voce magna dicēs. Benedictus dñs qui dedit requiem populo ſuo Iſrael,iuxta omnia que locutus eſt, Non cecidit ne vnus quidem ſermo in omnibus que locutus eſt per Moyſem ſeruum ſuum. Sit dominus deus no/ biſcum ſicut fuit cū patribus noſtris nō derelinquens nos neq̄ proiiciēs,ſed inclinet corda noſtra ad ſe,vt ambulemus in vniuerſis viis eius, & cuſtodiamus mandata eius & cerimonias & iudicia que/ cūq̄ mandauit patribus noſtris,& ſint ſermones mei iſti quibus deprecatus ſum coram dño appro/ pinquantes dño deo noſtro die ac nocte,vt faciat iudicium ſeruo ſuo & populo ſuo Iſrael per ſingu/ los dies,& ſciāt omnes populi terre,quia domin⁹ ipſe eſt deus & non vltra eſt abſq̄ eo. Sit quoq̄ cor noſtrum perfectum cum domino deo noſtro,vt ambulemus in decretis eius,& cuſtodiamus māda/ ta eius ſicut & hodie,Igitur rex & omnis Iſrael cum eo immolabāt victimas coram domino, macta uitq̄ hoſtias pacificas quas immolauit domino,Boum viginti duo milia. Ouiū.cxx.milia & dedi/ cauerunt templum domini rex & filii Iſrael. In die illa ſanctificauit rex medium atrii quod erat an te domum domini, Fecit autem ibi holocauſtum & ſacrificium & adipem pacificorum quia altare eneū quod erat coram dño minus erat,& capere non poterat holocauſtum & ſacrificium & adipem pacificorum. Fecit autem Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem,& omnis Iſrael cū eo mul/ titudo magna ab introitu Emath vſq̄ ad riuum egypti coram domino deo noſtro ſeptem dieb⁹ & ſeptem diebus. i. quatuordecim diebus,& in die octaua dimiſit populos. Iudei ergo loca in quibus domino ſacrificabant diuinis habebant ſupplicationibus conſecrata, nec in aliis q̄ in deo dicatis locis munera dño offerebant. Si enim Iudei qui vmbre legis deſeruiebant,hec faciebāt multomagis qui bus veritas patefacta eſt,& gratia & veritas p Ieſum chriſtum data eſt templa dño edificare, & put melius poſſumus ornare eaq̄ diuinis precibus,& ſanctis vnctionibus ſuis cū altaribus,& vaſis, veſti bus quoq̄ & reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilibus deuote & ſolemniter ſacrare, & non in aliis quam in domino ſacratis ab epiſcopis et non a corpiſcopis qui ſepe prohibiti ſunt,niſi(vt predictum eſt)ſumma exigente neceſſitate miſſas celebrare nec ſacrificia domino offerre debemus.

Et hoc

Et hoc ſi ſumma neceſſitas agere compulerit,nō in domib⁹,quia in ſacris canonibus ſacrificia in domibus offerri ꝓhibita ſunt,ſed in tabernaculis diuinis precibus a pontificibus dicatis & in mēſis domino ſacratis,& ſacra vnctione a pōtificibus delibutis pro ſumma(vt p̄fixum eſt)neceſſitate & nō ꝓlibito cuiuſq̄ & pigritia agatur.Satius ergo eſt miſſam nō cantare,aut non audire quam in illis locis vbi fieri nō oportet,niſi(vt ſepe dictum eſt)pro ſumma cōtingat neceſſitate,quoniam neceſſitas non habet legem,Vnde ſcriptum eſt.Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris,ſed in loco quem elegerit dominus deus tuus.Et in exodo legitur,Vos vidiſtis,quia de celo locutus ſum vobis.Non facietis deos argenteos,nec deos aureos facietis vobis,Altare de terra facietis michi & offeretis ſuper illud holocauſta & pacifica veſtra,Oues veſtras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.Et ſicut nō alii quā ſacrati dño ſacerdotes debent miſſas cātare nec ſacrificia offerre, ſic nec in aliis q̄ in prefatis dño ſacratis locis miſſas cantare aut ſacrificia offerre licebit. Si autem vt legitur in cōcilio Laodicēſi capitu.xxvi.Quod hi qui non ſunt ab epiſcopis ordinati, tam in eccleſiis, quā in domibus exorcizare nō poſſunt,multomagis maioris gradus miniſteria niſi ab epiſcopis q ad eos gradus ſunt ſacrati quibus fungi debēt officia agi vel ſacrificia offerri licet. Q̄ aūt vt paulo ſuperius ꝓlibatum eſt oblationes in domibus offerri non debēt in eodem concilio capitulo.lix.ꝓhibitum habet ita.Nō oportet in domibus oblationes celebrari ab epiſcopis & pb̄ris,Solēnitates vero dedicationum eccleſiarū & ſacerdotum,per ſingulos annos ſunt celebrande,Ipſo dño exempla dante,q ad feſtū dedicationis templi oībus id faciendum dās formam cū reliquis populis eandē feſtiuitatem celebraturus venit ſicut ſcriptum eſt,facta ſunt encenia in hieroſolymis & hyems erat,Et ambulabat Ieſus in templo,in porticu Salomonis.Quod aūt octo dierum ſint encenia celebranda in libro regū peracta dedicatione templi reperies.

Capitulum ſecundum.

¶De eccleſiarum conſecratione quotiens dubitatur,& nec certa ſcriptura , nec certi teſtes exiſtunt a quibus conſecratio ſciatur,abſq̄ vlla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas,nec talis trepidatio faciat deterioratione,quoniam non monſtratur eſſe iteratum,quod neſcitur factum,his fratres teſtimoniis ſcripturarum apoſtolica auctoritate cōſultis veſtris breuiter reſpōdiſſe ſufficiat, Vobis tn̄ preuidendum eſt,& omnibus predicandum,vt illicita nō agantur,& domini p̄cepta conſeruentur , & ſi deliter peragantur,Rogamus autē vos fratres,vt dicta apoſtoli replicemus,corripite inquietos, conſolamini puſillanimes,ſuſcipite infirmos,patiētes eſtote ad omnes,Videte ne quis malum ꝓ malo alicui reddat,ſed ſemp quod bonum eſt ſectamini in inuicem & in oēs ſemp gaudete ſine intermiſſione orate in omnibus gratias agite.Hec eſt enim volūtas dei in chriſto Ieſu in omnib⁹ vobis, Spiritū nolite extiguere, ꝓphetias nolite ſpernere.Omnia aūt ꝓbate,quod bonum eſt tenete,ab omni ſpecie mala abſtinete vos,Ipſe autem de⁹ pacis ſanctificet vos per omnia,vt integer ſpiritus veſter,& anima & corpus ſine querela in aduentu dn̄i noſtri Ieſu chriſti ſeruetur.Data kalend.Martii Lampadio,& Oreſte.iiii.conſulibus A

¶Epiſtola eiuſdem exhortatoria ad Sabinam.

SINGVLARE MEMBRVM ECCLESIE TVE RELIGIONIS amplitudinem exiſtere,& a nobis reuerentiſſime coli ſatis eſt omnibus manifeſtum,in ipſo enim apice nobilitatis multo nobiliorem eccleſie deuotionē impēdis,& magis leta xp̄i agnitione p̄ceptis eius obtempas & in fide poti⁹ exultas q̄ tanti gn̄is flore iactaris.Sūma virtus eſt viciſſe gl'iam carnis,&magna eſt xp̄i gra nobilitatem morib⁹ ſupaſſe dn̄a filia merito illuſtris. Certa igitur exiſtens dilectiſſima vite hui⁹ quecūq̄ ſunt ſpacia eternis diuiniſq̄ officiis illuſtrare cōtende,vt qui inſignem te p̄ſtitit reddat ſibi per ſecula clariorem,Quapropter tuā hortamur dilectionem,vt bonum qd cepiſti ſemper impleri nō differas,quia non laudatur initiū,ſed finis. Sapiētiam enim te hortamur diligere & ſcrutari,vt rationabiliter & ſapiēter diſponas & iudices ea que tibi commiſſa ſunt dicente dn̄o per prophetam,Erudimini qui iudicatis terram, Time ergo dominum,& mādata eius ſerua,& dilige eū totis viſceribus & ꝓximum tuū ſicut teipſum.Deus altiſſimus creauit ſapientiam in ſpiritu ſancto, & vidit & dinumerauit eam terram & menſus eſt , & effudit illam ſuper omnia opera ſua,& ſuper omnem carnem ſecūdum datum ſuū prebuit illam diligentibus ſe. Timor domini gloria & gloriatio & letitia & corona exultationis. Timor dn̄i delectabit cor, & dabit letitiā & gaudium in longitudinem dierū. Timēti dn̄m bene erit in extremis,& in die defun- B

ctionis sue benedicetur, Dilectio dei honorabilis sapientia,quibus autem apparuerit in visu diligūt eam in visione & in agnitione magnaliū suorum.Initium sapientie timor domini,& cum fidelibus in vulua concreatus est,& cū electis feminis graditur,& iustis & fidelibus agnoscitur.Timor domini scientie religiositas custodiet & iustificabit cor,iocunditatem atq; gaudium dabit, Timenti dominum bene erit ,& in diebus consummationis illius benedicetur, Plenitudo sapientie est timere dominum,& plenitudo a fructibus illius,Omnem domū illius implebit a generationib9 & recepta cula a thesauris illius.Corona sapientie timor domini,Replens pacem & salutis fructum,& vidit,& dinumerauit eam,vtraq; autem sunt dona dei sciētia & intellectus prudentie.Sapientia compartitur,& gloriā tenentium se exaltat.Radix sapientie est timere dominum,Rami enim illius longeui in thesauris sapientie,intellectus & scientie religiositas,execratio autem peccatoribus sapientia, Timor domini expellit peccatū.Nam qui sine timore est,non poterit iustificari.Iracundia enim animositatis illius subuersio est.Vsq; in tempus sustinebit patiens,& postea redditio iocūditatis.Bonus sensus vsq; ad tempus abscondet verba illius,& labia multorum enarrabunt sensum illius,in thesauris sapiētie significatio discipline,execratio aūt peccatori cultura dei,fili cōcupiscens sapientiam serua iustitiā & deus prebebit illā tibi,Sapientia enim & disciplina timor domini,& hoc quod beneplacitum est illi fides & mansuetudo,& adimplebit thesauros illius.Contumax non sis & incredibilis timoris domini,& ne accesseris ad illum duplici corde,ne fueris hypocrita in conspectu hominum,& nō scandalizeris labiis tuis . Attende in illis ne forte cadas & ponas scādalū anime tue,& adducas in honorationem tibi,& reuelet deus absconsa tua.Pro fide & iustitia ac pro salute anime certa semper & pro adiutorio fratrū viriliter age,vt a domino recipias remunerationem.Scriptum est enim,Fili conserua tempus & deuita a malo.Pro anima tua nō confundaris dicere verum.Est enim confusio adducens peccatum,& est cōfusio adducēs gratiam & gloriam,ne accipias faciem aduersus faciem tuam nec aduersus animā tuam mendacium,Non reuerearis proximum tuū in casu tuo,nec retineas verbum in tempore salutis,nō abscondas sapientiam tuam in decore eius,In lingua enim agnoscitur sapientia,& sensus,& scientia,& doctrina,in verbis veritatis,& firmamentum in operibus iustitie, non contradicas veritati vllo modo & de mendacio in eruditionis tue,Nō confundaris confiteri peccata tua , & ne subiicias te homini p peccato,noli resistere contra faciem potentis,nec coneris cōtra ictum fluminis,pro iustitia agonizare p anima tua,& vsq; ad mortem certa p iustitia,& deus expugnabit pro te inimicos tuos,noli tacitus esse in lingua tua & inutilis,& remissus in operibus tuis.noli esse sicut leo in domo tua,euertens dōmesticos tuos & opprimens subiectos tibi.Non sit manus tua porrecta ad accipiendum & ad dandū collecta , His fulta scripturarum auctoritatibus semper sta recta,& a via veritatis ne auertaris,vt gratiam dei acquiras,& bonorum hominū amicitia fruaris,tantoq; tua volūtas facili9 ab amore huius seculi exeat,quanto & impellitur dum vocatur.Nam nos & presentes vos videre cupimus & absentibus per epistolam saltem colloqui desyderamus.Vnde & optamus vt vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina felicit̄ pducat quatinus in oipotentis gratia perfrui vestra presentia mereamur.Data.xii,kal.Nouem.Lampadio,& Oreste,iiii.consulibus.

INIPIVNT DECRETA

BONEFACII PAPE.

¶Epistola eiusdem ad Eulalium Alexandrinum episcopum, de reconciliatione Carthaginensis ecclesie directa.

A BONEFACIVS EPISCOPVS EVLALIO COEPISCOPO SAlutem.Olim & ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorū principe fiduciam,vt habeamus auctoritatē vniuersali ecclesie auxiliante domino subuenire,& quicquid nociuū est auctoritate apostolica corrigere & emēdare,Ad hoc enim diuine dispositionis prouisio gradus & diuersos constituit esse distinctos,vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberēt,& potiores minoribus dilectionem impenderent,vna cōcordie fieret ex diuersitate contextio, & recte officiorū generaretur administratio singulorū,neq; vniuersitas alia poterit ratiōe subsistere,nisi huiusmodi

huiuſmodi magnus eam differentie ordo ſeruaret. Quia vero creatura in vna eadēq; equalitate gu bernari vel viuere nō poteſt celeſtium militiarum exempla nos inſtruūt, quia dum ſint angeli ſint ar changeli, liquet quia non equales ſunt, ſed in poteſtate & ordine ſicut noſtis differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui ſine peccato ſunt cōſtat iſta eſſe diſtinctio, quis hominū abnuat ſe libenter diſpo ſitioni ſubmittere? Hinc enim pax & charitas mutua ſe vice cōplectuntur, & manet firma cōcordia in alterna, & deo placita dilectione ſinceritas. Quia igitur vnūquodq; ſalubriter tunc cōpletur offi cium cum fuerit vnus ad quē poſſit recurri prepoſitus, vota noſtra charitatem tuam latere nolumus neq participeps fuit ſollicitudinis, gaudiorū fructus reddatur extoris. Et ideo carthaginēſem eccle ſiam ad cōmunionē noſtram rediiſſe domino propiciante tradentib⁹ ſignificamus alloquiis, & mā datorū que legatis noſtris dedimus ſeriem i oīb⁹ fuiſſe cōpletā. De qua parte, vt ad dilectionem tuā plenius perfecte gaudium peruenire libellum Eulalii fratris & cōſacerdotis noſtri carthaginēſis epi ſcopi, & Iuſtini clementiſſimi principis orientis ſacrarum litterarū exemplaria pariter credidimus deſtinanda, Iudicantes nichilominus per orientis partes plurimos epiſcopos ſic feciſſe. Super eſt vt a nobis cōpetentibus precibus diuinitas exorata concedat quatinus de aliarū quoq; eccleſiarū redin tegratione gratulemur. Ea vero que ſignificare curauimus in eorum ſacerdotum qui fraternitati tue vicini ſunt curabis perferre noticiam, vt & ipſi de effectu tante rei gratias nobiſcum celeſtis miſericor die beneficiis referre non ceſſent. Aurelius enim perfecte carthaginēſis eccleſie olim epiſcop⁹, cū col legis ſuis inſtigāte diabolo ſuperbire temporibus predeceſſorum noſtrorum bonefacii atq; celeſtini contra Romanā eccleſiam cepit, ſed videns ſe modo peccatis Aurelii Eulalius a Romane eccleſie cō munione ſegregatum. Humiliās recognouit ſe pacem & cōmunionē romane eccleſie petens ſub ſcribendo vna cū collegis ſuis dānauit apoſtolica auctoritate omnes ſcripturas que aduerſus romane eccleſie priuilegia facte quoquo ingenio fuerint. Exemplar precum eius & iuſtini p̄dicti principis.

PRima ſalus eſt, recte fidei regulam cuſtodire & a cōſtitutis patrū nullatenus deuiare, & quia nō poteſt dñi noſtri Ieſu Chriſti pretermitti ſententia dicentis. Tu es petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et hec que dicta ſunt, rerum ꝓbantur effectibus, quia in ſede apoſtolica extra maculā ſemper eſt catholica ſeruata religio. De qua ſpe & fide minime ſeparari cupientes, & patrum ſequentes cōſtituta anathematizamus omnes qui cōtra ſanctam romanā & apoſtolicā eccle ſiam ſuperbiendo ſuas erigunt ceruices, ſequentes in omnibus apoſtolicā ſedem & predicantes eius omnia conſtituta, & per omnia ſpero vt in vna cōmunione vobiſcum quā ſedes apoſtolica predicat eſſe merear, in qua eſt integra & vera Chriſtiane religionis, & perfecta ſolidítas promittens ſeque ſtratos a cōmunione eccleſie catholice, id eſt nō conſentientes ſedi apoſtolice eorum nomina inter ſa cra nō recitanda eſſe myſteria. Quod ſi in aliquo a ꝓfeſſione mea deuiare tentauero, his quos dā naui cōplicem mea ſententia me eſſe profiteor, hanc autem profeſſionem meā manu mea ſubſcripſi, & bonefacio ſancto & venerablli pape vrbis Rome direxi, dānās & anteceſſores, & ſucceſſores meos, & omnes qui ſancte Romane & apoſtolice eccleſie priuilegia caſſare nituntur. Hinc enim ſuperne miſericordie documētum perdocetur, quando & mundani principes cauſas fidei cum reipublice or dinatione cōiungunt, & eccleſiarum p̄ſules quod ad diſpēſationē ſuam pertinet officii memores exe quuntur. Talibus enim indigebat poſt diſcordie procellas religio chriſtiana rectoribus, qui cōpreſ ſis prouida diſpenſatione turbinibus, diu peregrinatam pacem depulſa tēpeſtate reducerent, vt i fu tura poſt ſecula ad ꝓpoſiti ſui exēpla tendentes ſibi aſcribēdum indubitanter oſtenderēt quicquid domino placitum poſteris pro ſua imitatione feciſſent. Benedicam⁹ dominū fratres chariſſimi no ſtris hoc diebus fuiſſe cōceſſum & totis orationū, & curarū viribus annitamur, vt que dei opere bene cepta ſunt, ipſo adiuuante per omnia cōpleātur. Sperādum enim eſt, vt ad compagē corporis ſui re liqua que adhuc diuiſa ſunt membra feſtinent, & a potioribus minora non diſcrepēt. Ad quod cū me dilectio tua chriſtiane ſtudio charitatis hortatur debet quod inuitat ſequi, & quod a mandū ſua det amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes per religioſam patiētiam par etiam premiū de boni operis ſperamus affectu. Neq; enim difficultatibus eſt cedēdum. Non enim fatigatur aſpe ris fides, nec ad celorum ardua per procliue tenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur, vnde ne facientes bona deficiamus ſpecialiter admonemur etiā teſtāte pſalmiſta. Bea ti qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſticiam in omni tempore, quia non initium laboris remune rationem premii conſueuit inuenire, ſed terminus. Ergo ſtudium ſollicitudinis aſſumentes quibus eſt vna in cōmunione ſocietas, & credulitas quēadmodum de vnitate ſedis apoſtolice & Conſtanti

nopolitane ecclesie pariter exultamus in domino, ita de reliquorū quoq; sicut affectione admones redintegratione letemur,& curemus premiū,vt fidem integritatēq; nostram immaculatā ab omni cōtagione seruemus.Nosti enim frater charissime ac sanctissime,quia ecclesiastica seruantvincula cō cordiam que nos ab hereticorū tueatur insidiis per quā etiam canonū custoditur integritas, His in robore suo omni circūspectione seruatis remedia sperantibus conseruātur.Habet enim ecclesiastica tum ordo regularū, & ipsius forma iustitie,vt medicina rationabilis benigne & fideliter sperantib9 non negetur,nec quisq; est ita ab humanitate discretus quē non a rigore districtionis inclinet cauta simplicitas,Sed vt caute hoc ceteraq; querelas,aut errores alicuius eui valeas expedire dilectissime frater personam meā te in hoc oportet induere scientē in huiusmodi causis sicut predictū est, quid cauendum sit,& ita omnia preuidēdum,vt te non ambigas rationē dispēsationis huius deo esse reddendam,Ita tamen vt eos qui vobis fuerunt cōmunione sociati vel pervos sedi apostolice vestra nobis scripta declarent quibus etiam,& quā continentiā libellorū obtulerint inferatur.Sic quoq; humilitatem debemus tenere in mente,vt inde ordinis nostri dignitatem seruemus in honore,quatin9 in nobis nec humilitas timēda,nec ratio sit superba.Omnipotēs deus charissime sua te protectione custodiat atq; ad celestis remunerationem patrie multiplici animarum fructu perducat. Deus te incolumē custodiat reuerētissime frater.Amen.Datą octauo kalendas Octobris Valentiniano,ii.& oreste.iiii.cc.consulibus.

INCIPIVNT DECRETA IOHANNIS PAPE.

A REVERENTISSIMO FRATRI VALERIO EPISCOPO IOhannes.Scripta tue sanctitatis suscipiēs plena ea fidei regula qua primū polles inueni,& deo gratias retuli quod anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea que significasti quosdam dicere,quod non sit filius equalis patri,& qđ in euangelio scriptum sit,pater maior me est,scias non recte intelligere tales fidei regulas,nec rectam fidē penes se habere.Paulus apostolus non secundum deitatis naturā christū creatum insinuat,sed secundū humane nature substantiam eundem creatū affirmat,ipso ephesiis cōscribēte.Renouamini inquit spiritu mētisvestre,& induite nouū hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad hebreos. In eo enim i quo passus est ille & tētatus,etiam potest his qui tentātur auxiliari,Vnde sancte vocationis participes semper celestis considerate apostolum & pontificē confessionis nostre Iesum fidelē existētēq; qui creauit eum.Et ad colosenses.Nūc autem deponite & vos vniuersa,iram,indignationem,malitiam,blasphemiam,turpiaq; ex ore vestro non procedant. Nolite mētiri inuicē expoliātes vos veterē hominem cum actibus suis,& induentes nouū cum eo qui renouatur in agnitione secundum imaginē eius qui creauit eum,nunquid is qui vniuersam creaturam visibilia & inuisibilia a ꝓpria potestatis virtute ꝓcreauit ac fecit,se ipsum antea vel postmodum quod dicere nefas est,creauit vel facere potuit.Filius minor est patre in assumpti hominis forma,equalis vero patri est in deitatis nature substantia,eodē protestante.Ego & pater vnum sumus,& iterum.Qui me videt videt,& patrē,& iterum.Qui odit me odit & patrem,Et iterum,vt omnes honorificēt filium sicut honorificauit patrem.Et iterum,vt sint in nobis vnū, sicut & nos sumus vnū.Et iterū. Tu in me & ego in eis. Et iterum,Omnia tua mea sunt.Et iterū,ego in patre & pater in me. Et iterum.Pater in me manens facit opera hec,& Iohannes euāgelista ait.In principio erat verbum,& verbum erat apud deū, & deus erat verbum.Et iterum ipse ad parthos. Tres sunt inquit qui testimonium perhibēt i terra aqua,sanguis,& spiritus tres in nobis sunt.& tres qui testimonium perhibent in celo, pater verbum & spirit9. Et hi tres vnum sunt. Nos itaq; in natura deitatis,quia vnum sunt pater & filius,nec patrē credimus aliquo tempore precessisse,ne maior sit filio,nec filium postea natum esse, vt deitate patris minoretur.Si equalis patri filius nō est. cur ita de illo Iohannes euangelista testatus est. Propterea inquit persequebantur iudei Iesum & querebant eum occidere,quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, equalē se faciens deo.& Paulus apostolus.Hoc sententie in vobis inquit,quod & in Christo Ihesu.Qui cum in forma dei esset constitutus non rapinā arbitratus est esse

est esse se equalem deo,sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Et in salomone, qui ge/
nuit me requieuit in tabernaculo meo,& Esaias sicut est ab initio itavsq; in seculum,neq; adiect9 est
ei,neq; minuetur illi,ipse est enim domin9 creature sue qui nichil eguit ab aliquo,& in psalmo. lxxii.
Quid enim michi est in celo,& ad te quid volui super terram. Hec omnia filiū non inferiorem na/
tura demonstrant,sed equalitatem deitatis annūtiant,quoniam qui vtraq; locutus est verum dixit,
quia veritas mentiri non potuit. Taliter frater charissime semper age ceteroſq; omnes agerem one,
vt abolito hoc qui natus videbatur errore in laudem & gloriam dei per totū mundumvna fides sit
& vna eadēq; confessio, vt in nomine Iesu omne genu flectatur,celestium terrestrium & infernorū,
& omnis lingua confiteatur,quia domius Iesus Christus in gloria est dei patris. Data enim nonas
Augusti iustiniano & athalarico. iiii. cc. consulibus.

INCIPIT EPISTOLA AGAPITI PAPE AD ANTEMIVM Constantinopolitanum episcopum de duabus naturis in vno Christo.

AGAPITVS ANTEMIO EPISCOPO SALVTEM, MVLTO A
gaudio essem repletus,si te talem circa ecclesie pacem & glorioſissimi impera/
toris atq; populi doctrinā reperissem,qualem te in primordio esse audiui. Sed
nunc quia didicimus à reuerētissimis fratribus te contra statuta patrū impera
torem,& reliquos populos docere,ita vt negata humane carnis atq; anime ve/
ritate tātum dominū nostrum Iesum Christū vnius asseras esse nature tāquā
verbi deitas ipsa se in carnē animāq; verterit,& tāquā concipi ac nasci,nutriri &
crescere,crucifigi,ac mori,sepeliri ac resurgere,& ascendere in celum,sedere ad dexteram patris,venire
ad iudicandos viuos & mortuos,diuine tantū volūtatis fuerit que nichil horū in se sine carnis rece/
pit veritate,que natura vnita nature patris natura est spiritus sancti,simulq; impassibilis simulq; in/
cōmutabilis sempiterne trinitatis indiuisavnitas,&vnius voluntatis equalitas,vnde si aliquis malevo
luntatis homo,aut infidelis quisq; descisit ne conuincatur deitatem passibilē sentire atq; mortalem
& tamen verbi incarnati,id est verbi & carnis vnam ausus fuerit pronuntiare naturam,manifeste in
apertā,& ideo obibilē transit insaniā,qui mediatorē dei,& hominem Iesum Christū simulatorie cre
dit omnia egisse,nec verū in Christo corpus sed fantasma eius corporis speciē oculis apparuisse cer/
nentium. Que impietatis mēdacia quoniā olim fides catholica detestatur,& talia assertionū sacrile/
gia concordibus per totum mundū beatorum patrum dudum sunt dānata sententiis,non dubium
est eā nos fidē predicare atq; defendere quā sancti apostoli docuerunt,& hactenus eorum suorūq;
successorū sequens sancta hec Romana & apostolica ecclesia doctrinam tenuit,ac tenet,docuit,& do/
cet. Siquidem enim ita sunt obcecati,& a lumine veritatis alieni vt verbi dei a tempore incarnatiōis
denegēt veritatē,ostēdant in quo sibi Christianū nomen vsurpent, & cum euangelio veritatis qua
ratione concordent,si per virginis patrum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut
enim negari non potest euāgelista dicente quod verbū caro factum est,& habitauit in nobis ita ne/
gari nō potest beato apostolo Paulo predicante quod deus erat in Christo mundū recōcilians sibi.
Que autē recōciliatio esse posset qua humano generi repropiciaretur deus,si hominis causam me/
diator dei & hominū non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris implet nisi qui in for/
ma dei equalis est patri,in forma serui particeps esset & nostri,vt mortis vinculum vnius preuarica
tione contractum,vnius morte qui solus morti nichil debuit solueretur? Effusio enim iusti sanguinis
Christi tam fuit diues ad preciū,vt si vniuersitas captiuorū in redemptorē suum crederet,nullū dia/
boli vinculum retineret,quoniā sicut apostolus ait. Vbi abundauit peccatum superabundauit & gra
tia. Et cum sub peccati preiudicio nati potestatē acceperint ad iustitiam renascendi,validius factum
est donū libertatis q̄ debitum seruitutis. Quā itaq; sibi in hui9 sacramenti presidio spem relinquūt,
qui in saluatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, quo
sanguine sunt redempti? Quis est vt apostolus ait qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem,
& hostiam deo in odorem suauitatis,aut quod vnq̄ sacrificium fuit sacratius q̄ verus & eternus pon
tifex altari crucis per immolationem sue carnis imposuit? In conspectu domini preciosa mors iusto/
rum fuit,nullius tamen insontis occisio redēptio fuit mundi. Acceperunt iusti,non dederunt coro/
nas,de fortitudine fidelium exempla nata sunt patiētie,nō dona iustitie. Singulares quippe singulis

mortes fuerūt, nec alterius quisquā debitum suo fine persoluit, cum filius hominis, vnus solus dominus noster Iesus Christus, qui vere agnus erat immaculatꝰ extiterit, In quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati de quibus ipse dicebat. Cum exaltatus fuero a tera omnia trahā ad me ipsum, fides etenim iustificās impios & creans iustos ad humilitatis retracta participium, in illo acquirit salutem in quo solo homo se inuenit innocētem, liberū habens per gratiam dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostre humilitate cōgressus. His victoriam suam tribuit, in quorū corpore triūphauit. Licet ergo in vno domino nostro Iesu Christo, vero dei atq; hominis filio verbi, & carnis vna persona sit, que inseparabiliter atq; indiuise habeat actiones cōmunes, intelligende tamen sunt ipsorū operum qualitates, & sicvere fidei cōtemplatione cernēdum est, ad que prouehatur humilitas carnis. Et ad que inclinetur altitudo deitatis quid sit quod caro sine verbo non agit, & quid sit quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice declaratum, sine veritate carnis non iuberetur transferri in egyptum puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi potentia nō diceret vox patris missa de celo, hic est filiꝰ meus dilectꝰ in quo michi bene cōplacui, ipsum audite, & sine veritate carnis nō protestaretur Iohannes ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia redintegratio non fieret debilium, & viuificatio mortuorum, & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dominus patri profiteretur equalem, & sineveritate carnis, non idem diceret patre se esse minorem cum catholica fides vtrūq; suscipiat, vtūq; defendat que secundum confessionem beati Petri apostoli vnū Christum dei viui filium & hominem credit & verum, Christus deus noster verum ita inter deum & hominem mediator apparuit, vt in vnitate persone copulans vtrāq; naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret, Quid igitur? Cum christꝰ sit deus & homo, loquitur homo & calumniaris deo? Ille in se naturam commendat humanam, in illo audes deformare diuinam? Gemina ergo est substantia Christi diuina scilicet quia equalis est patri, humana vero quia mininor est parte, vtrūq; autem simul non duo, sed vnus Christus, ne sit quaternitas deus. Sicut enim vnus est homo in anima rationali & carne, sic vnus est Christus deus & homo, & per hoc Christus deus anima rationalis & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Deus te conuertat in bonum frater & recte fidei normā te in omnibus tenere & docere concedat. Amen. Data kalē das Maii. Iustiniano quarto & theodato. iiii. cc. consulibus.

¶INCIPIVNT DECRETA SILVERII PAPE.

¶Epistola amatoris episcopi ad eundem.

A BEATISSIMO SILVERIO AMATOR EPISCOPVS, A QVIbusdam pater dilectissime illis a patribus aduētantibus audiuimus vos a sede sancti Petri iniuste pulsum exilio destinatū. Quod nimis graue ferentes misimus parua munuscula, id est argēti libras. xxx. ad vestrā vestrorūq; sustentationē que petimus, vt ita grato animo suscipiatis, sicut grata mittuntunr intētione. Precamur quoq; vt per vestrā epistolam nobis remēdare nō dedignemini qualiter circa vos sit actum vel modo agitur, vt certā rationem de vobis scire & fratribus valeā nuntiare. Quid enim putas de nobis fieri pater summe, cū de summo pastore, & vicario sancti Petri talia fiunt. Vos tamē nolite multum tristari, sed cōfortamini semper in domino quoniam potens est diuinitas immense tēpestatis incerta bono serenitatis amouere. Ora pro nobis beatissime papa.

¶Rescriptum eiusdem ad amatorem opiscopum.

B DILECTISSIMO ATQVE AMANTISSIMO AMATORI EPIscopo Siluerius, O quā bona est charitas, que absentia per imaginem presentia sibimet ipsi exhibet per amorē. Diuisa tangit, cōfusa ordinat, inequalia sociat, imperfecta perficit. Qꝫ recte pedicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidē cetere perfectionē generant, sed tamen eas charitas ligat, vt ab amātis mēte dissoluí iam nequeāt, hac itaq; virtute fater charissime plenū te reperio dū nō solum de me suscitando, & visitando curā habes, sed etiā bonis tuis me fulcire & sustētare nō desinis.

Quāta autem

Quãta autem mala in me peracta sunt,nec enarrare,nec scribere tibi per omnia possum. Ante om⸗nia vero patricia infesta michi erat eo quod non restituebã antemium dudum patriarcham Con⸗stantinopolitanũ,quẽ sancte memorie agapitus p̃decessor meꝰ suis meritis dãnauit,Vrgẽte quoqꝫ eius iussione exierunt quidam falsi testes dicentes aduersum me crimina quorũ particeps non fui. Sed dum multi in eadem accusatiõe persisterent,timuit iulisarius patricius noster,& mandauit me ad se venire pacifice pro quibusdã ecclesiasticis dispositionibus in palatium principis & ad primum & secundũ velum retinuit omnẽ clerum & populũ qui mecum veniebat,& nullum permisit introi⸗re,nisi me solum & vigiliũ diaconẽ meum. Me verovi retẽto,& ante predictã patriciã deducto mi⸗serunt in exilium,in quo modo sustẽtor pane tribulationis,& aqua angustie,Ego tamen propterea nõ dimisi,nec dimitto officium meum,sed cum episcopis quos cõgregare potui eos qui talia erga me egerunt anathematizaui,& vna cum illis apostolica synodali auctoritate statui nullum vnq̃ ta⸗liter decipiẽdum sicut deceptus sum,& si aliquis deinceps vllum vnq̃ episcoporũ ita deciperet ana⸗thema maranatha fieret in cõspectu dei & sanctorũ angelorum. Similiter sanctorum patrũ roborã tes decreta statuimꝰ, licet sepissime iam statutum fuerit,nec falsos,nec inimicos suspectos accusatores vel testes vnq̃ super episcopos suscipi eisqꝫ nocere nullatenus posse, quia falsam,aut odiosam vocem aut funestam potius interdici q̃ audiri sanctis patribus placuit. Summopere charissime tales cauẽdi sunt,& auertendi atqꝫ reiiciendi,si nocentes apparuerint, quia non solum ecclesiastice, sed etiam se⸗culi leges tales non suscipiunt sed repellunt,vnde scriptum est. Os impiorum deuorat iniquitatem,& dominus per prophetã loquitur dicens. Cum sancto sanctus eris Et cum viro innocente innocenter agis. Cum electo electus eris. Et cum peruerso peruerteris. Et apostolus inquit peruertunt mores bo nos colloquia mala,idcirco vt iam prelibatũ est mali semper cauendi,& bonis atqꝫ beniuolis est inhe rendum,vt periculum desidie quãtum possumus deuitemus,& ne pestis hec latius diuulgetur seue ritate qua possumꝰ abscindamus,quoniam nõ temeritas interuenit presumptionis vbi est diligen⸗tia pietatis. Agat semper vnusquisqꝫ vestrum hac informatione apostolica fultus iuxta vires suas,& fraterna dilectione a sancta religione mores proprios cõseruare, & in cõmunione alterutrũ adiuua re,& in charitate permanere,& dei voluntati indesinenter studeant inherere,vt simul laudantes do⸗minum indefessas illi gratias semper agamus,vale in Christo semper,& predicta prout melius po⸗teris domino opem ferente adimplere,& reliquos fratres apostolica auctoritate informare studeto. Data.ix. Kalends Decẽbris. Iustiniano.v.& iulisano.iiii.cc.consulibus.

¶Epistola Siluerii pape ad vigilium papam.

SILVERIVS EPISCOPVS VIGILIO, MVLTIS TE TRANSGRESSI⸗ A
oníbus irretitum sacerdotalis iamdudũ nouit generalitas. Et quia cruciatis humano sangui ne manibus decessoribus nostris peruicacia tua subripiens leuiticis presumpseris excubare mysteriis,plerqꝫ nouerint fidelium. Nam quia contra iura canonica temporibus sancte memorie Bonefacii pape, ipso viuente successor eius designari conabaris , nisi tibi amplissimi senatus obui⸗asset iustitia,tunc prouidentia pastorali auspicia tua pontificali auctoritate execranda iam debuerãt detruncari. Sed dum paruũ vulnus in te neglectum est, insanabile adcreuit apostema qđ nisi ferro altius abscindatur fomẽtorum sentire non potest medicinam,quippe qui nequissimi spiritus auda⸗cia,ambitionis frenesim concipiens in illius apostolici medici cui animas ligandi soluẽdiqꝫ collata & concessa potestas est versaris contumeliam,nouũqꝫ scelus in apostolica sede rursus nitaris inducere & in more symonis cuius discipulum te ostendis operibus data pecunia,neqꝫ repulso qui faciente do⸗mino tribus iam iugiter emensis temporibus ei presideo tempora mea nitaris inuadere. Habe ergo cum his qui tibi consentiunt pene dãnationisqꝫ sententiam,sublatumqꝫ tibi nomen & munus mini sterii sacerdotalis agnosce sancti spiritus iudicio,& apostolica a nobis auctoritate dãnatus. Sic enim decet fidem sanctorum patrum in ecclesia seruari catholica,vt quod habuit amittat,qui improbabili temeritate quod non accepit assumpserit. Data octauo Kalendas Iulii principi Basilii,Celius Silue rius papa vrbis eterne huic decreto anathematis in vigilio peruasore facto,ad omnia statuta consen⸗sum prebens subscripsi pariter,& quattuor episcopi subscripserunt, id est terrocinẽsis, fundanus,fir⸗mensis.& meterrensis. Data ista cartula per anastasium subdiaconum.

¶INCIPIVNT DECRETA VIGILII PAPE.

¶Incipiunt Capitula.

i ¶De priſcillianiſtis qui ab eſu carnium ſe ſubtrahunt.

ii ¶De trina merſione.

iii ¶De his qui ab Arrianis iterum baptizantur.

iiii ¶De eccleſiarum reſtauratione in fabricis vel dedicatione quid ſit obſeruandum.

v ¶De paſche feſtiuitate & precum ordine ac miſſarum ſolenniis.

vi ¶Quod in nomine trinitatis debeat baptizari.

vii ¶Quod beati apoſtoli Petri Romane ſi licet eccleſie ſedes ſacerdotalis mater ſit dignitatis, atq; eccleſiaſtice magiſtra ratiõis.

Capitulum primum.

A DILECTISSIMO FRATRI EVTERO VIGILIVS, DIRECTAS ad nos tue charitatis epiſtolas plenas catholice inquiſitionis ſollicitudine gratãter accipimus, benedicentes dei noſtri clemẽtiam, quia tales extremis mundi partib⁹ dignatur ſuis ouibus prouidere paſtores, p quos & paſcuis valeant ſalutaribus habundare, & ab antiqui hoſtis rapacitate ſeruari, vt inſidias nequeãt eius ſubreptionis incurrere, vnde certum eſt, quia promiſſe vos beatitudinis gratia ſubſequatur, quando a vobis celeſtium perfectio doctrinarũ tam votiua ſciſcitatione perquiritur. Scriptum eſt enim. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius in toto corde exquirunt eum. Hoc igitur frater chariſſime propoſitum tue conſultationis tota mente tractantes, de te quoq; prouenire contẽdimus, qui regulã catholice fidei iiſdem ſtudes tenere veſtigiis. Quibus eam apoſtolica fide cognoſcis eſſe fundatam. Et quãuis ſonus eorum toto orbe diffuſus & vſq; ad fines orbis terre verba eorũ diſtenſa dilectionis tue corda Chriſto probauerint eſſe fidelia. Tamen ſi quid ex his in eccleſia que tue gubernationi deo auxiliante cõmiſſa eſt, nec dum plena luce claruerit, ad eundem fontem, de quo illa ſalutaris manarat limpha recurritis, id eſt quod debita charitate ſumus amplexi, quia fiducialiter de his vnde apud eos obſeruantiam eſſe dixiſtis ambiguã noſtra voluiſtis reſponſione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino ſalutantes de ſingulis quid iuxta catholicam diſciplinam teneat apoſtolice ſedis auctoritas ſubiectis aliquibus etiam ſanctarum capitulis regularum te credim⁹ inſtruendum. Ac primũ his quos priſcilliane hereſis indicaſti vitiis inquinari ſancta & cõuenienti religioni catholice eos deteſtatione iudicas arguendos, qui ita ſe ſub abſtinentie ſimulate pretextu ab eſcis videntur carnium ſubmouere, vt hoc execrationis potius animo quã deuotionis ꝓbentur effice re, in qua re quia nefandiſſimis manicheis eſſe conſimiles approbantur, iuſte patrum venerabilium conſtitutis, ab hac ſuperſtitione ſub anathematis ſunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum contagione carnium creditur eſſe pollutum, quia de his omnibus que ad humanũ victum mia dei contulit nichil catholicis eſſe videatur immundum. Sic enim titũ doctor gentium Paulus monet apoſtolus dicens. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nichil eſt mundum, ſed polluta ſunt eorum mens, & conſcientia, deum confitentur ſe noſſe factis autem negant, abhominabiles & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Similiter & alio in loco ad timotheum de huiuſmodi cauendis erroribus predicauit dicens. In nouiſſimis temporibus diſcedẽt, quidam a fide attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in yprochriſi loquẽtium mẽdacium & cauteriatã habentium ſuam conſcientiam prohibentes inubere, & abſtinẽtes a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibbus, & his qui cognoueruntveritatẽ, quia omnis creatura dei bona eſt, & nichil reiiciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Hec igitur ſequentia patrum venerabiliũ conſtituta, ſpecialiter eos cenſuerunt eſſe dãnandos, qui cũ carnibus abſtinerent ea quoq; credebant eſſe vitanda que carnibus fuiſſe videbantur admixta. Nam & ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus ita premonuit dicens. Non quod intrat in os conquinat homines, ſed que procedunt de ore hec ſunt que coinquinant hominem. Quapropter nec abſtinentiam deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur domini creaturam recipimus in noſtra ſocietate.

¶De renaſcentium trina merſione.

Capitulum

Capitulum ſecundum.

¶De baptiſmo quoq; ſolēniter adimplēdo ſimiliter quid apoſtolica,vel ſanxerit vel cōſeruet auctoritas,in ſubiectis tua charitas euidēter agnoſcet,illud autē nouelli eſſe iudicamus erroris, quod cum in fine pſalmorū ab omnibus catholicis ex more dicatur gloria patri & filio,& ſpiritui ſancto,aliqui ſicut indicas ſubducta ſillaba cōiunctiua perfectū conātur minuerevocabulum trinitatis, gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, Quāuis ergo ipſa nos ratio euidēter edoceat, quia ſubducta vna ſillaba perſonā filii & ſpiritꝰ ſancti vnā quodāmodo eſſe deſignant, tamē ad errorem taliū conuincendum ſufficit,quod dominus Ieſus Chriſtus deſignans in inuocatione trinitatis credentium debere baptiſma celebrari dixit. Ite docete omnes gētes baptizātes eos,In nomine patris & filii,& ſpiritusſancti. Ergo cum nō direxit,in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti,ſed equalibꝰ diſtinctiōibus patrē & filiū & ſpiritum ſanctū iuſſerit nominari, cōſtat illos omnino adeo doctrina inimica deuiare qui aliquid huic voluerint confeſſioni derogare. Qui ſi in errore permāſerint,ſocii nobis eſſe nō poſſunt. A

Capitulum tertium.

¶Da his etiā qui baptiſmatis gratia ſalutaris accepta apud arianos iterū baptizari profunde vorāginis ſunt morte demerſi,quid per ſingulos ordines vel etates anteceſſorū noſtrorum decreta cēſuerunt que multiplici ſunt digeſta ratione,& noſtro ſcrinio releuata capitula his ſubiecta direximus, in quibus tamē illud ſpeciali charitate etiā cōuenit obſeruari,vt quia pro peccatis plurimis ingentibus iniquitas ipſa ſurrexit in eſtimatione fraternitatis tue aliorūq; pontificum per ſuas dioceſes relinquatur,vt ſi qualitas & penitentis deuotio fuerit approbata,indulgētie quoq; remedio ſit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illā impoſitionē manus que per inuocationē ſancti ſpiritus operatur,ſed per illā qua penitentie fructus acquiritur,& ſancte cōmunionis reſtitutio perficitur. B

Capitulum quartum

¶De fabrica vero cuiuſlibet eccleſie, ſi diruta fuerit inſtaurāda,& ſi in eo loco conſecrationis ſolēnitas debeat iterari,In quo ſanctuaria non fuerint,nichil iudicamus efficere,ſed per eam minime aqua benedicta iactetur,quia conſecrationem cuiuſlibet eccleſie i qua ſpiritus ſancti ara non ponitur, celebritatē tātum ſcimus eſſe miſſarum,& ideo ſi qua ſanctoꝝ Baſilica a fundamentis etiā fuerit innouata,ſine aliqua dubitatione cum i ea miſſarum fuerit celebrata ſolēnitas,totius ſanctificatio conſecrationis implebitur. Si vero ſanctuaria que habebat ablata ſunt,rurſus earū depoſitione & miſſarū ſolennitate reuerentiam ſanctificationis accipiet. C

¶De paſche ſolennitate & precum ordine.

¶Capitulum quintum.

Paſcha vero futurum nos,ſi deus voluerit. xi. kalēdarum maiarum die celebraturos eſſe cognoſcite. Ordinem quoq; precum i celebritate miſſarum nullo nos tempore nulla feſtiuitate ſignificamus habere diuiſum,ſed ſemper eodē tenore oblata deo munera cōſecrare. Quotiēs vero paſchalis,aut aſcēſionis domini,vel Penthecoſtes,& Epiphanie ſanctorūq; dei fuerit agenda feſtiuitas, ſingula capitula diebus apta ſubiungimus,quibus cōmemorationē ſancte ſolēnitatis,aut eorum faciamus quorū natalicia celebramus,cetera vero ordine conſueto perſequimur. Quapropter & ipſius canonice p̄cis textum direximus ſubter adiectū,quē deo p̄pitio ex apoſtolica traditione ſuſcepimus,& vt charitas tua cognoſcat,quibus locis aliqua feſtiuitatibus apta cōnectas,paſchalis diei preces ſimul adiecimus. His igitur fraternitatis tue inquiſitioni reſpōſis dominū noſtrum quātum poſſumus exoramus,vt omnibus catholice religionis eccleſiis circa vniuerſos quos fideles ſibi efficit,gratie ſue dona multiplicet,& ab omnibus inſidiis ſpiritualis hoſtis atq; carnalis cunctos populos ſuos redigere dignetur immunes. Significatur etiā beatorum apoſtolorūvel martyrū ſicut ſperamus ſancto nos affectui tuo direxiſſe reliquias,preſumentes fidem veſtram eorum deinceps plenius eſſe meritis adiuuandam. D

Capitulum ſextum.

¶ quis epiſcopus, aut preſbyter iuxta preſcriptum domini non baptizauerit In nomine patris & filii,& ſpiritus ſancti,ſed in vna perſona trinitatis,aut duabus,aut in tribus patribus, aut in tribus filiis,aut tribꝰ paracletis,proiiciatur de eccleſia dei. E

Capitulum ſeptimum.

¶Nulli vel tenuiter ſentienti,vel pleniter ſapienti dubium eſt,quod eccleſia Romana fundamentū, & forma ſit eccleſiarum,a qua omnes eccleſias principium ſumpſiſſe nemo recte credentium ignorat quoniā licet omniū apoſtolorū par eſſet electio,beato tamē Petro conceſſum eſt vt ceteris premine- F

ret,vnde & cephas vocatur, quia caput est & primus omniũ apostolorũ. Et quod in capite precessit in membris sequi necesse est. Quãobrem sancta Romana ecclesia eius merito domini voce consecrata,& sanctorũ patrum auctoritate roborata primatũ tenet omniũ ecclesiarũ,ad quã tam summa episcoporũ negotia,& iudicia atq; querele, q̃ & maiores ecclesiarũ questiões quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & qui se scit aliis esse prepositũ,non moleste ferat aliquẽ esse sibi prelatum, ipsa nãq; ecclesia que prima est,ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, vt in parte sint vocate sollicitudinis non in plenitudine potestatis,vnde omniũ appellantiũ apostolicam sedem episcoporũ iudicia & cunctarum maiorum negotia causarum eidem sancte sedi reseruata esse liquet,presertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum cuius tramiti si quis obuiare tẽtauerit sacerdotum causas se nõ sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum. Data Kalendas Martii vuisiliano,& Iohanne.iiii.cc.consulibus.

¶INCIPIVNT DECRETA PELAGII PAPE.

¶Epistola Pelagii pape ad vigilium.

A PELAGIVS EPISCOPVS VIGILIO COEPISCOPO SALVtem. Gaudeo fidei deuotiõe tue quod religiosum studium & diuinũ officium dignanter impendis, & maxime quod fidei inimicos emularis apostolice sedis querẽs exẽpla didici sane tam per latorem tuarũ q̃ & per litteras tuas quod sint quidã penes vos qui dicentes garriunt. Qualiter pater & filiꝰ vnus potest esse deus, cum preter patrem alius non sit deus qui dicatur ingenitus atq; inuisibilis: hi sane si scirent donũ dei,& vere fidei regulas intelligerent,neque q̃ talia musitarent,sed quia non habentes munda corda que videre secreta dei & intelligere mysteria valeant diuina,& mundãda sunt prius corda eorum per pentitẽtiam vt intelligere postmodũ, & capere lumen veritatis possint. Quibus tamen ad eorũ ac multorum illuminationẽ corrigendo talium errorem apostolica auctoritate respõdendum est ita. Quomodo vos patrẽ & filiũ vnum profiteri nõ vultis? Eos etiam nos vnũ & verũ deum a ꝓphetis & apostolis ostendimus ꝓdicatũ,a quibus etiam spiritũ credimus sanctũ nõ esse discretũ Esaia ꝓpheta dicente. Ego sum deus,& non est alius preter me. Et per memet ipsum iuro,quia exiuit ex ore meoveritas,& sermo meus nõ auertitur,quia michi inclinabitur omne genu,& omnis lingua iurabit per dominũ dicẽs,iusticia & gloria ad eumveniet. Et vt hoc in testimonio patrẽ simul & filiũ cognoscas fuisse paulũ audi dicẽtem, vt in nomine inquit Iesu omne genu flectatur celestiũ,terrestriũ,& infernorũ. Et omnis lingua confiteatur, quia dominꝰ Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotẽtis. Quod si iste filius minor est patre suo,ergo minorata est gloria patris in filio. Et vbi est quod in salomone scriptura loquitur dicens,sicut etiã in cõspectu eorum inquit,magnificatus es in nobis,ita in cõspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscant te sicut & nos cognouimus,quoniã nõ est deus preter te domine. Diligenter attende & agnosce filium esse,qui magnificabitur in iudicio dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Esaias. Audite domus Iacob & residuũ domus israel qui egredimini ex vtero meo, & erudimini a puero vsq; ad senectutem. Ab initio ego sum,& quo vsq; senescatis ego sum. Ego vos feci,& ego sustineo. Ego remittã, & ego suscipiã dicit dominꝰ. & iterũ. Ego sum dominus deus,& ꝑter me non est aliꝰ deus annuntians nouissima priusquã fiãt,& statim cõsummata sunt,Item alibi. Audi me Iacob & Israel quẽ ego feci. Ego sum dominus deus tuus, & non est alius ꝑter me. Item alibi. Ego sum dominus deus tuus primꝰ & ego nouissimus,& in ea que superuẽtura sunt in nouissimo ego sum. Item alibi. Ego sum deus qui te creaui,qui te adiuui,& cõmuniui dextera mea,& vnitatem patris,& filii assignans loquitur dicens. Ego testis vester dicit dominus deus, & puer meus tu quem ego elegi, vt sciatis & credatis, quia ego sum, ante me non fuit alius deus, & post me non erit, Vnum heretice elige e duobus, aut fatere patrem & filium vnum deum, aut si solum patrem deum esse contendis. Ergo tibi dominus deus Iesus Christus dei filius non erit deus, quia scriptum est. Ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Si secundum te ita est, cur apostolus talia predicat & eundem filium deum super omnia benedictum insinuat? Quorum patres inquit ex quibus Christus secundũ carnem qui est super omnia deus benedictꝰ in secula. Item esaias dicit. Dominus deus israel, qui liberabit eum de egypto. Ego sum primus & ego post hec, & preter me non est

non eſt deus,ſicut ego ſum qui ſtet,& vocet,& preparet michi ex quo hominẽ feci in ſeculum.Item ibi,iſte eſt deus & neſciebamus,deus & nõ eſt alius deus preter te. Tu enim es deus & neſciebamus, deus iſrael ſaluator vn⁹ de⁹,Non ſunt pater & filius dii,quia eſt deus in quo eſſe dicitur deus preter quẽ alium deũ nõ eſſe ꝓpheta ſepe numero proteſtatur.& Hieremias.Hic deus noſter ait, & non applicabitur alter ad eũ,qui inuenit omnẽ ſcientie viã, & dedit eã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt,& inter homines cõuerſatus eſt. Et in ſalomone. Miſerere nobis deus omniũ. Et oſtẽde nobis lumen miſerationis,& immitte timorẽ tuum ſuper gentes que nõ exquiſierunt te,& cognoſcant,quia nõ eſt alius deus niſi tu. Item ibi. Domine deus iſrael nõ eſt tibi ſimilis in celo ſurſum,neq; i terra deorſum,& in pſalmo. xvii. Quoniã quis deus preter dominũ, aut quis deus preter deum noſtrum?& in geneſeos. Et pluit dominus a domino ignem & ſulphur ſuper Sodomã & Gomorrã, & euertit ciuitates illas. Si ſolus pater deus eſt, quis pluit ignem & ſulphur a domino,vel ſupradictas ciuitates euertit?Queſo reſponde.& deuteronomiũ. Domius ſolus dedu cebat eos, & non fuit cum illis deus alienus,Et paulus apoſtolusvnus deus qui iuſtificat circũciſionẽ ex fide & preputiũ per fidẽ,& ad Corinthios. Deus erat in Chriſto mundũ reconciliãs ſibi, & iterũ. Non eſt deus niſi vnus,& ad Galathas.Mediator autẽ vnius non eſt. Deus autẽ vnus eſt. Et vnitatem patris & filii & ſpirituſſancti demonſtrans epheſiis ſcribens ita cõfirmat. Sufferẽtes inuicem in charitate ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vnũ corpus & vnus ſpiritus ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatiõisvr̃e,vnus dominus,vna fides,vnum baptiſma,vnus deus. Si enim p̃dicti heretici vnitatem fidei voluerint ſimplici corde recipere,ex hoc iam teſtimonio in vno ſpiritu poſſunt ſimul patris & filii vnitatem cõdiſcere,patrẽ igitur vt ipſi ſe dicunt inueniſſe in diuinis litteris ingenitum propr ie poſitũ nec legere poſſunt penitus,nec ꝓbare. Sed quia id ipſum fides exigit Chriſtiana abſq; vlla dubitatione ingenitus creditur,qui tamẽ ſecundũ ſeriẽ ſcripturarum in filio a ſe genito viſus eſſe mõſtratur. Apoſtolus vero Paulus miſſionẽ filii dei in ſpiritu ſancto lõge ante cõſpiciens,Romane eccleſie ſcribens hec teſtatus eſt dicens. Quod enim impoſſibile erat legi,in quo infirmabatur per carnẽ deus filiũ ſuũ miſit in ſimilitudinẽ carnis peccati,& de peccato dãnauit peccatum in carne,vt iuſtitia legis impleretur. Cernis ne quoniã filius nõ ſecundũ deitatẽ a patre miſſus eſt,ſed ſecundũ carnẽ quã clementer & pie pro nobis aſſumere non dedignatus eſt. Nã quod ſemet ipſum exinanita maieſtatis ſue potẽtia,idẽ ſe filius miſerit apoſtolus conteſtatur dicẽs. Semetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis. Et eſaias.Nõ legatus, neq; angelus, ſed ipſe dñs veniet,& ſaluabit eos. Item ibi. Palã apparui nõ querẽtibus me,& in hieremia. Dereliqui domũ meã,dimiſi hereditatẽ meã,& veni, & fact⁹ſum illis in oppropriũ,& in Michea. Ecce dñs veniet & cõmouebuntur montes ſub eo,& in Zacharia. Gaude & exulta filia ſion,quia ecce ego venio,& cõmorabor in medio tui dicit domin⁹. Et apoſtolus ad Timotheũ,fidelis ſermo & omni acceptione dignus,quia Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere,& Malachias. Ecce ſubito veniet in tẽplo ſuo domin⁹quẽvos queritis, & angelus teſtamẽti quẽ vos vultis,& in euãgelio.Nõ veni vocare iuſtos ſed pc̃tores in penitẽtia, iterũ ibi.Quid nobis & quid tibi Ieſus fili dei,veniſti ante tẽpus ꝑdere nos? Itẽ ibi venit filius hois querere & ſaluũ facere qđ perierat. Itẽ ibi. Ego veni vt vitã habeãt,& vt habũdãtius habeãt. Itẽ ibi. Nemo aſcẽdit̃ celũ niſi qui deſcẽdit de celo fili⁹hois q̃ ẽi celo.Nũquid in hiſtãtis ac talibus teſtimoniis,quibus ſe filius dei a ſemetipſo veniſſe teſtat⁹eſt poteris dicere ab alio & nõ a ſemetipſo veniſſe. Dũ manifeſtũ eſt eum q carnẽ noſtrã dignãter aſſumpſit volũtarie & nõ ab alio miſſus aduenerit. Nã q in patre manens vbiq; potẽtia ſua cõſiſtit vbi a patre mitteretur omnino non habuit. Scimus enim quoniã nulla pars celoꝝ ac terre a cõſpectu patris excipitur,vbi ſc̃dm eos a patre fili⁹ mittere⁊tur. Interimvero det operã quãtũ fieri põt tua dilectio,vt oibus eccl̃ie filiis inoteſcat,qd cõtra impiũ ſenſũ ſecũdũ euãgelicã doctrinã & apoſtolicã p̃dicem⁹,qa licet plene que ſemper fuiſſet atq; eſſet catholicoꝝ ſnia ſcripſerim⁹,tamẽ nũc quoq; ad cõfirmãdas omniũ mẽtes nõ parũ exhortatiõis addimus.Memor enim ſum me ſub illi⁹nomine eccl̃ie p̃ſidere,cuius a dño Ieſu xp̃o eſt glorificata cõfeſſio,& cuius fides oẽs qdẽ hereſes deſtruit,ſed maxime impietatẽ p̃ſentis erroris expugnat,& intelligo aliter michi nõ licere,q̃ vt oẽs conatus meos ei cauſe i qua vniuerſalis eccleſie ſalus infeſtatur impẽdã.Ne autẽ aliqua negligentie occaſione ſcripta noſtra ad vos nõ potuerint peruenire,& exemplaria eorum nunc mittẽda credimus,vt nullomodo fidei quã defendimus,p̃dicatio veſtre doctrine noticie ſubtrahatur.Data.v.nonas Maii Iohãne & narſete.iiii.cc.conſulibus.

INCIPIVNT DECRETA IOHANNIS PAPE.

IOHANNES EPISCOPVS VNIVERSIS EPISCOPIS PER Germanie & Gallie prouintias conſtitutis in domino ſalutem. Optaueram ſiquidē chariſſimi pro noſtri charitate collegii omnes domini ſacerdotes i vna deuotione perſiſtere,nec quēquā prohibita gratia,aut fauore ſacerdotum ſectari,aut a via recta diſcedere,& quāquā credamus dilectionem veſtram ad omne opus bonum eſſe paratam,vt tamen efficacior fiat,congruū nobis viſum eſt litteris ſedis apoſtolice,vt anteceſſorum quoq; noſtrorum veſtigia imitemur, vos monere precepta diuina & apoſtolice ſedis inſtituta viriliter peragere,& prohibita non tangere ſed cauere,nec cuiquā liceatvnquā doctrinam patrū deſerere, & ſacerdotali honore gaudere.Perlatū eſt ad ſedē apoſtolicā emerſiſſe,& denuo reuiuiſcere ꝓhibitū,& fundit⁹ extirpandū,tam a ſancto damaſo q̄ a ſancto leone viris aplicis,atq; ab vniuerſis ſynodali auctoritate epis reph̄ēſibilē atq; oppido inolitum vſum eo quod quidā corepiſcopi,qui & a predictorum anteceſſorū ſanctorū apoſtolicorū patrib⁹& viris apoſtolicis,& ab ipſis ſiue a nobis ſunt prohibiti ſicut eorū hactenus teſtantur decreta vltra modū ſuū progredientes,donum ſancti ſpiritus per impoſitionem manuū tradant,& alia que ſolum pontificibus debentur contra fas peragant,preſertim cum ex.lxx.diſcipulis quorum ſpeciem in eccleſia gerūt legatur nullus donum ſpiritus ſancti per manus impoſitionem tradidiſſe.Quod autem ſolis apoſtolis eorūq; ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere ſpiritū ſanctum, liber actuū apoſtolorum docet.In concilio vero ceſarienſi ita de corepiſcopis habetur ſcriptum. Corepiſcopi quoq; ad exemplum & formā.lxx.videntur eſſe,vt cōminiſtri autem propter ſtudium quod erga pauperes exhibent honorentur. Si enim meliores ſanctioreſq; ſanctis apoſtolis eſſe putatis, facite que illi non fecerunt, & ſuper extollite vos illis. Si enim eiuſdem ordinis eſtis & equiparare vos vultis illis, nolite agere que illi non egerunt, ſed imitamini prout melius poteſtis exempla,& veſtigia eorum, illi autem precipiente domino illiſq; denuntiante, vt illi & ſucceſſores eorum tantūmodo per manus impoſitionem traderent ſpiritum ſanctum,& nullum vnq̄ ex.lxx.ſcientes eis illicitum fore,quorum typum(vt predictum eſt) corepiſcopi anteq̄ prohibiti eſſent in eccleſia gerebāt tradere per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum permiſerunt,dantes ſucceſſoribus eorum exemplum, ne vnq̄ talia preſumerent, vnde in actibus apoſtolorum ſcriptum eſt. Cum audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolymis quia recepit ſamaria verbum dei,miſerunt ad eos Petrum & Iohannem, Qui cum veniſſent orauerunt pro ipſis,vt acciperent ſpiritum ſanctum.Nec dum enim in quēq̄ illorum venerat,ſed baptizati tantū in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos,& accipiebāt ſpiritum ſanctū,Non ergo vt iam dictū eſt aliquē ex.lxx.licet pauci eſſent apoſtoli ad hoc op⁹ perficiendum direxerunt,ſed Petrum & Iohannē apoſtolos per manus impoſitionem tradere ſpiritum ſanctū miſerunt,quorum vicem epiſcopi in eccleſia gerunt, & non corepiſcopi, qui.lxx.diſcipulorū formā ante prohibitionem eorum gerebant. Quod illi non fecerunt vos facere nolite,ne diſſimiles eis,& indigni eorum ſucceſſione & miniſterio eſſe videamini,quia vt ait dominus in euāgelio,qui non eſt mecum aduerſum me eſt, & qui non colligit mecum,diſpergit.Sic autem Petrus princeps apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit linum & cletum, non tamen poteſtate pontificii, aut ligandi vel ſoluendi eis normā tradidit,ſed ſucceſſori ſuo ſancto clemēti qui ſedem apoſtolicam poſt eum & poteſtatem pōtificalē tradente ſibi beato Petro tenere promeruit, Linusvero & cletus miniſtrabant exteriora,princeps autē apoſtolorū Petrus verbo & orationi inſiſtebat,& que non incongrue ad traditionem ſpiritus ſancti per manus impoſitionem pertinēt,vnde & in actibus apoſtolorum ſcriptum habetur,Non eſt equū nos relinquere verbum dei & miniſtrare mēſis. Quapropter.lxx.electi ſunt diſcipuli qui exteriora peragerent,ipſi vero apoſtoli verbo & orationi inſiſterent, inde & euangelio ſecundū lucam ſcriptum eſt ita, Poſthec autem deſignauit dominus & alios. lxx. duos,& miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatē & locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis .Meſſis quidem multa,operarii autē pauci.Rogate ergo dominū meſſis,vt mittat operarios in meſſem ſuā. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.Nolite portare ſacculum,neq; peram, neq; calciamēta & neminem per viam ſalutaueritis,in quacūq; domū intraueritis. Primū dicite pax huic domui. Et

ſi ibi fuerit

si ibi fuerit filiꝰ pacis, requiescet super illū pax vestra. Sin autem ad vos reuertetur, in eadem autē do/mo manete edentes & bibentes que apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domū. Et in quācūqꝫ ciuitatem intraueritis & susceperint vos, manducate que apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis. Appropinquabit in vos regnum dei, In quacūqꝫ ciuitatem intraueritis, & non receperint vos exeuntes in plateis eius dicite. Etiā pul/uerē qui adhesit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos, tamē hec scitote, quia appropinquabit re/gnum dei. Dico vobis quia sodomis in illa die remissius erit quā illi ciuitati. Et in mattheo euange lista scriptū est. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudētes sicut serpentes, & simplices sicut columbe. Cauete autē ab hominibꝰ, tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ante reges, & presides ducemini ꝓpter me in testimoniū illis & gentibus. Cū autē ttadēt vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, Dabitur enim in illa hora quid loqua mini, nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortē, & pater filiū, & exurgent filii in parentes & morte eos afficient, & eritis odio omnibus ꝓpter nomē meum. Qui autē perseuerauerit vsqꝫ in finem hic saluus erit, Linum nāqꝫ & cletum nichil legitur vnq̄ ex pōtificali ministerio egisse potestatiue, sed quātū eis a beato Petro pre/cipiebatur, tantū solūmodo agebant. Nam & in canone legitur niceno. Episcopum nāqꝫ conuenit maxime quidē ab omnibus qui sunt in prouintia episcopis ordinari. Si autē hoc difficile fuerit, aut ꝓpter instantem necessitatē, aut ꝓpter itineris longitudinem, a tribꝰ tamen omnimodis in idipsum conuenientibus, & absentibus quoqꝫ pari modo decernentibus, & per scripta cōsentientibus tunc or dinatio celebretur, firmitas autē eorū que gerūtur per vnāquāqꝫ prouintiam metropolitano tribua tur episcopo. Omnia quoqꝫ maxima cōcilia affirmāt eum nō esse episcopū, qui minus q̄ a patribꝰ ep̄is auctoritate etiā metropolitani fuerit factꝰ ep̄s, ideoqꝫ illos quos corepiscopos vocatis, quia abvno vt audiuimꝰ fiunt ep̄o episcopos nō esse, nec aliquid de pōtificali priuilegio agere debere perspicuū est, quoniā si nomen nō habēt, quomodo officiū possunt habere? Si ergo ep̄i nō sunt, & p̄sbyteri quo rum vicē gerunt, quia ad exēplū & formā, lxx. olim fiebāt esse despicuūt, q̄d erūt? Profecto qd ratiōe caret, aut nichil, aut parū ꝓuectum est. Si quis de his amplꝰ, & quod fieri non debet voluerit scire, le/gat p̄dictorū apostolicoꝝ decreta, & ibi reperiet. De quibꝰ aliqua & hic inserere dignū duximus. Si dñi desideramus esse discipuli ipsi⁹ imitemur vestigia, vt de nobis dicatur. Ego sum pastor bonꝰ & agnosco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoscūt me mee, & reliqua. Et iterū monēte do/minice vocis imperio quo beatissimꝰ apostolus Petrꝰ trina repetitione mystice sanctionis imbuitur, vt Christi oues qui Christū amat, diligēter & cū magna cura pascat, quoniā ipsiꝰ sancte sedis cui per abundantiā diuine gratie p̄sumus, ipsius amore & reuerētia cohortamur, vt tāte superstitionis que nullīꝰ (vt sepe dictū est) fulcitur auctoritate periculū q̄tū possumꝰ declinemꝰ, ne beati magistri nostri Petri summi apostoli dilectio, qua se amatorē dei esse testatus est vana inueniatur i nobis, quoniā ois negligēter pascens totiens cōmendatū sibi dominicū gregē conuincitur summū non amare pastorē, nec eius velle se discipulū fieri cuius exēpla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de cōmissis ouibus lucrū offerat deo sollicitudo pastoris. Nā & beatū Iacob qui pro vxoribꝰ diu ser/uierat dixisse meminimus, viginti annis fui tecū, oues tue & capre steriles nō fuerūt, arietes gregis tui nō comedi, nec captū a bestia ostēdi tur, ego dānū omne reddebā, & quicquid furto perierat a me exigebas. Die noctuqꝫ estuvrebar & gelu, fugiebat somnꝰ ab oculis meis Si igitur laborat & vigilat q̄ pascit oues labā, q̄to labore quātisqꝫ vigiliis debet intēdere q pascit oues dei? Sed i his oibꝰ ip̄e nos in/struat q.p suis dedit ouibꝰ aīam, & adiuuet nos, vt de his q nobis cōmissi sūt fructū multiplicē, & mē surā sup effluētē ad eterna gaudia reportare cōcedat, tātusqꝫ nos bti petri apl̄oꝝ pricipis amor accēdat vt i ouili ipsiꝰ cui oēs creature sunt tradite oēs taliter errātes, & illicita atqꝫ phibita p̄sumētes sanctis ve strīs studiis sūmo redintegrare cū desiderio festinetis, qualiter aie p̄cioso xp̄i sanguie redēpte eoꝝ nō depeāt deceptiōe. Restat etiā qd̄ p hostiū hi nequā q̄ subintrarūt, qa nō hēbāt hostiū p qd̄ ingredere tur. qa vt dictū est, si nec ep̄i sūt & plusq̄ p̄sbyteri eē ambiūt, p qd̄ hostiū intrabūt, cū hi tātū ordines i eccl̄ia legātur, nec amplꝰ ad pastorale officiū aliqd̄ patet hostiū per qd̄ pastor intret. Audite fratres non me, sed ip̄am dicētē veritatē. Qui nō intrat per hostiū i ouile ouiū, sed ascēdit aliūde, ille fur est & latro, & reliqua. Cum etiā egregius predicator dicat, fundamētū aliud nemo potest ponere preter quod positū est. Cū predicta duo fundamēta in ecclesia tātūmodo inueniūtur posita, quicquid am plius positū in his inueniatur, stare nullatenꝰ poterit. Et ideo cū oibꝰ suis fundamētis et actiōibꝰ atqꝫ radicibus, vt euellatur necesse est. Ita vt amplius pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet

& non faciat vobis fratres totiens repetita locutio faſtidium,& quia ſumma neceſſitas eſt ſepius phiberi,quod toties illicite vſurpatur,& quoniam veritas ſepius exagitata magis ſplendeſcit in lucem, & quod totiens repetendo admonetur minus vſurpatur. Super his enim multa iam ab anteceſſoribus noſtris dicta ſunt,a quibus ipſi ſicut nunc a nobis,ita olim ab ipſis dãnati & prohibiti ſunt. Ideo ſepius repetentes omnes monemus,vt vitentur huiuſmodi & a talibus ſe abſtineãt,qui noluerintvna cum eis a ſacerdotali miniſterio vt rebelles fieri alieni. Quod ita demũ probare poterimus, ſi tales extirpare,& nõ eis fauere decertaueritis,& ita poſt modũ de tali re querela ceſſabit, quia contumelie ſtudio fit quicquid interdictũ totiẽsvſurpatur. Omnia hec decretalia & cũctorũ deceſſorũ noſtrorũ conſtituta que de eccleſiaſticis ordinibus & canonũ promulgata ſunt diſciplinis ita vobis,& omnib⁹ epiſcopis ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in illa cõmiſerit veniam ſibi deinceps nouerit denegari,quoniam occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Et merito nos qui ſumma eccleſie tenere debemus gubernacula cauſa reſpicit,ſi ſilentio faueamus errori. Data xiiii,Kalendas Auguſti Iuſtiniano.vi.& narſete.iiii.cc.conſulibus.

INCIPIVNT DECRETA BENEDICTI PAPE.

A REVERENTISSIMO FRATRI EPISCOPO DAVID, BENEdictus ſalutẽ in domino. Reſpõdere litteris veſtris plenius cogitaui, ſed cum hoc meditarer tantus me dolor tetigit,vt magis flere q̃ aliquid dicere delectatus ſim. Sed ne funditus remaneret pauca vobis reſcribere curaui,ad potiora vos tempora congrue inuitans. Quod autem littere tue teſtes ſunt quoſdam intra prouintiam beticam eſſe qui dicerent neminem veraciter poſſe probare trinitatem vnitatem fieri,cum neq; tres vnũ, neq; vnũ in tribus poſſe quẽq̃ proprie approbari,quas ob cauſas dilectiſſime fili cõſulta ibi apoſtolice ſedis miſimus,vt aut eos ad rectam fidem cõuerti facias,aut ab eccleſia anteq̃ peſtis hec latius diuulgetur repellas,His frater ſcripturarum teſtimoniis vnitatem trinitatis agnoſce,& deſine arrianorum prauitatem ſequi, vt ab eadem poſſis peccatorum indulgentiam promereri Eſaia propheta dicẽte. Vidi dominũ ſabaoth ſedentem ſuper tronum excelſum,& ſeraphim ſtabant in circuitu eius,ſex ale vni,& ſex ale alteri,duabus velabant faciem. Duabus autem velabant pedes,& duabus volabant, & clamabant ad alterutrũ dicentes. Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus ſabaoth. Si trinitas non eſt,quare tertio ſanct⁹ dixerunt? Et ſi vnitas non eſt,quare ſub trina repetitione vnum deum ac dominum intimarunt? Si trinitas non eſt,cur in geneſeos dicitur,dixit deus,fecit deus, & benedixit deus. Si vero vnitas non eſt quare tertio dixit,deus & non tertio deos plurali numero cõmendauit? Et ſi trinitas nõ eſt,quare in exodo dictum eſt tertio,domine,domine,domine miſerator & miſericors. Si vnitas non eſt quare dum tertio diceret domine poſtea miſerator ſingulariter dicit,& non miſeratores,vt plures oſtenderet intimauit? Si trinitas non eſt,cur Abraham ad Ilicem membre ſedens,tribuſq; occurrens vni domine dixit,& non vt viderat tribus ſalutationis obſequium reddit. Si vnitas nõ eſt,quare cũ Moyſi deus Habraham, & deus yſaac,& deus Iacob tertio diceret vnitatem oſtendens, hoc michi nomen eſt dixit. Non hec ſunt noſtra nomina deſinauit? Si trinitas non eſt,quare Dauid tertio dixit. Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus? Si vnitas nõ eſt,quare cum deus tertio nominaſſet. Benedicat & non benedicant adiunxit. Si trinitas non eſt,cur Eſaias denuo dixit, domine deus ſabaoth,deus iſrael qui ſedes ſuper cherubin. Si vnitas non eſt,quare qui ſedes dixit, & non qui ſedetis adiunxit? Si trinitas non eſt, quare in regnorũ libro dicitur domine deus omnipotens,deus iſrael ſermones tui fideles ſunt. Si vnitas non eſt,quare tui dicitur,& nonveſtri poti⁹ intimatur? Si trinitas non eſt,cur in pſalmo quinquageſimo octauo cantatur,domine virtutum deus iſrael intende ad viſitandas omnes gentes. Si vnitas nõ eſt,quare intende poſuit & non intẽdite vt predicatus eſt intimauit? Si trinitas nõ eſt,quare in apocalipſi tertio dixit. Sãctus,ſanctus,ſanct⁹ dñs deus oĩpotens qui ẽ & qui erat. Si vnitas nõ eſt,quare nõ qui ſunt pluraliter,ſed q̃ erat deſignauit? Si trinitas nõ eſt, quare i deuteronomio dictũ eſt dñs de⁹ tu⁹,de⁹ miſericors eſt,& audiet vocẽ tuã. Si vnitas nõ ẽ quare audiat

audíat poſuit,& nō audiāt íntímauit? Sí trínítas nō eſt,quare ín Ieſunaue dícítur líbro,dñs deus deo rū eſt? Sí vnítas nō eſt,quare eſt díxít & nō ſunt more locutionis índuxít? Sí trínítas nō eſt,quare Helías hortando,Domíne,domíne,domíne deus Iſrael oſtende quía tu es deus meus díxít? Sí vnítas non eſt,quare oſtende & non oſtendíte poſuit? Sí trínítas non eſt, cur Mardoche⁹ orando,Domíne deus omnípotens omnía ín poteſtate tua ſunt díxít? Sí vnítas non eſt,quare ín tua poſuít,& non ín veſtra ſignauít? Sí trinitas non eſt,cur etíam Iudích orando díxít,Domíne domíne deus omnium, vírtutum reſpíce ín oratíonem meam? Sí vnítas non eſt,quare reſpíce poſuít & non reſpícíte deſignauít? Sí trínítas non eſt,quare ín hieremía dícítur,dominus deusveſter deus verax eſt. Sí vnítas nō eſt, quare ín apocalípſí ſcríptum eſt,Dñs deus & ſpūs prophetarum míſít angelum ſuum oſtendere ſeruís ſuís que oportet fíerí cíto? Sí vnítas non eſt,quare cum patrem & fílíum & ſpírítum nomínaſſet míſít dominus díxít & non míſerunt,ſub pretextu trium perſonarum & nomen íntroduxít? Sí trínítas non eſt,quare ín deuteronomío dícítur,Domínus deus veſter híc eſt deus? Sí vnítas non eſt, quare híc eſt díxít,& non hí ſunt pluralí numero deſignauít? Sí trínítas non eſt,quare ín eodem dícítur líbro. Domínus deus tuus deus magnus & potens eſt? Sí vnítas non eſt, quare magnus & potens nō pluraliter nomínatur? Sí trínítas non eſt,cur Thobías fílíum ſuū cum ínRages cíuítatem cū Raphaele angelo mítteret,benedícens eos íta díxíſſe docetur, deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob ípſe ímpleat benedíctíonem ſuam in vobís? Sí vnítas non eſt,quare ípſe ímpleat díxít, & non ípſí ímpleant íntímauít? Poſtremo ſí trínítas non eſt,quare domínus díſcípulos ſuos ín nomíne patrís & fílíí & ſpírítus ſancti vníuerſas gentes poſuít baptízare? Sí vnítas non eſt,quare ín nomíne díxít & non ín nomínibus precipiendo perdocuít? Sí trínítas non eſt,quare apoſtolus Paul⁹ aít,ex ípo & per ípſum & in ípſo ſunt omnía? Sí vnítas non eſt,quare ex ípſo poſuít,& non ex ípſís aſtruxít? Sí enim certo certíus voluerís vnítatem trínítatís agnoſcere a ſepedícto doctore gentium apoſtolo poteris vníuerſa condíſcere,& ſequí catholícam fidē & Arrianorum prauítatem reſpuere, gratía domíní noſtrí Ieſu chriſti ínquít & charítas dei & cōmunícatío ſancti ſpírítus,Ipa eſt patrís & fílíí & ſpírítus ſancti. Quomodo ín trínítate vnum ſunt? quía natura atq; abínuícem ſeparari non poſſunt.

¶Ceterum frater chariſſime que tua cōtinebant ſcripta ex ſubiectís ſentētíis maxime omnía poteris colligere. Neceſſe eſt frater chariſſime adeſſe díuínum,vbí humanū ceſſat auxílíum. Et vt iuxta apoſtolum dícamus. Lícet verba replícemus que ípſe Thimotheo ſcríbít dícens. Eccleſía dei víuí columna & firmamentū eſt veritatís. Et manifeſte magnū eſt píetatís ſacramentū, qđ manifeſtatum eſt ín carne,iuſtíficatum eſt ín ſpū,apparuít angelís,p̄dícatū eſt ín gentíbus,creditum eſt in mundo,aſſumptū eſt in gloría. Spūs aūt manifeſte dícít,quía ín nouiſſímís temporibus díſcedent quídā a fíde attēdentes ſpírítíb⁹ erroris & doctrínís demonιorū ín hypocríſí loquentíū mendacium, & cauteríatam habentium ſuam cōſcíētíam,prohíbētíum nubere,abſtínere a cíbís quos deus creauít ad percípiēdū cū gratíarū actíone fidelibus ,& hís qui cognouerunt veritatē, quía oís creatura dei bona,& nichíl reíícíendū qđ cum gr̄arum actíone pcípítur,ſanctíficatur enim p verbum dei & oratíonem,hec ꝓponens fratríbus bonus erís míníſter chriſtí Ieſu enutrít⁹ verbo fídei & bone doctríne quam aſſecutus es. Ineptas autem & ínanes fabulas deuíta,& exerce teípſum ad píetatem. Nam corporalís exercitatío ad modícum vtílís eſt. Píetas autem ad omnía vtílís eſt,promíſſionem habens vite que nunc eſt & future,fidelís ſermo & oi acceptíone dígnus,In hoc enim laboramus & maledícímur. quía ſperamus ín deum víuum,qui eſt ſaluator omnium hominum maximeq; fídelíum . Precípe hec & docce,nemo adoleſcentíam tuam contēnat,ſed exemplum eſto fídelíum,ín verbo,ín cōuerſatíone,ín charítate,ín fíde,ín caſtítate,Dum venío attende lectíoní,exhortatíoní,doctríne,noli ngligere gratiā que data eſt tíbí per prophetícam cum ímpoſítíone manuum preſbyterii,Hec meditare,ín hís eſto vt ꝓfectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attēde tibi & doctríne,inſta in íllís, hoc enim faciēs & teipſum ſaluum facíes,& eos qui te audíunt,fame enim nímís affligitur qua clade atq; alíís anxietatibus vexatus lōgam epiſtolam mínime ſcríbere valuí. Tempore congruo denuo ſi neceſſe fuerít mítte,& ea que deſyderaueris ſume. Deus te íncolumem cuſtodíat frater chariſſíme. Amen. Data.iiii. Nonas Aprílis,Iuſtíníano & Líbío.iiii.conſulíbus.

¶FINIS.

INCIPIVNT DECRETA SECVNDI PELAGII PAPE.

A DILECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS EPISCOPIS QVI illícita vocatione Iohannís cõſtantínopolítaní, epíſcopí ad ſynodum conſtãtínopolím conuenerunt Pelagíus. Manifeſto ſicut optauímus per gratiã dei lumine euãgelice veritatís ab vniuerſalí eccleſia pernitioſiſſimí erroris nocte depulſa ineffabiliter gaudemus in domíno, ſed nõ modico contriſtamur merore, quía ea que olím calcata fuerant & funditus dãnata, nec vnq̃ fieri debuerant, rediuiuis radicibus germinãt atq; pullulant. Et quoniã multa que penitudinem poſſunt generare ꝓueniunt, neceſſe eſt accuſare que contra ordinẽ & omnem auctoritatẽ facta eſſe noſcuntur, Vnde fratres relícta penítus audacía que cõtra apoſtolícam ſedẽ cõtra ípſam dñí ſaluatoris vocẽ, qua dictũ eſt. Tu es Petrus & ſup hanc petrã edificabo eccl'iam meã, ſumpta eſt diſputãdí cõtra dñí p̃cepta vana errantíum corda conquieſcant, nec líceat defendí, quod non líceat agere, Relatũ eſt ergo ad apl'icam ſedem Iohannem conſtantínopolítanũ ep̃m vniuerſalem ſe ſubſcribere, voſq; ex hac ſua p̃ſumptione ad ſynodũ cõuuocare gñalem, cũ gñalíũ ſynodorũ cõuocãdí auctorítas apl'ice ſedí beatí Petrí ſingulari priuilegio ſit tradíta, & nulla vnq̃ ſynod⁹ rata legatur que aplica auctoritate nõ fuerit fulta. Quapropter q̃cquid in p̃dícto veſtro conuentículo, quía ſynod⁹ taliter p̃ſumpta eſſe nõ potuit, ſtatuiſtis ex auctoritate ſancti Petrí apl'orum príncípis, & dñí ſaluatoris voce, qua beato Petro poteſtatem língandí atq; abſoluẽdí ípſe ſaluator dedit, que etiã poteſtas in ſucceſſoríbus eius índubítanter trãſiuit, p̃cipio oía que ibi ſtatuiſtis & vana & caſſata eſſe, ita vt deínceps nũq̃ appareant nec ventilẽtur. Aít enim ípſe ſaluator beato Petro ſicut ípſa per ſe veritas loquitur dicẽs. Quecũq; ligaueris ſup terrã, erunt lígata & in celo, & quecũq; ſoluerís ſup terram erũt ſoluta & in celo. Multís denuo apoſtolícis & canonicís atq; eccleſiaſticís inſtruímur regulis nõ debere abſq; ſnia Romaní pontificíbus cõcília celebrarí, quapropter, vt iã dictũ eſt recte nõ conciliũ ſed veſtrũ conuentículum vel cõcíliaburũ caſſatur, & quicqd in eo actũ eſt írrítum habetur & vacuũ. Vos quoq; deínceps vídete vt nullí⁹ hortatu talía p̃ſumatís ſi apoſtolice ſedís cõíone carere non vultís, Modo vero ídeo ſuſpẽditur vltio, vt locũ poſſit habere correctio. Predeceſſores vero Iohãnís, & ípſe Iohãnes nõ ſemel, ſed ſepiſſime epl'as atq; líbellos ꝓpría manu ſubſcriptos ſanctís anteceſſorib⁹ nr̃ís míſerũt quibus coram dño ꝓteſtatí ſunt níchil vnq̃ ꝓterue contra apoſtolícam ſedẽ agere, nec de íllíus aut alíorũ priuílegiís quicq̃ vſurpare, qui hactenus in archiuo ſancte Romane eccl'ie ſub ſigíllís chirographis eorũ roboratí habẽtur íntegrí, In ípſis enim epl'ís vel líbellís anathematis vínculo ſe & ſucceſſores eorũ cõſtrínxerũt, ſi vnq̃ aliqd cõtra eos p̃ſumpſiſſent, aut cõtra apoſtolicã vel vllí⁹ alterí⁹ ep̃í ſedem quicq̃ aduerſi quoquomõ eſſent moliti. Iccírco eos nõ eſt neceſſe excõícare aut anathematízare, quía ípſi anathematis vínculo ꝓpríis manibus ꝓfeſſiones ſuas ſuaq; ſcrípta roborãda conſtrínxerũt, Sciat ſe tñ & ípſe Iohannes níſi errorẽ ſuum cíto correxerít a nobis excõícandũ fore, & apl'ice ſedís atq; oĩm ſanctorum ep̃orum cõíone carere, vníuerſítatis quoq; nomen qd̃ ſibí íllícite vſurpauit, nolíte attẽdere, nec vocatíone eius ad ſynodũ abſq; auctorítate ſedis apoſtolíce vnq̃ veníre, ſi apl'ice ſedís & ceterorũ ep̃orũ cõíone vultís fruí, Null⁹ enĩ patríarcharũ hoc tã ꝓpha no vocabulovnq̃ vtatur, qa ſi vn⁹ patríarcha vníuerſalís dícítur patríarcharũ nomẽ ceteris derogatur. Sed abſit hoc a fídelís cuiuſq̃ mẽte hoc ſibí vel velle quẽpíam arrípere vñ honorẽ fratrũ ſuorũ ímmínuere ex quãtulacũq; ꝑte vídeatur. ¶ Quapropter charítas vr̃a neminẽ vnq̃ ſuís epl'ís vníuerſalẽ nomínet, ne ſibí debítũ ſubtrahat cũ alteri honorẽ offert indebítũ. Aduerſarí⁹ nãq; díabolus quí contra humíles ſeuíẽs ſícut leo rugíens círcuit querens quẽ deuoret, nõ íã vt cernímus caulas circuit, ſed íta valíde in quíbuſdã eccleſie neceſſaríís mẽbrís dentẽ fígit, vt nulli ſit dubiũ, quía níſi vnanímiter fauente dño cũctorũ, puída paſtorũ turba cõcurrat, oẽ (qd̃ abſit) cítí⁹ ouile dílaníet. Perpẽdítis fratres chariſſímí quíde vícínío ſubſequitur cũ & in ſacerdotíbus erũpũt tã ꝓuerſa prímordía, quía enim iuxta eſt ílle de quo ſcríptũ eſt, Ipſe eſt rex ſuper vníuerſos filíos ſuperbie quod nõ ſine grauí dolore dícere cõpellor, dum frater & coepíſcopus noſter Iohannes mandata domínica & apoſtolica p̃cepta, regulaſq; patrum deſpíciens, cum per elationem percurrere conatur in nomine. Veſtre autem beatítudíní índícet omnípotens deus quam grauí conſyderatíonís huíus gemitu torqueor, qd̃ ille quondam míchí notiſſím⁹, ílle oĩbus dílectus oĩoníb⁹ atq; ieiuníís vídebat occupatus, & ex eo quo fetebat cínere ex ea

quam

quam pretendebat humilitate iactantiam ſumpſit,ita vniuerſa ſibi tentet aſcribere, & omnia que ſoli vni capiti coherent videlicet chriſto, per electionem pompatici ſermonis eiuſdem chriſti ſibi ſtudeāt membra ſubiugare.Nec mirum quod ille tentator qui initium omnis peccati ſcit eſſe ſuperbiam,& tunc ea in primo homine ante omnia vſus eſt,& nunc eam in quibuſdam hominibus ponit in fine virtutum. Et qui aliquatenus bonis vite ſtudiis videbatur crudeliſſimas manus eius effugere,eis in ipſis mētis boni operis,& in ipſa quodammodo apponat perfectionis concluſione tendiculum,Vn⸗ de magnopere orandum eſt & omnipotens deus aſſiduis precibus implorandus, vt hunc a mente illius auertat errorem,hoc ab vnitate atq; humilitate eccleſie malum ſuperbie & cōfuſionis amoueat & fauente deo omnibus viribus concurrendum atq; prouidendum,ne in vnius veneno ſermonis vi uentia in chriſti corpore membra moriantur. Si enim dici hoc licenter permittitur,honor patriarcha rum omnium negatur,& fortaſſe is in errore perit qui vniuerſalis dicitur,& nullus iam epiſcopus re manſiſſe in ſtatu veritatis inuenitur. Oportet ergo vt conſtanter ac ſine preiudicio ſeruetis ſicut acce piſtis eccleſias, & nichil ſibi in vobis hec tentatio diabolice vſurpationis aſcribat. State fortes, ſtate ſecuri,ſcriptaq; vniuerſalis nominis falſa nec dare vnquam,nec accipere preſumatis. Omnes epiſco⸗ pos cure veſtre ſubiectos ab huius adulationis inquinatione prohibete, vt vniuerſa vos eccleſia pa⸗ triarchas non ſolum in bonis operibus,ſed etiam in veritatis auctoritate cognoſcat. Si qua autē for⸗ ſitan aduerſa ſubſequantur,vnanimiter perſiſtentes etiam moriendo debemus oſtendere, quia in dā no generalitatis nomen ſpecialiter aliquod non amamus,dicamus cum Paulo, Michi viuere chriſtꝰ eſt,& mori lucrum gloriari,Audiamus quod primus omnium apoſtolorum dicit.Si quid patimi⸗ ni propter iuſtitiam,beati eritis. Michi enim credite,quia honorem quem pro predicanda ſuſce⸗ pimus veritate,ſi neceſſitatis cauſa exigat ſecurius pro eadem veritate relinquimus quam tenemus. Orate fratres vt honor eccleſiaſticus noſtris diebus nō euacuetur,nec vnquam Romana ſedes que in ſtituente dño caput eſt oīm eccleſiarū priuilegiis ſuis vſquā careat aut expolietur,Cōfidimꝰ aūt de vo bis chariſſimi meliora atq; viciniora ſalutis,quia neq; mors,neq; vita,neq; angeli,neq; principatꝰ,ne⸗ q; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo,neq; altitudo,neq; profundum,neq; creatura alia (magiſtro gentiū docēte) poterit nos ſeparare a charitate dñi noſtri Ieſu chriſti,& qui in ipſo eſt recta fide. No lite itaq; amittere confidentiā veſtrā que magnā habet remunerationē. Patientia enim nobis neceſſa ria eſt ad colluctationes aduerſariorū quatinꝰ fidem itemeratam vſq; in fineꝫ conſeruātes repromiſſio nem ꝓcipiamus,quā repromiſit his qui legitime certare deproperāt. Adhuc enim modicum quātu lum qui vēturus eſt veniet,& nō tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam aſſiſtit coronas hylariter ꝓ⸗ mittens his quiꝓ eo paſſionibus ſubmittuntur,qđ ſi quis ſe ſubtraxerit nō placebit anime mee,ſed ca det de promiſſione propter negationem.Nos autē non ſumus ſubtractionis filii in perditionem,ſed fidei in acquiſitionē anime. Propter quod aſſumite arma dei,vt poſſitis reſiſtere in die malo aduer⸗ ſus omnes inimicos ſancte dei eccleſie & veſtros,& induite loricā iuſtitie, calciati pedes in preparatio ne euangelii pacis,in omnibus aſſumentes ſcutum fidei,in quo poſſitis oīa iacula nequiſſimi ignea extinguere,& galeam ſalutis accipite,& gladium ſpiritus ſancti,quod eſt verbum dei per omnē ora⸗ tionem & obſecrationem radicati & fundati in ſolatio fratrū pro chriſto Ieſu domino noſtro.

¶Sed & nimis fratres cōmendamus vos omnes in domino & verbo gratie eius qui poteſt perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus ſanctis, Ipſe autē deus pacis & conſolationis det vobis id⸗ ipſum ſapere in alteruttū,vt vobis inuicem ſuccurratis & nō ſitis diuiſi,vt vnanimes,vno ore, & vno corde honorificemus eum in concordiam & conſolationē fratrū,qui potens eſt confirmare vos ſecun⸗ dum euangelium eius,& iuxta reuelationem myſterii eternis tēporibus ſcilicet perpetuis quibus vo bis futurorum gaudiorū largienda ſunt munera. Summopere etiam cōſyderare debetis quod hiq fratribus inuident,eoſq; dānare aut perdere cupiūt per ſe & ſua dogmata deſtruuntur. Dicit enim dominus. Omne regnum in ſe diuiſum non ſtabit,& omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa non ſtabit. Ideoq; neceſſe eſt vt concorditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus,& nichil per contentionem agē⸗ tes,ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes diuinis & apoſtolicis conſtitutionibus pareatis,& in nullo patiamini prouidentiſſima canonū decreta violari,quatinꝰ & nicenorū canonum conſtituta que a nobis vel a p̄deceſſoribus noſtris ſunt ꝓuide & ſalubriter decreta,intemerata permaneant in fu turo. Et in apocalipſi dominus per Iohannem loquitur dicens.Nolite timere,ego ſum primꝰ & no⸗ uiſſimus & viuus,& fui mortuꝰ,& ecce ſum viuēs in ſecula ſeculorum,& habeo claues mortis & inferni. Et paulopoſt,vincenti dabo edere de ligno vite quod eſt in paradiſo dei mei. Item idem. Eſto fi⸗

delis vſq; ad mortem. Et dabo tibi coronam vite. Et iterum. Qui vicerit & cuſtodierit vſq; in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget illos in virga ferrea, & tanquam vas figuli cõfringentur. Item idem. Ecce ſto ad hoſtium & pulſo. Si quis audierit vocem meam & apperuerit ianuam introibo ad illum, & cenabo cum illo & ipſe mecum. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo ſicut & ego vici, & ſedeo cum patre meo in throno eius, Vos fratres ſi nõ vultis cum eo damnari, quia non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus rei ſunt. Hortamini eum & monete recedere a prefatis illicitis, & memor ſit vnde exciderit, & agat penitentiam, & prima opera faciat. Si minus non mea loquar verba, ſed ipſa domini ſaluatoris que per predictum Iohannem in iamdicto libro locutus eſt replicans aio, veniam & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi penitentiã egeris. Ipſe enim magis tenet doctrinã Balaam, qui docebat Balach mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, ſicut iſte docet vos ſcandalizare ſanctam matrẽ eccleſiam, & vniuerſum cetum ſacerdotũ, vnde & in ſupradicto libro cõtinetur ita, Semp enim potius vos verbis domini ſaluatoris ferire & inſtrui cupio quam meis, licet & ipſa apoſtolica auctoritate ſint ponderib⁹ plena, noui opera tua nouiſſima peiora priorib⁹, ſed habeo aduerſus te quia permittis mulierem Iezabel que ſe dicit prophetam docere & ſeducere ſeruos meos, fornicari & manducare de idolotitis, & dedi illi tempus vt penitentiam ageret, & non vult penitere a fornicatione ſua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mechantur cũ ea in tribulationẽ maximam niſi penitentiam egerint ab operibus ſuis, & filios eius interficiam in mortem. Et ſcient omnes eccleſie quia ego ſum ſcrutans corda & renes, & dabo vnicuiq; veſtrum ſecundũ opera veſtra. Hec fratres valde cauenda ſunt & precepta domini atq; ſancte ſedis apoſtolice que vice domini ſaluatoris legatione fungitur, fideliter amplectenda & peragenda. De cetero fratres ſuper puincie cauſa vnde ſedem apoſtolicam dudum conſulere voluiſtis videtur nobis ſufficienter tractatũ a ſanctis predeceſſoribus noſtris. Sed quia denuo noſtram mediocritatem de eadẽ re interrogare dignum duxiſtis ſcitote certam prouinciam eſſe que habet decem vel vndecim ciuitates & vnum regẽ & totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum epiſcopum alioſq; ſuffragatores decem vel vndecim epiſcopos iudices, ad quorum iudicium omnes cauſe epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac ciuitatum cauſe referuntur, vt ab his omnibus iuſte conſona voce diſcernant. niſi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his qui iudicandi ſunt appellatum, vnde nõ oportet vt degradetur, vel dehonoretur vnaqueq; prouincia, ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes & epiſcopos ſingulos, videlicet iuxta ordines ſuos, & quicũq; cauſam habuerit a ſuis iudicibus iudicetur & nõ ab alienis id eſt a ſue iuſtis iudicibus puincie & nõ ab externis, niſi vt iam prelibatum eſt a iudicatis fuerit appellatum. Si vero in qualibet puincia orte fuerint queſtiones & inter ipſius puincie epiſcopos diſcrepare ceperit ratio, atq; inter ipſos diſſidentes nõ conueniat, ad maiorẽ tunc ſedẽ referantur. Et ſi illic facile & iuſte nõ diſcernũtur, vbi fuerit ſynod⁹ regulariter cõgregata canonice & iuſte iudicẽtur, Maiores vero & difficiles queſtiones vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit ad ſedem apoſtolicam ſemp referantur. Ceterorum ſanctorum patrum ſtatuta ſequẽtes ſynodali auctoritate oẽs qui aduerſus pres armantur, vt patrum inuaſores & mactatores infames eſſe cẽſemus, quoniam ea vulnera que fomẽtis nõ ſanantur ferro abſcidi vel curari neceſſe eſt vnde fratres ceſſent iniuſte emulationes, ceſſent inſidie, ceſſent falſe criminationes, ne infirmus quiſquã propter quem chriſtus mortuus eſt talibus laceretur inſidiis, ne ouis p̃cio chriſti redẽpta lupinis a fratre ſautietur morſibus. Merito ergo cauſa nos reſpicit ſi talibus fauere ceperimus. Corripiantur ſemp talia nec illis qui hec exercere conantur aut patribus vel fratribus inſidiantur libere loqui concedatur, aut pro voluntate ſermo proferri p̃mittatur, Liquet omnino quod cõniueant illis qui talia eos loqui permittunt, quoniam occurreret veritas ſi falſitas & calumnia diſpliceret vel odium, deſinat igitur falſitas inceſſere veritatem deſinat ſuſpitio que iuſte repellitur inſidiari, deſinat odium & inimicitia perſequi patres vel fratres, deſinat conſpiratio que ab omnibus eſt repudiãda infeſtare magiſtros, horũ igitur vitiorum auctores vel patratores nõ ſunt in accuſatione pontificũ recipiẽdi ſed penit⁹ repellẽdi, & quoniam iubẽt canonica decreta patrũ vt accuſatio vel teſtimonium eorum qui odio quoſlibet inſequũtur, vel qui inimici aut ſuſpecti habentur nullomodo recipiantur. Quorum ſtatuta & nos firmantes eadem omnibus inuiolabiliter futuris temporibus tenere cẽſemus, Quicquid autem ſuper hac cauſa patres noſtri decernendum duxere dignum vt concedet neceſſe eſt cum labefactari vel infirmari ceperit apoſtolica denuo auctoritate firmari ac renouari fratribuſq; dari. Data kal. Martii indictione. xv.

¶FINIS.

¶Item

CITEM EPISTOLA SECVNDI PELAGII PAPE BENIGNO ARCHIEPISCOPO DE MVTATIONE EPISCOPORVM.

CILECTISSIMO FRATRI BENIGNO ARCHIEPISCOPO PE A
lagius ep̃s. Lectis fraternitatis tue litteris vigorẽ fidei tue ,quem dudũ noueram⁹ agnouim⁹,congratulantes dilectioni tue qđ ad custodiẽdum gregem christi pastoralẽ curam vigilanter impendis,& ꝑ tibi subditis sollicitus existis. Ad nostram enim letitiã & benefacta ꝓueniunt,& si aliqua secus quã oportet ꝓuenerint nõ modico nos merore conturbant. Magnã enim gratulationem diuina cõcedit gratia. qñ tribuit inter nos salutaris discipline normã litteris cõferre, & ꝓuenire ad pacificorum studia facit ꝑoptata. Exigit ergo dilectio tua cõsulta sedis aplice si licitũ foret ep̃m transire aut mutari de ciuitate ad ciuitatẽ,dũ quidã canones vt tibi videtur hoc fieri ꝓhibeant. Significasti etiã frs tuis quendã fratrũ noie & actu dei seruũ cã vtilitatis te velle mutare in locũ & ciuitatẽ defuncti licet quidã dicãt hoc fieri nõ licere nisi cõsensum aplice sedis habuisses,quapropter scias frater dilectissime, aliud esse cãm necessitatis & vtilitatis.& aliud cãm ꝑsumptionis & ꝓprie volũtatis. Nõ ergo mutat sedẽ qui nõ mutat mẽtẽ.i.q non cã auaritie aut dñationis,aut ꝓprie volũtatis vel sue electionis migrat de ciuitate ad ciuitatẽ,sed causa necessitatis aut vtilitatis mutatur,Nã plurimorũ vtilitas vnius vtilitati,aut voluntati preferẽda est. Aliud est enim mutare aliud mutari,sicut aliud est ministrare & aliud ministrari, vñ dns in euangelio loquitur dicẽs.Nõ veni ministrari sed ministrare. Q đ enim in canonibus legitur non debere ep̃m de ciuitate ad ciuitatem transire vel transferri,non de his dicitur qui aut vi expulsi aut necessitate coacti,aut auctoritate maiorum hoc agunt,sed de his q̃ auaritie ardore inflãmati spõte sua ꝓsiliunt,& potius ambitioni q̃ vtilitati ecclesie seruire, & vt dñationem agant insistere cupiunt, vnde & in subiectis canonib⁹ cõtinetur. Si aliquis extiterit temerarius q forsitan excusationem afferat qđ populi litteras acceperit,& ideo migrauerit dũ manifestum sit ꝑmio & mercede paucos q sincera fidẽ non habẽt potuisse corrũpi,vt clamarẽt in eccl̃ia & ipsum petere viderentur oĩno has fraudes remouẽdas esse censem⁹,his verbis & aliis multis exẽplis liquet nõ de his dicere, vt paulo superi⁹ ꝑlibatũ est qui pulsi aut nõ recepti a ciuib⁹,vel a quibuscũq;,aut necessitate cogẽte,vel auctoritate maiorũ transeũt de ciuitate ad ciuitatẽ,sed de his qui spõte ꝓsiliunt,aut temeritatis aut ambitionis causa hoc faciũt. Nam & aliud est coacte aut necessitate venire,vñ nõ isti mutãt ciuitates,sed mutãtur,quia nõ sponte sed coacte hoc agũt,Q uis enim vnq̃ audet dicere sanctũ Petrũ apostolorũ principẽ non bene egisse,qñ mutauit sedẽ de antiochia in Romã? Aut qs eum negat ob id sanctũ nõ esse,aut dignitatẽ aut meritũ vnq̃ apl̃atus tã in celis q̃ in terris ꝑdidisse? Aut q̃s negat sanctos nõ esse multos alios ep̃os qui de ciuitatib⁹ ad ciuitates trãslati sunt,aut meritũ põtificat⁹ ꝑdidisse? Q uorũ noia si ceperi enumerare ante dies ptransiet quã hec oia cõscribere possem,& ꝓlixior erit epl̃a q̃ necesse sit. Aut qs vnq̃ põt approbare sctm̃ nõ esse Alexã. q̃ Hierosolymã de altera ciuitate trãslat⁹ est,aut sanctũ Grego.nazanzenũ q in nazãzeno cõstitut⁹ est,aut sanctũ Proclũ q̃ de Cizico trãslatus & cõstantinopo. intronizat⁹ est,Nõ ergo bñ intelligunt eccl̃iastícas regulas q hoc negant cã vtilitatis aut necessitatis fieri posse,quotiẽs cõis vtilitas aut necessitas ꝑsuaserit. Nullũ enim ex his,aut ex aliis q̃ meliori consilio mutauerũt ciuitates necessitate quadã vel vtilitate eccl̃iastica aut laica cõione carere reperimus,nec vllatenus vnq̃ fieri debet. Sẽtentia vero que in antiocheno cõcilio habetur,vt ep̃s ab alia parochia neq̃q̃ migret ad aliã,tota atq; oẽs sentẽtie de ea re vim supius cõprehensam retinent & nichil ꝑtaxato mõ trãslationib⁹ ep̃orum actis aut agẽdis nocent,sed magis robur eis ac donũ saluatoris que oẽs canonicos supexaltat libros auctoritatẽ ꝑstant. Tales aũt questiones magis ex inuidia quã ex charitate aut vtilitate nasci videntur,cũ ipsa ꝓ se veritas dicat. Si vos ꝑsecuti fuerint in vnã ciuitatẽ,fugite in aliã & relíqua,Huic ergo snie nullus catholicorũ vsq̃ contradicere põt que nõ alteri⁹ sed ipsius ꝓprio dñi ore ꝓlata,& firmata eẽ dinoscitur. Cui si aliqs contradixerit non solũ extorris, sed etiã anathematizatus ab ecclesia pellatur. Et dns in euãgelio alias dicit. Beati qui ꝑsecutionẽ patiũtur ꝓpter iustitiã. Si eos dns beatos dicit qui ꝑsecutionẽ patiũtur ꝓpter iustitiã,quis eos dãnare ꝑt? Et si ipse de ciuitate ad ciuitatem ꝓpter persecutionẽ fugere ꝑcepit,quis eos detrahere aut dãnare propterea audet vel potest qđ verbis dñicis obtemperãt? Profecto is q contradicit aut resistit seip̃m dãnat,quia ori domini cõtumax & inobediẽs existit,vnde & ipsa ꝓ se veritas dicit. Q uis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatem dico,quare vos nõ creditis michi? Q ui ex deo est verba dei audit. Propterea vos nõ auditis,quia ex deo nõ estis. Omnino oportet deo obedire plusquã hominib⁹,& iccirco quod deo obe

dimus de ciuitate ad ciuitatem ipso precipiente persecutionis causa id est necessitatis aut vtilitatis trā simus damnandi sumus? Non omnino, sed potius venerandi atq; portādi, quoniam nec ipsis episcopis hoc imputari potest. Qui his resistit, profecto dei ordinationi resistit, & est infideli deterior, quia melius est non cognoscere viam veritatis, q̄ post agnitionem retrorsum abire. Nam & ipse dominꝰ de loco ad locum recessit, id est transiuit, iudeis illum querentibus fugiens ille querentes & psequentes se, & de ciuitate ad ciuitatem trāsire dicēs. Si vos psecuti fuerint in ciuitatem istā, fugite in aliam, & cetera talia & his similia, Nam si fugere malum est, psequi multo deterius, hic quidem ne moriatur absconditur, hic tātum persequitur vt occidat, & vt fugiatur precipitur, & quia qui querit occidere p̄uaricatur legem, & magis fugiendi prebet occasionem. Si fugam improperant persequētes, erubescant potius semetipsos & quiescant insidiari, & quiescent cōtinuo fugientes. Nemo enim mitem fugit aliquando, sed magis ferocem simul & callidum. Omnis enim qui gemebat & vexabatur a Saul fugiebat & veniebat ad Dauid. Si ergo piissimus atq; iustissimus Dauid sciret peccatum esse psecutionē fugiētes & transeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatē, tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in aliis ciuitatibus eos collocaret. Qui enim persequūtur domini episcopos, eosq; de ciuitatibus ad ciuitates transire compellūt, non eos tātum persequuntur, quantum dominū nostrum Iesum christum cuius legatione fungūtur, nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniam non sponte sed coacte hoc agūt, sed illi a quibus persequūtur, nec ipsis episcopis hoc imputari potest, sed illis qui eos hoc agere cogunt. Sanctus enim prothomartyr Stephanꝰ lapidabatur sed Iesus suscipiebat plagas, ideoq; vnicuiq; p̄uidendum est ne aliquem iniuste persequatur, iudicet vel puniat, ne Iesum psequatur iudicet & puniat. Qui autem negant misericordiam faciendā fugientibus, ac necessitatem patiētibus ipsum christū negant, qui est misericordia & veritas, & omnibus necessitatem patientibus subuenire iubet, Pauca sunt frater que asseruí, sed quāta ex his pendeāt tua prouidentia poteris estimare. Quare hāc annittuntur maliuoli interrumpere misericordiam? Cur ludere vanis intētionibus felicitatem? Excusationem iam non habet furor iste credentibus, nec interest quibus itineribus ad mundi principem currat qui a beniuolentia fratrum descisit, aut necessitatem patientibus misericordiam negat, Negat misericordiam patiētibus qui populis indigentibus diuinis mysteriis, & non habentibus ꝓprium episcopū qui eos instrūat causa vtilitatis atq; necessitatis aut ex alia ciuitate, licet minor, sit in eam que non habet episcopum, doctiorem vel vtiliorem meliori consilio non spōte transeūtem sed maiorum exhortatione mutare, aut episcopū eiectum & persecutionem patiētem causa vtilitatis aut necessitatis intronizare nō permittit. Apud veteres enim sine vlla differētia de vna ciuitate ad alteram migrabat episcopus, dum vtilitas aut necessitas euocaret. Quapropter ipsam etiam regulam huic epistole placuit inseri, vt monstretur eos mētitos esse qui episcopum non posse intronizare dixerunt, vnde & in canonibus legitur ita. Si quis episcopus ordinatus ad parochiam in qua ordinatꝰ est minime ꝓficiscitur nō sua culpa, sed aut populo respuente, aut propter aliam quamlibet causam non necessitate factam hunc honore ministerioq; participare tantū, nec enim misceri rebus ecclesie in qua collectas celebrat ecclesie, sed sustinere quod ꝓuincie synodꝰ suo iudicio terminauerit, Huic regule cō tradicere nullus potest, que etiam causa vtilitatis aut necessitatis intrōnizare episcopum iubet, & mutare ac transire eum de ciuitate ad aliā ciuitatem non proprium habentem episcopum sinit, Pingues hostias litat diabolo qui his resistere nititur, aut misericordiam & vtilitatem ecclesie iam dictis negat id est & episcopis & populis, In vanum ergo contra simplices qui hec olim dicētes agere prohibuerunt tēdicula deinceps parabunt, cū his & aliis armati adminiculis nouerint qd sup his sit agendū & quid vitādum, Nimis enim armatus est qui illa que aduersarius misericordie vtilitatis atq; cōcordie ministrat, tela cōtemnit, Sufficit ergo contra oia iacula iurgiorum fidei nuda oppositio. Scito te non ignorare frater memoratas canonum sentētias apud euangelicas sanctiones nouas nō esse, sed nostro assensui mancipari. Cur his cōtradicentes emigrationes episcoporū vtilitatis & necessitatis causa fieri ꝓhibētes, vt sepe dictum est & nō auaritie aut temeritatis in pernitiem sacerdotum ac populorū leduntsacerdotale cōcilium? Cur lacerant sentētiam in qua inspirāte christo oracula superna patuerūt & inter deū & hoies interpres extitit lingua pontificum? Illa enim celi curia variarum dotibus aucta curulium, & multo redemptoris nostri auro ostroq; decorata nichil in illa discissione auctore se protulit, sed per humane lingue ministerium diuino militauit imperio. Intellexit non esse suum quicquid impulsa constituit, nichil quoq; habet in illa sententia, nisi vnde de sola deuotione gratuletur. Nam dum prophanis memoratorum verbis ceditur, & sue vesanie insciciam produnt & liuorem.

Quis hic

Quis hic locus erroris,vbi congruentia pari ductu exempli, & hystorie verba concurrunt? Nec diuersum est ab intellectu catholico,& lectionibus quod profertur.Nam non bene nodus in scirpo quaritur,dum inuoluit nebula predicate lucis auctores,feda namq; a nitore domini sui obligatiõe dissoluitur,qui statutis celestibus minus mera fide dependit officia. Talium ergo dictiones vel prohibitiones indigne etiam fiunt memoratu. Profunda est ergo nimis imperitia eorum,& sepulchrum patẽs guttur eorum,quia linguis suis dolose agebant. Non est enim in ore eorum rectum,interiora eorum insidie,densis cor eorum vepribus suffocatur,& interna vitia aliis certant ascribere,Nobilitatẽ ergo dat facinoribus qui in talibus ventilationem ipsorum in exemplum sumit, aut ad aures posteras digna relatione transmittit. Tibi autem non sit cure talium questionum, sed sequere sententiam beati Pauli apostoli qui monet per discipulum cunctos,& clamat dicens,inanes questiones deuita, inanes namque iuxta apostolum questiones semper deuita,& age quod meliori consilio non auaritie,vel temeritatis,vel vtilitatis,& necessitatis,vt sepe dictum est causa faciendum vtiliter perspexeris.

A ¶Quapropter carissime his apostolicis fultus auctoritatib9 muta episcopum causa necessitatis, aut vtilitatis super quo consulere nos voluisti,& alios fratres nostros quibus hoc faciendum necessitas, aut vtilitas compulerit agere doce,quia hoc quod tibi soli scribimus generaliter omnibus tenere mandamus, quia sicut potestatẽ hẽm9 episcopos,& sacerdotes regulariter titulare,& ordinare, ita vt predictũ est causa necessitatis,aut vtilitatis habes,& mutare ac de titulo ad titulum translatare,licet de minori ad maiorem vrbem mutandus sit.hoc tamen summopere preuidendum est, ne causa arrogãtie,aut auaritie vnquam fiat, quia hi a predictis canonibus damnantur,non illi qui necessitate,aut vtilitate maiorum consilio,& sana ac pura,& deo placita intentione hoc faciunt. Tu frater semper sectare iustitiam pietatem,fidem,caritatem,patientiam,& mansuetudinem. Certa etiam bonum certamen fidei,& apprehende vitam eternam in qua vocatus es,quoniam spiritus timentium dominũ queritur ab illo,& in respectu illius benedicitur.Spes enim illorum in saluantem illos, & oculi domini in diligentes se. Qui timet dominum nichil trepidabit,& non pauebit,quoniam ipse est spes eius. Timentis dominum beata est anima. Ad quem respicit,& quis est fortitudo eius? Oculi domini super timentes eum protector potentie,firmamentum virtutis,tegmen ardoris,& vmbraculum meridianum,& predicatio offensionis,& adiutorium casus exaltans animam,& illuminans oculos, dans sanitatem,& vitam, & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata,& non sunt beneplacite subsannatiões iniustorum,dominus solus sustinentibus se in via veritatis,& iustitie. Dona iniqui non probat altissimus,nec respicit in oblationibus iniustorũ,nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum,quasi qui victimat filium in cõspectu patris sui, Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est, qui aufert in sudore panem,& sudantis cibos quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem,& qui facit fraudem mercennario fratres sunt,vnus edificans,& vnus destruens quid prodest illis nisi labor? Qui baptizatur a mortuo,& iterum tangit eum,quid proficit lauatio ipsius. Sic homo qui ieiunat in peccatis suis,& iterum eadem faciens,quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Qui conseruat legem multiplicat orationem. Sacrificium salutare est attendere mãdatis, & discedere ab oi iniquitate,& propitiatio litare sacrificium super iniustitiam,& deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Retribuit gratiam qui offert similaginẽ,& qui fecit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitum est deo recedere ab iniquitate,& deprecatio recedere ab iniustitia, Non apparebis ante conspectum dei vacuus,hec enim oia ꝓpter mandatũ dñi fiunt. Oblatio iusti impinguat altare,& odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptum est,& memoriã eius non obliuiscetur dñs Bono aio gloriam redde deo, & nõ minuas primitias frugum tuarum. In oi dato fac hylarem vultũ tuum,& in exultatione sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundum datum eius,& in oculo bono adiuuentionem fac manuum tuarum,quoniam dominus retribuens est, & septies tãtum reddet tibi, Noli offerre munera praua, nõ enim suscipiet illa,& noli inspicere sacrificium iniustum,quoniam dominus iudex est,& non est apud illum gloria persone. Non accipiet dominus personam in paupere, & precationem lesi exaudiet. Non despiciet preces pupilli,nec viduam si effundat loquelam gemitus, Nonne lachryme vidue ad maxillam descendunt.& exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsq; ad celum,& dominus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat dominum in oblatione suscipietur,& precatio illius vsq; ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec aspiciat altissimus,&

dominus non elongabit,ſed iudicabit iniuſtos,& faciet iudicium,& fortiſſimus non habebit in illis pa tientiam,vt contribulet dorſum ipſorum,& gentibus reddet vindictam donec tollat plenitudinem ſu perborum, & ſceptra iniquorum contribulet,donec reddat omnibus ſecundum actus ſuos, & ſecun⸗ dum opera ade, & ſecundum preſumptionem illius, donec iudicet iudicium plebis ſue, & oblectabit iuſtos in miſericordia ſua. Deus autem frater cariſſime impleat deſiderium, & miniſterium tibi di⸗ uinitus collatum ſecundum diuitias ſuas in gloria in Chriſto Ieſu domino noſtro, deo aũt patri no⸗ ſtro gloria in ſecula ſeculorum amen. Data.xiii.die Auguſti indictione quartadecima.

¶ITEM EPISTOLA PELAGII PAPE AD VNIVERSOS EPISCOPOS ITALIE.

A DILECTISSIMIS ATQVE CARISSIMIS FRATRIBVS vniuerſis epiſcopis,& cunctis ſpecialiter per Campaniã,& Italie prouintias mi litantibus domino Pelagius ſalutem. Sollicitudinem omnium eccleſiarũ iuxta apoſtolum circunferẽtes diuine circa nos gratie memores eſſe debemus q̃d nos per dignationis ſue dñs miam ad hoc faſtigiũ ſacerdotale prouexit, vt mãdatis ipſius inherẽtes in quodã ſacerdotũ eius ſpeculo cõſtituti ꝓhibeamus illicita, & ſequenda doceamus. Oẽs cariſſimi q̃ volunt in xp̃o pie viuere neceſſe eſt vt ab impiis,& diſſimilibus patiantur opprobria,& deſpiciantur tanq̃ ſtulti, & inſani qui ideo preſentia bo na perdunt,vt inuiſibilia,ac ſibi profutura acquirant. Sed hec deſpectio,& irriſio in ipſos retorquebi⸗ tur, dum & habundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia eorum tranſierint in confuſionem. Iuſto enim iuditio datur plerumq; poteſtas peccatoribus qua ſanctos eius perſequantur, vt qui ſpiritu dei iuuantur,& aguntur,fiant per laborum exercitia clariores. Et q̃q̃ fratres ita hec ſe habeant,non tamen ſunt conſentiendi,ſed reprobandi qui prelatos ſuos vel reprehendunt,vel accuſant,vnde canonica ſan⸗ ctorum patrum ſtatuta ne columne ſancte eccleſie vacillent, ſequentes, ac roborantes omnes infames cunctoſq; ſuſpectos vel inimicos,& eos qui non ſunt eorum gentis,vel quorum fides,vita, & libertas neſcitur,& qui non ſunt bone conuerſationis,vel quorum vita eſt accuſabilis ab omni accuſatione epi⸗ ſcoporum funditus ſubmouemus.Similiter & oẽs quos diuine leges mortuos appellãt,ſubmouẽdos eſſe ab eadẽ accuſatiõe,& publice penitẽtie ſubmittẽdos iudicamus,neq; dũ eccl̃ie alicui⁹ ep̃i,aut poſ⸗ ſeſſiones vel res ab emulis eius,vel a quibuſcunq; aliis nõ ſua ſpõte detinẽtur,aliquid illi debet, aut po teſt a quoq̃ añ reitegrationẽ oim rerũ ſuarũ obiicere,ſed prius illi legib⁹ reintegrãda ſunt oia,& poſtea tpe a patrib⁹ p̃finito ſunt negotia vẽtilanda,refutãdi ſunt etiã raptores,fures,ſacrilegi,adulteri, & horũ ſiles,manifeſtũ eſt eni q̃d ſemp tales magis diſcordiã q̃ pacẽ ſectãt. Nullus quoq; mõachus talia vnq̃ arripiat,nec ſecularia,aut eccl̃iaſtica negotia pturbare p̃ſumat, qa mortua in talibus vox eſt eorũ,imo⸗ biles eni dñs ſuos ſummos.ſemp vult manere p̃dicatores,& nõ a qbuſdã temerari,ſed ſibi libere,& qe te famulari,vnde & ipſe ait. Qui vos tãgit,tãgit pupillã oculi mei. Et q vos cõtriſtat,me cõtriſtat. Et q fecerit iniuriã recipiet q̃d iniq̃ geſſit. Et alibi. Qui vos recipit me recipit,& q vos ſpernit me ſperit. Ita quoq; & a plebibus vel ceteris generaliter oibus ſunt timendi,& ferẽdi atq; venerãdi paſtores,& p̃di⸗ catores eccleſie,vt ſub exercitatione bone voluntatis ſuſtineantur temporalia,ſperentur eterna. Auget enim merita virtutis qui propoſitum non violat, ſed auget religionis. Charitas vero ſemper homi⸗ nẽ inuocat. Et ſicut malignitas veteres,ita dilectio nouos facit,fides eorum qui deum viſuri ſũt quod non videt credit.Nam ſi videt non eſt fides. Credenti colligitur meritum,videnti redditur premium Tunc pretioſum paſtoris diadema eſt quando ſuaſioni,eius grex eccleſiaſticus dũ ad probitatem gra ditur nõ repugnat,ille ſine fuco monitorẽ, & feriato ore diligit,qui eius inſtituta ſectatur. Prebent ho minibus nature inſtitutionẽ, & muta reſponſum,redit ad mortales viciſſitudo clamoſe ſollicitudinis, quia vnuſquiſq; prout geſſerit recipiet.Nam perit quod lingue acceperunt,fruſtra beneficium niſi le gitime ceptum fuerit negotium, & canonice peractum. Defiducia enim partium noſtrarum mitti⸗ tur quod apoſtolica mandat auctoritas, vos tantũmodo preſules Chriſti benigni veſtra ſalua aurium animorũq; eqtate,& bõa volũtate ſemp p̃ſtare.Nã aduerſus impetus iuuare,pegrinãtẽ,reducere,poſt interualla eſt iuſtitia,libat eni dño p̃ſpa q ab afflictis pellit aduerſa. Statuta venerandi p̃ſules ſudoris fructus eſt iudicio reddẽda puriſſimi,vt in vtroq; cõgruus nitor nec ſuſcipiẽtẽ deuenuſtet ſi idigna au ctoritate puenerit,nec ſi cõferat imerito maculet largiẽtem. Sit ſemp aduerſus prauos,& impios atq;

ſeruorũ

seruorum dei persecutores libera vox, & oris gladio feriantur,& redarguantur,persequantur enim,& repellantur, confundantur & auertantur, nec ledendi pie viuentes vllam habeant facultatem. Plerumque periculis plena sunt que videntur esse tutissima,videte quantis laborent tales insidiis,ideo absconditum esse non licet quod addimus,iam latebat nostra persecutio,manifesta misericordia est circa persecutores & facinorosos seruata distinctio. Ergo sopori quietem tribuite, celestium mandatorum hostem quoque depellite,ne candida conuersatio vobiscum habitantium fusca superuenientis contagione violetur. Ante enim prouidenda sunt remedia quam morbus increscat,sanctorum quoq; apostolorum,& reliquorum sacerdotum petamus exercitum, & predictorum persecutorum ora claudamus. Seculi conuersatio legum metu retinetur, ecclesiastica quoq; custodia regularum feriis seruatur & regitur, deus carissimi semper procul auertat inuidiam, vos ergo armamini iuxta apostolum gladio spiritus q̄ est verbum dei, & apostolice auctoritatis Clipeo, vt ecclesiastice fecunditatis iura nulla seuientis procelle possint impulsione subuerti, nolite vllo vnquam preiudicio grauare quemquam, sed inspicite semper que regularum testimonio declarantur,super est salute prelata, vt ad gaudia semper frater deuote properetis,quia diuina beneficia gradibus sepe accedunt, & quibus bona conferunt meliora pollicentur,semper enim incrementis ad culmen ascenditur, vbi supernus fauor prestat exordium,deus omnipotens indulta semper custodiat augeatq; successibus profutura. Omnia vobis semper in charitate fiant, & detrahentes nolite detrahere,quoniam detrahentibus detrahere non est bonum,ne ad ea que scripta sunt commoti minime certamen faciant. Non debemus timere opprobrium hominum,neque eorum exprobratiōibus vinci, quoniam hoc nobis dominus iubet per Esaiam prophetam. Audite me qui scitis iudicium,populus meus in quorum cordibus lex mea est nolite timere opprobrium hominum,& blasphemias eorum ne timeatis,Considerantes quod in Psalmo scriptum est. Nonne deus requiret ista. Ipse enim nouit occulta cordis,& cogitationes talium hominum quoniam vane sunt,vana autem loquut⁹ est vnusquisque ad proximum suum,labia dolosa in corde,& corde locuti sunt mala. Sed disperdat domin⁹ vniuersa labia dolosa,& linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus,labia nostra a nobis sunt,quis noster dominus est? Nam si hec in memoria retinerent minime ad tantam prosilirent iniquitatem. non enim per probabilem & paternam doctrinam hoc faciunt. Sed vt suam exerceant in seruos dei vindictam. Scriptum est enim. Via stulti recta in oculis eius. Et sunt vie que videntur homini iuste,nouissima autem earum deducunt ad mortem,nos enim qui hec patimur iudicio dei hec reseruare debemus, qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Qui etiam per ministros suos intonuit dicens. Michi vindictam ego retribuam, vos enim in recta fide ac pura & bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum,quoniam in hoc ait dominus cognoscent omnes,quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Data Calend. nouemb. indictione. xv.

¶INCIPIVNT DECRETA GREGORII PAPE DE TRINA MERSIONE BAPTISMATIS.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI LEandro coepiscopo Gregorius seruus seruorum dei. Respondere epistolis vestris tota intentione voluissem nisi pastoralis cure ita me labor attereret,vt michi magis flere libeat quam aliquid dicere. Quod vestraquoq; reuerentia in ipso litterarum mearum textu vigilanter intelliget, quando ei negligenter loquor quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior vt vetustam, ac tatiscentem nauem quam regendam occulta dei dispensatione suscepi ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex diuerso fluctus irruunt. Nūc ex latere cumuli spumosi Maris intumescunt. Nunc a tergo tempestas insequitur,interq; omnia turbatus cogor modo inter ipsas vndarum moles nauem dirigere, modo curuato nauis latere minas fluctuum ex obliquo declinare. Sed ingemisco,quia sentio quod negligente me crescit sentina vitiorum,& tēpestate fortiter obuiante iam pre putredine naufragium tabule sonant,flens reminiscor quod perdidi mee placidum litus quietis, & suspirando terram conspicio quam tamen rerum euentis aduersantibus tenere nō possum. Si ergo me frater carissime diligis tue michi oratiōis in his fructibus manuum tendas, quo laborantem me adiuues,quia ex ipsa vita proximis in tuis quoq; laboribus valentior existis. Ex- A

plere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum quod communem filium glorioſum Recca redum regem ad catholicam fidem integerrima agnoui deuotione conuerſum . Cuius dum michi per ſcripta veſtra mores exprimitis amare me etiam quē neſcio feciſtis. Sed quia antiqui hoſtis inſidi as ſcitis quoniam bellum durius contra victores proponit, nunc erga eundem filium nr̄m vr̄a ſoler ter ſanctitas vigilet, vt bene cepta perficiat, nec ſe de perfectis bonis operibus extollat, vt fidem cognitā vite quoq; meritis teneat, & quod eterni regni cuius ſit operibus oſtendat, quatenus poſt multa anno rum curricula de regno ad regnum tranſeat. De trina vero merſione baptiſmatis nichil reſponde ri verius pōt quā quod ipſi ſenſiſtis, quia in vna fide nichil officit ſancte eccleſie conſuetudo diuerſa. Nos autem quod tertio mergimus triduane ſepulture ſacramenta ſignamus, vt dum tertio ab aquis infans educitur. Reſurrectio Triduani temporis exprimatur.

ITEM AD LEANDRVM SPALENSEM EPISCOPVM.

A SANCTITATIS VESTRE SVSCEPI EPISTOLAM ſolius charitatis calamo ſcriptam, ex corde enim lingua tinxerat quod in char te pagina refundebat. Boni autem ſapienteſque viri cum legeretur affuerunt, quorum ſtatim in compunctione viſcera commota ſunt. Cepit quiſque amoris manu in ſuo corde te rapere, quia in illa epiſtola tue mentis dulcedinem nō erat audire, ſed cernere. Accendebantur, & mirabantur ſinguli, atque ipſe ignis audi entium demonſtrabat qui fuerit ardor dicentis, niſi enim prius in ſe faces arde ant aliū non ſuccendūt. Ibi igitur vidimus quanta charitate tua mens arſerit que ſic & alios accendit. Vitam vero veſtram cuius ego ſemper cum magna veneratione reminiſcor minime norant, ſed eis altitudo veſtri cordis patuit ex humilitate ſermonis. Vitam autem meam cunctis eſſe imitabilem il la veſtra epiſtola loquitur . Sed quod non eſt ita vt dicitur, ſit ita quia dicitur, ne qui non ſolet men tiatur. Adhec autem breuiter cuiuſdam veteris mulieris verba loquor. Nolite me vocare noemi, id eſt pulchram, ſed vocate me mara, quia amaritudine plena ſum, neque bonevir hodie ego ſum ille quem noſti. Omnino fateor exterius proficiēdo interius cecidi, meque de eorum numero eſſe pertimeſco. de quibus ſcriptū ē, deieciſti eos dum alleuarentur. Cum alleuatur enim deiicitur qui honoribus pro ficit, & moribus cadit. Ego enim vias mei capitis ſequens ſummopere eſſe decreueram opprobrium hominum, & abiectio plebis, atque in eius ſortem currere de quo rurſum per Pſalmiſtā dicitur. Aſcē ſus in corde eius diſpoſuiſti in conualle lachrimarum, vt videlicet tāto vehementius intus aſcenderem, quantum per vallem lachrimarum foris humilius iacerem . At nunc multum deprimit honor onero ſus, cure innumere perſtrepunt, & cum ſeſe ad deum animus colligit, hunc ſuis impulſibus qua ſi quibuſdam gladiis ſcindunt, nulla cordis quies eſt. proſtratum in infimis, & ſue cogitationis pon dere depreſſum, aut rara valde, aut nulla hunc in ſublimibus penna comtemplationis leuat . Torpet ignauia mens, & circunlatrantibus curis temporalibus iam pene ad ſluporem deducta cogitur modo terrena agere, modo etiam carnalia diſpenſare, aliquando vero faſtidio exigente cōpellitur que dam etiam cum culpa diſponere. Quid multa loquar? Victa ſuo pondere ſanguinem ſudat, niſi eni ſanguinis nomine culpa cenſeretur Pſalmiſta non diceret, Libera me de ſanguinibus . Cum vero cul pas culpis iungimus, hoc quoq; quod per alium prophetam dictum eſt implemus, ſanguis ſangui nem tetigit. Sanguis enim ſanguinem tāgere dicitur. Cum culpa culpe adiungitur vt iniquitatis cu mulus multiplicetur . Sed inter hec per omnipotentem deum deprecor in perturbationis fluctī bus elapſus tue orationis manum ſentiam. Etenim quaſi proſpero flatu nauigabam cum trāquillam vitā in monaſterio agerē, ſz ꝓcelloſis ſubito motibus tēpeſtas in ſua ꝓturbatiōe me rapuit, & ꝓſperitatē itineris amiſi, qa qete ꝓdita mētis naufragiū ꝓtuli. At nūc in vndis verſor, & tue iterceſſiōis tabulā q̄ro, vt qa nauī integra diues puenire nō merui, ſaltē poſt dāna ad litt⁹ꝓ tabulā reducar, de podagre vero mo leſtia ſanctitas veſtra vt ſcribit affligitur, cuius dolore aſſiduo & ipſe vehemēter attritus ſum, ſed facilis erit cōſolatio, ſi inter flagella q̄ patimur queq; fecim⁹ ad mēoriā delicta reuocam⁹, atq; & nō iā flagella ſed dona eē cōſpicim⁹, ſi q̄ carnis delectatiōe peccauim⁹ carnis dolore purgant. Preterea ex bñdictiōe bti Petri ap̄lorū pricipis palliū vobis trāſmiſimus ad ſola miſſarū ſolēnia vtēdū. Quo trāſmiſſo valde debui q̄r vobis viuēdū eet āmonere, ſed locutionē ſupprio, qa verba moris⁹ anteitis. Oipotēs de⁹ ſua vos ꝓtectiōe cuſtodiat, atq; ad celeſtis remunerationē p̄rie cū multiplici aiarū fructu pducat. Ego aūt quanta occupatione deprimor, & debilitate breuis teſtatur epiſtola in qua & ei quē multū dilīgo pa rum loquor. Deus te incolumem cuſtodiat reuerentiſſime frater.

¶AD RECARREDVM REGEM VVISIGOTHORVM.

i ¶De laude eiusdem principis quod per eum ad catholicam fidem gens gothorũ cõuersa est.
ii ¶De muneribus beato Petro apostolo a memorato principe missis.
iii ¶De constitutione eius aduersus iudeos quod auri dono non sit corrupta.
iiii ¶Vt principes humilitatem habeant cordis.
v ¶Vt principes castitati corporis studeant.
vi ¶Vt principes moderati,& mites erga subiectos existant.
vii ¶De claue hostioli beati Petri,& de cruce dñi missa siue de pallio beato Leãdro ep̃o directo.

Capitulum primum.

GLORIOSISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO A filio Reccaredo regi Gothorũ atq; sueuorũ Gregorius seruus seruorũ dei. Explere verbis excellentissime fili non valeo,quantum tuo opere,tua vita delector, Audita quippe noui diebus nostris virtute miraculi quod per excellentiã tuã cuncta gothorum gens ab errore,Arriane hereseos in fidei recte soliditatẽ trãslata est exclamare cum propheta libet. Hec est mutatio dextere excelsi. Cuius enim vel saxeum pectus hoc tanto opere cognito non statim in omnipotentis dei laudibus atq; in tue excellentie amore mollescat? Hec me fateor que p̃ vos acta sunt sepe cõuenientibus filiis meis dicere sepe cum eis pariter admirari delectat,hec me plerumq; etiam contra me excitant, quod piger ego & inutilis tunc inerti otio torpeo quando in animarum congregationibus p̃ lucro celestis patrie reges elaborant. Quid itaq; ego in illo tremendo examine iudici venienti dicturus sum,si tũc illuc vacuus venero vbi tua excellentia greges post se fidelium ducet,quos modo ad vere fidei gratiam per studiosam,& continuam predicationem traxit? Sed est michi bone vir hoc in dei munere magna consolatio,quia opus sanctum quod in me nõ habeo,diligo in te. Cumq; de bonis actibus tuis magna exultatione gaudeo,ea que per laborem tua sunt,mea per caritatem fiunt. De conuersatione igitur gothorum in vestro opere, & nostra exultatione libet cum angelis exclamare gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bone voluntatis. Per vos enim vt estimo nos gratiarum amplius omnipotẽti domino debitores existimus, quia & si vobiscum nichil egimus,vestro tamen operi cõ gaudentes participes sumus.

Capitulum secundum.

¶Beatus vero Petrus apostolorum princeps q̃ libenter munera excellentie vestre susceperit,ita cunctis liquet, vt debita vestra testantur. Scriptũ quippe est vota iustorũ placabilia,neq; eni in omnipotẽtis dei iudicio quid datur sed a quo datur aspicitur,hinc est enim quod scriptum est. Respexit deus ad Abel, & ad munera eius,ad Cain autem & ad munera eius non respexit, dicturus quippe quia dominus respexit ad munera premisit sollicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a munereribus,sed munera ab offerẽte placuerunt,Vestra itaq; oblatio quã sit grata ostenditis,quia daturi vestra prius ex conuersione gentis subdite aiam cũ munere dedistis. Quod vero transmissos abbates qui oblationem vestram beato Petro apostolo deferebant in mari dicitis fatigatos ex ipso itinere ad Hispanias remeasse non munera vestra repulsa sunt que postmodum venerunt,sed eorum qui transmissi fuerãt constantia est probata,vt scirent sancto desiderio obiecta periculа vincere,& in fatigatione corporis mente minime lassari. Aduersitas enim que bonis votis obiicitur probatio virtutis est,non iudicium reprobationis. Quis enim nesciat q̃ prosperum fuit quod beatus Paulus apostolus predicaturus ad Italiam veniebat? Et tamen naufragium pertulit, sed nauis cordis in fluctibus integra stetit. B

Capitulum tertium.

¶Preterea indico quia de vestro opere creuit in laudibus dei hoc quod dilectissimo filio meo probino cognoui, quia cum vestre excellentie constitutionem quandam contra iudeorum perfidiam dedisset. Hi de quibus probata fuerat rectitudinem mentis vestre inflectere pecuniarum summam offerendo moliti sunt. Quam excellentia vestra contempsit,& omnipotenti deo placere querẽs auro innocentiam pretulit. Qua in re michi Dauid regis factum ad memoriam venit, cui dum concupita aqua de cisterna bethelemitica que inter hostiles cuneos habebatur ab obsequentibus militibus fuisset oblata protinus dixit. Absit a me vt sanguinem istorum hominum bibam. Quam quia fudit,& bibere noluit scriptum est. Et libauit eam domino. Si igitur ab armato Rege in sacrificium dei versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotenti deo rex obtulit, qui pro amore illius non C

aquam ſed aurum accípere contempſit. Itaq; fili excellentiſſime fidēter dícam,quía libaſti aurum do-
mino quod contra eum habere noluiſti.

Capítulum quartum.

A ¶Magna ſunt hec & omnipotentís de laudibus referenda. Sed ínter hec vígilantí ſunt ſtudío antí-
quí hoſtis ínſidíe cauende,quí quanto maíora ín homínibus dona conſpícit, tanto hec auferre ſubtílío
ríbus inſidíis exquírit,neque enim latrunculi ín vía capere víatores vacuos expetunt, ſed eos quí auri
vaſcula vel argentí ferunt,vía quippe vita preſens,& tanto quíſque neceſſe eſt vt ínſidíantes ſpíritus ca
ueat,quanto maíora ſunt dona que portat. Oportet ergo excellentíam veſtram ín tanto hoc de conuer
ſione gentís ſubdíte munere quod accepít ſummopere cuſtodíte prímum humílitatem cordís, ac de-
índe mundícíam corporís. Cum ením ſcríptum ſit omnís quí ſe exaltat humílíabítur, & quí ſe hu-
mílíat exaltabítur,profecto líquet,quía ílle veraciter alta amat quí mentem ſuam ab humílitatís radí-
ce non deſecat,ſepe nāq; malígnus ſpíritus vt bona deſtruat quíbus prius aduerſarí non valuít ad ope
rantís mentem poſt peractam operatíonem venít,eamque tacítís cogítatíonibus ín quíbuſdam ſuís
laudíbus excutít,ita vt decepta mens admíretur ípſa quam ſint magna que fecít, que dum per occul-
tum tumorem apud ſemetípſam extollítur,eíus quí donum tríbuít gratía príuatur,hínc enī eſt quod
per prophete vocem contra ſuperbíentem anímum dícítur. Habēs fíducíam ín pulchrítudíne tua,for
nícata es ín nomíne tuo,fíduciam quíppe anime ín pulchrítudíe ſua habere eſt ín ſemetípſa de íuſta
operatíone preſumere. Que ín ſuo nomíne fornícatur, quando ín hoc quod recte egít non condí-
toris laudem dílatare appetít, ſed ſue opínionís gloríam requírít. Hínc rurſum per prophetam ſcrí-
ptum eſt. Quo pulchrior es deſcende. Anima & ením vnde eſt pulchrior índe deſcendít, quoníam
ex vírtutís decore quo exaltarí apud domínum debuít,ab eíus gratía per ſuam elatíonē cadít. Quíd
ergo ín hís agendum níſi vt malígnus ſpíritus cum nobís ad eleuandam mentem reducít bona que
egímus ſemper nos ad memoríam noſtra mala reuocemus, quāuís & noſtra cognoſcamus eſſe que
peccando fecímus, ſolíus omnípotentís dei munera cum peccata declínamus.

Capítulum quíntum.

B ¶Cuſtodíenda quoque eſt munditía corporís ín ſtudíís bone actionís,quía íuxta vocem predícan-
tís apoſtolí Templum dei ſanctum eſt quod eſtís vos,quí rurſus aít. Hec eſt enim voluntas dei ſan-
ctíficatío veſtra, quam ſanctificatíonem dixerít oſtendens protínus adímpleuít, vt abſtíneatís vos a
fornicatíone, & ſcíat vnuſquíſque veſtrum ſuum vas poſſídere ín ſanctificatíone, & honore,& non ín
paſſíonibus deſíderíí.

Capítulum ſextum.

C ¶Ipſa quoque gubernacula erga ſubíectos magno ſunt moderamíne temperanda,ne poteſtas men-
tí ſubrepat. Tunc ením regnum bene regítur,cum regnandí gloría anímo non dominatur. Curan-
dum quoque eſt ne ira ſubrepat,faciatque citíus omne quod licet. Ira quíppe etíam cum deliquētium
culpas exquírít non debet menti quaſí domina preíre, ſed poſt rationís tergum velut ancilla famu-
larí,vt ad faciem íuſſa veníat. Nam ſi ſemel poſſídens mētem ceperít, íuſtum eſſe reputat etíam quod
crudelíter facit. Hínc ením ſcríptum eſt. Ira enim vírí íuſtítíam dei non operatur,hínc rurſum dící-
tur. Sít omnís homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum,& tardus ad íram. Hec au-
tem vos auctore deo omnía ſeruare non ambígo,ſed occaſíone admonítionís exorta bonís veſtrís acti
bus me furtíue ſubíungo,vt quod non admoníti facítís quandovobís ammonens additur,íam non ſo
lí faciatís. Omnípotens autem deus ín cunctís actíbus veſtrís celeſtís brachíí extenſionevos protegat,
vobíſque & preſentís vite proſpera, & poſt multa annorum currícula eterna concedat.

Capítulum ſeptímum.

D ¶Clauem vero paruulam a ſacratiſſímo beatí Petrí apoſtolí corpore pro eíus benedíctíone tranſmí-
ſímus,ín qua íneſt ferrum de catenís incluſum,vt quod collum íllíus ad martyrium lígauerat vos ab
omnibus abſoluat. Crucem quoque latorí preſentí dedímus vobís ferendam,ín qua lignum domíní-
ce crucís íneſt,& capílli beatí Iohannís Baptíſte ex qua ſemper ſolatíum noſtrí Saluatorís per ínterce
ſorem precurſorís eíus habeatís. Reuerentiſſímo autem víro patrí, & coepíſcopo noſtro Leandro pal-
líum a beatí Petrí apoſtolí ſede tranſmíſímus, quod ex antíqua conſuetudíne, & veſtrís morības, &
eíus bonítatí atque dígnítatí debebamus.

¶Item

¶ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD SECVNDINVM INCLVSVM.

DILECTISSIMO FRATRI SECVNDINO SERVO DEI IN A
cluſo Gregorius ſeruus ſeruorū dei. Dilectionis tue litteras ſuſcepi que in meo ſenſu amoris melle condite ſapuerūt. O quanta aſpiratione vite plena ſunt que per gratiam ſpiritus proferuntur. Non in eis cultus eloquētie, nō verborum typus apparebant, ſed ſola veritatis atq; charitatis radicem tenentia per oē quod loquuta ſunt celeſtis patrie amore flammabant, In eis vero tua me dilectio petere ſtuduit, vt ad hanc libellum exhortatorium ſcribere ſtuderem. Sed ſcire te neceſſe eſt fili chariſſime quia tantis podagre doloribus, tantiſq; curarum tumultibus premor, vt quāuis vnq̄ me aliquid fuiſſe reminiſcar, valde tamen me videā non eſſe quod fuerim. Quod autē ſe tua charitas vltra etatem quinquagenariam adhuc iuuenilibus deſideriis aſſerit ſubiacere, in hoc quoq; diuini oraculi implet preceptum quo ſcriptum eſt, iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Nec tamen dubito maiores te hoſtis callidi inſidias perpeti, qui maiora contra eum bella preparaſti. Tanto quippe ille deceptionis molimina ardentius exquirit quanto te celeſti patrie feruentius inhiare cognoſcit. Et enim nos quidem qui vitam cum pluribus ducimus, & ſi formidoloſi ac timidi tamen quia contra antiquum hoſtem bella propoſuimus, quaſi in acie ſtamus. vos autē qui ſolitariā vitā ducitis & quid aliud q̄ quia monachos dixerim, qui etiam feruore virtutis ante aciem exire feſtinatis? Cur ergo eū ſingulariter hoſtis non impetat a quo ſe impeti ſingulariter expectat? Et nos quidem qui inter hoies viuimus ſepe per hominē a callido hoſte tentamur, vos autem qui iam vitam preſentē extra hominū frequentiam ducitis, & tanto maiora certamina pati neceſſe eſt quanto ipſe ad vos magiſter tentationū accedit. Neq; enim vacare orationibus ac laudibus dei ſine aliqua interruptione temporis poteſtis, quia & ſi intentio continue prōpta eſt, Ipſa tamen humanitatis infirmitas inſemetipſam relabitur, vt aliquando feſſa iaceat, atq; ab ſtudii ſui exercitatione torpeſcat. Antiquus vero hoſtis mox vt otioſam mentē inuenerit, & ad eam ſub quibuſdā occaſionibus locuturus venit & quedā ei de geſtis preteritis ad memoriam reducit. Audita quōdā verba indecenter cogitatione reſonat, & ſi qua dudū turpiter acta ſunt eorum ſpecies oculis cordis opponit, vt quā de pītibus nō valet inquinare de malis tranſactis violet & decepta mens ſepe in delectationē reparat, vnde diu ſe iam per penitētiam afflixit ita vt vere cum Pſalmiſta dicat. Computruerunt & corrupte ſunt cicatrices a facie inſipientie mee. Cicatrix quippe figura eſt vulneris ſed ſanati. Cicatrix ergo ad putredinē redit quādo peccati vulnere quod iam per penitentiā ſanatū eſt in delectationem ſui animus concutitur. Sepe namq; quod fecimus per hoſtis callidi inſidias oculis cordis videmus. Cumq; inſenſibiliter i hoc delectatio ſubrepit q̄uis iam plangat quod fecerit, tedet tñ infelicem animū quedā feciſſe que plangat he ſunt cordis noſtre tenebre quas in hac vita volentes nolentes ſuſtinemus. Quis contra hec querendus eſt niſi adiutor in opportunitatibus in tribulatione?

¶Valde autem libenter accepi quod tua me charitas de ſua dubitatione requiſiuit an orientis eccleſie fidem atq; doctrinam ſancte memorie Leonis ſequantur, an forte earum ſenſus inter ſemeipſas pro trium capitulorū defenſione diuiſus ſit, vnde certam dilectionē tuam eſſe deſidero quia predicte ſanctiſſime orientales eccleſie vno ſenſu, vna doctrina fidem eiuſdem ſancte memorie Leonis tenent, & ſanctā calcedonenſem ſynodū ita nobiſcum cuſtodiunt atq; venerantur, vt nullus epiſcopus eſſe reputetur, qui eiuſdem ſynodi defenſor ſectatorq; non fuerit, hinc eſt enim vt quotiens in quatuor precipuis ſedibus antiſtites ordinantur, ſynodales epiſtolas viciſſim mittant, in quibus ſe ſanctam calcedonenſem ſynodū cum aliis generalibus ſynodis cuſtodire fateantur, ſicut & nos aduerſamur atque anathemate plectēdos ducimus ſi quis de fide eiuſdem ſynodi aliquid imminuere, vel aliud in ea addere preſumit. Nam ſynodus que poſtea generaliter facta eſt idcirco a nobis cuſtoditur, quia eiuſdem ſynodi ſe quax in omnibus illius honorē auctoritatemq; cuſtodit, vnde neceſſe eſt vt dulciſſima mihi dilectio tua in id quod precipue in ſanctis moribus viuit, quod ſe per abſtinētiam affligit, quod doctrine dei vehementius inſiſtit, hoc ſtudioſius cogitet ne errorem ſchiſmaticorū ſequens a ſancta vniuerſalis eccleſie communione diuiſa poſſit inueniri. Et quid tot labores proderunt ſi in vnitate fidei inuenti nō fuerint que ante oipotentis die oculos in bonis actibus animā precipue cuſtodit? Hinc eni dicit vna eſt columba mea, hinc iterum dominus ad moyſem ait. Eſt locus penes me & ſtabis ſupra petrā. Quis eſt locus qui non ſit domini dum cuncta in ipſo per quem creata ſunt continentur? Sed tamē B

eſt locus apud eum videlicet ſancte eccleſie vnitas in qua velut ſupra petram ſtatur, dum confeſſionis ſolidítas humiliter tenetur, de quo loco ſubiungitur. Tunc videbis poſteriora mea, in petra enī id eſt in ſancta eccleſia ſtātes dei poſteriora videbim⁹ quādo ea que in fine promiſſa ſunt celeſtis patrie gaudia contemplabimur, peruerſi autē homines qui trium capitulorum occaſione reperta eccleſiaſticā diſciplinam fugiunt, de ſuis carnalibus actibus reprehendi pertimeſcūt, & ſubeſſe ſedi apoſtolice nolunt & nos quaſi de fide reprehendunt quam ipſi neſciunt. Et dum neq; in fide recti ſunt neq; in bonis operibus intēti ſtudēt, vt certare ꝓ fide videātur. Sicq; quotidie deteriores fiunt dū in eis culpa groſſeſcit. Qui quaſi de zelo feruoris fieri etiam laudabiles appetunt, ſed iuxta quod ſcriptum eſt ex operibus eorum cognoſcetis eos, vitam eorū tua charitas attēdat, & meritū intentionis aſpiciat, vt enim dilectioni tue de eadem re breuiter loquar tota calcedonenſis ſynodus vſq; ad definitionē fidei & prolationem canonum de generalibus cauſis loquuta eſt. Nam poſt probationem canonum ſpecialia epiſcoporū certamina ſopire curauit.

A ¶Epiſtola vero quam in ea Reuerentiſſimus Ibas denegat ſuam quā in extrema parte ſynodi iaceat cognoſcis que videlicet epiſtola Neſtorium inauditum & inquiſitione non facta damnatum aſſerit, Cyrillum vero in apollinaris dogma cecidiſſe ſuſpicatur. Et ſi totus ſuperior textus predicte ſynodi legitur q̄tum hec epiſtola eidem ſynodo aduerſatur inuenitur, quia ſcilicet ſancta ſynodus & Neſtorium ſicut eſt hereticum denuntiat, & beatum Cyrillum patrem catholicum veneratur. Epiſtola ergo que illum defendit qui a ſynodo damnatus eſt, & eum accuſat qui a ſynodo veneratꝰ eſt, proculdubio definitioni ſancte ſynodi probatur aduerſari. Qui enim tantorum patrum definitam nō ſeruant ſententiam proculdubio aduerſantur eccleſie. Nam tua ſanctitas inde a nobis requiſiuit, vt tibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi ſcriberemus dū dicit de hoc canonum diuerſorum legiſſe diuerſas ſententias, alias reſurgendi, alias nequaq̄ poſſe, Ideo nos generales ſynodos a Nicena incipientes cum reliquis quatuor veneramur quia ipſam ſequentes in cunctis ſententiis vnanimes concordant quia & nos precedentes nos patres ſequimur, quia auctore deo a ſacra doctrina illorū non diſcordamus. Acapite itaq; incipientes vſq; in quartum altaris miniſtrum, hanc formam ſequendam cognoſcimus, vt qui minor eſt maior ei precedat, ſed ſicut honore ita & in crimine, & quem maior ſequitur culpa maiore implicetur vindicta, & poſt penitentiam credatur eſſe fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum ſeminare & fructū illius non tollere? aut domū conſtruere & non illic habitare? Poſt dignā ſatiſfactionem credimus redire poſſe ad honorem propheta dicente. Nunquid qui cadit non adiiciet vt reſurgat? Et qui aduerſus eſt non reuertetur? Idem quoq; ait. Peccator in quacunq; die cōuerſus ingemuerit ſaluus erit, vnde pſalmiſta ait. Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proiicias me a facie tua, & ſpiritū ſanctū tuum ne auferas a me. Cum enim petiit ne ab eo proiiceretur, prolapſi culpa quod alienam rex & propheta ſimul rapuiſſet vxorem tremefactus expauit, Propheta indicante flagitium ſuum, vnde penitētiam agens adidit, Redde mihi letitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cōfirma me. Si enim dignā deo penitētiā non feciſſet, nequaq̄ aliis predicaret. Ait enim, doceam iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur. Cum enim peccata ſua proſpexit propheta mundata per penitentiam, non dubitauit predicando curare aliena, Et ſacrificium de ſemetipſo offerre deo ſtuduit cum dicebat. Sacrificium deo ſpiritus cōtribulatus. Ad hec iſta ſuffecerant, ſed omnis ſententia quo plus ſacre ſcripture teſtimoniis confirmatur, facilius creditur, de hoc enī propheta dicit, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, & hoc peccātibus dicitur. Peccator in quacunq; die conuerſus ingemuerit, omnes iniquitates eius in obliuione traduntur, Sic enī redemptor qui peccatores minime perdere, ſed iuſtificare venit in obliuione peccātes nō derelinquit, quis hominum condemnandos reſeruat, cum Apoſtolus dicat, ſi deus iuſtificat, quis eſt qui condemnet, Ad fontē miſericordie recurrentes euangelicā referam⁹ ſentētiā, Gaudebo inquit magis ſuper vno peccatore penitentiam agente quam ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent penitentia. Et ouem perditam nonaginta nouem non errantibus relictis humero reportatam dicit. Si ouis errans poſt inuentionem ad ouile humero reportatur, cur poſt penitentie penam ad eccleſie miniſterīū peccator non reuocetur? Quid enim eſt grauius carnale delictum addmittere ſine quo in multis pauci inueniuntur, an dei filium timendo negare? in quo vno ipſum beatum Petrum appſtolorum principem ad cuius nunc corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus, ſed poſt negationem penitentia ſecuta, & poſt penitentiam miſericordia data, quia illum ab apoſtolatu non dipulit quem ante ſe ipſum negare predixit. Tibi hec fili chariſſime dicta ſufficiant, vt illum quem conſpicis fletu delicta

delere

delere in conſpectu diuinitatis non dubites miſericordiam conſequi,quia nullum peccantem conuer tum deſpicit qui peccatores redimere venit.

¶Q uod imaginem illius quem colis tibi dirigendam per dulceriū diaconē tuum rogaſti valde no bis tua poſtulatio placuit,quia illum in corde tota intentione queris cuius imaginem pre oculis ha bere deſideras,vt viſio corporalis cotidiana reddat exoptatum,& dum picturam vides ad illum ani mo inardeſcas cuius imaginem videre deſideras,ab re non facimus ſi per viſibilia inuiſibilia demon ſtramus. Sic homo qui alium ardenter videre deſiderat atq; ex amore ſponſam amādo deſiderat, atq; videre conatur, ſi cōtingit illā ad balneū ire,aut ad eccliam ꝓcedere feſtin⁹ in via ſe ꝑprat,vt de eius vi ſione hylaris recedat. Scimus quia tu imaginem ſaluatoris noſtri ideo non petis vt quaſi deum colas ſed ob recordationem filii dei vt in eius amore recaleſcas cuius imaginē videre deſideras. Et nos qui dem non quaſi ante diuinitatem ante ipſam proſternimur,ſed illum adoramus quem per imaginē aut natum aut paſſum,vel in trono ſedentē recordamur. Et dum nos ipſa pictura quaſi ſciptura ad memoriam filiū dei reducim⁹,animū noſtrū de reſurrectione letificat aut de paſſione mulcet,l decq; direximus tibi ſurtirias duas imaginem ſaluatoris,& ſancte dei genitricis marie,& beatorum apoſto lorum Petri & Pauli continentes per ſupradictū filium noſtrū diaconem & vnam crucem & clauem pro benedictione a ſanctiſſimo corpore Petri apoſtolorum principis,vt per eum ſis ab hoſte maligno defenſus cuius per ſanctū lignum te eſſe munitum credis,& ex eo te protegat qui iuueniles affectio nes tibi ſuggerit. Recordare vt in bonis tuis actibus perſeuerās alios in eius accendas amore propter quem ſolitarium te feciſti habitare, vt vite huius mala queq; in corde inimicus ſuggerit retroacta,mē tis prouectibus quaſi facibus inardeſcas pro cuius amore vitam etiam velis finire,ipſe quoq; te ꝓtegat vſq; in finem qui cunctū mundum eſt dignatus redimere Ieſus chriſtus dñs noſter qui eſt in ſecula.

¶Item gregorius theotiſte patricie de diſcordia ſedanda.

AGNAS OMNIPOTENTI DEO GRATIAS AGERE DE A bemus quod piſſimi & benigniſſimi imperatores noſtri tales de ſuo genere iu xta ſe propinquos habent,de quorū conuerſatione nobis omnibus grande ſit gaudium,vnde & pro eiſdem dñis continue nobis orandū eſt vt eorū vita cum iuis omnibus protegēte celeſti gratia per longa tempora tranquilla ſeruetur,in dico autē quod leuitate populi tumultū contra vos detractionis exortum qui buſdam nuntiantibus cognoui. Q ua ex re excellentiam veſtram audio fuiſſe non modice contriſtatam. Q uod ſita eſt,valde miror qui cor fixiſtis in celo verba hominū agitauit in terra,Beatus etenim Iob cum amici eius qui ad conſolandum eum venerant in increpatione pro fiſuiſſent ait. Ecce enim in celo teſtis meus & conſcius meus in excelſis. Q ui enim vite ſue in celo te ſtem habet,iudicia hominū pertimeſcere in terra non debet,Dux quoq; bonorū Paulus dicit. Opus autē ſuum probet vnuſquiſq; & ſic in ſemet ipſo tantum gloriam habebit,& non in altero. Si enī aut laudibus letamur aut vituperatione frangimur,noſtrā gloriam non in nobis,ſed i aliorum ore poſui mus. Et fatue virgines oleum in vaſis ſuis non ſumpſerunt ſapientes autem ſumpſerunt oleum in va ſis ſuis cum lampadibus,lampades quippe noſtre bona ſunt opera, de quibus ſcriptū eſt, luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona & glorificent patrē veſtrū qui eſt in celis. Tunc autē oleū in vaſis cum lampadibus ſumimus,qñ de bonis actibus nitorē glorie non a laudātibus pro ximis querimus,ſed hec intra teſtimoniū conſcientie ſeruamus,in omne autē quod de nobis extra di citur recurrere ad archana mentis debemus . Et ſi omnes vituperent liber eſt quam conſcientia non accuſat, quia & ſi oēs laudāt liber eſſe non pōt,ſi hūc cōſcientia accuſat,De Iohāneveritas dicit. Q uid exiſtis in deſertū videre? arundinē vento agitatā? Q uodvidelicet p negationē dicitur nō per cōfirma tionē cū ſubditur. Sed quid exiſtis videre? hoiem mollibus veſtiſtū? Ecce qui mollib⁹ veſtiunturin do mibus regū ſunt, q̄ ſi enī iuxta veritatē euangelii Iohānes veſtimēto aſpero fuerit indut⁹ p ſignifica tionē tñ mollib⁹ veſtiti ſunt qui adulationib⁹ ac laudib⁹ delectantur. Negaī autē quia Iohānes arun do vēto agitata fuerit, quoniā mentis eius fortitudinē nulla humani oris aura flectebat, Nos enim ſi laudibus erigimur ,vituperationibus hūiliamur , harundo vento agitata ſumus. Sed abſit hoc abſit a corde veſtre excellentie. Scio quia magiſtrum gentium ſtudioſe legitis qui ait,Si adhuc hominibus placerē chriſti ſeruus nō eſſem. Si qua tñ vel parua triſticia ex hac re mētiveſtre exorta eſt,credo qđ hoc oīpotens deus fieri benigne permiſit. Neq; enī electis ſuis in hac vita ꝓmiſit gaudia delectatiōis,ſed amaritudines & tribulationes,vt medicine more p amarū poculū ad dulcedinē eterne redeāt ſalutis.

Quid namq; dicit? Mundus gaudebit vos lugebitis. Qua ſpe qua promiſſione paulopoſt ſubdi-
tur, Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo auferet a vobis, hinc ite-
rum diſcipulis dicit, in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Penſate queſo vbi erit patientia ſi
deeſt q̄ toleretur, Non ſuſpicor enim Abel eſſe quē Caim malicia non exercuerit, Boni enim ſine ma
lis ſi fuerint perfecte eſſe boni non poſſunt, quia minime purgantur, Ipſa autem malorū ſocietas pur
gatio bonorum eſt, Tres in archa filii noe fuerunt, vnus irriſor patris exſtitit. Qui & ſi in ſe benedi-
ctus fuerit, maledictionis tamen ſentētiam in filio ſuſcepit, Duos abraham priuſq̄ cethuram vxorē ac-
ciperet filios habuit, ſed tamen carnalis eius repromiſſionis eſt filium perſecutus. Quod magnus
doctor exponit dicens. Sicut is qui ſecundum carnem eſt perſequebatur eum qui ſecundū ſpiritū, ita
& nunc duos yſaac filios habuit, ſed vnus qui ſpiritalis extitit ante minas fratris carnalis fugit. Duode
cim Iacob filios habuit, ſed vnū qui rectius viuebat decē in egypto vendiderunt, In Dauid propheta
quia fuit quod purgari debuiſſet actū eſt vt perſecutorē filium pateretur. Beatus Iob de ſocietate repro
borum dicit, frater fui drachonum, & ſocius ſtrutionū, Ad ezechielem dominus ait, fili hominis incre-
duli & ſubuerſores ſunt tecū & cum ſcorpionib⁹ habitas, Inter duodecim apoſtolos vnus reprob⁹ mix
tus eſt, vt eſſet cuius perſecutione vndecim tentarentur, Apoſtolorū princeps diſcipulis loquitur di-
cens, iuſtum Loth oppreſſum a nefandorū iniuria eripuit. aſpectu enim & auditu iuſtus erat habitās
cum eis qui de die in diem animā iuſti iniquis operibus cruciabant, Paulus quoq; apoſtolus diſcipu
lis loquitur dicens, in medio nationis praue & peruerſe inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo
verbum vite cōtinentes. Quia ergo ſcriptura teſte cognſcimus in hac vita bonos ſine malis eſſe nō poſ
ſe de ſtultorum vocibus excellentia veſtra turbari nullatenus debet & maxime in omnipotenti deo tūc
certa fiducia eſt quando pro bono opere aduerſitatis aliquid in hoc mundo. recipitur vt plena mer-
ces in eterna retributione ſeruetur, vnde in ſancto euangelio veritas dicit. Beati eritis cū aduerſus vos
omne malū dixerint homines mentientes propter nomen meū, Qui in conſolatione noſtra ſua in ex
emplum adducere opprobria dignatus eſt dicens, Si patrē familias beelzebuht vocauerūt, quanto ma
gis domeſticos eius.

A ¶Sunt autē plericq; qui vitam bonorū fortaſſe amplius q̄ debent laudāt, Et ne qua elatio de laude
ſubrepat pmittit omnipotēs deus malos in obtrectationē & obiurgationem prorūpere, vt ſi qua cul-
pa ab ore laudātium in corde naſcitur, ab ore vituperantiū ſuffocetur, Hinc eſt quod doctor gentium
ſe in predicatione currere teſtatur, inter infamiā & bonam famam. Qui etiam dicit, vt ſeductores &
veraces. Si igitur fuerunt qui malam famā paulo imponerent, qui hunc ſeductorem vocarent. quis er
go chriſtianus debet indignū ducere pro chriſto iniurias audire? Quāte autem virtutis precurſor no
ſtri redemptoris fuerit nouimus, qui per ſacrum eloquiū non ſolum pluſq̄ propheta, ſed etiam ange
lus vocatur, & tamen ſicut eccleſiaſtica hiſtoria teſtatur poſt mortem a perſecutoribus corpus eius in-
cenſum eſt. Sed qui iſta de ſanctis omnibus dns de ipſo ſancto ſanctorum, id eſt de deo qui pro no-
bis homo factus eſt loquamur, qui ante iniuriā quia demonia haberet audiuit, poſt mortē vero a ſuis
perſecutoribus ſeductor appellatus eſt cum dicerēt ſcimus quia ſeductor. ille dixit, poſt tres dies reſur
gam. Quanta autem nos peccatores a lingua vel manibus iniquorū hominū portare neceſſe eſt, qui
in aduentu eterni iudicis iudicandi ſumus ſi & ipſe tanta etiam poſt mortem pertulit qui iudex ve-
nit. Hec dulciſſima & excellentiſſima filia breuiter dixi ne quotiens ſtultos homines tibi derogare co
gnoſcis, qualibet vel paruula mentis triſticia tangaris. Sed quia ſedari hoc ipſum ſtultorum hominū
murmur tranquilla ratione poteſt peccatū credo ſi bonum quod valet fieri negligitur vt fiat. Nā cum
placare inſanas mentes atq; ad ſalutē reducere poſſumus ſcandalizare eos minime debemus.

B ¶Sunt enim quedā ſcandala que omnino deſpicienda ſunt, quedam vero cum vitari ſine culpa non
poſſunt deſpiciēda non ſunt, ne cum culpa ſeruentur. Quod ſacro euangelio predicante cognouimus
quia cum veritas diceret, non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit de ore coin-
quinat hominem, & diſcipuli reſponderent dicentes, ſcis quia phariſei audito hoc verbo ſcandalizati
ſunt, protinus reſpondit. Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus celeſtis eradicabitur, ſinite
illos, ceci ſunt duces cecorum, Et tamē cū tributū peteretur prius rationem reddidit per quam tributū
ſoluere non deberent atq; illico ſubiunxit, vt autē nō ſcādalizemus eos vade ad mare & mitte hamū
& eū piſcē qui prius aſcenderit tolle, & aperto ore eius iuenies ſtatera & ſumens da illum pro me & te.
Quid eſt autem quod de ſcandalizatis aliis dicitur, ſinite illos, ceci ſunt duces cecorum & aliis ne ſcan
dalizētur a domino tributū ſoluitur etiam quod nō debetur, quid eſt quod aliud ſcandalū eſſe permi

ſerit

ſerit,aliud vero venire ꝓhibuit,niſi vt nos doceret & illa ſcandala que nos implicant in peccato contẽ nere,& illa que placare ſine peccato poſſumus modis omnibus mitigaret. Veſtra itaq; excellentia po teſt protegente domino prauorum hominum ſcandala cum magna tranquillitate declinare. Prius enim a vobis ſecreto vocandi ſunt ac ipſis ratio reddenda,& peruerſa quedam capitula que nos tene re exiſtimant corã ipſis anathematizanda. Quod ſi etiã ſicut dicitur dari anathema ficte ſuſpicantur & iureiurando firmandum eſt vos eadẽ capitula nunq̃ tenere nunq̃ tenuiſſe. Nec vobis videatur in dignum tali eis modo ſatisfacere,nec de imperiali genere ſit contra eos aliquod in veſtra mente faſti gium,Oẽs etnim fratres ſumus vnius imperatoris poteſtate conditi,& eius ſanguine redempti & id circo fratres noſtros quãtũlibet pauperes & abiectos in nullo deſpicere debemus. Certe etenim Petrus poteſtatẽ regni celeſtis acceperat,vt quod in terra ligaret vel ſolueret,eſſet in celo ligatum,vel ſolutum, ſuper mare ambulabat,egrotantes vmbra curabat,peccantes vero occidebat,mortuos oratione ſuſcita bat,& quia ex admonitione ſpiritus ad cornelĩ gentilem fuerat ingreſſus,contra eum a fidelib⁹ que ſtio facta eſt. Cur ad gentiles fuerat ingreſſus & comediſſet cum eis. Cur eos in baptiſmate recepiſſet, & tñ idem apoſtolorũ primus tanta donorũ gratia repletus,tanta miraculorum poteſtate ſuffultus, querele fidelĩ non ex poteſtate,ſed ex ratione reſpondit, cauſam per ordinẽ expoſuit quomodo vas quoddam velut linteum in quo quadrupedia terre & beſtie reptilia atq; volatilia inerant de celo ſub mitti viderit,vocemq; audierit,ſurge Petre occide & manduca,qualiter tres viri venerint,eũ ad corne lium vocantes,qualiter ſpiritus ſanctus hũc cum eis ire preceperat,qualiter idẽ ſpiritus ſanctus qui ve nire in baptizatis in iudea poſt baptiſmũ cõſueuerat in gentibus ante baptiſmũ venit,Si enĩ cum a fi delibus culparetur auctoritatẽ quã in ſancta eccleſia acceperat attendiſſet reſpondere poterat,vt paſto rem ſuũ oues que commiſſe fuerint reprehendere non auderent,ſed ſi in querela fidelium aliquid de ſua poteſtate diceret ꝓfecto doctor manſuetudinis non fuiſſet,humili ergo eos ratione placauit atq; in cauſa reprehenſionis ſue,etiam teſtes adhibuit dicens venerũt autẽ mecũ & ſex fratres iſti.

A

¶Si igitur & paſtor eccleſie & apoſtolorum princeps ſigna & miracula ſingulariter faciens non dedi gnatus eſt in cauſa reprehenſionis ſue rationẽ humiliter reddere quãto magis nos peccatores cum in re aliqua reprehendimur,reprehenſores noſtros ratione humili placare debemus? ad me eteni ſicut noſtis cum apud veſtigia dnorum in regia vrbe demorarer multi ex eis venire conſueuerant qui de predictis capitulis accuſabãtur. Sed teſte cõſcientia fateor nunq̃ in eis aliquid prauitatis aliquid erro ris de his que cõtra eos dicebãtur iueni, vnde & eos opinione cõtempta familiariter ſuſcipere & ma gis ab inſequentibus defendere curabã, dicebatur namq; contra eos quod ſub obtentu religionis con iugia ſoluerent,& quia dicerent quod baptiſma peccata penitus nõ aufferret & ſi de iniquitatib⁹ ſuis quis penitẽtiã in triennium ageret,poſtmodũ peruerſe viuere liceret,& quia ſi cõpulſi aliquid de qui bus reprehendebãtur anathematizare ſe dicerẽt anathematis vinculo nullomodo teneri. Et ſi qui ſunt qui certiſſime talia ſentiunt,vel tenent,quia chriſtiani nõ ſunt dubiũ non eſt,eoſq; & ego & oẽs catho lici epiſcopi atq; vniuerſa eccleſia anathematizamus,quia veritati contraria ſentiunt & contraria lo quuntur. Si enim dicunt religionis cauſa coniugia debere diſſolui,ſciendũ eſt,quia & ſi hoc lex huma na conceſſit lex diuina prohibuit,Per ſe enĩ veritas dicit,Quod deus cõiunxit homo nõ ſeparet,Qui etiam ait,Non licet dimittere vxorẽ excepta cauſa fornicationis. Quis ergo huic celeſti legiſlatori con tradicat? Scim⁹ quia ſcriptũ eſt Erũt duo in carne vna. Si igitur vir & vxor vna caro ſũt& religiõis cã vir dimittit vxorẽ,vel mulier virũ in hoc mundo remanentẽ,vel forte ad illicita migrantẽ que eſt iſta conuerſio,in qua vna eadẽq; caro & ex parte tranſit ad coutinentiã & ex parte remanet in pollutione. Si vero vtriſq; cõueniat continẽtẽ vitã ducere hoc quis audeat accuſare, qñ certum eſt quia oĩpotens deus qui minora conceſſit maiora non prohibuit? Et multos ſanctotũ nouimus cũ ſuis cõiugibus & prius continẽtem vitam duxiſſe,& poſtmodum ad ſancte eccleſie regimina migraſſe.

DVobus etnim modis ſancti viri etiã a licitis abſtinere ſolent aliquando vt meritũ ſibi apud om nipotẽtẽ deũ augeant aliquãdo vero vt añ vite acte culpas detergãt. Tres eteni pueri in regis babilonici obſequio deducti legumina ad veſcendum petentes cibis regiis vti voluerunt,non quia cul pa eſſet ſi ea que deus creauit ederent,Noluerunt ergo ſumere ea que licebat vt per continẽtiam virtus excreſceret, Dauid vero qui alienam coniugẽ tulerat & valde pro ſua culpa fuerat flagellatus aquam biberelonge poſt de bethleemitica ciſterna noluit.

B

Quam cum ei fortiſſimi milites detuliſſent bibere recuſauit,eamq; fundendo dño libauit,licebat enĩ

bibere ſi voluiſſet, ſed qui illicita ſe ceciſſe meminerat laudabiliter & a licitis abſtinebat,& qui prius pro culpa ſua morientiū militum ſanguinem fundi non metuit, poſtmodū ſi aquam biberet etiā pro culpa ſua morientium militū ſanguinē ſe fudiſſe iudicauit dicens. Non ſanguinē hominum iſtorū qui profecti ſunt,& animarum periculū bibam, Proinde cum boni cōiuges aut meritū augere deſiderant,aut ante acte vite culpas delere,vt ſe ad continentiam conſtringant,& meliorem vitam appetant licet.Si vero continentiā quā vxor appetit.vir recuſat diuidi coniugiū nō licet quia ſcriptū eſt.Mulier ſui corporis poteſtatem non habet,ſed vir.Si qui vero ſunt qui dicunt in baptiſmate peccata ſuperficie tenus dimitti, quid eſt hac predicatiōe infidelius in qua ipſum fidei ſacramētū feſtinant ſoluere,in quo principaliter ad celeſtis mundicie myſteriū anima ligatur, vt abſoluta radicitus a peccatis omnibus ſoli illi inhereat de quo ſcriptū eſt. Michi autem adherere deo bonum eſt.Certe rubri maris tranſitus figura ſacri baptiſmatis fuit in quo hoſtes a tergo mortui ſunt,ſed alii contra faciem in heremo inuenti.Sic quippe omnibus qui in ſancto baptiſmate tinguntur eorum peccata preterita omnia laxantur, quia eis velut egyptii hoſtes a tergo moriūtur,ſed in heremo alios hoſtes inuenim⁹ priuſq̄ ad promiſſionis patriā pertingamus.Multe nos tentationes fatigant, & ad terram viuentium tendentibus iter intercludere feſtinant.Qui ergo dicit peccata in baptiſmate funditus nō dimitti,dicat in mari rubro egyptios veraciter nō mortuos, fateatur neceſſe eſt peccata in baptiſmate funditus mori,quia nimirum plus valet in abſolutione noſtra veritas,quā vmbra veritatis,In euangelio domin⁹ dicit.Qui lotus eſt non indiget,niſi vt pedes lauet,ſed eſt mundus totus.Si igitur peccata in baptiſmate funditus non dimittuntur neq̄ is qui lotus eſt,mundus eſt totus. Totus enim mundus dici non poteſt. cui de peccato aliquid remanſit. Sed nemo reſiſtit voci veritatis que ait, Qui lotus eſt, mundus eſt totus. Nichil ergo ei de peccati ſui contagione remanet quem totum fatetur mundum ipſe qui redemit. Si qui autem dicunt de peccato quolibet & triennio penitentia agenda eſt,& poſt trienniū in voluptatibus viuendum,iſti adhuc nec predicamenta vere fidei,nec ſacre ſcripture precepta cognouerunt.Contra hos predicator egregius Paulus dicit.Qui ſeminat in carne ſua, de carne ſua & metet corruptionem.Contra hos iterū dicit,Qui in carne ſunt,deo placere non poſſunt,vbi diſcipulis ſubiungit,vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu,hi quippe in carne ſunt qui in carnalibusvoluptatibus viuunt.Contra hos dicitur. Neq̄ corruptio incorruptelam poſſidebit. Si autem dicunt pauci temporis penitentiam contra peccatū debere ſufficere,vt iterum liceat ad peccatum redire,recte hos paſtoris primi ſententia percutit qui ait.Contigit illis illud veri prouerbii. Canis reuerſus ad vomitum & ſus lota in volutabro luti. Magnū eſt enim contra peccatū virtus penitentie,ſed ſi quis in eadē penitentia perſeueret.Nam ſcriptū eſt,qui perſeuerauerit vſq̄ in finē hic ſaluus erit, hinc ſcriptū. Qui baptizatur a mortuo & iterum tangit eum,quid proficit lauatio eius? Mortuum quippe eſt omne opus peruerſum quod pertrahit ad mortem, quod vitam iuſticie non viuit. Baptizatur ergo a mortuo & iterum tangit eum, qui praua opera que ſe egiſſe meminit deplorat, ſed ſe eiſdem iterum poſt lachrimas implicat,Anima ita quelibet eiuſdem mortui lauatione non proficit quia hoc iterum faciendo quod planxit,nec per lamenta penitentie ad rectitudinem iuſticie exurgit.Penitentiam enim vere agere eſt commiſſa plangere,& iterum plangenda declinare. Si qui vero ſunt qui dicunt quia cōpulſus quiſpiam neceſſitate ſi anathematizauerit,anathematis vinculo nō tenetur, ipſi ſibi teſtes ſunt quia chriſtiani non ſunt,quia ligamenta ſancte eccleſie vanis ſe eſtimant conatibus ſoluere,ac per hoc nec abſolutione ſancte eccleſie quam preſtat fidelibus veram putant,ſi legationem eius valere non eſtimant.Cōtra quos diutius diſputandum non eſt,quia per omnia deſpiciendi & anathematizādi ſunt, vt vnde ſe fallere veritatem credunt,inde in peccatis ſuis veraciter ligentur. Si qui ſunt igitur qui ſub nomine chriſtiano hec que prediximus errorum capitula aut predicare audēt aut tacite apud ſemet ipſos tenere,hos proculdubio anathematizamus.Ex omnib⁹ tamen capitulis in eis ſicut predixi qui ad me in regia vrbe venire cōſueuerāt,nullū omnino errorem cuiuſlibet predicti capituli agnoui,ſed neq̄ fuiſſe exiſtimo,nam ſi fuiſſet agnouiſſem.Quia vero ſunt multi fidelium qui imperitie zelo accēduntur,& ſepe dum quoſdam quaſi hereticos inſequuntur,hereſes faciunt,eorum infirmati conſulendum eſt,& ſicut predixi ratione ac manſuetudine ſunt placandi,Illis quippe ſunt ſimiles de quib⁹ ſcriptum eſt. Teſtimonium perhibeo de illis quod emulationem dei habent,ſed non ſecundum ſcientiam,Veſtra itaq̄ excellentia que in electione in lachrimis atq̄ in elemoſinis inceſſabiliter viuit, eorum ſicut petii imperitiam placare,manſuetis exhortationibus ac reſpōſionibus debet, vt non ſolum de ſemet ipſa,ſed etiam de illis gloriam eterne retributionis iueniat,Hec me dicere vobis nimius amor

ſuaſit

ſuaſit,quia in veſtra letitia me creſcere,& in veſtra triſticia me exiſtimo minorari. Omnipotens deus gratias vos celeſti cuſtodiat,& ſalua domini pietate & piiſſima domini traquillitate pro paruulorū dominorum nutrimento vitam veſtram longius extendat.

¶EPISTOLA GREGORII PAPE AD AVGVSTINVM.

EVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI AVGVSTI

no gregorius ſeru⁹ ſeruorū dei. Deſiderabilē mihi a te miſſus denual religioſus pbr A attulit nuntiū,cum te ſoſpitē narrauit,& ex miniſterio pro quo miſſus es tauēte deo proficere nūtiauit,detulit etiāa te miſſas litteras, vbi indicaſti quod ager domini cus qui incultus iacebat,& ſpinarū aculeis ex infidelitate riguerat,vomere tue doctrine exarante ſemen verbi ſuſcepit,& fertilem meſſem protulit fidelitatis,In eiſdē litteris quedā ſubnexuiſti capitula ſciſcitando qualiter teneat,vel doceat hec ſancta apoſtolica Roma na eccleſia. Bene ſatis quia beatus apoſtolus Petrus & apoſtolatus & ep̄atus principiū extitit, & cōſu lenti tibi de ſtatu eccleſie non ex nobis quaſi ex nobis,ſed ex gratia que aperit os mutū, & linguas in fantium facit diſertas qualiter tenere debeas apoſtolici vigoris doctrina edicimus. Igitur in primis legebatur quota progenies propinquorū matrimonio copuletur,dicimus quod oportuerat quidem q̄diu ſe cognoſcūt affinitate ꝓpinquos ad huius copule non accedere ſocietatē,ſed quia tēperātia magis,& preſertim in tam barbara gente placet pluſq̄ diſtrictio cenſure,concedendū eſt,vt poſt quartā generationē iungantur. Nā q̄d poſuiſti quod ſi mulier infirmitate correpta non valuerit viri debitum reddere,quid eius faciat iugalis,bonū eſſet,ſi ſic permaneret,vt abſtinentie vacaret. Sed quia hoc magnorū eſt, ille q ſe nō poterit cōtinere,nubat magis, nō tñ ſubſidii opē ſubtrahat ab illa cui infirmitas ꝓpedit,& non deteſtabilis culpa excludit, Preſbyter vero vel q̄libet ſacerdos ſi a populo fuerit accuſat⁹ & certi nō fuerint teſtes qui criminis illati approbent veritatem,iuſiurandū etit in medio. & illū teſtē ꝓferat de innocentie ſue puritate,cui nuda & aperta ſunt oia,ſicq̄ maneat in ꝓprio gradu. Nā de homine qui a pōtifice cōfirmat⁹ fuerit,denuo illa talis reiteratio ꝓhibēda eſt,In miſſarū autē ſolemniis, illud obſeruādū eſt, quod dñs noſter ieſus xp̄s ſanctis ſuis tribuit diſcipulis,accepit nanq̄ calicē & dat eis dicens. Hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine,Hoc facite quotienſcunq̄ ſumitis,vnde congruū non eſt,duos vel tres calices in altario ponere,cū miſſarū ſolemnia celebrant, De īmolatuis autē eſcis conſuluiſti ſi a fidelib⁹ cum ſupdictū fuerit,viuifice crucis ſignum edi liceret,an non,illud ſufficit reſpōdere quod beatus apoſtol⁹ dicit. Si quis dixerit,hoc īmolatū eſt,nolite edere ꝓpter eū qui indicauit,& ꝓpter conſcientiā. Addidiſti adhuc quod ſi pater vel mater filiū vel filiā intra ſepta monaſterii in infantie annis ſub regulari tradiderint diſciplina,vtrū liceat eis poſtq̄ pubertatis ipleuerint,annos egredi & matrimonio copulari. Hoc oīno euitam⁹,quia nefas eſt,vt oblatis a parentibus deo filiis voluptatis frena laxent. Eni vero quoſdā abſq̄ interrogatiōe ſymboli ab adulteris & indignis pbris faſſus es baptizatos,In his tua dilectio teneat antiquū morē eccleſie,quia quiſquis in noie patris & filii & ſpiritus ſancti baptizatus eſt, Rebatizari eū minime liceat,Non eni in noie baptizātis,ſed in noie trinitatis huius gratie donū ꝓcepit,& teneat quod apl̄s dicit vnus de⁹,vna fides,vnū baptiſma,doctrinā vero ſpiritalem talibus ſtudioſius,vt impertias demandamus.

¶INCIPIVNT QVESTIONES SANCTI AVGVSTINI CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI ET RESPONSIONES BEATI GREGORII PAPE.

B

¶Interrogatio beati auguſtini ep̄i cantuarienſis eccleſie de ep̄is qualiter cum ſuis clericis conuerſentur,vel de his qui fideliū orationib⁹ accedunt ad altariū,quante debeant fieri portiones & qualiter ep̄s in eccleſia agere debeat. ¶Reſponſio gregorii.

C

¶Sacra ſcriptura teſtatur,quā bene te noſſe non dubito & ſpecialitet beati Pauli ad timotheū epiſtole in quibus erudire ſtuduit,qualiter eum in domo dei conuerſari oportuiſſet,Mos autē ſedis eſt apoſtolice ordinatis ep̄is p̄cepta tradere,vt ex omni ſtipēdio quod accedit,quatuor fieri debeāt portiones vna videlicet epiſcopo & familie ꝓpter hoſpitalitatē atq̄ ſuſceptionē,alia clero,tertia pauperibus,quarta eccleſiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monaſteriorū regulis erudita ſeorſum viuere non debet, a clericis ſuis in eccleſia anglorū,que auctore deo nuper ad fidem perducta eſt,hanc debet cōuerſationem inſtituere,que initio naſcentis eccleſie fuit patribus noſtris,in quib⁹ nullus eorū ex his que poſſidebat aliq̄d ſuū eſſe dicebat,ſed fecit eis oia cōmunia. Si qui vero clerici ſunt extra ſacros ordines cōſtituti qui ſe continere non poſſunt;ſortiri vxores debent;& ſtipendia ſua exterius accipere,quia & de his de quibus prefati ſumus nouimus ſcriptū,q̄d diuidebatur,ſingulis prout cuiq̄ opus erat, de eorum

quoq; ſtipendio cogitãdũ atq; puidendũ eſt,& ſub eccleſiaſtica regula tenẽdũ,vt bonis morib⁹ viuãt, & canendis pſalmis inuigilent, & ab oibus illicitis cor, & linguã & corpus deo auctore conſeruent. Cõmuni vita viuentibus iã de faciendis portionibus vel exhibenda hoſpitalitate, & adiplenda mia nobis quid erit loquẽdũ,cũ omne quod ſupereſt in cauſis piis ac religioſis erogãdũ eſt dño & magiſtro oim docente,quod ſupereſt date elemoſinã,& ecce oia mũda ſunt vobis. ¶Interrogatio auguſtini.

A ¶Cum vna ſit fides,cur ſunt eccleſiarũ diuerſe conſuetudines,& aliter conſuetudo miſſarũ in ſancta romana eccl'ia,atq; aliter in galliarũ eccl'iis tenetur. ¶Reſponſio Gregorii.

B ¶Nouit fraternitas tua romane eccleſie conſuetudinem in qua ſe meminit nutritã, q̃ valde amabilem te habeat. Sed mihi placet,vt ſiue in romana,ſiue in galliarũ, ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotenti deo poſſit placere,ſollicite eligas, & i anglorũ eccleſia que adhuc ad fidem noua eſt inſtitutione precipua quã de multis eccleſiis colligere potuiſti infundas,non eni pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſq; eccleſiis que pia,que religioſa,que recta ſunt elige,& hec quaſi in faſciculo collecta apud anglorum mentes in cõſuetudinem depone.

¶Interrogatio auguſtini.

C ¶Obeſecro q̃d pati debeat ſi quis aliqd de eccl'ia furto abſtulerit. ¶Reſponſio gregorii.

D ¶Hoc tua fraternitas ex perſona furis penſare poteſt qualiter valeat corrigi. Sunt enim qui habentes ſubſidia furtũ ꝓpetrãt,& ſunt alii qui in hac re ex inopia delinquũt,vnde neceſſe eſt, vt quidam damnis, quidam vero verberibus, & quidam diſtrictius, quidam leuius corrigantur. Et cum paululum diſtrictius agitur, ex charitate agendum eſt non ex furore, quia ipſi hoc preſtatur qui corrigitur, ne gehenne ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere diſciplinam debemus ſicut boni patres carnalibus filiis ſolent. Quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamen ipſos quos doloribus affligunt,habere heredes querunt,& que poſſidẽt ipſis ſeruãt,quos irati inſequi videntur,Hec igitur charitas mẽte tenẽda eſt,& ipſa modũ correctionis dictet,ita vt mẽs extra rõnis regulam oino nichil faciat. Addis etiã quomodo ea que furto de eccl'iis abſtulerãt reddere debeãt. Sed abſitvt eccl'ia cũ augmẽto recipiat,quod de terrenis rebus vidẽt amittere,& lucra de vanis querat. ¶Interrogatio auguſtini.

E ¶Si debent duo germani fratres ſingulas ſorores accipere,que ſunt ab illis longe progenie generate.

¶Reſponſio gregorii.

F ¶Modis omnibus hoc fieri licet,Nequaq̃ eni in ſacris eloquiis inuenitur,quod huic capitulo contra dicere videatur ¶Interrogatio auguſtini.

G ¶Vſq; ad quotã generationẽ fidelis debeat cũ propinquis ſibi copulari& nouercis& cognatis ſi liceat copulari coniugio. ¶Reſponſio gregorii.

H ¶Et quidẽ terrena lex in Romana re publica ꝓmittit,vt ſibi fratris ſororis ſeu duorũ fratrũ germanorũ,vel duarũ filius& filia miſceant,ſed experimẽto didicim⁹ ex tali coniugio ſobolẽ nõ poſſe ſuccreſcere,& ſacra lex ꝓhibet cognationis turpitudinẽ reuelare,vnde neceſſe eſt vt iam tertia vel quarta generatio fideliũ licenter ſibi iungi debeat. Nã ſecũda quã p̃dixim⁹ a ſe oino debet abſtinere. Cũ nouerca autẽ miſcere graue eſt facin⁹,quia & i lege ſcriptũ eſt,turpitudinẽ p̃ris tui nõ reuelabis. Neq; eni patris turpitudinẽ fili⁹ reuelare põt,ſed qa ſcriptũ eſt,erũt duo i carne vna,qui turpitudinẽ nouerce que vna caro cũ p̃re ſuit reuelare p̃ſumpſerit,ꝓfecto p̃ris turpitudinẽ reuelabit. Cũ cognata quoq; miſcere ꝓhibitũ eſt,quia ꝑ cõiũctionẽ priorũ caro fratris fuerit facta, ꝓ qua re etiã Iohãnes baptiſta capite trũcat⁹ & ſctõ martyrio cõſũmat⁹ eſt. Cui nõ eſt dictũ vt xp̃m negaret & ꝓ xp̃i cõfeſſione occiſ⁹ eſt,Sed quia eiſdẽ dñs noſter Ieſus chriſt⁹ dixerat,ego ſũ veritas quia pro veritate Iohãnes occiſus eſt,videlicet pro xp̃o ſanguinẽ fudit. Quia vero ſũt in anglorũ gẽte qui dũ adhuc in ifidelitate eſſent,huic nefãdo cõiugio dicunt admixti,ad fidẽ veniẽtes admonẽdi ſũt vt ſe abſtineãt,& graue hoc eſſe peccatũ agnoſcãt,tremẽdũ dei iudiciũ timeãt,ne pro carnali delectatiõe tormẽta eterni cruciat⁹ incurrãt. Nõ tñ pro hac re ſacri corporis ac ſanguinis dñi cõmunione priuãdi ſunt,ne in eis illa vlſciſci videant,in quibus ſe per ignorãtiã ãte lauachrũ baptiſmatis aſtrinxerũt, in hoc eni tẽpore ſancta eccleſia quedã ꝓ feruorẽ corrigit,quedã per conſuetudinẽ tolerat,quedã per cõſiderationẽ diſſimulat,atq; portat,vt ſepe malũ quod auerſari portando & diſſimulando cõpeſcat. Oẽs hi qui ad fidẽ veniũt admonendi ſunt, ne tale aliquid audeant ꝓpetrare. Si ꝓpetrauerunt,corporis & ſanguinis dñi cõione priuãdi ſunt,quia ſicut i his que ꝑ ignorantiã fecerũt,culpa aliquaten⁹ toleranda eſt,ita in his fortiter inſequenda qui nõ metuunt ſciendo peccare. ¶Interrogatio auguſtini.

I ¶Si longinquitas itineris magna iteriacet vt epi nõ facilevaleat cõuenire,an debeant ſine aliorũ epõrum preſentia epiſcopi ordinari. ¶Reſponſio gregorii.

¶Et quidem in anglorum ecclesia in qua solus tu episcopus inuenitis ordinare episcopū non aliter A
nisi sine episcopis potes. Nam quando de galliis episcopi veniunt qui in ordinatione ipsi testes assi-
stant? Si fraternitatem tuam ita volumus episcopos ordinare, vt ipsi sibi episcopi longo interuallo mi
nime disiungantur, quatinus nulla sit necessitas vt in ordinatione episcopi conuenire nō possint. Pa
storum quoq; aliquorum presentia quia valde est vtilis facillime debeant conuenire. Cum igitur au-
ctore deo ita fuerint episcopi in propinquis sibi locis ordinati, per omnia episcoporum ordinatio si-
ne aggregatis tribus vel quattuor episcopis fieri non debet. Nam quod in ipsis rebus spiritalibus vt
sapienter & mature disponantur, exemplum a rebus etiam carnalibus sumere possumus. Certe eni
dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quoq; vocantur, vt qui in via iam coniugii precesse-
runt, in subsequentis quoq; copule gaudio misceātur. Cur non ergo nobiscum in hac speciali ordina
tione qua per sacrum ministerium homo deo coniungitur tales conueniāt, qui i profectu ordinati epi
scopi gaudeant, vel pro eius custodia oīm ipi domino preces pariter fundantur?

¶Interrogatio augustini.

¶Qualiter debemus cum galliarum atq; britannorum episcopis agere. B

¶Responsio Gregorii.

¶In galliarum episcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis predecessorum meo C
rum temporibus pallium arelatensis episcopus accepit, quem nos priuare auctoritate percepta mi-
nime debemus. Si igitur contingat, vt tua fraternitas ad galliarum prouintiam transeat cum eodem
arelatensi episcopo debet agere, qualiter si qua sunt in epiicopis vitia corrigantur. Qui si forte in di-
sciplina vigore tepidus existat, tue fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus, vt
cum tue sanctitatis presentiā in Galliis & ipse tota mente subueniat, & que sunt creatoris nostri iussio
ni contraria ab episcoporum moribus compescat, ipse autem ex auctoritate propria episcopos gallia-
rum iudicare non poteris, sed suadēdo, blandiendo, bonaq; tua opera eorum imitationi monstrando
prauorum mentes ad studium sanctitatis reforma, quia scriptū est in lege. Per alienam messem tran
siens falcem mittere non debet, sed manu spicas conterere & manducare, falcem enim iudicii mittere
non potes in ea segete que videtur alteri commissa, sed per effectum boni operis frumenta dominica
vitiorum suorum paleis expolia, & in ecclesie corpore moriendo & persuadendo quasi mandendo
conuerte. Quicquid vero ex auctoritate agendum est, cum predicto arelatensi episcopo agatur, nec
pretermitti possit hoc quod antiqua patrum constitutio inuenit. Britannorum vero omnes episco-
pos tue fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur, peruersi au-
ctoritate corrigātur.,

¶Obsecratio augustini.

¶Obsecro vt reliquie sancti Sixti martyris transmittantur. D

¶Concessio gregorii.

¶Fecimus quod petisti, quatinus populus qui in loco quondā sancti Sixti martyris corpus dixerūt E
venerari quod tue fraternitati nec verum nec veraciter sanctū videtur, certa sanctissimi & probatissimi
martyris beneficia suscipies colere incerte non debeat. Mihi tamen videtur quia si corpus quod a popu
lo cuiusdā martyris esse creditur nullis illic miraculis choruscat, & neq; aliqui de antiquiorib⁹ existūt,
qui se a parentibus passionem eius audisse fateantur ita reliquie quas petistis seorsum condende sunt,
vt locus quo prefatum iacet modis omnibus obstruatur, nec permittatur populus certum deserere, &
incertum venerari.

¶Interrogatio augustini.

¶Si pregnans mulier debeat baptizari, aut posq̄ genuerit post quantū possit tempus ecclesiam in- F
trare, aut etiam baptizari, ne morte preoccupetur, quod si genuerit post quot dies hanc liceat sacri ba-
ptismatis sacramenta percipere, aut post quantū temporis huic vir suus in carnis copulatiōe cōiūgi, &
si menstrua, cōsuetudine tenetur, an in ecclesia intrare ei liceat, aut sacre cōmunionis sacramenta perci-
pere, aut viro suo coniungi permittitur, priusq̄ lauetur aqua, si ecclesiam possit intrare; vel etiā ad my
sterium sancte communionis accedere. Que omnia rudi anglorum genti oportet habere comperta.

¶Responsio gregorii.

¶Hoc non ambigo fraternitatē tuā esse requisitā cui iam & responsum reddidisse me arbitror. Sed G
hoc quod ipse dicere & sentire potuisti, Credo quia mea apud te volueris responsione firmari. Mu-
lier enim pregnās cur non debet baptizari, cum non sit ante omnipotentis dei oculos culpa aliqua fe-
cunditas carnis? Nam cum primi parentes nostri in paradiso deliquissent, immortalitatem quam ac-

ceperant recto dei iudicio ꝓdiderunt, quia idem oipotens deus humanū genus culpa ſua fundit⁹ ex⸗
tinguere noluit,& imortalitatē homini pro pctō ſuo abſtulit,& tn̄ per benignitatē ſue pietatis fecun⸗
ditatē ei ſobolis reſeruauit. Quod ergo nature humane ex oipotētis dei dono ſeruatū eſt,qua ratione
poterit a ſacri baptiſmatis gr̄a ꝓhiberi? in illo quippe myſterio in quo ois culpa tundit⁹ extinguit̄,val
de ſtultū ſi donū gratie cōtradicere poſſe videatur. Cū vero enixa fuerit mulier poſt quot debeat dies
eccleſiā intrare,tel iamēti veteris preceptione didiciſti,vt pro maſculo dieb⁹ triginta tribus,pro femina
autē ſexagita ſex debeat abſtineri. Quod tn̄ ſciendū eſt quia in myſterio accipitur. Nā ſi hora eadem
qua genuerit actura gr̄as itret eccleſiā, nullo pcti pōdere grauatur,voluptas enī carnis nō dolor i culpa
eſt,i carnis enī cōmixtione voluptas eſt. Nā in ꝑlis ꝓlatione gemit⁹,vn̄ & ipſe dn̄s primū matri oim
dixit,in doloꝛib⁹ paries. Si enī enixā mulierē ꝓhibem⁹ eccleſiā itrare,p̄am ei pniam ſuā in culpā de⸗
putam⁹. Baptizare autē vel enixā mulierē,vel hoc quod genuerit ſi mortis piculo vrget̄,vel ipſā hora
eadē qua gignit, vel hoc qđ gignit eadē hora qua natū eſt nullomodo ꝓhibet̄,quia ſicut ſancti myſte
rii gr̄a viuetib⁹ atq; diſcernētibus cū magna diſcretione ꝓuidēda eſt,ita his quib⁹ mors iminet ſine vl
la dilatione offerēda,ne dū adhuc tēp⁹ ad p̄bendū redēptionis myſteriū querit̄,interueniēte paululū
mora inueniri nō valeat qui redimat̄. Ad ei⁹ vero cōcubitū vir ſuus accedere nō debet,quoaduſq; pro
les que gignitur ablactetur. Praua autē in cōiugatorū moꝛibus conſuetudo ſurrexit,vt mulieres ſuos
quos gignūt nutrire cōtemnāt,eoſq; aliis mulieꝛib⁹ ad nutriendū tradāt. Quod videlicet ex ſola cau
ſa incōtinētie videt̄ inuentū,quia dū ſe continere nolūt. deſpiciunt lactare quos gignūt. He itaq; que
filios ſuos ex praua cōſuetudine aliis ad nutriēdū tradūt,niſi purgationis tēpus tranſierint,viris ſuis nō
debēt admiſceri, quippe quia & ſine partus cauſa cū incōſuetis menſtruis detinent̄, viris ſuis miſceri
ꝓhibentur. Ita vt morte lex ſacra feriat,ſi quis vir ad mulierē menſtruā accedat, que tn̄ mulier dum cō
ſuetudinē menſtualē patitur,ꝓhiberi ab eccleſia nō debet, quia natura ei ſuperfluēs in culpa non valet
reputari,& p hoc quod inuita patitur,iuſtū nō eſt vt ab ingreſſu tēpli priuetur. Nouimus nāq; ,quod
mulier que fluxū patiebat̄ ſanguinis poſt tergū dn̄i humiliterveniēs veſtimēti ei⁹ fimbriā tetigit, atq;
ab ea ſtati ſua ifirmitas receſſit, Si ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit veſtimētū dn̄i ta
gere,cur que mēſtrua ſanguinis patit̄ ei nō liceat dni eccleſiā itrare? Sed dicis illā ifirmitas compulit,
has vero de quib⁹ loquimur cōſuetudo cōſtrigit. Perpēde enī frater cariſſime quia oē quod in hac car
ne mortali patimur,ex ifirmitate nature eſt digno dei iudicio poſt culpā ordinatū. Eſurire nāq; ſitire
eſtuare,algere, laſſeſſere ex ifirmitate nature eſt. Et quid eſt aliud cōtra famē alimēta,contra ſitim potū,
cōtra eſtū auras,& cōtra frigus veſtē,cōtra laſſitudinē requiē querere,niſi medicamēta quedam contra
egritudines explorare? feminenāq; & menſtruus ſui ſanguinis flux⁹ egritudo eſt Si igit̄ bene p̄ſum
pſit,quod veſtimētū dn̄i i lāguore poſita tetigit,quod vni pſone ifirmate cōcedit̄ cur nō cōcedat̄ cun⸗
ctis mulieꝛib⁹ que nature ſue vitio ifirmant̄? Sācte eteni cōionis myſteriū in eiſdē dieb⁹ pcipere non
debet ꝓhiberi. Si eni ex magna veneratione pcipere nō p̄ſumit,laudāda eſt,ſed ſi pceperit,nō iudican
da. Bonarū quippe mētiū eſt & ibi aliquo modo culpas ſuas cognoſcere vbi culpa nō eſt,quia ſepe ſi
ne culpa agit̄ quod venit ex culpa,vn̄ etiā eſt eſurim⁹ ſine culpa,cū comedim⁹,quibus ex culpa primi
hois factū eſt,vt eſuriamus. Menſtrua eni cōſuetudo mulieꝛib⁹ nō aliqua culpa eſt, videlicet quia natu⸗
raliter accidit,ſed quod natura tn̄ ipſa vitiata eſt,vt etiā ſine volūtatis ſtudio videatur eſſe polluta. Ex
culpa venit vitiū in quo ſe ipſā qualis p iudicium facta ſit,humana natura cognoſcat,& homo qui cul
pā ſponte ꝑpetrauit,reatū culpe portet inuitus. Atq; ideo femine cū ſemet ipſas cōſiderāt,& que mē
ſtrua cōſuetudine ad ſacramētū dn̄ici corporis & ſanguinis accedere nō p̄ſumūt, de ſua recta conſue
tudine laudāde ſūt. Cū vero ꝓcipiendo ex religioſe vite cōſuetudine eiuldē myſterii amore rapiunt̄,
reprimēde ſicut p̄dixim⁹ nō ſunt. Sicut eni in teſtamēto veteri exteriora obſeruant̄ opera,ita in teſta⸗
mēto nouo nō tam qđ exterius agit̄,q̄ id quod interi⁹ cogitatur ſollicita itentione attēditur,vt ſubtili
ſentētia puniat̄. Nā cū multa lex velut imunda māducare ꝓhibeat,in euangelio tn̄ dn̄s dicit,nō quod
intrat in os coinquinat hoiem. ſed que exeūt de ore illa ſunt que coinquināt hoiem,atq; paulo poſt ſu⸗
biicit exponens. Ex corde exeūt cogitationes male,vbi vbertim iudicandū eſt,quia illud ab omnipotē
te deo pollutū eſſe in opere oſtenditur,quod ex polluta cogitationis radice gn̄atur. Vnde Paul⁹ quoq;
apoſtol⁹ dicit. Oia munda mundis, coiquinatis autē & infidelib⁹ nihil eſt mūdum. Atq; mox eiuſ⸗
dem cauſas coinquinationis annuntians ſubiungit. Coinquinata ſunt enim eorū & mens conſcientia
Si ergo ei cibus imundus nō eſt,nō cui mens mūda,cur quod mente munda mulier ex natura pati
tur ei in imunditiā reputetur? Vir eni cū ꝓpria cōiuge dormiēs niſi lotus aqua eccleſiā intrare non de
bet,

bet,ſed neq; lotꝰ intrare ſtati debet,lex aũt veteri ppʾo p̄cepit dicẽs,vt nuptꝰ vir mulieri & lauari aqua debeat,& ante ſolis occaſũ eccleſiã nõ itrare,qđ tñ itelligi ſpiritaliter põt quia mulieri vir miſceť,qñ illi⁄cite cõcupiſcẽtie animꝰ i cogitatiõe p̄ delectationẽ cõiũgit̃ qa niſi priꝰ ignis concupiſcẽtie amẽte de⁄ferueat dignũ ſe cõgregatiõi fratrũ eſtimare non debet q ſe grauari p̄ neqtiã praue voluptatis videt.

¶Quãuis de hac re diuerſe hoim nationes diuerſa ſentiũt,atq; alia cuſtodire videãtur,romanorũ tñ A
ſemp ab antiquiorib⁹ vſus fuit ,poſt admixtionẽ ꝓprie coniugis & lauachri purificationẽ querere, & ab ingreſſu eccleſie paululũ reuerẽter abſtinere.Nec hec dicẽtes culpam deputamꝰ eſſe cõiugium, ſed quia ipſa licita admixtio cõiugis ſine voluptate carnis fieri nõ poteſt,a ſacri loci ingreſſu abſtinendũ eſt,quiavoluptas eſſe ſine culpa non poteſt.Nõ enĩ de fornicatiõe vel de adulterio natus fuerat,qui di cebat. Ecce enĩ in iniquitatibꝰ cõceptus ſum,& in peccatis peperit me mater mea.Qui enĩ in inquita tibus conceptũ ſe nouerat,a delicto ſe natũ gemebat,quia portat arbor in ramo humorẽ vitii,quem tra xit ex radice,in quibus tñ verbis nõ admixtionẽ cõiugũ iniquitatẽ nominat,ſed ipſam videlicet volu ptatem . Cõmixtiones enĩ ſunt multe & licite ac legitime,& tñ in earum actu aliquatenus fedamur, ſicut ſepe iraſcendo culpas inſequimur,& tranquillitatẽ in nobis animi p̄turbamꝰ. Et cum rectum ſit quod agitur,nõ eſt tñ approbabile quod in eis animus p̄turbatur. Contra vitia quippe delinquentiũ iratus fuerat qui dicebat. Turbatus eſt pre ira oculus meus.Quia enĩ niſi tranquilla mens nõ valeat in contẽplatione ſe ad lucẽ ſuſpendere,& in ira ipſum oculum turbatũ dolebat.Quia dum mala acta deorſum inſequitur,cõfundi atq; turbari a ſummorũ contẽplatione cogebatur. Et laudabilis eſt ergo ira cõtravitiũ et tñ moleſta,quia turbatũ ſe aliquẽq; reatũ icurriſſe eſtimabat,Legitima ergo carnalis co pula oportet vt cauſa prolis ſit nõ voluptatis,& carnis cõmixtio creandorũ liberorũ ſit gratia,nõ ſatiſfa ctio vitiorũ.Si quis ſua cõiuge nõ cupidine voluptatis raptus,ſed ſolũmodo creãdorũ liberorũ gĩa vti tur,ipſe profecto ſiue de ingreſſu eccleſie,ſeu de ſumendo corporis dñici & ſanguinis myſterio ſuo eſt iudicio relinquẽdus,quia a nobis ꝓhiberi nõ debet accipere qui in igne poſitus neſcit vri.Cũ vero nõ amor ꝓcreãde ſobolis ſed voluptas dñatur i opere cõmixtiõis,hñt cõiuges etiã de ſua cõmixtiõe qđ de fleant,hoc enĩ eis cõcedit ſancta predicatio,& tñ de ipſa cõceſſione metus animũ cõcutit,Nam cũ Pau lus apoſtolus diceret qui ſe cõtinere non poteſt habeat ſuãvxorẽ,ſtatim ſubiungere curauit,hoc autem dico ſecundũ indulgentiã,nõ ſecundũ imperiũ.Non enĩ indulgetur quod licet & iuſtum eſt. Quod igitur indulgeri dixit culpã eſſe demonſtrauit,Vigilãti vero mente penſandũ eſt,quod in ſyna mon⁄te dñs populũ abſtinere a mulieribus precepit,Et ſi illic vbi dñs per creaturã ſubditam hoibus loque⁄batur tanta prouiſione eſt munditia corporis requiſita,vt qui verba dei reciperẽt mulieribus mixti nõ eſſet,q̃tomagis mulieres que corpus dñi oĩpotentis accipiũt cuſtodire ſe in carnis mundicia debẽt ne ipſa ineſtimabilis magnitudine myſterii grauẽtur?Hinc etiam ad Dauid de pueris ſuis per ſacerdotẽ diciturvt ſi a mulierib⁹ mundi eſſent panẽ propoſitionis acciperent,quos oĩno nõ p̄ciperent niſi prius mundos eos Dauid a mulieribus fateretur. Tũc autẽ vir qui poſt admixtionẽ cõiugis lotus aqua fue rat,etiamſacre cõmunionis myſteriũ valet accipere,cum ei iuxta prefinitam ſententiam etiam eccleſiã licuerit intrare.

¶Interrogatio auguſtini.

¶Si poſt illuſionem que per ſomniũ ſolet accidere,vel corpus dñi quilibet accipere valeat,vel ſi ſacer⁄ B
dos ſacra myſteria celebrare,

¶Reſponſio gregorii.

¶Et quidẽ hunc teſtamentũ veteris legis ſicut in ſuperiori capitulo iã dixim⁹ pollutũ dicit,& niſi lo C
tum aqua ei vſq; ad veſperũ intrare eccleſiã nõ cõcedit.Quod tamẽ ſpecialiter ad illũ populũ ſpiritali ter autẽ intelligens ſub eodẽ itellectu accipiet quo prefati ſumꝰ,quia quaſi per ſomniũ illuditur,qui tẽ tatus in imũditiã vanis imaginibus in cogitationib⁹ inquinaťSed lauandus eſt aqua vt culpas cogi⁄tationis lachrimis abluat,Et niſi prius ignis tẽtationis receſſerit,reũ ſe quaſi vſq; adveſperã cognoſcat, Sed ẽ i eadẽ illuſione neceſſaria valde diſcretio,que ſubtiliter pẽſare debeat,ex qua re accidat mẽti dor⁄mitis Aliqñ enĩ ex crapula,aliqñ xe nature ſupfluitate,aliqñ ex cogitatiõe cõtigit. Aliqñ per infirmi⁄tatẽ,Et quidẽ cum ex nature ſuperfluitate vel infirmitate euenit,oĩno hec illuſio non eſt timenda,quia hãc animo neſciẽte ptuliſſe magis dolẽdũ eſt q̃ feciſſe. Cũ vero vltra modũ appetitus gule in ſumẽdis alimentis rapiť,atq; idcirco humorũ receptacula grauanť,habet ex inde animꝰ aliquẽ reatũ,nõ tñ vſq; ad prohibitionẽ percipiendi ſancti myſterii,vel miſſarum ſolemnia celebrandi,cum fortaſſe aut dies feſtus exigit,aut exhibere myſterium pro eo quod ſacerdos alius in loco deeſt ipſa neceſſitas compel⁄lit. Nam ſi aſſunt alii qui implere miniſteriumvaleãt,illuſio pro crapula facta a perceptiõe ſacri my⁄ſterii prohibere non debet,ſed ab immolatiõe ſacri myſterii abſtinere(vt arbitror)hũiliter debet,ſi ta⁄

men animum dormientis turpes imaginationes concusserunt. Nam sunt quibus ita plerumq; illusio nascitur, vt eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non tedetur, qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera cum se & si dormiente corpore nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiē cecidisse. Sin vero ex turpi cogitatione dormientis oritur illusio dormientis, patet animo reatus suus, videt etenim a qua ra dice inquinatio illa ꝓcesserit, quia qđ cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est, ipsa co gitatio vtrū in suggestiōe, an in delectatione, an qđ maius est in peccati consensu ceciderit, trib⁹ enim modis impletur omne peccatum videlicet suggestione, delectatione, consensu. Suggestio est qđ fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum, quia cum primum culpam serpens suggeſ/ sit, Eua velut caro delectata est, Adam vero velut spiritus consensit. Et necessariū est magna discretio ne inter suggestionem & delectationem atq; consensum iudicem sui prodere animum. Cum enim malign⁹ spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequitur, peccatum omnino perpetratum non est. Cum vero delectari caro ceperit, tunc peccatum incipit nasci. Si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit. tunc peccatum cognoscitur perfici, In suggestione i gi/ tur peccati initium est, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectio. Et sepe contingit, vt hoc quod malign⁹ spiritus seminat in cogitatione, caro in delectatione trahat, nec tamen anima eidem de lectationi consentiat. Et cum caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptati/ bus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec con sentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat, vnde & ille celestis ex citatus precipu⁹ miles gemebat dicens, video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. & captiuum me ducentem in lege peccati, que est in membris meis. Si autem capti/ uus erat minime pugnabat, sed & pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & captiuus non erat, & pugnabat, Igitur legi mentis lex que in membris est, repugnabat. Si autem pugnabat captiuus nō erat. Ecce ita est homo vt ita dixerim & captiuus & liber, liber ex iustitia quam diligit, captiuus ex de lectatione quam portat inuitus.

¶INCIPIT SYNODVS ROMANA HABITA A GREGORIO PAPA PRIMO.

A REGNANTE IN PERPETVVM DOMINO NOSTRO IESV christo temporibus piissimi ac serenissimi domini Mauricii & Theodosii tyberii augustorum eiusdem domini Mauricii imperii anno. xiii. indictione. xiii. quinta die mensis iulii, Gregorius papa corā sacratissimo beati Petri apostoli corpore. cum episcopis omnibus romane ecclesie & presbyteris residens astantibus diaconibus, & cūcto clero dixit, In sancta hac Romana ecclesia cui diuina dispensatio preesse me voluit dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris mysterium can/ tores eligantur, & in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inseruiant quos ad predicatio/ nis officium & elemosinarū studium vacare cōgruebat, vnde fit plerūq; vt ad sacrum ministeriū dū blanda vox queritur, queri congrua vita negligatur, & cantor minister dñi moribus stimulet, cum po pulum vocibus delectet. Qua de re presenti decreto constituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cā/ tare non debeant, solumq; euangelice lectionis officium inter missarum solennia exoluant. Psal/ mos vero ac reliquas lectiones cēleo per subdiaconos, vel si necessitas exigit per minores ordines exhi beri. Si quis autē cōtra hoc decretū meū venire tētauerit anathema sit. Et respōderūt oēs anathma sit.

B ¶Verecūdus mos torpore indiscretionis inoleuit, vt huius sedis pontificibus ad secreta cubilis seruitia laici pueri ac seculares obsequantur. Et cum pastoris vita esse discipulis semp debeat in exēplo, ple/ rumq; clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt quā tñ vt dictū est seculares pueri sciunt, De qua re presenti decreto constituo, vt quidam ex clericis vel etiā ex monachis electi ministerio cu biculi pontificalis obsequantur, vt is qui in loco est regiminis habeat testes tales qui veram eius in se/ creto conuersationem videant, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

C ¶Consuetudo noua in ecclesia hac & valde reprehensibilis erupit vt cum rectores eius patrimonii vr bana vel rustica predia iure illis competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant, atque hoc quod competere pauperibus estimant non iudicio, sed manibus defendant.

Et cū

Et cum per predicatores ſuos veritas dicat,nichil per contentionem,etiam ipſum litigioſe contentiõis malum tranſcenditur,& res quelibet cum eſtimatur eccleſie poſſe competere,vi tenetur. Proinde preſenti decreto conſtituo,vt ſi quis eccleſiaſticorum vnquam titulos ponere ſiue in ruſtico,ſiue in vrbano predio ſua ſponte preſumpſerit, anathema ſit. Et reſponderunt oēs anathema ſit.

¶Is autem qui preeſt eccleſie ſi hoc vel ipſe fieri precipit, vel ſine ſua preceptione factum digna puni A
re animaduerſione neglexerit,anathema ſit. Et reſponderunt omnes anathema ſit.

¶Sicut indignos nos per beati Petri apoſtoli reuerentiam mens fidelium veneratur. Ita noſtram in B
firmitatem decet ſemetipſam ſemper agnoſcere,& impenſe ſibi veneratiõis onera declinare. Ex amore quippe fidelium huius ſedis rectoribus mos vltra meritum erupit, vt cũ eorum corpora humanda deferuntur,hec dalmaticis contegant, eaſdemq; dalmaticas pro ſanctitatis reuerentia ſibimet partiendas populus ſcindat,& cum affint multa ſacris corporibus apoſtolorum martyrumq; velamina, & a peccatorum corpore ſumitur,quod pro magna reuerẽtia reſeruetur. De qua re preſenti decreto cõſtituo,vt feretrum quo Romani pontificis corpus ad ſepeliendũ ducitur nullo tegmine veletur. Quã decreti mei curam gerere ſedis huius preſbyteros ac diaconos cenſemus. Si quis vero ex eorum ordine hoc curare neglexerit. Anathema ſit. Et reſponderunt omnes Anathema ſit.

¶Antiquam patrum regulam ſequens nichil vnquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſti- C
tuo,neque ex datione pallii,neque ex traditione cartarum,neq; ex ea quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit appellatione paſtelli. Quia enim ordinando epiſcopo pontifex manũ imponit,euãgelicam vero lectionem miniſter legit,confirmationis vero huius epiſtolam notarius ſcribit,ſicut pontificem manum non decet quam imponit vendere,ita miniſter vel notarius non debet in ordinatione eius vocem ſuam vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo, vel pallio,ſeu cartis,atq; paſtello eũdem qui ordinandus eſt,vel ordinatus omnino aliquid dare prohibeo. Ex predictis rebus ſiquis aliquid commodi appellatione exigere, vel petere forte preſumpſerit in diſtricto omnipotentis dei examine reatui ſubiaceat. Is autem qui ordinatus fuerat ſi non ex placito neq; exactus,aut petitus poſt acceptas cartas,& pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratie tantummodo cauſa voluerit, hoc accipi nullomodo prohibemus , quia eius oblatio nullam culpe maculam ingerit,que ex accipientis ambitu non proceſſit.

¶Multos ex eccleſiaſtica familia nouimus ad omnipotentis dei ſeruitium feſtinare,vt ab humana ſer D
uitute liberi in diuino myſterio valeant in monaſteriis conuerſari. Quod ſi paſſim dimittimus omnibus fugiendi eccleſiaſtici iuris dominium occaſionem prebemus. Si vero feſtinantes ad omnipotentis dei ſeruitium incaute retinemus,illi inuenimur negare quedam qui dedit omnia,vnde neceſſe eſt,vt ſi quis ex iuris eccleſiaſtici ſeruitute ad dei ſeruitium conuerti deſiderat, probetur prius in laico habitu conſtitutus,& ſi mores illius atq; conuerſatio bono deſiderio illius teſtimonium ferunt,abſq; vlla retractione ſeruire in monaſterio omnipotenti domino permittatur,& ab hũano ſeruitio liber recedat qui pro diuino obſequio diſtrictiorem ſubire appetit ſeruitutem.

¶Incipit epiſtola Felicis Sicilie epiſcopi ſancto Gregorio Pape Romanorum directa.

DOMINO BEATISSIMO ET HONORABILI SANCTO E
Patri Gregorio pape Felixveſtre ſalutis amator,Beatiſſime veſtre ſalutis,ac ſanctitatis iura penes deũ ſunt manifeſta dũ p̃dicatiõibus. ſ. ap̃licis,& doctrinevere fidei cultura vniuerſa repleta ſit terra,p diuinorũ tñ eruditionẽ eloquiorũ veſtra inſtruente ãmonitione exhortatoria ſupedificatur orthodoxa xp̃i eccl̃ia ap̃lica inſtitutione fundata,& a fidelib⁹ patribus firmiſſime roborata. Ad quã omnes beatiſſimi ap̃li pari honoris , & ptãtis conſortio prediti populorũ agmina conuertẽtes,pie ſancteq; de tenebris ad lumẽ,de lapſu infidelitatis ad verã fidẽ,de morte ad vitã hoies diuine p̃deſtinatiõis gr̃a p̃ſcitos ſalutaribus p̃ceptis, ac monitis p̃duxerũt,quorũ ſc̃tõrũ ap̃lorũ vr̃a fraternitas honorãda ſequẽs merita,& p̃fecti⁹ implẽs exẽpla eccleſiã dei morũ p̃bitate, & actuũ ſanctitatẽ condecorat,& fide ſacra xp̃ianiſq; moribus vigẽs,q̃ fieri deo placita p̃cipit ſtudiis pontificalibus indeſinenter operatur,& perficit,ſeruans diuine legis precepta,quia non auditores legis iuſti ſunt apud deũ ſicut narrat ap̃ls,ſed factores legis iuſtificabũt. Hec q̃dẽ meditãtes platũ ẽ ſicut a q̃buſdã Roma veniẽtib⁹ vos Auguſtino cõſodali nr̃o p venerabilẽ ſc̃titatẽ veſtrã poſtmodũ ep̃o anglorũ gẽti ordiato

& illuc directo,atq; anglis scripsisse quos olim ad fidem conuersos per nos cognouimus,vt quarta p̄ genie coniuncti non seperentur. Que consuetudo dudum in illis,aut in istis partibus quādo vna vo biscum ab infantia nutritus atque edoctus fui non erat, nec invllis predecessorum vestrorum decretis aut reliquorum generaliter,vel specialiter patrum institutis legi,aut hactenus ab vllis sapientibus esse concessum didici,sed semper vsq; septimum origínis sue gradum hoc a sanctis anteceſſoribus vestris & ceteris sanctis patribus tam in Nicena synodo,q̄ & in aliis sanctis Conciliis congregatis seruari de bere repperi,& a recte viuentibus, ac deum timentibus hominibus studiose preuideri cognoui. Dū hec nobiscum versabantur superuenere & alia de quibus necessarium nobis videtur vestram consule re auctoritatē, deuenerūt quippe ad nos tam benedictus syracusane ecclesie episcopus,quā & alii fra tres nostri equidem lachrymantes,ac dicentes per seculares,& laicos nimis se esse turbatos,atq; animo afflictos super imoderatis actibus eorum,pro quibus & aliqua merita eis impingebantur. Sunt etiā quedā ecclesie in nostra prouintia super quarum consecrationibus dubitatur, & tam propter aerū anti quitatem q̄ & propter earum custodum incuriam nescitur vtrum dedicate ab episcopis fuerint necne, super quibus omnibus nos a vestra sanctitate, ac vestre sedis auctoritate instrui precamur. Et vtrum ea que sicut prediximus vos prefato consodali nostro Augustino episcopo, & anglorum genti scripsi se audiuimus specialiter ei, an generaliter omnibus scripta sunt scriptisvestris imbui querimus,& de hac siue de aliis prescriptis rebus pleniter informari cupimus. Nos enim ea que legimus,& obseruari a fidelibus cognouimus non increpando quod absit vobis significamus,sed quid rationabiliter, & fi deliter super his obseruare debeamus requirimus. Et quoniam non modicum murmur super hac re nobiscum versatur,quid respondere fratribus, & coepiscopis nostris debeamus, a vobis quasi a capite responsum querimus,ne super his ancipites remaneamus,aut murmur vllum tam nostris temporib⁹ q̄ post inter vos,& alios remaneat,rumorq; vester qui semper bon⁹, & optimus fuit detractionibus la ceretur,vel subtrodatur,aut nomen vestrum quod absit superuenientibus temporibus blasphemetur. Nos autem que recta sunt auctore deo humili corde seruantes, vno vinculo charitatis vobis constri cti vestram religionem in omnibus vt fideles alumni defendentes a vobis que recta sunt querimus, scimus enim vt semper sancte sedis presules Primo apostoli,deinde successores eorū fecerunt vos vni uersalis ecclesie,& maxime episcoporum qui oculi propter contemplationem,& speculationem vocan tur domini curam gerere,ac de religione,& lege vestra assidue cogitare sicut scriptum est. Beatus vir qui meditabitur in lege domini die ac nocte. Que meditatio nō lectione p̄ figurā litterarū tantū con specta,sed exuberante in vobis christi gratia in vestra cognoscī cōscientia immobiliter insita. Nullatenus de vestro corde recedente lege xp̄i,& iustitia domini sacro sancta, sicut in Psalmis dicit propheta. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius non a tramento,sed spiritu dei viui vestris in archans conscripta. Non igitur in tabulis lapideis,sed in tabu lis cordis. Extinguatur oramus vestris sapientissimis responsis,& auxiliis omnis tenebrarum caligo, vt Lucifer nobis resplēdeat per vos sanctissime pater,& dogmatica definitio omnesvbiq; letificās,qua glorioſi sancte ecclesie patres propria & piissima dogmata,in eterne vite firmam hereditatem predica re noscuntur. Et subscriptio incolumemvos,& deo placitum sancte pater patrum orantem pro nobis dominus custodiat in euum. Amen.

¶Rescriptum sancti Gregorii pape Felici Sicilie episcopo.

A FRATRI REVERENTISSIMO FELICI COEPISCOPO. Gregorius seruus seruorum dei. Caput nostrum quod est Christ⁹ ad hoc sua membra eē nos voluit,vt per eius largam charitatem, & fidem vnum nos in se corpus efficeret. Cui ita nos adherere conuenit,vt quia sine ipso nichil esse possu mus,per ipsum esse possimus quod dicimur. Ab arce capitis nulla res nos diui dat,ne ab eo(si eius membrum esse refugimus)relinquamur,& velut delecti de vite palmites arescamus,Vt ergo redēptoris nostri habitaculum esse mereamur. in dilectione ipsius toto mentis studio maneamus,ipse namq; ait. Qui diligit me,sermonem meum seruabit,& pater meus diliget eum, & ad eum veniemus,& mansionem apud eum faciemus. Exegit ergo dilectio tua frater carissime,vt ex auctoritate sedis apostolice tuis deberemus consultis respōdere, Quod licet nō p̄lixe, sed succincte agere festinarem⁹ p̄pter quasdā importunitates que nostris im pedientibus

pedientibus peccatis in nos superuenere, tuis tamen hec per reliqua sanctorum patrum instituta stu-
diis perquirere latius,& inueltigare committimus.Non enim potest mens attrita oneribus atq; im-
portunitatibus pregrauata tantum boni peragere,quantum delecta,& oppressionibus soluta.Nō er-
go ista ob id pertulimus,vt hec & alia que necessaria fore cognouerim⁹ tue sanctitati velimus denega-
re,sed vt quod hic minus inuenitur , latius inquiratur. Ex tribus enim apostolicam sedem in qua ali-
tus es,& edoctus capitulis consulendam predecessorum tuorum sequens exempla credidisti, id est de
consanguinitatis coniunctione,& de vexatione episcoporum a subditis,& de ecclesiarum dubitatione
consecrationum.Quod igitur scripsi augustino anglorum genti episcopo alumno videlicet vt recor-
datus tuo. De consanguinitatis coniunctione ipsi , & anglorum genti que nuper ad fidem vene-
rat, ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet,specialiter & non generaliter certissime scri
psisse cognoscas. Vnde & michi omnis Romana ciuitas testis existit.Nec illa intētione illis scripta mā
daui,vt post firma radice in fide summe solidati , si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint
non separentur,aut infra affinitatis lineam,id est vsq; ad septimam generationem coniungantur, sed
adhuc illos neophitos existentes sepissime prius eos illicita edocere,& verbis,ac exemplis instruere, &
que post de talibus egerint rationabiliter,& fideliter excludere oportet.Nam iuxta apostolum qui ait
lac vobis potum dedi non escam,ista illis modo non posteris, vt supra dictum est temporibus tenēda
indulsimus,ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat erueretur , sed ceptum firmaretur,
& vsq; ad perfectionem custodiretur . Sane si in his secus q̄ debuimus aliquid egimus,non propter
ipsam in futurum seruandam,sed commiserando actum esse cognoscas,vnde & testem inuoco deum
qui cogitationes omnium nouit hominum,cuius etiam oculis omnia nuda sunt,& aperta.Nam si ea
destruerem que antecessores nostri statuerunt non constructor, sed euersor esse iuste comprobarer te-
stante veritatis voce que ait.Omne regnum in se diuisum non stabit.Et omnis scientia, & lex aduer-
sum se diuisa destruetur,ideoq; necesse est,vt concorditer omnia statuta sanctorum patrum nostrorū
teneamus nichil per contentionem agentes,sed ad omne studium bone deuotiōis vnanimes diuinis,
& apostolicis constitutionibus auxiliante domino pareamus . O q̄ bona est charitas que absentia per
imaginem presentia sibimet exhibet per amorem,diuisa vnit,confusa ordinat,inequalia sociat, imper-
fecta consummat.Quam recte predicator egregius vinculum perfectionis vocat,quia virtutes quidem
cetere perfectionem generant, sed tamen eas charitas ligat , vt ab amantis amore dissolui iam neque-
ant.His rite perpensis charitatiue iam dictis indulsi,nec preceptum dedi, sed consilium, neq; regulā,
in his posteris vllis tenendam tradidi,sed de duobus periculis quod facilius sit vitandum ostendi . Si
igitur in rebus secularibus suum cuiq; ius.& propriusordo seruandus est, quanto magis in ecclesiasti
cis dispositionibus nulla debet induci cōfusio , ne ibi discordia locum inueniat,vnde pacis debent bo-
na procedere.Quod hac ratione seruabitur,si nichil potestati,sed totum equitati tribuitur. Quapro
pter multum cor nostrum magnitudini vestre congaudet,quod sic vos in vestris actibus studiosos in
uenimus,vt vos & nostri curam habeatis,& talia suscitādo inquirere studeatis,quatinus & talia vobis
non solum apud homines gloriam,sed & apud omnipotentem deum premia mercedis acquirant.

¶Ceterum super vexatione episcoporum de qua nos consulere voluistis,scimus quia nullis vita pre- A
sulum perturbari debeat excessibus , quia valde indignum est vt hi qui troni dei vocantur aliqua mo
tione a reliquis vel subditis turbentur,quoniam si Dauid regum iustissimus in Saul quem constabat
iam a domino reprobatum,& abiectum esse manum mittere non presumpsit,quanto magis cauen-
dum est,ne manum detractionis,aut vituperationis,siue indiscretionis , aut de honorationis quidam
mittant in vnctum domini,vel in predicatores sancte ecclesie? quia eorum vexatio , siue detractio ad
Christum pertinet, cuius vice in ecclesia legatione funguntur,Vnde summopere cauendum est om-
nibus fidelibus,ne danculo,aut publice episcopum suum,id est vnctum domini detractiōibus,aut vi
tuperationibus dilanient perpendentes illud exemplum Marie, quia pro eo quod pro Moysi famu-
lo domini propter Ethiopissam detraxit immundissima lepra mulctata sit. Et aliud Psalmiste. No-
lite tangere christos meos,& in prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur,diis nō de
trahes,& principi populi tui non maledices. Vnde valde preuidēdum est subditis tam clericis q̄ laicis
ne episcoporum,aut prepositorum suorum vitam reprehendere audeāt,ne vnde mala redarguūt inde
per elationis impulsum in profundiora mergantur. Ammonendi sunt etiam,ne cum culpas p̄positō
rum suorum considerant,cōtra eos audaciores fiant,sed sic eorū praua apud semetipsos diiudicent, vt
diuino timore constricti ferre sub eis iugum reuerentie non recusent, quoniam facta episcoporum,vel

prepoſitorum oris gladio feriẽda non ſunt, etiam cum recte reprehendenda videantur, quoniam a predeceſſoribus noſtris,& a reliquis multis ſanctis ſtatutum fore cognouimus, vt oues paſtores ſuos leuiter non reprehendant,nec eos criminari,vel accuſare preſumant, quia cum in prepoſitis noſtris de linquimus eius ordinationi qui eos nobis pretulit obuiamus,vnde Moyſes cum contra ſe, & Aaron populum conqueri cognouiſſet ait.Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum,ſed contra dominum.Quaptopter ammonendi ſunt ſubditi vtriuſq; ordinis viri,vt cum magiſtrorum facta conſpiciunt,ad cor ſuum redeant,& de eorum increpationibus non preſumant,quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum,nec ſeruus ſuper dominũ ſuum. De dedicationum vero eccleſiarum dubitatione ſuper qua nos inter cetera conſulere voluiſtis,hoc vos rite tenere debetis quod ab anteceſſoribus noſtris traditum accepimus,id eſt vt quotiens tam de baptiſmo aliquorum,vel cõfirmatione quã & de eccleſiarum conſecratione dedicationum in dubium habetur,& nec ſcriptis,nec teſtibus certa ratio habetur,vtrum baptiſati,vel confirmati,ſiue eccleſie conſecrate ſint,vt baptizentur tales, ac confirmẽtur,atq; eccleſie canonice dedicentur,ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat, quoniam non monſtratur iteratum quod non certis indiciis oſtenditur rite peractum, hec nos adminiculante diuina gratia ita tenere cupimus,vobiſque vt poſtulaſtis tenere,& docere mandamus,& ea que a ſanctis patribus ante nos ſunt ſtatuta non proterue interrũpere,ſed fideliter ſeruare mãdamus. Vnde redẽptoris noſtri miſericordiam exoramus,vt ſua vobis in omnibus gratia ſuffragetur, & effectu vos iplere tribuat quod velle conceſſit.Progeniem vero ſuam vnumquẽq; de his qui fideliter edocti,& iam firma radice plantati ſtant,inconuulſe vſq; ad ſeptimam obſeruare decernimus generationem, & quandiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos ad huius copule non accedere ſocietatem,nec eam quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit in coniugium ducere vlli profecto chriſtianorum licet vel licebit,quia inceſtus eſt talis coitus,& abominabilis deo, & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos vero nullo coniugii nomine deputandos,& a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſſe legimus adeo nolumus nos in hac re a vobis ſiue a ceteris fidelib⁹ reprehẽdi,quia quod in his illi anglorum genti indulſimus non formam dando,ſed cõſiderationem,ne chriſtianitatis bonum qđ ceperant imperfectum dimitterent egimus.

A ¶Quia ergo hac in re tanto commoda retributionis accreſcunt, quanto & ſtudium laboris augetur paterna vos dulcedine ſalutantes hortamur, vt prepoſita opportunitatis occaſiõe in veſtra efficacia eni xius elaborare ſtudeatis,atq; id modis omnibus vt poſſibile fuerit omniũ ſtudio agere cõtẽdatis, quatinus predicabile deſiderium veſtrum auxilio omnium adiuuante domino compleatis,Nec hoc quoque in hac ſollicitudinis parte relinquimus, quod omnes inceſtuoſi a liminibus ſancte eccleſie ſint ſeparandi,vſq; dum per ſatiſfactionem precibus ſacerdotum eidem ſancte eccleſie canonice reconcilientur.Sunt enim mali ſegregandi a bonis, & iniqui a iuſtis,vt ſaltem rubore ſuo conſcientias ſuas recognoſcant,& conuertantur a prauitatibus ſuis.At ſi incorrigibiles apparuerint ſegregentur a fidelibus vſq; ad ſatiſfactionem iuxta domini ſaluatoris ſententiam,qui inter cetera de peccante in ſe fratre ait. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te,& ipſum ſolum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum.Si te non audierit,adhibe tecum vnum vel duos,vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.Quod ſi non audierit eos,dic eccleſie. Si autem eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus,& publicanus.His ergo & multis aliis ſanctorum patrum auctoritatibus ſunt mali a bonis ſeparandi,ne pereant iuſti pro iniuſtis ſicut ſcriptũ eſt,periit iuſtus pro iniuſto. Debet enim ſemper diſcretio fieri inter bonos & malos, ſicut eſt inter hedos & oues, manifeſta quecq; peccata non ſunt occulta correptione purganda,ſed palam ſunt arguendi qui palam nocent,vt dum aperta purgatione ſanantur,hi qui eos imitando deliquerant corrigantur,Dum enim vnus corripitur,plurimi emendantur.Et melius eſt vt pro multorum ſaluatione vnus condãnetur,quã per vnius licẽtiã multi periclitẽtur,nec mirum ſi inter homines hec ratio cuſtoditur, cum inter iumenta hec fieri perſepe cognoſcimus. Etenim que ſcabiẽ,aut impetiginem habere videntur,ſeparantur a ſanis, ne illorum morbo cetera dãnentur,vel pereant.Satius ergo vt mali aperte corrigantur,q̃ pro illis boni pereant, vnde voluimus vos omnes in vnum conuenire epiſcopos,vt de incidentibus cauſis fiat diſceptatio,& ſalubris de eccleſiaſtica obſeruatione collatio,q̃tinus dũ p hoc & p̃terita corrigãtur,& regulã futura ſuſcipiũt, oipotẽs vbiq; dñs fratrũ cõcordia collaudet.Cuius vobis adeſſe p̃ntiam ſi hec obſeruabitis ſcitote, qa ſcriptum eſt,vbi fuerint duo vel tres cõgregati in noie meo,ibi ero in medio eorũ.Si ergo adeſſe dignatur vbi duo vel tres ſunt,q̃tomagis nõ deerit vbi plures cõueniũt ſacerdotes? Et qdẽ quia adhibẽdũ bis in

anno concilium

anno conciliū patrū sit regulis institutū nō latet,sed ne forte aliq̄ excusatio sit,semel decernimus cōgregari,vt expectatiōe cōcilii nichil prauū,nichil p̄sumat̄ illicitū.Nā plerūq;,& si nō amore iustitie,metu tamē examinatiōis abstinet̄ ab hoc qd̄ oim notū est posse displicere iudicio. Hanc frater carissime obseruantiam nr̄is relinquēdā posteris teneamus,Certū qppe est,qa si toto corde p̄ceptis nos salutarib⁹ occupam⁹,oēm vitiorū labē effugiem⁹.Quapropter op3,vt enixi⁹ in cūctis studiosos vos circa fratres atq; subiectos ostēdatis, vt omnes te,qa nobiscū alitus es atq; didicisti sancte Romane ecclesie p̄ceptionibus parere apl̄ice sedis p̄cepta multiplicare aptissimeq; nota facere cognoscant,qa quod specialiter tibi,& fratrū tuorū charitati vt tue lr̄e innotuerūt cōsulta scribimus generalr̄ oibus tenere mādamus.Circa subiectorū aūt actus fraternitas vr̄a sit vigilās vestrū illis exemplū instructio,& vita magistra sit,lingue vr̄e exhortatione discant quod metuant,& doceantur quod diligant,vt dum talenti crediti lucra multiplicantur,in die retributionis annuente diuina gratia audire mereamini. Euge serue bone,& fidelis intra in gaudium domini tui. Curam preterea de omnibus que vobis aliisq; fratrib⁹ nostris,& generaliter cunctis pro illicitarum rerum prohibitione scripsimus habere vos per omnia cognoscamus que omni studio omniq; annisu necesse est,vt fraternitatis vestre vigilantia compleantur, atq; oia illic que ꝓ aiarū salute scripsimus fidelr̄ recēseāt̄ q̄tin⁹ ꝑ hoc,& vos zelū vr̄m, & q̄liter vobis illicita displiceāt ondatis,& nos vtilr̄ ꝓuidisse q vr̄am adhoc pre ceteris ꝑsonā elegim⁹ videamur.Oipotēs aūt deus suavos ꝓtectiōe custodiat,honoremq; perceptū vos moribus seruare cōcedat. Amen.

¶QVANTVM CONIICIENDVM EST EX PREFATIONE quā huic operi preposuit Isidorus,collectio decretorū cōciliorū,ac sanctionum pontificū que in vnum comportauit pariter et collegit idem auctor, hic clauditur.

¶Relique vero constitutiones que sequuntur.Videlicet Gregorii minoris,Vitaliani,Martini,Gregorii tertii.ac Zacharie Romanorum pontificum,ob id prefate collectioni apposite sunt, quia veteres codices ita habent. Auctores item illarum q̄ plurima egregia atque preclara ecclesie contulerunt, vt indignum duxerim tam insignium presulum acta obliterari,atq; preteriri intacta.

INCIPIVNT DECRETA GREGORII MINORIS.

i ¶Vt nullus audeat presbyteram in coniugium ducere.
ii ¶Item de diacona.
iii ¶Itē de mōacha quā dei ācillā appellāt.
iiii ¶Item de commatre spirituali.
v ¶Item de fratris vxore.
vi ¶Item de nepte.
vii ¶Item de nouerca,aut nuru.
viii ¶Item de consobrina.
ix ¶Item de ꝓpria cognatione, vel quam cognatus habuit.
x ¶Vt viduam nemo furetur in vxorem.
xi ¶Item vt virginē nemo furet̄ in vxorē.
xii ¶De aruspicibus vel incantatoribus,seu philacteriis.
xiii ¶De preceptis ecclesie obseruandis.
xiiii ¶De Adriano filio exhilarati.
xv ¶De epiphania diacona.
xvi ¶Vt nullus audeat assensum tribuere.
xvii ¶De coma clerici non relaxanda.

IN NOMINE DOMINI SALVATORIS DEI NOSTRI Iesu xp̄i impante dn̄o piissimo Augusto leone a deo coronato magno,& pacifico impatore āno.vi.post cōsulatū vero eius anno.xvii. sed & Cōstātino impatore eius filio āno.ii. mēse Aprili.indictiōe.iiii.p̄sidēte sctissimo Gregorio apl̄ico papa in basilica beati Petri apostolorū principis ante confessionem, considentibus etiam sanctissimis episcopis Agnello ferentinati. Agnello sutrino Iohanne bellitemensi,triburatio filaris,Vitale alatrino,Anastasio tiburtino.Opportuno maurianensi, Iohanne blerano,Mauritiano sabis,Vuiliarit narmensi,Georgio portuensi, Sergio prenestio, Tyberio silue cādide, Petro camerio,Greg.anagnias,sinderedo archiep̄o spame,Georgio

nepe,Sedulo epō Britānie,Iohāne ſignías,Ferguſto epō ſcotie. Andrea albanēſi,& maurino palmari, ſeu venerabilibus preſbyteris. Siſinnio Iohāne. Itē Iohāne. Euſtratio,Georgio,Talaſio. Marino,Cō ſtātino. Gregorio,Iohāne. Epiphanio. Marino,Iohāne,& Iohāne,aſtātibus quoq; diaconib⁹. Petro archidiacono,Georgio. Oraſcho,ſeu bñdicto,vel cuncto clero,Gregorius ſanctiſſimus,ac beatiſſimus papa ante corpus beatiſſimi Petri in ſynodo reſidens dixit.

A CVM SIMVS DOMINICE PLEBIS SVPERNA MISERA tione rectores ſtudioſius nos cōuenit dei p̄ſidiū p̄ eorū ſepe rogitare ſalute, ne de creditis fruſtratiſq; (qđ abſit) aiabus inſidiis antiq hoſtis añ paſtorē oim, niſi ſuccedat p̄ueniēdo de offenſis correctio diſtrictā cogamur ſoluere rōnē,dūq; p̄pendo vel ad animū reduco q̄ta circūſpectiōe nos oporteat inuigilādo cōtra ſui cuiuſq; ſceleris neq̄tiā obuiare,& ſi qñ inſilierit ad p̄turbādas fideliū mētes adiutorio ſupno ictui eius reſiſtere valde concutior, atq; nimis tabeſco,ne ſerpentina calliditate (qđ abſit) leuiores quoſq; decipiat, deo vero fauēte ſollicitudine nimia freti aiam eq̄ore mēte diuino iuuamine p̄ ſalute oim ſtudere debemus, vt incōfuſo vultu nō de fraude cuiuſquā pculſi aſſiſtere eterno iudici mereamur,& vocem audire inquientem. Euge ſerue bone,& fidelis,quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſupra multa te cōſtituā,intra in gaudiū domini tui. Hinc nāq; eſt qđ ingemiſcēs dico q̄ pplī xp̄iani alquos p̄ p̄uitiā Italiā cōmorātes, audio temere cōtra catholicā fidem, & patrū ſtatuta patrare. Ita vt deo ſacratas feminas ducere p̄ſumāt mulieres,& p̄pinquas cōiugio ſocient. Q đ oppor tunū eſt ſpiritali āputari mucrone,atq; ſi vīe placet ſctitati radicit⁹ euelli, ne ſeges bōi agricole zizanio rū mixta horrētib⁹ frutectis ſordeſcat. Sāctiſſimi ep̄i,ſeu venerabiles reſpōderūt,vere cognoſcim⁹ gr̄a ſancti ſp̄ūs cor apoſtolat⁹ vri ſuccenſum,& vt radicitus tāte miſerie ſquallores a fideliū mentib⁹ deter gātur,& q̄ vulnus corpi infixū aditu talis miſerie obſerato ſalutari ātidoto cureť,ſicut bñ p̄uiſū eſt interdictiōe anathematis,ne denuo hoc q̄ſpiā Rōan⁹ lōgabardus,vel cuiuſcūq; ſit gentis,ſacriq; baptiſmatis vnda lot⁹ attentet.vt nō tāti piaculi mole opp̄ſſus p̄cipitationem icidat,aut voragie mergať iniq tatis,vitari debeat,atq; radicit⁹ euellat. Poſt hāc oim cōſonā rñſionē Gregori⁹ ap̄lic⁹ papa āte corpus memoratū venerabilis xp̄i ap̄lorū principis inferendo ſententiam dixit.

Capitulum primum.

B ¶Si quis preſbyteram duxerit in coniugium,anathema ſit. Et reſponderunt omnes anathema ſit.

Capitulum ſecundum.

C ¶Si quis diaconam in coniugium duxerit,anathema ſit,& reſpōderunt omnes tertio. Anathema ſit

Capitulum tertium.

D ¶Si quis monacham quam dei ancillam appellamus in coniugiū duxerit,anathema ſit. Et rñderūt omnes tertio,anathema ſit.

Capitulum quartum.

E ¶Si quis commatrem ſpiritalem duxerit in coniugium, anathema ſit. Et reſpōderunt omnes tertio, anathema ſit.

Capitulum quintum.

F ¶Si quis fratris vxorem duxerit in coniugium anathema ſit. Et reſponderunt omnes anathema ſit.

Capitulum ſextum.

G ¶Si quis neptem duxerit in coniugium anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio anathema ſit.

Capitulum ſeptimum.

H ¶Si quis nouercam,aut nurum duxerit in coniugium, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio Anathema ſit.

Capitulum octauum.

I ¶Si quis conſobrinam duxerit in coniugium Anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio anathema ſit.

Capitulum nonum.

K ¶Si quis de propria cognatiōe,vel quā cognatus habuit duxerit vxorē Anathema ſit. Cap.x.

L ¶Si quis viduā furatus fuerit in vxorem,vel conſentiēs ei anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio,Anathema ſit.

Capitulum vndecimum.

M ¶Si quis virginem niſi deſponſauerit rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem vel conſentiens ei Anathema ſit. Et rñderūt oēs tertio ana. ſit.

Capitulum duodecimum.

N ¶Si quis ariolos,aruſpices,icātatores obſeruauerit,aut philacteriis vſus fuerit,anathēa ſit. Et reſpōderunt omnes tertio anathema ſit.

Capitulum decimumtertium.

O ¶Si q̄s in quāq̄ ptē nīa p̄cepta āte emiſſa ap̄lice eccl̄ie de oliuetis,& locis diuerſis temerauerit, & nō i oī̄bus obſeruauerit anathema ſit. Et reſponderūt omnes tertio,anathema ſit.

Cap.xiiii.

¶Adrianus filius exhilarati qui post ꝑstitum sacramentū in apl'ica cōfessione epiphaniā diaconā illicito ausu in vxorē habet,anathema sit. Et respondērūt oēs tertio,anathema sit. Capitulum.xv.

¶Epiphania diacona que post ꝑdictum sacramentum cum Adriano exhilarati filio fuga lapsa est in vxorem,anathema sit, Et responderunt omnes tertio,anathema sit. Capi. decimumsextum.

¶Si quis eī in tam crudeli actu consensum ꝑbuit,anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit. Capitulum decimumseptimum.

¶Si quis ex clericis relaxauerit comam,anathema sit. Et responderunt omnes tertio,anathema sit.

Et subscriptio.

¶Gregorius eps catholice,atq; apl'ice Romane ecclesie huic cōstituto a nobis ꝓmulgato subscripsi. Agnell⁹ eps sancte eccl'ie ferētinensis huic cōstituto a nobis ꝓmulgato subscripsi. Iohānes humilis eps sancte ecclesie beliternensis huic cōstituto a nobis ꝓmulgato subscripsi. Et ceteri epī numero.xiiii & diaconi numero.iiii.die nonas aprilis,indictione.iiii.

¶INCIPIVNT EPISTOLE VITALIANI PAPE.

VITALIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI A Paulo archiepo cretēsi,xix.die mensis decēb.p̄sentis vndecime inductionis Iohānes eps lāpeon vrbis intra basilicā venerabilē beati principis apl'orū Petri nobis obtulit petitionē,ꝑ quā nos obnixe postulauit, atq; cōiurauit ꝑ terribilē inquiens aduētū magni dei,atq; saluatoris nr̄i Iesu xp̄i, vt scdm sacratissimos canones,institutaq; sc̄tōrū patrū eī⁹ cause meritū reqreremus & sniam ꝓmulgaremus, Obtulit ilico & sniam apud tuā fraternitatē confectā,subscriptāq; eī⁹ eorūq; ep̄orum manib⁹,Igitur post aliquos dies ad eī⁹ p̄ces faciētes coaceruarī cetū in hac vrbe romana antistitū fecim⁹,vt nobiscū cōsidētes & petitio eiusdē epī,& acta sacerdotaliter cognoscerētur. Dū ergo esset i hac Ro.vrbe cōgregata eadē synod⁹ ep̄orū ꝑ hmōi negotio audiēdo vel faciendo,stati nobis nūtiata sunt eiusdē exēplaria actiōis a tua fīnitate directa,que susciptētes atq; cōferētes inuicem ita iuenim⁹ cōtinerī in verbis & sensib⁹,sicut ea que nobis p̄fat⁹ eps obtulerat subscripta manu ep̄orūz & tue dilectionis.Q̄obrē āmirati sum⁹,qa p suū clericū hanc vobis minime direxerit. Si eni forsitā tps hoc ꝓhibuit incōgruū,cur absq; suo scripto hāc vsq; nos minime direxerit? Cūq; recēsita eēt snia corā nr̄is fratrib⁹ epīs visum nobis,eisq; est q̄ non scdm timorē dei,neq; scdm instituta patrū sacrosq; canones eiusdē Iohis antistitis lāpeon est cā cognita,& terminata,vel penalib⁹ submissa eī⁹ psona,Propterea nō leuiter cōtristati sum⁹,maxime qa & sub custodia miss⁹ idē iohānes antistes lāpeon dieb⁹ & exinde adducebatur in secretariū tue fraternitatis,vt q̄ velles(inq̄t)lonqueretur,ac rursus sub custodia ducebatur ad clausurā,sicuti habet cōfessio defensoris tue dilectionis in snia ab eo facta,insup & hortabatur cōtra canonū iussa cōtraq; legū instituta exist̄es,vt daret fideiussorē,Deide oportebat tuā fraternitatem secundum canonum vigorem tempore quo se petiit ad nos venire eum absoluere tuis litteris,quem non solum noluisti canonice absoluere ad principis apostolorum limina,sed magis respondisti ei indecenter inquiens quia non competenter queris. Que ergo sancti sanxerunt patres indecētia sunt? An placētia tibi decentia sunt? Quē igitur p̄fatū iohēm antistitem atq; inculpabilem repiētes,iuxta textū snie a te nobis directe fecim⁹ nobiscū cū ep̄is ad missarū solēnia in ecclesias dei p̄cedere,Itaq; statuim⁹atq; firmam⁹ꝑ hui⁹ nr̄e p̄ceptiōis auctoritatē oīa que a te tuaq; synodo cōtra canonū instituta,cōtraq; legū decreta gesta cōfectave sunt,vel snia ꝓmulgata aduersus eū inania & vacua esse,sed qcquid claruerit eū dānificatū eiusdēq; eccl'iam a quoquā,eī tua dilectio faciat reddi,p oīa cōseruans eū absq; dāno,denoiatū enim Iohēm vtpote innocentē exist̄entē cū p̄nti nr̄a p̄ceptione absoluimus hinc,vt sicut ceteri tue dilectionis epī & is sue eccl'ie vtilitatibus cū dei pagere timore sacrarūq; regularū institutione debeat morē. Oportebat deniq; dilectissime frater,oportebat nos similia similibus retribuere. Sed hec magis p ignorantiā opinamur gesta esse,quā per callidītatem,Propterea que p̄cipimus tibi scdm deū,& ꝓpter dn̄m tueq; pagere synodo,stude illico pagere,ne cogamur non misericorditer,sed scdm virtutē sacratissimorū canonū conseruari. Scriptū nāq; est,dn̄s(inquit) Petre rogaui ꝓ te,vt nō deficeret fides tua,& tu aliq̄n cōuersus confirma fratres tuos. Et rursum,Q̄dcūq; ligaueris Petre in terra,erit ligatū in celo,& quodcūq; solueris in terra,erit solutū & in celo. Postquam vero nr̄am p̄ceptionem tua dilectio relegerit, hāc p̄senti portitorī Iohannis epī nimirū reddat ꝓ sui eiusdēq; ecclesie minutione, Data die,vi.kalend.Septēb.indictione vndecima.

¶Item epistola eiusdem.

A ITALIANVS VAANI CVBICVLARIO ET IMPERIALI cartulario. Semper celſitudo veſtra piis hoibus p̄buit concurſum, ſemperq; ire prehenſibiliter viuentibus tribuit libenter opem, Ideoq; congruū p̄uidimus p̄ preſentia noſtra ſcripta Iohannem antiſtitem eccleſie lampēſis ſite in inſula creta, ei in omnibus commendare, Quatinus diuina ope preuia, eiuſq; ſuffultus ſuffragio valeat ad ſanctam celeriter remeare eccleſiam. Per Septembrē enim menſem p̄ſentem vndecime indictionis in hac Romana vrbe ad apl̄orum nr̄i culminis p̄tectorum limina, veniens obtulit nobis petitionē per quam ſupplíciter precatus eſt nos, vt eius cauſe meritum cognoſcētes canonice terminarem⁹. Obtulit deniq; nobis & ſententiam quā promulgauit eius metropolitanus cum ſuis epiſcopis aduerſus eundem Iohānem, volens eum oſtē dere reprehenſibilē per quam eum contra canonū decreta penalibus ſubmiſit. Cuius exēplar & idē eius metropolitan⁹ nobis direxit. Propterea facientes congregari epiſcopos in hac vrbe eius cauſa eſt cognita, relecta videlicet petitione eius, & p̄fata ſententia ab eodem metropolitano eius nobis directa viſum nobis eſt non ſecundum ſacros canones eandem eſſe ſentētiam promulgatam. Ideoq; eam inanem atque vacuam ſtatuimus fore, decernentes eundem Iohannē innocentem exiſtere & abſq; aliqua culpa eum ab eius metropolita querimus ſubiuiſſe, quem merito abſoluimus ad ſuam eccleſiā regredi, ſcribentes eius ſepius nominato metropolite, vt que per ſimplicitatem egerit in eius perſonā contra canonum decreta eſſe vacua & inania. Eundem itaq; Iohannem (vt dictum eſt) antiſtitē veſtre eximie charitati per has noſtras litteras cōmendantes. Hinc abſoluimus ad veſtra nimirū ambulaturum veſtigia, vt ex inde rurſus cū ſuis ſcriptis eum abſoluere feſtinet, queſumus ad ſuam eccleſiā commendantes eū quibus p̄uiderit, vt illeſus debeat eſſe. Profecto enim vna mecum cunctis diebus vite ſue, & ipſe p̄ veſtre excellentiſſime charitatis p̄ſperitate ac longeuitate deprecabitur dominum. Data die. vi. kalend. Februarias, indictione vndecima.

¶ Item eiuſdem ad Paulum cretenſem.

B ITALIANVS PAVLO EPISCOPO CRETENSI AD COGNI tionem tue dilectionis congruū preuidimus p̄ducere, eo quod Iohannes ep̄s lampenſis eccleſie nobis ſuggeſſerit, aſſerens quod ei⁹ parochie pertinentia monaſteria vnū quod appellabatur palea, & alterū quod vocatur arſilli a tua eccleſia eſſe inuaſa. Ideoq; ſi ita eſt hortamur tuā chariſſimā fraternitatem, vt ei ſecundū terminos ſanctorum canonum reddere faciat, quia vnicuiq; quod iuſtum eſt volumus conſeruari, maxime a noſtris fratribus. Cognouimus deniq; quod quidam diaconus nomine Iohannes poſtquam conſecratus eſt miniſter accepiſſet vxorem, & non ſolū hoc, ſed in duabus eccleſiis militet. Ideoque ſi ita eſt, hoc tua dilectiſſima fraternitas p̄ dei amore corrigat, ne denuo huiuſmodi nefas p̄ueniat ad inſtar male viuentium. Deinde cognouimus quod quendam curialem nomine eulampium habeat quaſi conſiliariū. Non enim (vt nobis ſuggeſtū eſt) eum conſtat eſſe bone vite. Ille enim quotidie (vt fertur) inter fratres zizania ſeminat, vt de eorū diſcordia marſupiū impleat. Quāobrem ſi ita eſt, hortamur tuam fraternitatē eum a ſe p̄icere, vt eius opinio coram deo, & hominib⁹ floreat. Data vt ſupra.

¶ Item epiſtola eiuſdem.

desideramus vnam esse sedem episcopatus decreuimus in castello quod dicitur viuozaburg,& alterā in oppido quod nominatur Buraburg. Tertiā in loco qui dicitur Erpesfryod qui fuit iam olim vrbis paganorum rusticorū. Hec tria loca propria carta auctoritate apostolatus vestri roborari,& cōfirmari diligenter postulamus, vt si dominus voluerit per auctoritatem, & preceptum sancti Petri iussionibus apostolicis fundate, & stabilite sint tres in germania episcopales sedes,& vt presentes,vel future generationes non presumant vel parochias corrumpere,vel violare preceptum apostolice sedes. Notum similiter sit paternitati vestre,quod Carlomānus dux francorum me accersitum ad se rogauit in parte regni Frācorum que in sua est potestate synodum incipere congregare,& promisit se de ecclesiastica religione que iam longo tempore,id est non minus q̄ per sexaginta vel septuaginta annos calcata & dissipata fuit aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter si hoc deo inspirante veratiter implere voluerit cōsilium,& preceptum sancte vestre auctoritatis,id est apostolice sedishabere,& sapere debeo,Franci enim vt seniores dicunt plusquā per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt,nec archiepiscopum habuerunt,nec ecclesie canonica iura alicubi fundabant vel renouabant. Modo autem maxima ex parte per ciuitates episcopales sedes tradite sunt laicis cupidis ad possidendum,vel adulteratis clericis scortatoribus & publicanis secularīter ad perfruēdum. Nam si per verbumvestrum hoc negotium duce rogante supradicto monere & p̄cipere debeo preceptum,& iudicium apostolice sedis cum canonibus ecclesiasticis presto habere cupio. Si inuenero inter illos diacones quos nomināt qui a puericia sua semper i stupris,semper in adulteriis,& in omnibus semper spurcitiis vitam ducentes sub tali testimonio venerunt ad diaconatū,& modo in diaconatu concubinas quatuor vel quinq̄,vel plures noctu in lecto habentes euangeliū tamen legere, & diaconos se nominare non erubescunt,nec metuunt,& sic in talibus incestis ad ordinem presbyteratus officio fungentes dicunt se pro populo intercedere,& sacras oblationes offerre,nouissime quod peius est sub talibus testimoniis per gradus singulos ascendentes ordinantur,& nominantur episcopi,vt habeam preceptum,& conscriptum auctoritatisvestre quid de talibus diffiniatis,& per responsum apostolicum cōuincantur,& arguantur peccatores, Et inueniuntur quidam inter eos episcopi qui licet dicant se fornicarios vel adulteros non esse, sed sunt ebriosi & incurioſi vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu sanguinem hominum siue paganorum, siue christianorum. Et quia seruus & legatus apostolice sedis esse dinoscor, & vnum sit verbum, meum hic,& vestrum ibi,si contingat ad iudicium auctoritatis vestre,vt pariter missos dirigamus. Preterea de vna re & consilium querere & licētiam petere necesse habeo,eo quod venerande memorie precessor vester, sicut audistis in p̄sentia vestra michi precepit,vt presbyterū post obitum meum deovolente in ecclesiastico ministerio heredem,& successorem cōstituere deberem,& hec michi si dei voluntas est placet,sed modo dubito & nescio,si fieri possit,quia postea frater illius auūculum ducis francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter ista discordia pacificari & finiri valeat. Et obsecro vt auctoritatis vestre licentie sitvt cum consilio seruorum dei de ista electione faciā quod nobis in cōmune pro deo,& pro ecclesie vtilitate,vel fructu spiritali & defensione religionis optimum esse videatur,vt consensum vestrum habeā de hoc facere quod optimum esse videatur michi inspirare dignetur deus,quia hoc non videtur posse fieri si contrarius princeps fuerit,Interea querere,& interroga re paternitatis vestre consilium debeo de quadam confusione,& scandalo predicationis que nuper ad vos veniens mentem vestram conturbauit,et sacerdotibus ecclesiarum verecūdiā incutiebat,quia laicus quidam magne persone ad nosveniens dicebat sibi ab apostolice sedis pontifice sancte memorie Gregorio datam fuisse licentiam,vt in matrimonium acciperet viduam auunculi sui, que et ipsa fuit vxor consobrini,et illam illo viuente discessit ab eo,et isti viro qui nunc eam accipere desiderans affirmat sibi licētiam datam,in tertio genuculo propinqua illius esse dinoscitur,et votum vouit deo castitatis,et velata fuit, et iterum abiecto velamine maritata, tale enim matrimonium supradictus homo ab apostolica sede sibi affirmat esse concessum,quod non estimamus verum, quia synodus et ecclesia in qua natus, et nutritus fui, id est in transmarina Saxonia Lundunēsis synodus in primis a discipulis sancti Gregorii,id est Augustino, Laurentio, Iusto, Milleto archiepiscopis constituta, et ordinata fuit,talē copulam et matrimonium maximum scelus,et incestum,et horribile flagitium, et damnabile piaculum fieri ex auctoritate sancte scripture iudicabant. Quapropter paternitas vestra huis rei veritatem nobis indicare non dedignetur,vt ecclesie sacerdotibus, vel populo Christia-

no inde ſcandala vel ſchiſmata,vel noui errores non oriãtur, & concreſcant ,& quia carnales homines idiote alamanni,vel bauguarui,vel franci,ſi iuxta Romanã vrbem aliquid facere viderint ex his peccatis que nos prohibemus,licitum & conceſſum a ſacerdotibus eſſe putant,& dum nobis improperium deputant ſibi ſcandalum vite accipiunt,ſicut affirmant ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana vrbe & iuxta eccleſiam ſancti Petri in die,vel nocte,quando kalend. Ianuarii intrant,paganorum conſuetudine choros ducere per plateas,& acclamationes ritu gentilium,& cantationes ſacrilegas celebrare, & menſas illa die vel nocte dapibus onerare,& nullum de domo ſua ignem,vel ferramentum vel aliquid commodi vicino ſuo preſtare velle. Dicũt quoq; ſe vidiſſe ibi mulieres pagano ritu philacteria & ligaturas & in brachiis,& in cruribus ligatas habere,et publice ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre. Que omnia eo quod ibi a carnalibus,et inſipientibus vidẽtur,nobis hic improperium,et impedimẽtum predicationis,et doctrine perficiunt,De talibus ait apoſtolus increpans, dies obſeruatis,et tempora, timeo ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Et ſanctus auguſtinus dixit.Nam qui p̃dictis malis id eſt carais et diuinis,et arupicibus,vel philacteriis,et aliis quibuſlibet auguriis crediderit,et ſi ieiunet,et ſi oret,et ſi iugiter ad eccleſias currat,et ſi largas elemoſynas faciat, et ſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciauerit,nichil ei proderit,quandiu ſacrilega illa nõ reliquerit.Nam ſi iſtas paganias paternitas veſtra ibi in romana vrbe prohibuerit,et ſibi mercedem, et nobis maximum profectum in doctrina eccleſiaſtica pficiet. Epiſcopi quoq; et preſbyteri generis fraudulenti,qui fuerunt adulteri,et fornicatores acerrimi, quos in gradu epiſcopatus,vel preſbyterii fornicationum filii nati arguunt reuenientes ab apoſtolica ſede dicũt ſibi romanum pontificem licentiam dediſſe miniſterium epiſcopale in eccleſia miniſtrare,Quos contra contendimus, quia apoſtolicam ſedem nequaquam contra decreta canonum audiuimus iudicaſſe. Hec omnia domine chariſſime propterea vobis nota facim9, vt veſtre auctoritatis reſpõſum talibus dare poſſim9, vt per cautelam veſtre doctrine oues eccleſie non ſeducantur,ſed lupi rapaces commoti,et ſuperati pereant,Interea munuſcula parua vobis direximus,non quia digna ſunt paternitati veſtre, ſed pro indicio charitatis, et obedientie deuotionis,id eſt vuilloſam vnam,& argenti,& auri tantillum.Dextera domini protegẽte incolumem valere,& in chriſto proficere beatitudinem veſtram in lõgitudinem dierum optamus. Te deus altitonus ſancta conſeruet in ede.

Sedis apoſtolice rectorem in tempora longa,
Melliflua gratum populis doctrina per orbem,
Perficiatq; deo dignum pia gratia chriſti.
Splendida perficiat florens ſua gaudia mater,
Atq; domus domini letetur plebe ſecunda.

CEPISTOLA ZACHARIE AD VVITTAM.

DILECTISSIMO NOBIS VVITTE SANCTE ECCLEſie Barbarane Zacharias papa. Domino cooperãte,& ſermonem confirmante ad dilatandam chriſtianitatis legem,& othodoxe fidei tramitem ad docendum, iuxta quod predicat ſancta hec Romana (cui deo auctore preſidemus) eccleſia innotuit nobis ſanctiſſimus,ac reuerentiſſimus frater &coepiſcopus noſter Bonefacius nuper decreuiſſe & ordinaſſe in germanie partibus epiſcopales ſedes,vbi preeſt veſtra dilectio,& prouinciam in tres diuiſiſſe parochias,quo cognito cum magna exultatione extenſis ad ſydera palmis illuminatori , & datori omnium bonorũ domino deo & ſaluatori noſtro Ieſu chriſto gratias egim9,qui facit vtraq; vnum,Flagitauit autem a nobis pro ſuis ſyllabis iam dictus ſanctiſſimus vir per apoſtolicam auctoritatem veſtras confirmari ſedes. Pro quo & nos ardenti animo,& diuino iuuamine auctoritate beati Petri apoſtolorum principis cui data eſt a deo,& ſaluatore noſtro Ieſu chriſto ligandi ſolũdiq; poteſtas, peccata hominum in celo,& in terra,confirmamus,atq; ſolidas permanere veſtras epiſcopales ſedes ſancimus, interdicẽtes ipſius principis apoſtolorum auctoritate a preſenti omnibus & in futuras generationes , vt nullus audeat contra eandem veſtram venire ordinationẽ,que dignante deo ex nra p̃ceptione in vobis facta eſt,& hoc interdicẽtes,vt nullus audeat iuxta ſctõrũ canonũ traditionẽ ex alio ep̃atu ibidẽ trãſlatari, aut ordinare

aut ordinare episcopū. post vestram de hoc seculo euocationem nisi is qui apostolice nostre sedis in illis partibus p̄sentauerit vicē. Sed necvnus alterius parochias inuadere, aut ecclesias subtrahere presumatis. Nam (quod non credimus) si quis ille fuerit qui contra hanc vestram preceptionem temerario ausu venire tētauerit, sciat se eterno dei iudicio anathematis vinculo esse innodatum. Si quis vero apostolica seruauerit precepta, & normā recte & orthodoxe fidei fuerit assequutus, benedictionis gratiam consequatur. De cetero petimus diuinam clementiam, vt confirmet, & corroboret hoc qđ operatus est dominus in vobis. Et charitas dei gratia, & pax vera sit cum spiritu vestro. Sanctissimi & dilectissimi nobis toto conamine elaborate pro fide Christi, & ministerium eius perficiendū decertate, vt & cum egregio apostolo mereamini dicere. Bonum certamē certaui, cursum cōsummaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est michi corona iustitie quā reddet michi dns in illū die iustus iudex. Salutantes vos in domino valere optamus. Bene valete. Data kalēdas Aprilis imperante domino Constantino magno Imperatore, anno, xxiiii. Imperii eius, anno secundo indictione sexta.

¶Epistola Zacharie ad Bonefacium episcopum.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRĪ BONEfacio coepiscopo Zacharias seruus seruorum dei, Virgilius, & Sodomus viri religiosi apud Baioariorum prouintiā degentes suis apud nos litteris vsi sunt, per quas intimauerūt quod tua reuerenda fraternitas eis iniungeret Christianos denuo baptizare, quod audientes nimis fuimus conturbati, & in admirationem quādam incidimus, si habeturvt dictum est, Retulerunt quippe quod fuerit in eadem prouintia sacerdos qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret nesciens latini eloquii infringens linguam diceret. Baptizo te in nomine patria & filia, & spiritu sancta, ac per hoc tua fraternitas cōsiderauit rebaptizare. Sed sāctissime frater, si ille qui baptizauit, non errorem introducens, aut heresim, sed pro sola ignorātia Romane locutionis infringendo linguam, vt supra fati sumus baptizans dixisset, non possumus consentire, vt denuo baptizētur, quia quod tua bene compertum habet sancta fraternitas, quicūq; baptizatus fuerit ab hereticis In nomine patris, & filii, & spiritus sancti, nullomodo rebaptizari debeat, sed per solam manus impositionem purgari debeat. Nam sanctissime frater, si ita est vt nobis relatū est non amplius a te illis predicentur huiusmodi, sed vt patres sancti docent & predicant tua sanctitas studeat conseruare. Deus te incolumē custodiat reuerentissime frater. Data kalendas Iulii. Imperante domino piissimo Augusto Cōstantino a deo coronato Magno imperatore. Anno, xxvi, imperii eius Anno quarto, indictione quarta decima.

¶Item epistola eiusdem ad episcopos diuersos.

DILECTISSIMIS NOBIS REGNIFRIDO ROTHOMAgensi episcopo. Rimberto ambianēsi episcopo, Deodato bellouacēsi episcopo. Heleseo nouionēsi ep̄o. Fulcirico tungiensi ep̄o. Dauid spitonēsi ep̄o, Ethereo chardomenensi ep̄o. Trenurardo cameracensi episcopo. Burgardo vuizarburnensi episcopo. Genebando laudunendi episcopo, Romano meldensi episcopo. Agilolfo coloniēsi episcopo. Heddo straburgēsi episcopo, & ceteris amātissimis episcopis presbyteris, & etiam diaconibus cunctisq; orthodoxis ecclesiarum dei clericis apostolicam doctrinam tenentibus. Zacharias diuina gratia preditus apostolice sedis pontifex. Seruus autem seruorum dei in domino salutem dicit. Gratias ago deo patri omnipotenti, & domino Iesu Christo vnico filio eius, & spiritui sancto qui vestra omnium corda inflammare dignatus est per diffusam a se gratiam, vt in vnitate fidei, & in vinculo pacis ambuletis, & sit splendor domini dei nostri super nos dilectissimi michi, & abundās gratia pacis & charitatis, vt sitis vnum corpus spiritalis matris vestre sancte catholice, & apostolice dei ecclesie, in qua deo auctore & dispositore, quamuis tanto fastigio viribus longe impares presumus, implentes illud prophe-

ticum dictum. Ecce quã bonum & q̃ iocundum habitare fratres in vnum. Etenim & si pro itineris longitudine quãq̃ corpore sumus absentes, in spiritu tamen dilectionis semper sumus vobis presentes, habentes vos in viscerib⁹ nostris, & assidue orãtes, vt de⁹ & domin⁹ nr̃ Ieſus Christus multo amplius confirmet corda vestra, & corroboret in exhortationem euãgelii in ministerio quo fungimini, vt credita vobis plebs vestris piis admonitiõibus adiutore deo a diabolica fraude liberata salua persistat, voscp mereamini de eorum anima⁹ in diem Christi apportare lucrum. Scriptum quippe est Filii sapientie ecclesia iustorum, & natio eorum obedientia & charitas. Obsecro ergo vos Charissimi mei, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, vt decet sanctos cum multa sapientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, & charitatis, quia finis precepti charitas est de corde puro & cõscientia bona, & fide non ficta, Gaudeo in vobis charissimi quoniam fides vestra, & vnitas erga nos preciosa est, & manifesta non solum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem & magistrum vestrum a deo constitutũ beatũ apostolorũ principẽ Petrũ benignissima voluntate cõuersi estis. Laudabilis fides vestra & bona fama, quoniam idipsum sapitis quod oportet sapere. Et nũc deo cooperante est aggregata sanctitas vestra nostre societati in vno pastorali ouili. Et est nobis vnus pastor qui a pastore pastorum domino deo, & saluatore nostro Ieſu Christo princeps apostolorum, & noster doctor est institutus. Habetis itacp nostra vice ad confirmandam dilectionem vestram, & collaborandum vobis in euangelio Christi sanctissimum ac reuerentissimum Bonefacium fratrem nostrũ archiepiscopum apostolice sedis legatum, & vicẽ nostrã presentantẽ. Sit ergo constantia vestra aduersus cõtentiones eorum qui aduersa sapiunt, & non que dei sunt, & erit fortior petra constantia vestra sicut scriptum est, Ne timueritis ab eis, neq terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod autem in aure auditis, predicate in lumine, illum timentes qui potest corpus & animam occidere, & mittere in gehennam. Fratres mei in carne ambulantes non secundum carnem militamus. Arma enim militie nostre non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem exaltationem extollẽtem se aduersus scientiam dei, in captiuitatem redigentes omnem intellectum, & omnem cogitationem in obsequium Christi preducentes. De cetero fratres confortamini in domino, & in potentia fortitudinis eius. Pax vobis multa & gratia a deo, & domino nostro Ieſu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur ac si presentes charitatem vestram in vnitatem spiritus, in vinculo pacis & charitatis Christi. Deus vos incolumes custodiat dilectissimi nobis.

¶Eiusdem ad Bonefacium.

A REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BOnefacio coepiscopo zacharias seruus seruorum dei. Cum nobis sanctissime fraternitatis tue syllabe delate fuissent, atcp per singula relegi fecissemus & repperissemus in earũdem litterarum tuarum serie quod peccatis nostris facientibus dum dominici tritici semina quereres elaborare ad augendam segetem spiritalem, subito inimici superseminant zizania, vt sanctitatem tuam in bono opere impediant. Sed tua sancta fraternitas incessanter orationi instet pariter cum fratribus qui secum laborant, & spiritales sarculos construens, zizania eradicans deportet ad cõburendum, vt beatus Gregorius papa. Bonum enim inquit opus nobis sit in voluntate. nam ex diuino adiutorio erit in perfectiõe, His ita se habentibus charissime frater cõfortare in domino, & ipe erit adiutor tuus. De incursione autem gẽtium que in tuis plebibus facta est merendum nobis est. sed hec aduersitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet, quia & Romana ciuitas ex accidentibus facinoribus sepius est depopulata & tamen omnipotentia sua dominus ex supernis eam dignatus est consolari. Sed populis tibi cõmissis reuerentissime frater predica ieiuniũ, supplicationes apud dominũ letaniarum, & superemines eius clementia adiuuabit te. Te autem vt predixímus nullatenus aduersa perturbent Sed in bono opere quod cepisti nullomodo deficias, Nos vero licet immeriti, & peccatores existamus, nostris precibus vel consacerdotum nostrorum inquãtũ possumus adiuuamus. De synodo autem cõgregata, apud Francorum prouintiam mediantibus Pipino & Carlomãno excellentissimis filiis nostris, iuxta syllabarum nostrarum commonitionem peragẽte nostra

vice tua

vice tua sanctitate qualiter egisses cognouimus,& omnipotēti deo nostro gratias egimus qui eorum corda confirmauit vt in hoc pio opere adiutores existerēt,& omnia optime,& canonice peregisti,tam de falsis episcopis,& fornicariis,& schismaticis,quāq; etiā & in reliquis nomine sacerdotibus contra canonum instituta agentibus,vel contra catholicam dei,& apostolicam ecclesiam,de quibus secundum tuam relationem per singula respondemus. De eo namque quod suggessisti quod elegerunt Ciuitatem vnam omnes Francorum Principes coniungentem vsque ad paganorum fines. Et in Partes Germanicarum gentium vbi ante predicasti, quatinus ibi sedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas. Et inde ceteros episcopos ad viam instrueres rectitudinis, & post tui successores perpetuo iure possideant. Hoc quod decreuerunt leto nos suscipimus animo, eo quod ex Dei nutu factum est, vel si quidem falsi sacerdotes, & schismatici hoc impedire conati sunt,quorum vanum agonem dominus dissipabit, & illa faciet stabilita que sanctorum patrum statutis conueniunt concordare,& quia tibi ipsi principes Francorum in hoc etiam adiutores extiterunt, retribuat illis omnipotens deus vicissitudinis premium,& innumera largiatur bona. Nam similiter de illo falso episcopo, quem dixisti adulterati clerici,& homicide filium in adulterio natum,& absq; disciplina nutritum, & cetera mala,& horribilia que per singula enarrasti,ac per hoc,& sui similes sacerdotes consecrauit,de hoc meminit tua reuerenda fraternitas quod tribus iam vicibus scripsimus, vt nullus homicida nullus adulter,nullus fornicator sacrum ministerium debeat obtrectare,sed neq; penitens,aut talis qualem sacri canones prohibēt esse sacerdotem. De baptizatis ab illo,seu ecclesiis consecratis requirat tua fraternitas, si aut ecclesias in nomine trinitatis consecrauit,aut paruulos similiter baptizauit,dum sacerdotio fungebatur,& sic & consecratio ecclesiarum,& paruulorum baptisma sit confirmatum. Et hoc pariter suggessisti quod illi qui a te proiecti sunt sacerdotes a nobis absolutos se apud Francorum prouintiarum diuulgent,quod tua sancta fraternitas nullomodo credat, quia qđ impossibile est si hoc fecissemus tue charitati per nostras indicassemus litteras. Sed hoc quod impossibile est nullo modo credas, quia non aliud predicamus,& aliud agimus,aut dirigimus vt illi garriunt, sed auxiliante deo illud quod predicamus finetenus obseruandum censemus, hoc autem sanctitatem tuam firmissime, vt teneas hortamur vt sanctorum patrum institutis, & consultis sacrorum canonū omnimodo obsqui debeas, quia nos nullatenus aliud predicamus & aliud agimus. Nam de eo quod obsecrasti vt Francorum principibus scriberemus,vel ceteris Francis,vt petisti eis per singula scripsimus vt tibi & amici sint,& adiutores in dominico opere existant, De censu vero expetendo eo quod impetrare a Francis ad reddendum ecclesiis vel monasteriis non potuisti q̄ vt vertente anno ab vno quoq; coniugio seruorum. xii. Denarii reddantur,& hoc gratias deo,quia potuisti impetrare, & dominus donauerit quietem. Augentur & luminaria sanctorum pro eo quod nunc tribulatio accidit sarracenorum,Saxonū vel Fresonum sicut tu ipse nobis innotuisti. De eo namq; quod interrogasti quod illi qui depositi sunt pro capitalibus peccatis de gradu sacerdotali, dum eos reperisses adulteros homicidas, vt nec sacerdotes, nec clerici esse possint, nec sub penitentia monachi esse volunt,sed pergentes apud palatium regis Francorum rogant,vt eis loca tribuat ecclesiarum,vel monasteriorum vt laicam vitam viuant, & dispergentes sanctorum loca, sed & de hoc pariter qualiter fieri debeat Francorum principibus commonentes direximus, in alia quippe tua epistola reperimus contineri omnia que contra te egerant falsi, & schismatici episcopi Aldebertus & Clemens per que omnia acta ipsorum, & impiissimum errorem sigillatim indicasti, nos vero congregatis fratribus, & consacerdotibus nostris eorundem prauorum sceleratissima acta in eorum presentia relegi fecimus,& dum nobis coram concilio relecta fuissent,pio studio omnes eadem schismatica dogmata ipsorum, atque iniquissimas traditiones, seu sceleratissimam vitam quam sibi Adebertus conscribere fecit vna voce exclamauerunt, vt igni cremarentur, sed nos hoc non rectum iudicauimus, pro eo quod ad reseruandum, siue inetemum eos condemnandum in scrinio Sancte Ecclesie reseruanda mandauimus, suscipientes ipsi dignam sententiam cuius instar actionis ad tuam direximus frater sanctitatem, vt relecta in prouintia Francorum omnis schismaticus audiens taliter a sancta dei catholica, & apostolica ecclesia iudicatum a sensus sui prauitate resipiscat. In tertia namque tua epistola intimasti nobis de alio seductore nomine Geolebo qui antea tali episcopi honore fungebatur, & quia sine cuiuscunque consultu apud nos properat, & dum aduenerit, vt domino placuerit fiet. Tua autem reuerentia vt auxiliante domino cepit vice nostra volumus vt omni anno apto tempore in Francorum prouintia concilium debeat celebrari,vt fre-

quentia ſacerdotum ſiue inſtitutis ſacrorum canonum mediantibus illic quid aduerſum nullomodo audeat pullulare, ſed magis eccleſie dei vnitas, & diſciplina eccleſiaſtica, atque apoſtolica vbique in illis partibus dilatata cuncte populorum turbe etiam in occiduis partibus veri catholici eſſe poſſint, & non amplius per falſos ſacerdotes erroribus inuoluti demergantur in interitum, Dum vero concilium aggregaueris ſic tua fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis quos confirmauimus, de eo quod dixiſti, vt nullus ſine commendaticiis epiſtolis ſuſcipiatur. Tamen & pro hoc ipſo, & pro omnibus Francorum principibus commonitionis direximus litteras, vt iam ſuperius fati ſumus, de ciuitate namque illa que nuper agripina vocabatur, nunc vero colonia iuxta petitionem Francorum noſtre auctoritatis preceptum nomini tuo metropolim confirmauimus, & tue ſanctitati direximus pro futuris tpibus eiuſdē Metropolitane eccleſie ſtabilitatē, Deus te incolumem cuſtodiat reuerentiſſime, & ſanctiſſime frater. Data, prīdie Kalendas, Nouembris, Imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtāntino a Deo coronato magno Imperatore. Anno vigeſimoſeptimo Imperii eius. quinto anno, indictione decimaquarta.

¶ITEM EPISTOLA ZACHARIE AD BONEFACIVM.

A SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO FRAtri Bonefacio coepiſcopo Zacharias epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, Benedictus deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti qui diſperſa congregat, & congregata cō ſeruat, augetque fidem, & fiduciam ſeruis ſuis ad predicandum verbum euangelii Ieſu Chriſti domini noſtri cum eodem Patre & Spiritu ſancto in vnitate viuēti in ſecula ſeculorum, ipſi gloria, & laus qui adiutor, & protector eſt in ſe credentibus, ipſe enim dixit. Qui credit in me vita viuet, & non morietur, quoniam ego ſum via veritas & vita. Laudamus & ſuperaltamus ſanctum nomen eius leti gaudentes per harum gerulos. & ſancte fraternitatis tue litteris allatis ſuperſtitem in hac vita, & in domino te valere cognoſcentes, petentes immenſam Dei noſtri diuinitatem, vt ad predicandum multo amplius euangelii atque ſancte fidei eius ſacramentum longeuum te ſeruet, ſuaque protectione te muniat, & ab aduerſantium inſidiis pie miſerando cuſtodiat. Suggeſſit itaque ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus qđ preceſſor noſter beate memorie Gregorius huius ſctē ſedis apoſtolice preſul, dum ad predicandum verbum euangelii tuam miſiſſet fraternitatem in Germanie partibus, & gentibus illis paganis verbo pollicitationis a te eſſe munitum, ita vt orthodoxos epiſcopos preſbyteros, vel quoſcunque reperire potuiſſes, in verbo exhortationis perfectos amplius confirmares, & eis communicares quod & factum eſt. Si quos vero ſeductores epiſcopos, aut pſeudo preſbyteros, vel quoſcunque a recto fidei tramite deuiantes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communio. Quod te deo ſolatiante vſque ad preſens ſpiritaliter ſeruaſſe confeſſus es, vel ſi omnino propter principalem, & humanum fauorem gentis Francorum dum ad eos acceſſiſſes corporaliter abſtinere non valuiſti, cogente neceſſitate eccleſiarum dei, & tamen in eorum concilio, & conſenſu communionis anima tua non eſt coinquinata. Itaq; propter hoc quod cum eis conuerſatus es non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimētum coram deo. Te enim predicante ſi obedirent ſalui eſſent. Sim autem in iniquitate ſua permanent ipſi peribunt. Tu autem iuxta prophete dictū ſaluaſti animam tuam. De epiſcopis autem & palliis Francorum ſcripſiſti quod iuxta promiſſionem ſuam nondum impleuerunt, qui ſi impleuerint iuxta verbum ſuum, habebunt ex eo laudem. Sin vero aliter egerint, ipſi videbūt, nos enim diuina gratia largiēte quod gratis accepimus, gratis damus. Tua quidem propter hoc benigna voluntas a nobis ſuſcepta eſt, Igit & hoc petiſti mōaſteriū in vaſtiſſima ſolitudie, & in medio gētiū qb9 p̄dicas cōſtitutū, & a te fundatū eē, atq; i honore ſaluatoris dei nr̄i dedicatū, vbi ēt & mōachos ſub rl̄a bti bn̄dicti degere ordinaſti, hoc venerabile monaſteriū noi tuo priuilegio ſedis apoſtolice muniri. Qđ votis tuis ageſcentes ordinauimus iuxta petitionem & deſiderium tuum. Congruit enim diuini miniſterii predicatorem optimumq; miniſtrum ad deſiderata pertingere, & ceptum bonum opus vſq; in finem perfice re ſicut ſcriptum in dominico precepto. Qui perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſalu9 erit. Et beatus ſeruus

ille quem

ille quẽ cum venerit dñs,inuenerit sic facientẽ, etenim super omnia bona sua constituet eum, Interea predictus tuus Gerulus Lul cum ceteris suis cõcomitibus que iniuncta fuerunt a tua fraterna sancti= tate tam in verbo, quamqꝫ prescripto omnia liquidius suggerentes innotuerunt,de quibus tam inver bo responsum dantes & prescriptio tue remisim⁹ fraternitati. Continebant enim capitula impitatio ab eis porrecto que inferius annexa sunt de quib⁹ flagitasti a nobis que recipiẽda,que respuẽda sunt.
¶ Imprimis de volatilibus,idest graculis,& corniculis,atqꝫ ciconiis que omnino cauende sunt ab esu A
christianorum,etiam & fibri,atqꝫ lepores,& equi siluatici multo amplius cauendi,attamen sanctissime frater de omnibus scripturis sacris bene,cõpert⁹ es. De igne autẽ paschali quod inquisisti a sanctis pri= scis patribus ex quo per dei & domini nostri Iesu christi gratiam,& precioso sanguine eius ecclesia de dicata est quinta feria pasche dum sacrum chrisma cõsecratur,tres lampades magne capacitatis ex di uersis candelis ecclesie oleo collecto in secretiori ecclesie loco ad figurã interioris tabernaculi insistente indeficienter cum multa diligentia inspecte ardebunt,Ita vt oleum ipsum sufficere possit vsqꝫ ad ter= tium diem. De quibus candelis sabbato sancto pro fontis sacri baptismate sumptis ignis per sacerdo tem renouabitur. De christallis autem vt asseruisti,nullã habemus traditionem,De his qui regio mor bo vexantur inquisisti,siue homines siue equi sint,quid faciendũ sit de illis. Si homines ex natiuitate, aut ex genere huius morbi sunt,hi extra ciuitatem comitari debebunt,elemosinã vero ad accipiendũ a populo non deuitari. Si autem contigerit magnum vel paruum non natiuitate,sed superueniente egritudine vexari,non est proiiciendus,sed si possibile est curand⁹. Attamen in ecclesia dum ad cõmu nionem venerit, post omnium suppletionem erit ingressurus ad participandum munus,Equi vero qui prefato morbo fuerint coinquinati,si curari non valuerint, in puteis & foueis proiiciendi sunt,ne eiusdem morbi contagione ceteri coinquinẽtur,De animalibus autem que a furentib⁹ id est rabidis lupis & canibus fuerint lacerata oportet ea a ceteris separari,ne furentes & mordentes cetera coinqui= nentur. Quod si pauca sunt vt supra diximus,in fouea proiicienda sunt. Nam & hoc inquisiuit frater nitas tua si liceat sanctimoniales feminas quemadmodum viris sibi inuicem pedes abluere, tam in cena domini,quamqꝫ in aliis diebus,hoc dominicum preceptum est,quod qui per fidem impleuerit habebit ex eo laudem. Etenim viri & mulieres vnum deum habemus qui in celis est. Pro benedictio= nibus autem quas faciunt galli(vt nosti frater)multis vitiis variãtur. Nam nõ ex apostolica traditione hoc faciunt, sed per vanam gloriam hoc operantur sibi ipsis damnationem adhibentes, dum scri= ptum est. Si quis vobis euangelizauerit preter id quod euangelizatum est. Anathema sit. Regulam catholice traditionis suscepisti frater amantissime,Sic omnibus predica,oẽsqꝫ doce,sicut a sancta Ro= mana cui deo auctore deseruimus,accepesti ecclesia. Inquisisti etiam & hoc si ante tricesimum annum liceat sacerdotem ordinari. Bonum & congruum carissime frater si fieri & inueniri potest,vt proue= cte etatis & boni viri testimonii iuxta sacrorum canonum instituta,ordinantur sacerdotes. Si autem minime reperiuntur,& necessitas exposcit,a viginti quinqꝫ annorum & supra leuite & sacerdotes or= dinentur,quemadmodum in lege domini continetur. De milone autem & eiusmodi similibus qui ecclesiis dei plurimũ nocent,vt a tali nefario opere recedant,iuxta Apostoli vocẽ oportune importune predica. Si aquieuerint admonitionibus tuis,saluabunt animas suas. Sin vero ipsi peribunt obuoluti in peccatis suis. Tu autem qui recte predicas,non perdes mercedem tuã. Nam & hoc inquisisti post quantum temporis debet lardus comedi,nobis a patribus constitutum pro hoc non est. Tibi autem pe tenti consilium prebemus,quod nõ oporteat eum mandi priusqꝫ super fumo siccetur,aut igne coqua= tur. Si vero libet vt incoctum manducetur,post paschalem festiuitatem erit manducandum.
¶ Episcopus autem condemnatus de quo inquisisti qui impugnator & fornicator existit,atqꝫ res ec= B
clesie post degradationem sibi vendicare nititur,hic omnino ac detestabiliter respuendus est. Que enim portio infidelis cum fideli? Aut que cõmunio christi ad belial? has sanctorum patrum traditio nes & sanctorum canonum instituta condemnauerunt,De ordinatione etiam presbyterorum & dia conorum,qui cogente necessitate & paupertate,togantiũ non legitimis temporibus & diebus a te pro uenerunt,si aliquam haberes ex hoc offensionem insinuasti,dicimus autẽ tibi frater bene nosti quod sacri canones docent aptis temporibus sacerdotes ordinanados. Attamen in eo quod a te propter ze= lum fidei actum est,a domino deo nostro indulgentiam postulemus,De censu autem ecclesiarum,id est solidum decassata suscipe,& nullam habeas hesitationem dum ex eo poteris elemosinan tribuere, ac in christi pauperes partire & opus perficere sacratum ecclesiarum iuxta canonum instituta.
Si quos vero presbyteros qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus causis obuoluti celan=

tes peccatum ſuum ordinati ſunt,poſtmodū vero &manifeſtata eſt eorum iniqua actio,hos ſacerdo tali habitu priuatos penitentie ſubmitte.Non enim odit deus peccantem & confitentem,ſed peccan⸗ tem & negantem . Nam hoc flagitaſti a nobis ſi licet perſecutionem paganorum fugere an non . Et pro hoc frater ſalutate cōſilium damus. Si fieri poteſt & locum inueneris,inſta ad predicandum illis. Si autē ſupportare nō valueris eorum perſecutionem,habes preceptū dominicū,vt in aliam ingredia ris ciuitatem.Nam & hoc inquiſiſti quid fiēdum ſit,de excōmunicato epiſcopo,& apoſtolicam aucto ritatem negligēte,hic deteſtabilis eſt coram deo & hominibus cui condēnationi incondemnat⁹ non cōmunicabit,ipſi enim cōdēnabūtur & in die ire & reuelationis dñi & ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti cū ſederit adiudicandum genus humanum ſicut ſcriptū eſt. Superbis ego reſiſtam dicit domin⁹. Eteni de ſclauis chriſtianorū terram inhabitantibus ſi oporteat cenſum accipere,interrogaſti frater.Hoc qui dem conſilio non indiget, dum rei cauſa eſt manifeſta. Si eni ſine tributo ſederint, ipſam quandoqꝫ propriam ſibi vindicabunt terram.Si vero tributum dederint,norunt dominatorem ipſam terrā ha⸗ bere.Nam & hoc flagitaſti a nobis ſanctiſſime frater in ſacri canonis predicatione quot in locis cru⸗ ces fieri debeant,tue ſignificem⁹ ſanctitati,votis autem tuis clementer inclinati in rotulo dato Lul reli⸗ gioſo preſbytero tuo per loca ſigna ſancte crucis quanta fieri debeant infiximus, his autē ſe habētib⁹, dñi deprecamur clemētiam licet peccatores, vt ſuo te muniat & cōfortet auxilio,noſqꝫ annuat proſpe⸗ ritatis tue ſemper leta ſuſcipere nuntia. Deus te incolumem cuſtodiat reuerentiſſime frater. Data ſecū do nonas nouembris imperante domino piiſſimo auguſto conſtantino a deo coronato magno im⸗ peratore. Anno. xxx. Lo,pater eius. Anno vndecimo indictione quarta.

EPISTOLA ZACHARIE PAPE AD BONEFACIVM EPISCOPVM.

A REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRE BONE⸗ facio epiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum dei,Suſceptis ſanctiſſime fraternitatis tue litteris per Deneardū religioſum pbīm tuum quia ſoſpitem te vt ſemper cupi⸗ mus eſſe cognouimus omnipotenti ac miſericordiſſimo deo noſtro magnas retu⸗ limus gratias,qui tibi in oibus bonis proſperari dignatur,magnam eni in cordib⁹ noſtris infundis leticiam quotiens nobis ſanctitatis tue ſcripta mittuntur,quando reperimus que ad ſalutem reſpiciunt animarū,dum cotidie in gremio ſancte matris eccleſie per tuā predicationē noui populi addūtur,vbi & tres epiſcopos per loca ſingula ſecundū ſeriē ſyllabarū tuarū te ordinaſſe cognouimus,qui eidē populo quē ſibi dñs deus noſter per tuam ſanctitatem aggregare dignatus eſt preeſſe debeāt,& petiſti, vt per auctoritatē noſtre ſedis epiſcopales ibidem ſedes firmen tur. Sed tua ſancta fraternitas pertractet mature & ſubtili cōſideratione diſcernat ſi expedit,aut ſi loca vel populorū turbe talia eſſe probantur,vt epōs habere mereantur . Memineris eni quid in ſacris ca⸗ nonibus p̄cipimur obſeruare,vt minime in villulas vel in modicas ciuitates epōs ordinem⁹,ne vileſcat nomē epiſcopi.Sed nos tuis ſinceriſſimis atqꝫ a nobis dilectis ſyllabis ꝙuocati que propoſuiſti abſqꝫ mora concedi patimur,& ſtatuimus per apoſtolicam auctoritatem epiſcopales illic eſſe ſedes que per ſucceſſionē epōs mereantur , & populis preſint,atqꝫ verbum predicationis ſubiectis inſinuetur,id eſt in caſtello qđ dicitur murſaburg,& alterum in oppido qđ nominatur buraburg. Tertium in loco qui dicitur erpheſfurt. Ita vt nulli poſt hec liceat cuiquam hec que a nobis ſancita ſunt quoquomodo vio lare,que auctoritate beati Petri apoſtoli firma eſſe decreuim⁹,De eo autē quod intimaſti,nobis quod te Carlomānus filius noſter ad ſe rogauit accedere,vt in vrbe regni francorum in ſua ditione ſiue po⸗ teſtate conſtituta ſynodum celebrare debeas,eo quod omnis eccleſiaſtica regula ſiue diſciplina ab eadē prouintia funditus abolita eſt,quod nimis merandum eſt ,quod per ſpatia temporū ibidē ſynodus ſa cerdotū minime celebraretur,vnde neqꝫ quid ſit quod ſacerdotiū ab eis qui ſe ſacerdotes exiſtimāt, co gnoſcitur.Sed dum iuuāte deo que a prefato filio noſtro promiſſa ſunt, ad effectum perducta fuerit tuaqꝫ fraternitas memorato concilio conſederit,cum eodem excellentiſſimo viro ſi quos repererit epi⸗ ſcopos,preſbyteros,aut diaconos contra canones vel ſtatuta patrum exceſſiſſe ideſt in adulterio,vel ſi plures vxores habuerūt , aut ſi ſanguinem chriſtianorum ſiue paganorum effuderunt,vel etiam aliis capitulis quibus canonibus obuiaſſe repererit tua ſanctitas nulla ratione apoſtolica auctoritate per⸗ mittat ſacerdotio fungi,quia tales a ſuo proprio ore falſi nominantur ſacerdotes,& peiores ac deterio res ſecularibus eſſe noſcuntur , qui ſe neque a fornicationibus neque a nefariis matrimoniis abſtinēt,

neqꝫ ab

neq; ab hominum ſanguinis effuſione manus ſeruant innoxias,quales ſe eſſe ſacerdotes exiſtimant, aut quid inde ſentiunt, dicente deo. Sacerdotes mei ſemel nubant,& apoſtolus vnius vxoris virum, & cetera,& hoc ante ſuſceptum ſacerdotium vti licitum eſt. Nam a die ſuſcepti ſacerdotii etiã ab ipſo proprio coniugio prohibendi ſunt. Quomodo ſacerdotio fungi conſyderant,qui talibus ſceleribus inuoluti eſſe monſtrantur? vt neq; ſeculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? Quomodo non pertimeſcunt diuina myſteria contingere,aut quomodo ad orandum pro peccatis populi acce/dere preſumunt,dum ſacri canones,neq; purum clericum,cui ſacerdotium non eſt,ſecundis copulari nuptiis precipiunt? Iſti enim econtrario,non ſolum quia poſt ſuſceptum ſacerdotium ſe abſtinere ab vna vxore nolunt,immo luxurie obuoluti peiora ſecularium ſcelera cõmittunt,vt plures vxores habe re preſumant,quibus neq; vnã conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare. Sed iſta parui/pendentes,atq; ad iracundiam prouocantes maiora cõmittunt facinora,dum ꝓpriis manibus chri/ſtianos atq; paganos homines necant. Et fit vt quibus in remiſſionem peccatorum debuerunt laua/chrum regenerationis impendere,atq; chriſti ſacramentum donare,ne ineternum perirent eorun/dem ſacrilegis manibus ipſi extinguantur. Quis enim ſapiens habens cor eos eſtimet ſacerdotes,q neque a fornicationibus abſtinent,neq; ab effuſione ſanguinum manus ſeruant innoxias? Quisve eorum ſacrificiis deum credit eſſe placatum,dicente propheta. Virum ſanguinum & doloſum ab/omin abitur dominus. Iſti namq; vt premiſi, ne ſacerdotio fungi patiantur,neq; diuina continge/re myſteria cõmonemus. Quicquid vero aliud(vt dictum eſt)eos contra eccleſiaſticam regulam ex/ceſſiſſe reppereris canones ſiue inſtituta patrum pre manibus habeto,iuxta quod in eis edoctus fue ris diſcerne. De eo autem quod tibi ſucceſſorem conſtitueres dixiſtis,& te iubente in tuo loco eliga/tur epiſcopus,hoc nulla ratione concedi patimur,quia contra omnem eccleſiaſticam regulam,vel in/ſtituta patrum eſſe mõſtratur. Sed volum9 vt tibi miniſtret,& ſit in euangelium chriſti adiutor,dicẽ te apoſtolo. Si quis bene miniſtrauerit gradum ſibi bonum acquiret. Nimis enim reprehenſibile ma nifeſtũ eſt,vt te viuente tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc cõmonem9,vt quamdiu te diuina iuſſerit clemẽtia ſupeſſe,ſine intermiſſione orare non ceſſes,vt tibi deus illũ ſucceſſorem concedat,qui ei poſſit eſſe placabilis,& populum quem ad ſuam,gratiam per eterne ſanctitatis induſtriam vocare voluit ir reprehenſibiliter regere valeat,atq; ad viam vite elaboret perducere. Nam quomodo hec que popo ciſti,ſi & voluerimus concedere poſſumus,dũ nos fragiles homines exiſtentes,& ſub cõditione mor tis conſtituti ignorantes quid ſuperuentura dies pariat,nõ valẽtes inueſtigare qui de nobis prior de preſenti ſeculo migret. Sin autem & eundem diuina voluerit clementia poſt tui diem tranſit9 ſuper/eſſe,ſi eum aptũ cognoueris,& in tua voluntate fuerit definitũ,ea hora qua te de pñti ſeculo migratu rum cognoueris,preſentibus cunctis tibi ſucceſſorem deſigna, vt hic veniat ordinandus,quod nulli alii concedi patimur,quod tibi charitate cogẽte largiri cenſuimus. De illo namq; qui viduam auũ/culi ſui,que & ipſa fuit vxor conſobrini ſui,& ſacrum velamen habere monſtrata eſt & a beate memo rie predeceſſore noſtro ſibi licentiam conceſſam eſſe diuulgauit,vt eam in pnitioſo matrimonio aſſu mere debuiſſet,abſit hoc vt p̃deceſſor noſter ita preciperet. Nec enim ab apoſtolica ſede illa dirigun/tur,que contraria eſſe patrũ,ſiue canonum inſtitutis phibentur. Admonere,adhortari, increpare eos frater ne ceſſes,quatinus a tali ſceleſto recedant mrimonio,vt non ineternũ peant,Reminiſcãtur enim ſe chriſti ſanguine eſſe redemptos,& nõ ſponte ſe contradant,niſi ab ipo receſſerint inceſto matrimo nio diaboli poteſtati,ſed magis illi deo & chriſto filio eius,ſpiritui ſancto quoq; in cuius nomine ab illius antiqui hoſtis erepti ſunt poteſtate. Elabora namq; ſanctiſſime frater in eis,quia ſcriptum co/gnoſcis. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue,ſaluabit animam eius a morte,& ſuorum operit multitudinem peccatorum,Nam & nos ei pro hoc cõmonitoria ſcripta direximus.

¶De kalendis vero ianuariis vel ceteris auguriis phylacteriis,& incãtationibus,vel aliis diuerſis ob ſeruationibus,que gentili more obſeruari dixiſti apud beatũ Petrum apoſtolũ, vel in vrbe roma hoc a nobis,& omnibus chriſtianis deteſtabile,& pernitioſum eſſe iudicamus,dicente deo. Non augura bimini,vel certe non obſeruabitis. Et iterum. Non eſt auguriũ in Iſrael,nec obſeruatio in domo Ia/cob,ita & a nobis cauendum eſſe cenſemus,vt nullis auguriis vel obſeruationibus attendamus,quia omnia hec abſciſſa eſſe a patribus ſumus edocti. Et quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabãt a die qua nos iuſſit diuina clementia quãquam immeriti exiſtamus apoſtoli vicem gerere,ilico om/nia hec amputauimus. Pari etenim modo volumus tuam ſanctitatem populis ſibi ſubditis predica re,atq; ad viam eterne perducere vite,Nam & ſancte recordationis predeceſſoris atq; nutritoris no/ A

ſtri domini Gregorii pape cõſtitutione omnia hec pie ac fideliter amputata ſunt,& alia diuerſa quã plura que diabolo ſuggerente pullulabant in chriſti ouili,cuius inſtar pro illius populi ſalute dirige re maturauimus.Nam de ſacerdotibus illis qui falſa opinantur,qui etiã adulteri & fornicatores pro bãtur,& ſibi ab aplica ſede indultũ eſſe,& econtrario ſibi licẽtiam ꝓdicationis largitã eẽ hoc nulla ra tione credat tua ſancta fraternitas,ſed ſimiliter in eis canonicam exerce vindictam,quemadmodũ de his quibus ſupius a nobis edoct⁹ monſtraris.Nõ enim aliud te agere volumus preterq̃ que ſacri ꝓci piunt canones,vel etiã ab hac apoſtolica ſede inſtruct⁹ eſſe dinoſceris.Secũdũ tue namq; ſanctitatis petitionẽ & trib⁹ epis tuis ſingulas cõfirmationis epl'as miſimus,quas p tue ſanctitatis manus eis lar giri volum⁹,Et Carlomãno filio nro alia ſcripta direximus,vt que tibi ꝓmiſit adimplere feſtinet,atq; adminicula preſtet.Sed hec frater chariſſime de omnibus ſuperius comprehenſis capitulis,vt domi nus donauit reſpondemus ad omnia amputanda diabolice fraudis ſcandala.Tua vero ſancta frater nitas,ſi quid de cetero euenerit,vt ſacri docent canones ſtudeat emendare in plebibus ſibi a deo com miſſis,Non enim aliud nobis cõuenit predicare preter quod a ſanctis patribus ſumus edocti. Si ve ro & noui aliquid inimici aſtutia agente acciderit,quod tua ſancta fraternitas minime per canonum inſtituta diſcernere poſſit,hoc nobis non pigeat inſinuare, quatinus deo iuuante,queq; ad emenda tionem noue plebis eſſe poſſunt,tibi abſq; tarditate reſpondere maturemus. Cognoſcat enim fra ter chariſſime tua ſancta fraternitas ita dilectionem tuam nos habere in noſtris precordiis,vt te pre ſentialiter quotidie videre deſyderemus,& ita te in noſtro cõſortio habeamus,vt certe miniſtrum dei & diſpenſatorem eccleſiarum chriſti.De cetero namq; cõfortare in domino frater chariſſime,& eſto robuſtus,& elabora in opus ad quod te diuina voluit euocare clementia.Magna enim te ſpes remu nerationis expectat,quam promiſit deus diligentibus ſe.Et nos licet peccatores exiſtamus,tamẽ dei noſtri non ceſſamus abſq; intermiſſione immenſam exorare clementiam,vt qui cepit in vobis perfi ciat opus bonum vſq; adhuc. Et beatus apoſtolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis que ei parere deſyderas. Deus te incolumem cuſtodiat reuerentiſſime & ſanctiſſime frater. Data kalend. Aprilis,imperante domino piiſſimo Auguſto cõſtantino a deo coronato magno im peratore.Anno.xxiiii.imperii eius anno ſecũdo,indictione vndecima.

CONGAVDE STVDIO
SE LECTOR, QVOD NVNC AD MANVM HA
beas quecunque acta tam conciliorum,quam pontificum,que ex Greco
rum & Latinorum promptuariis in vnum recollegit volumẽ Yſy
dorus Hyſpalenſis,Adiunctis ſanctionibus pontificum ſum
morum,Gregorii ſecundi,Vitaliani,Martini,Gregorii
tertii,atq; Zacharie,Quibus finẽ impoſuit ſolers
calcographus Ioannes Cornicularius. Ex
penſis inſignis viri Galioti a prato
Parrhi. bibliopole.Anno
M.D.xxiiii.

¶Ad ratem Galioteam diſtichon.

¶Vel ſufflent zephiri,Rapidus vel ſeuiat auſter,
Omnigenas fluctus diſſecat iſta ratis.

¶Ad lectorem dodecaſtichon.

Puluere latuere diu ſquallore ſepulta
Dogmata pontifices que ſtatuere pii,
Tandem proſiliunt rediuiuo culta labore
Et poſtliminii libera iure patent.
Orthodoxa fides hic lumine ſplendet ameno,
Effrenuſque furor tunditur hereſeos.
Eccleſie rutilant leges,ſtabilitur honeſtas,
Pro grege preſulibus norma oculata datur.
Ad gremium matris ſermone vocantur amico
Qui prius acceptam deſeruere fidem.
Sancta trias faxit quam machina trina veretur
Quod ſupereſt fauſto fine prematur opus.

¶Cum gratia et priuilegio.

4102689

12241